***intolerandus, -a, -um.** *ab* in *et* tolerandus (*cf. Leumann, Adj. auf -lis p. 90 adn. 2*). *scribitur* -oll-: VVLG. num. 11, 10 (*l. v.*). OROS. hist. 3, 23, 36. *al. cf.* intolerabilis (*v. p. 22, 54*), *ubi haec geminatio frequentior. de formis: compar. deest (eius vice fungitur* intolerabilior, *v. p. 22, 56). superl. semel ap.* RVSTIC. *v. p. 25, 23. de notione: v. p. 25, 61.* GLOSS.L II Philox. IN 695 -um *ἀφόρητον.* GLOSS. *ἀνυποιμένητος. legitur* (*rarius quam* intolerabilis) *inde a* PLAVTO, PACVV., CIC., *saepius ap. rerum scriptores, e. g.* HIRT., SALL., LIV., TAC.; *versu dactylico solus habet* DRAC. *v. p. 25, 25.*

[*variat in codd. c.*: intolerabilis: CIC. Verr. II 5, 119 *v. p. 22, 73. al.* tolerandus: GELL. 20, 1, 8. *e coni.*: LIV. 25, 26, 7 (*ed. Rom. 1469*, toleranda *trad.*).]

fere qui (quod) tolerari, ferri non potest, intolerabilis, non ferendus (*sc. sensu passivo. c. dat. l. 79. p. 25, 4. 8. 9. 18. 19. 29. nota figuram etymologicam p. 25, 23*): **A** *usu generali*: **1** *de animantibus* (*deo l. 72, avaritia quasi belua l. 75*): PLAVT. Trin. 826 Neptune, . . . te omnes . . . commemorant spurcificum, immanem, -um, vesanum. CIC. Vatin. 23 fuerisne non tribunus plebis, sed -us ex caeno . . . atque ex tenebris tyrannus. SALL. (?) rep. 2, 8, 4 (*in comparat.*) avaritia belua fera immanis -a est. IVST. 41, 2, 8 -i forent *Parthi*, si quantus his est impetus, tanta et perseverantia esset.

2 *de rebus*: PACVV. trag. 164 tristitia atque animi -a anxitudine. CIC. S. Rosc. 36 hominum . . . perniciosam atque -am potentiam . . . opprimere debetis. Verr. II 2, 111 acerbum omnibus atque -um *exemplum* (3, 99 hoc. 4, 78 res indigna atque -a). Font. 44 immani atque -ae barbariae resistemus. leg. agr. 1, 15 perspicite . . . rerum infinitam atque -am licentiam. 2, 57 hoc quantum iudicium, quam -um, quam regium sit *eqs.* (SALV. eccl. 3, 13 iturus es . . . ad tremendum . . . -umque iudicium [*sc. novissimum*]). 2, 91 Campanam adrogantiam

[Knauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

atque -am ferociam. off. 3, 100 nihil . . . -um putare. HIRT. Gall. 8, 4, 1 brumalibus diebus, . . . frigoribus -is (LIV. 22, 1, 1. *cf.* 21, 56, 6 vis frigoris). SALL. Catil. 10, 6 imperium ex iustissimo . . . crudele -umque factum. 58, 14 illa foeda atque -a viris videbantur. Iug. 14, 11 Iugurtha -a audacia scelere atque superbia sese eferens (GELL. 20, 1, 8). LIV. 3, 9, 10 tribuniciam potestatem invisam -amque facere (*syn. 3, 9, 2* imperium . . . nec tolerabile liberae civitati). 5, 14, 3 hiemem. 5, 48, 9 -a Romanis vox 'vae victis'. 9, 1, 8 ad deos vindices -ae superbiae confugiam (*al.*). 10, 16, 7 regno. 24, 5, 11 -is patientiae humanae cruciatibus. 25, 26, 7 vis aestus ([*v. p. 24, 66 sq.*]. *cf.* CVRT. 8, 9, 13 -us aestus). 27, 31, 5 libidine. SEN. dial. 11, 7, 4 infelicis soli vitia. epist. 71, 23 haec, ad quae . . . imbecilli sumus, dura atque -a credimus (*sic syn.*: EVGRAPH. Ter. Ad. 855). PLIN. nat. 8, 29 dolore (*al.*). 37, 41 mendaciorum impunitas. TAC. hist. 2, 84, 2 quae gravia atque -a, sed necessitate armorum excusata (Ps. CIC. exil. 13 gravia atque acerba, . . . misera atque -a. LACT. inst. 7, 15, 2). 3, 26, 2 -us tam longi itineris labor (*al.*). ann. 12, 10, 1 adversus dominationem Gotarzis nobilitati plebique iuxta -am. GELL. 10, 12, 1 multa . . vana atque -a auribus . . . tradit Plinius. PANEG. 3, 9, 1 -i tributi mole depressi. AVG. civ. 2, 18 p. 76, 7 D. mala . . . vel tolerabiliora superius vel post eversam Carthaginem -a et horrenda (*al.*). COD. Theod. 1, 16, 7 officialium . . . -i impetus. VINCENT. LER. 15, 21 blasphemia. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 228, 2 antiqua . . . tolerantia, quae nunc -issima iudicatur. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 36 sitis. POMER. 2, 23, 2 p. 470^{A} non tolerandae necessitati, sed -ae cupiditati servire. DRAC. laud. dei 3, 446 -a . . . toleravit *Saguntum. al.*

B -um est (*om. copula l. 29. 30*) *c. inf.* (*acc. c. inf. l. 28*): CIC. leg. agr. 2, 61 est iniquum . . . turpe . . . -um hos decemviros portitores . . . constitui. TERT. paenit. 10, 2 -um scilicet pudori domino offenso satisfacere. NOVELL. Valent. 23, 5 -um (*cf. p. 22, 74*), nimis execrabile, non ferendum induere nomen . . . sanctitatis et abundare criminibus.

C *acc. n. sg.* -um *pro adv.*: GELL. 17, 8, 8 aula . . . oleo indiget et . . . -um fervit.

intolerāns, -antis *adi.* *ab* in *et* tolerare (tolerans). *compar. et superl. inde a* LIV. *de notione v. l. 61.* *legitur inde a* LAEV., CIC. (*adv.*). [*variat in codd. c.* intolerabilis: FLOR. epit. 4, 12, 36 (*v. p. 22, 74*). *e coni.*: TAC. ann. 12, 1, 1 (*Muretus*, intonanti *trad.*).]

A *active:* **1** *fere i. q. impatiens* (*non nisi c. gen. obi.*): **a** *de hominibus:* LIV. 5, 48, 3 quorum (*i. pulveris et aestus*) -issima gens *Gallorum* (*cf. l. 48*). 9, 18, 1 *secundarum rerum* nemo -ior fuit *quam Alexander*. TAC. hist. 4, 80, 1 superbia viri (*i. Antonii Primi*) aequalium quoque, adeo superiorum -is. ann. 1, 31, 4 multitudo . . . laborum -s (*v. et l. 48*). 12, 1, 1 Claudio caelibis vitae -i (*v. l. 38*). ANIAN. Chrysost. hom. 4, 5 p. 1009 *virgo* quantum honestatis amans, tantum famae turpis -s (*gr. p. 45 οὐ φέρουσαν τὴν αἰσχύνην*). **b** *de rebus:* LIV. 10, 28, 4 Gallorum . . . corpora -issima laboris atque aestus (27, 48, 16. *v. et l. 44*). Ps. RVFIN. (= IVLIAN. AECL.) in Os. 11, 3 p. 1017^{B} vis . . . conquestionis erumpat quasi etiam brevis dissimulationis -s.

2 *fere i. q. non indulgens, immitis, superbus* (*c. dat.; ad similitudinem vocis 'insolens' accipi potuit sensu quasi pass. [v. l. 58] pro 'intolerandus', cf. Hofmann, IF 38, 1917—20, 185*): **a** *de homine:* TAC. ann. 11, 10, 3 *Vardanes* ingens gloria atque eo ferocior et subiectis -ior. **b** *de rebus:* TAC. ann. 3, 45, 2 quam decora victoribus libertas, quanto -ior servitus iterum victis (*v. Nipperdey-Andresen ad l.*).

B *passive* (*comparativus [sic et l. 51 sqq.] ubique praeter l. 59*): LAEV. carm. frg. 9 curis -bus (*interpretatio nititur testimonio* GELL. 19, 7, 10 *verba* nove aut insigniter *dicta* . . . in Laeviano illo carmine . . . erant . . . huiusce modi: . . . 'curis -bus' pro 'intolerandis'). GELL. 13, 8, 5 nihil . . . fieri posse indignius neque -ius . . ., quam quod homines ignavi *philosophiam* . . . in . . . verborum . . . artes converterent. AMM. 21, 16, 17 hoc multis -ius videbatur (*cf.* TAC. *l. 54 sqq.*).

adv. **intoleranter.** *scribitur* -oll-: CIC. Tusc. 2, 22 (*l. v.*). *compar. et superl. ap.* CIC.

fere i. q. immoderate, impatienter (*indignanter l. 71*): CIC. Vatin. 29 de tuis divitiis -issime gloriaris (*cf.* de orat. 2, 209 -ius se iactant. AMM. 28, 1, 57 Maximinus . . . -r se efferens). Tusc. 2, 22 cum . . . Herculem tam -r dolere videamus. CAES. Gall. 7, 51, 1 -ius Gallos insequentes legio x tardavit. GELL. 15, 4, 3 rem tam -r tulisse populum Romanum. AMM. 29, 1, 20 *Valens* -r irascebatur.

deriv.: intolerantia.

intolerantia, -ae *f.* *ab* intolerans (*cf.* tolerantia). *scribitur* -oll-: CASSIAN. conl. 9, 29, 2. *legitur inde a* CIC., TAC., SVET. |*falso trad.*: AVG. epist. 27, 1 p. 96, 3.]

A *de vitio animi* (*nota definitionem Epicteti ap.* GELL. 17, 19, 5 duo esse vitia . . . gravissima ac taeterrima, -am et incontinentiam, cum aut iniurias, quae sunt ferendae, non toleramus neque ferimus, aut *eqs.*): **1** *fere i. q. superbia (syn. l. 82), adrogantia, intemperantia* (*saepe c. gen. subi.*): CIC. Cluent. 112 quis *Quinctium* cum illa superbia atque -a ferre potuisset? leg. agr. 2, 33 perspicite quanta potestas permittatur; non privatorum insaniam, sed -am regum esse dicetis. TAC. Agr. 20, 1 *pax* vel incuria vel -a priorum *ducum* haud minus quam bellum timebatur. SVET. Tib. 51, 1 *codicilli* de acerbitate et -a morum *Tiberii* (AMM. 26, 6, 8). **2** *fere i. q. impatientia* (*c. gen. obi.*): CASSIAN. conl. 5, 11, 2 monasterii odium gignitur atque exinde horror et -a . . . concrescit habitaculi.

B *fere i. q. intolerabilis gravitas* (*sc. rei malae, aliter de immensitate gaudii non ferenda l. 11*): HIL. trin. 10, 55 p. 387^{A} rerum acerbitas et -a doloris . . . filium hominis in lacrimas dissolvit. VVLG. II Macc. 9, 10 propter -am foetoris ([*gr. v. p. 23, 65*]. RVFIN. hist. 3, 6, 15 sepeliri mortuos iusserant foetoris -a [*gr. τὴν ὀσμὴν οὐ φέροντες*]). OROS. hist. 5, 15, 15 cum . . . Romanos . . . aestus solis, -a sitis, mortis circumstantia . . . defatigaret. CASSIAN. conl. 9, 29, 2 lacrimarum fontes de -a gaudii et alacritatis immensitate.

intolerātus, (-a, -um). *ab* in *et* tolerare (toleratus). *i. q. nullis cibis recreatus, nutritus:* CAEL. AVR. acut. 2, 19, 124 (*antea opp.*: cum nullus vehementiam passionis sustinere valeat, nisi nutrimento quamvis parvo toleratus) -um in ceteris relinquendum temporibus aegrotantem . . . indicavit *Hippocrates.*

intolero, -āre. NOT. Tir. 63, 60 -at (*verbum fictum esse putat Heraeus, ALL 12, 1902, 45*). *cf.* intolerandus, intolerans, intoleratus.

Knauer.

intollo, -ere. *ab* in *et* tollere. *fere i. q. tollere, edere:* APVL. met. 8, 26, 2 *cinaedi* exultantes . . . effeminata voce clamores absonos -unt.

intondeo, -ēre. *ab* in *et* tondere. *fere i. q. tondere:* COLVM. 11, 3, 31 servandum est, ut . . . omnes radiculas *porri* amputes et fibrarum summas partes -as. *Hi.*

intono, -uī (-āvī *v. l. 28*), -ātum (*v. l. 31*), -āre. *ab* in *et* tonare. *de formis:* -avit: MAX. TAVR. *v. p. 28, 68* (*l. v.* -uit). EPIPHAN. *v. p. 29, 6.* -averit: PAVL. NOL. *v. 29, 15.* -avisset: IVL. VAL. *v. p. 28, 47* (*l. v.* -uisset). *p. p. p.* -tus: *usurpatur active:* HOR. epod. 2, 51 *v. l. 72* (PRISC. gramm. II 571, 1 *ad l.* -ta dixit non intonita). *p. fut.* -turus: SIDON. *v. p. 27, 22.* NOT. Tir. 72, 24 -at. *gr. v. p. 27, 47. 49. 28, 67. cf. et p. 29, 30.* *de usu (cf. l. 30. p. 29, 33): adhibetur fere praes. (fut.) et perf. (imperf. bis: p. 27, 37. 28, 38). legitur ap. poetas (cf. Norden, Aen. VI² p. 287 vs. 607) inde a* CIC., VERG., CVLICE (*p. 28, 2*), HOR., PROP., OV.; *ap. scriptores inde a* CIC. *p. 28, 79,* LIV. *p. 28, 45,* SEN. fil. *l. 74. p. 28, 9 per totam latinitatem.*

[*var. lect.*: inson-: VERG. Aen. 8, 239 *v. l. 70.* LVCAN. 5, 633 *v. l. 77.* CLAVD. 14, 35 *v. p. 29, 7. al. v. et p. 28, 3.* OV. met. 6, 695 *v. s.* insonare. increpat: VERG. Aen. 6, 607 *v. p. 28, 1. v. et p. 48, 10.*]

fere i. q. tonare (*hic illic vigente notione q. e. aut 'valde' aut 'subito'*):

I *sensu stricto: de tonitru* (*et inde de fragore ingenti v. p. 27, 10, de voce [cf. p. 27, 75] quasi tonante v. p. 27, 26. adhibetur intransitive; c. acc. [cf. p. 28, 42] p. 27, 29. transitive [cf. p. 27, 81] p. 27, 29. 46. 53. 64*): **A** *subi. est:* **1** *deus* (*de deo Christ. v. p. 27, 24. acced.: dat. l. 53. 60 sq. abl.: loci l. 50. 57. 58. instr. l. 65. praep.*: ab *l. 51. 61. 63.* de *l. 54.* ex *l. 58.* super *c. acc. l. 58. enuntiat. per* quod *consecut. l. 59*): **a** *Iuppiter:* CIC. carm. frg. 7, 12 (= 19, 12 B.) partibus -uit caeli pater ipse sinistris. VERG. Aen. 7, 142 pater omnipotens ter caelo clarus ab alto -uit ([CLAVD. DON. *ad l.* p. 22, 29 ter . . . -uit, ne si semel factum fuisset, casus putaretur. *cf. l. 58. 63. p. 27, 4. 71*]. VAL. FL. 1, 591 -uit . . . ex aethere ventis omnipotens. 3, 252). 9, 628 caeli genitor de parte serena -uit laevum (*cf. p. 27, 69*). OV. met. 2, 311. trist. 5, 14, 27 cum deus (*subintellegendus Augustus, cf. l. 62*) -uit, non se subducere nimbo *eqs.* SEN. Thy. 1080 tu, summe caeli rector, . . . omni parte violentum -a. VAL. FL. 4, 412 -at alto . . . caelo. SIL. 1, 537 super ipsas bis (*v. l. 53*) pater -uit geminato fulmine pugnas. 12, 657 -at ipse, quod tremat . . . Rhodope Taurusque. STAT. silv. 4, 3, 161 donec . . . renatae Tarpeius pater -bit aulae. ROMVL. fab. 27, 22 rec. vet. Iuppiter -ans ab aethere ita respondisse fertur. **b** *Dis (l. 63), Nero* (*cf. l. 56. v. et p. 27, 5*): STAT. Theb. 11, 411 ter (*v. l. 53*) nigris avidus regnator ab oris -at. BVC. Eins. 1, 29 *Nero* dignus utroque ⟨deo⟩ (*i. Iove et Phoebo*) stetit ostro clarus et auro -uitque manu (*v. app. cr.*).

2 *res aliqua naturae, quae vel ipsa -are vel tonitru resonare dicitur* (*acced.: dat. l. 73. abl.: loci l. 79. instr. p. 27, 3. praep.*: ab *l. 82. 83.* ex *l. 84.* per *p. 27, 2.* sine *l. 81*: VERG. Aen. 1, 90 -uere poli et crebris micat ignibus aether (EVG. TOLET. carm. 101, 7 *aestate* polus . . . -at tristis *eqs.*). 8, 239 impulsu *silicis* quo maximus -at (inson- *R*) aether (GERM. frg. 3, 5 fulmina . . . iaculatur Iuppiter et tunc -at . . . violentior . . . aether. CORIPP. Ioh. 1, 290 imperio *dei*). HOR. epod. 2, 51 si quos *scaros* Eois -ta (*act.*) fluctibus hiems (*i. fere procella hiemalis*) ad hoc vertat mare. SEN. nat. 2, 54, 2 *aer inclusus* fugam quaerit et cum sono evadit . . . eoque vehementius -at *eqs.* 6, 2, 4 nisi caelum -uerit (Ps. QVINT. decl. 12, 16 p. 233, 5 micant ignes, -at caelum. APVL. mund. 12 [*cf. gr. π. κόσμ. 4 p. 395^{a}, 13*]. *al.*). LVCAN. 5, 633 tum superum convexa tremunt atque arduus axis -uit (inson- *l. v.*). VAL. FL. 2, 366 magnis cum fratribus Eurus -at Aegeo (SIL. 17, 249. *sic de ventis frementibus*: APVL. mund. 13 [*ex Gellio 2, 22, 9 excerpta sunt, v. app. prior.*] boream *nominant . . . ἀπὸ τῆς βοῆς*, quod non sine clamore soleat -are. ISID. nat. 37, 2 [= SVET. frg. p. 229, 6] subsolanus . . . ab ortu solis -at. 37, 3 [= SVET. frg. p. 230, 6] ventus a dextris -ans austri. 37, 4 [= SVET. frg. p. 231, 4] ex . . . dextro latere. *in imag.*: VITA Marcell. Ebred.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[BHL 5227] 20 p. 755 dura ... infirmitatis [*i. pestilentiae*] procella per diversas mundi partes -uerat). SIL. 7, 574 *rapitur* procellā nunc huc nunc illuc ... mare et -at undis (STAT. Ach. 1, 453 Caphereus ... ter monte, ter undis -uit). 8, 654 Vesbius -uit scopulisque in nubila iactis *eqs.* CE 254, 4 *tu*, Iuno (*nomen pro 'aëre' est, cf. CIL VIII 4635*) ... fratre (*i. Iove, sc. aëre superiore et tenuissimo, cf. Gramm. suppl. 234, 33*) c⟨adente⟩ -as nubigenam terris largita mado⟨rem⟩. *al. huc fortasse referendum*: Ps. DAMAS. epigr. 86 a, 1 -uit metuenda (veneranda *l. v.*) dies, surrexit in hostem, impia tela mali vincere cum properat.

3 *fragor (cf. p. 29, 20) sc. de tonitru et inde de strepitu qualicumque (de hominum clamore et plausu l. 15. 20. 23. cf. p. 28, 79 sqq. c. dat. l. 19)*: PHAEDR. app. 14, 26 repente caelum ... ventis movetur, -at mundi fragor. CALP. ecl. 1, 86 ut neque translati sonitu fragor -et orbis (*i. sine strepitu tumultuque orbis ab orbis domino ad successorem tradatur*). STAT. Theb. 3, 669 rursus fragor -at ingens hortantum. AVIEN. Arat. 1427 si moles magna *caloris et umoris* ... occurset, ... compulsu aerio fragor -at amplaque late murmura discurrunt. AMM. 16, 10, 9 Augustus ... appellatus ⟨non m⟩o⟨n⟩tium (*v. app. cr.*) litorumque -ante fragore (*per echo*) cohorruit. 20, 7, 14 trepidis ... superatorum auribus ululantium undique Persarum -ante fragore ... proelium ... exarsit. MART. CAP. 2, 123 fulgura cur rutilescant, fragor -et unde resultans ... canimus. SIDON. epist. 9, 14, 8 officii ... est nostri auditoribus ... praeparare aures fragoribus -turis.

4 *deus Christianorum (cf. p. 26, 47): tonat aut deus de caelo (sive per tonitrum [c. abl. modi* fragore *l. 34. cf. l. 69], *sive in comparatione per vocem [e. g. l. 42, cf. l. 74. 75. c. abl. instr.* voce *l. 33] tamquam tonitrum sonantem) aut dei vox ipsa (e. g. l. 37. 43*; tuba *l. 50; Christi veritas l. 51, cf. l. 37*, spiritus sanctus *l. 60. acced.: orat. dir. l. 38 sqq. 42 sqq. acc.: obi. intern. l. 54. 56. obi. direct. l. 46. 53 [cf. l. 81. p. 26, 45 sq.]. dat. l. 54. 60. abl. v. l. 25. praep. loci*: de *l. 47.* ex *l. 37. 59.* per *l. 57. 63.* super *c. acc. l. 33. ceterae*: de [*i. super*] *l. 52. 55.* in *c. acc. [i. adversus] l. 61.* per *instr. l. 50. acc. c. inf. l. 36*): TERT. ieiun. 7 p. 281, 31 dominus -uit voce magna super allophylos (VVLG. I reg. 14, 10 -uit ... fragore magno ... super Philistiim. AVG. conf. 10, 36, 59 -as super ambitiones saeculi). POTAM. tract. 1 p. 1413B (= p. 301, 62 W.) Lazarum ... resurgere posse, si ista crederent, sacratissima vera dei pietas -bat. GAVDENT. serm. 19, 9 G. vox *dei* ... e caelo -at dicens (*seq. or. dir. [v. l. 79], sic*: Ps. PHILO antiq. 54, 2 -uit dominus et dixit: '...'. AVG. civ. 19, 23 p. 398, 5 D. vetat -ans in lege sua ... minaciter dicens: 'sacrificans' *eqs. al. cf. l. 42*). AMBR. hex. 1, 3, 10 p. 9, 4 cum -at deus, quasi in circuitu omnia commoventur. HIER. epist. 65, 13, 7 ipsum dominum sentiat -antem (*seq. or. dir., sic*: 121, 1, 2. *al. v. et l. 44. 51. cf. l. 78 et l. 38*). in Is. 40, 3 p. 401C vox patris desuper -antis audita est (*scq. or. dir., sic*: hom. Orig. in cant. 1, 6 p. 37, 16. *al.*). VVLG. I/II reg. capit. ser. B 17 p. 21 (cod. Amiat.) orante eo (*i. Samuele*) liberati sunt a Philisteis quos (*obi. dir.*) -uit deus (*cf. l. 34*). psalm. 17, 14 -uit de caelo dominus (*ἐβρόντησεν ἐξ οὐρανοῦ*. Sirach 46, 20 [*gr. 46, 17 ἀπ' οὐρανοῦ*]). 28, 3 vox dei super aquas, deus maiestatis -uit (*ἐβρόντησεν*). PAVL. NOL. epist. 7, 3 p. 44, 13 domini tuba, qua per Augustinum -at (AVG. anim. 2, 12, 17 p. 352, 4 -at per os proprii corporis veritas [*i. Iesus*]: 'si quis' *eqs.* bapt. 4, 8, 11 p. 234, 17 per quem [*Cyprianum*] tam multa de zelo ... dominus veracissima [*obi. dir.*] -uit et salubria praecepit. CAES. AREL. serm. 1, 3 non est leve quod [*v. l. 29*] ... sacerdotibus -at ... per prophetam: 'clama', inquit, *eqs.*). AVG. in psalm. 96, 10 p. 1244in. -at de illis deus iudicii sui terrorem (*v. l. 29*) et tremit ... infidelis (serm. 200, 1, 1 p. 1029 per caelos ... -uit, quo tonitru mundus contremuit). PROSP. carm. de ingrat. 50 iisdem ... simul decretibus (*sc. conciliorum*) spiritus unus -uit (GILD. Brit. 37 chron. III p. 49, 4 ex ... ore *Samuelis* spiritus sanctus cunctis mundi potestatibus -uit, denuntiando *eqs.*). PETR. CHRYS. serm. 171 p. 647A quotiens in Pharisaeos -at, suos timore salutari corrigit (*cf. p. 28, 40*). CASSIOD. inst. 1, 32, 5 deus -at per convexa caeli.

5 *audacius (transitive) de Hercule clavam, Iovis instar tonitrum fulmenque iacentis, in caput adversarii magno cum fragore illidente vel desuper incutiente (cf. p. 29, 28)*: VAL. FL. 3, 169 *Hercules* occupat os barbamque viri clavamque superne -at.

B *impersonaliter (c. abl.: loci l. 72. modi l. 69)*: VERG. Aen. 2, 693 subito ... fragore -uit laevum (*cf. p. 26, 54*). OV. met. 14, 542 -uit dicente dea tonitrumque secuti ... ceciderunt ... nimbi. trist. 1, 5, 29 simul -uit (Pont. 2, 3, 24). STAT. Theb. 5, 87 quater (*v. p. 26, 53*) axe sereno -uit. OBSEQ. 24 sereno -uit (*cf. 47* tonuit).

II *sensu laxiore et fere translato: significatur quilibet sonus ingens per vocem, verba, tubam sim. editus (sub A) aut crepitus armorum (sub B)*: A *de voce (sim.) impetu quodam (ira sim., superbia p. 28, 25) vehementer emissa*: 1 *-ant animantes (bestiae p. 28, 2. 11.* Echo *p. 28, 20. cf. et p. 28, 50. 56): fere i. q. clamose loqui (saepius sequitur oratio directa [v. p. 28, 4. 13. 19. 46 sq. 73. 84. cf. l. 29], hic illic expresse addito verbo q. e.* dicere *v. p. 28, 36. 29, 4. cf. l. 38.* inquit *l. 55) et fere i. q. clamando dicere (sc. interdum secundum morem verborum dicendi c. obi. directo p. 28, 55. 72, cf. p. 26, 45 sq.)*: a *absolute (intrans.)*: *α in universum, fere i. q. inclamare (latrare p. 28, 12. stridere p. 28, 2. acced.: dat. p. 28, 16. 25. 41. abl. fere instr. p. 28, 2. 9. 12 bis. 15. 21. al. praep.*: ad *fin. p. 28, 38.* de [*i. super*] *l. 36. enunt. per* quod *l. 35*): VERG. Aen. 6, 607 furiarum *natu* maxima -at (increpat *P*) ore (*inde* [*sc. 'inepte' Leo*]: CVLEX 179 *serpens* -at [*recte codd. excepto Cors.* ins-] ore, *v. l. 13. cf. p. 26, 38*). SEN. Ag. 544 occupata rupe *Aiax* furibundum -at: '...' (*seq. or. dir., cf. p. 27, 78*: Phaedr. 1065 *Hippolytus* feroci minax vultu ... magnum -at: '...'. POTAM. epist. ad Athan. [Wilmart, RevBén. 30, 1913] p. 181, 62 propheta sanctus -uit: '...'. HIER. adv. Iovin. 2, 6 p. 294B nos Paulo credimus -anti: '...'. PRVD. apoth. 406 *in exorcismo* -at antistes domini: 'fuge callide serpens'). dial. 12, 11, 6 lege, quanto spiritu ingentibus -ueris verbis (*Bentley*, rebus *trad.*). PETRON. 78, 6 servus (*sc. cornu inflans*) ... tam valde -uit, ut ... concitaret viciniam. PLIN. nat. 8, 15 *canis* ingenti ... latratu -uit. VAL. FL. 2, 208 *Venus* vocatu -uit signumque dedit. STAT. Theb. 12, 771 *Theseus* ore superbo -at: '...' (*sic seq. or. dir., cf. p. 27, 78*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 159, 23 qui sacri furoris spiratione ... pleni ore -ant tragico, nec sonat mortale quod canunt: '...'. VEN. FORT. Mart. 4, 119 ore minaci. VITA Fulg. p. 37, 20 L. *monachis* ore terribili violentus presbyter -at: '...'. *v. et l. 2. 51*). IVV. 6, 485 donec ... 'exi' -et horrendum *mulier* iam cognitione peracta (*sic de vocibus singulis exclamatione prolatis [cf. p. 27, 78]*: CLAVD. 28, 617 unaque -at 'Augustum' septenis arcibus Echo). TERT. anim. 28, 1 sermo divinus ..., quo prophetae ... quo ipse Christus -uit. IVVENC. 1 praef. 8 Iohannes fremit ore leo, similis rugienti -at aeternae pandens mysteria vitae. HEGES. 5, 46, 1 p. 398, 19 *verba Titi*: iactetis ... quod fulmina militaverunt vobis, ... nos Hannibalem inequitantem (*i. fere illudentem*) fulminibus vicimus atque -antem (*v. p. 27, 76*) mundi ipsius tempestatibus. RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 13, 3 p. 159, 9 Petrus et Andreas et filii tonitrui (*cf. Marc. 3, 17*) doctrinis spiritalibus -antes. PRVD. perist. 5, 93 his *verbis* -antem martyrem. c. Symm. 2 praef. 57 *Symmacho* nunc nemo disertior exultat, fremit, -at ventisque eloquii tumet (*sc. ut rhetor. cf.* AVG. c. acad. 2, 1, 2 quis ... umquam tantum -uit tantumque lumine mentis emicuit, ut *eqs.* SIDON. epist. 4, 3, 10 cui seu liberum seu ligatum placeat alternare sermonem, -are ambifariam suppetit). AVG. in euang. Ioh. 36, 1 p. 1662fin. exordio sui sermonis -uit *Iohannes*. LEO M. epist. 165, 9 Conc.S II 4 p. 118, 18 consonis ubique sententiis -antes, quod in ... Iesu Christo deitatis et carnis una sit ... persona. ISID. fid. cath. 1, 6, 2 p. 163B de quo apertius Habacuc -at dicens: 'ego gaudebo' *eqs.* (*cf. p. 27, 79*). VITA Roman. rec. (BHL 7306) 15 p. 190, 16 quanta praecipue qui nuper crediderunt ... ad lamenta -bant *lugentes Romanum mortuum!* *β speciatim: fere i. q. accusando in alqm. invehi (cf. p. 27, 61), alicui delictum obicere*: COD. Theod. 9, 6, 2 cum accusatores servi dominis -ent, audiendi non sunt.

b *accedit acc. per*: *α obi. q. d. internum (cf. etiam p. 29, 14. acced.: dat. l. 44. abl.: modi l. 47. 50. 51. auctoris l. 53)*: OV. am. 1, 7, 46 nonne satis fuerat timidae inclamasse puellae nec nimium rigidas -uisse minas. LIV. 3, 48, 3 *Appius Claudius decemvir* cum haec -uisset plenus irae *eqs.* (STAT. Theb. 2, 668 haec -at *Tydeus [post or. dir.]. cf.* IVL. VAL. 1, 19 si incentivum aliquod divina voce -avisset [-uisset *P*] *Alexander*. PETR. CHRYS. serm. 79 p. 422B quid *de resurrectione* ... -uerit Lucas ... exquiramus). SEN. Ag. 333 nihil acre velim magnumque modis -et altis *chelys* (*sc. res pro homine, cf. p. 27, 77*). Ps. QVINT. decl. 10, 15 p. 201, 16 *magus* ore squalido barbarum murmur -uit (CLAVD. 17, 318 *artifex* magna levi detrudens murmura tactu ... -et erranti digito, *sc. in organo hydraulico*). IVL. VAL. 2, 22 *Alexander* prior -et bellicum (*signum*).

β obi. directum (externum, cf. p. 27, 81): Ⓘ *rei fere incorporeae (per rem significatur homo vel hominum congregatio l. 63. 68. 70. 71): fere i. q. alqd. aut verbis magnificis exprimere, describere (sc.* tumultus, furias, actus *sim.) aut magna voce proferre sim. (sc.* canticum, sacramentum, iura *sim. acced.: dat. l. 65. 70 sq. abl. modi l. 61. 62)*: PROP. 2, 1, 40 neque ... Iovis Enceladique tumultus -et angusto pectore Callimachus (*cf.* STAT. silv. 5, 3, 97 *tragici* qui furias regumque domos ... terrifico super -uere cothurno. PAVL. NOL. carm. 22, 34 illa tuae ... tuba vocis ... diversos ... celsius -et actus). VIGIL. TRID. ad Simplic. 2 p. 551A Martyrius ... divinae laudis canticum auribus primus surdae regionis -uit. DIONYS. EXIG. Conc.S IV 2 p. 204, 24 *Paulus* pietatis sacramentum protinus -bit (*gr. ibid. p. 194, 3 βροντήσει τὴν εὐσέβειαν*). SIDON. epist. 1, 2, 9 nec sub phonasco vocalium concentus meditatum acroama ... -at. MAX. TAVR. serm. 41 p. 617C Isaias ... mysteria nativitatis ... dominicae -avit. CASSIOD. var. 12, 5, 6 subsellia (*i. iudices*) non desinant iura malis moribus -are. ISID. vir. ill. 20 p. 1091B *Sedulii libri* reliqui ... gestorum Christi ... miracula -ant. Ⓘⓘ *obi. personae (v. et p. 27, 46): fere i. q. aliquem voce vehementi increpare, accusare (seq. or. dir.)*: DRAC. Orest. 714 *Pylades* -at auctores scelerum: 'crudelibus ausis regnantes' *eqs.*

2 *-ant res (cf. etiam l. 50. 56)*: a *absolute (fere de incorporeis. acced.: dat. l. 80. p. 29, 5. 12. abl. loci p. 29, 8. 9. praep.*: ad [*fin.*] *p. 29, 1.* ex [*loc.*] *p. 29, 10.* in [*c. abl. loc.*] *p. 29, 7): fere i. q. sonare, personare*: CIC. Mur. 81 hesterna contione -uit vox perniciosa designati tribuni (IORD. Get. 26, 136 dum ... vox morientum ... auribus -ret. *cf. etiam p. 27, 26. 75. aliter p. 29, 8*). SIL. 5, 275 -uere minae. TERT. pudic. 12, 3 cum primum -uit euangelium et vetera concussit (CONSVLT. Zacch. 2, 16 p. 84, 36 Iohannis euangelio sic -ante: 'in principio' *eqs.* [*seq. or. dir., sic p. 29, 4. 5. cf. p. 27, 78*]. PETR. CHRYS. serm. 115

[I. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 515B -antis ... euangelii ad suscitandos sensus vestros principia). HIER. reg. Pachom. 90 (p. 39, 11 Boon) nec ambulabunt in monasterio priusquam commune signum -uerit. SERM. Caspari p. 220, 6 tuba euangelica quae -bit et dicet: 'surgite dormientes' (CASSIAN. conl. 21, 5, 1 *nobis* euangelicus cotidie -at sermo: 'si vis perfectus esse' [MAX. TAVR. hom. 11 p. 247A]. EPIPHAN. in euang. 33 p. 61, 27 lectio euangelica ... -avit [-uit *l. v.*] in auribus vestris). CLAVD. 14, 35 haec vox (*i. verba hymenaei*) aetheriis -et (inson- *l. v.*) axibus. rapt. Pros. 2, 231 nimbis hymenaeus hiulcis -at. AVG. civ. 2, 19 p. 77, 4 D. legant nostra ... quam excellenter, quam divine ... tamquam ex oraculis et dei nubibus -are. 16, 32 p. 176, 7 divino -ante praecepto oboediendum *est*. PETR. CHRYS. serm. 14 p. 231C quoties ... nobis -at propheticus clangor, toties *eqs.*

b *c. acc.* (*cognato q. d. l. 20. cf. l. 16, externo l. 18. acced. dat. l. 17 sq.*): **α** *fere i. q. canere* (*fere i. q. nuntiare l. 18*): PAVL. NOL. carm. 24, 904 cum prima signum (*an nomin.? sc.* tuba *tamquam* signum *eqs., cf. l. 3*) suscitandis mortuis caelo tuba -averit (PETR. CHRYS. serm. 103 p. 487C tuba ... -at mortuis vitam, resurgentibus *eqs.*). **β** *fere i. q. tonando efficere*: MART. CAP. 6, 647 *Aetna* magno strepitu mugiens et immensos fragores -ans.

B *de strepitu qui efficitur armis concussis* (*c. dat. l. 24.* super *l. 27*): **1** *per animantes*: VERG. Aen. 12, 700 *Aeneas* horrendum ... -at armis (ZENO 2, 15, 1 p. 440B diabolus. *cf.* SIL. 14, 298 *Marcellus* aggreditur muros Syracusarum atque armis -at urbi). VOPISC. Tac. 4, 6 membra quae ... valeant ... clipeis -are (CLAVD. 20, 162 *Mars* clipeo ... -uit, responsat Athos). **2** *per arma ipsa*: VERG. Aen. 9, 706 conlapsa ruunt immania membra ... et clipeum super -at ingens (*cf.* SERV. *ad l.*: aut ipse ingens super clipeum -at [*cf. p. 27, 66*] aut ... clipeum [*nomin. n.*] supra ipsum *cadentem* tonat ... quod magis debemus accipere, nam Homerum imitatus est, qui ait *ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ*). SIL. 2, 213 concussa ... arma ... letiferum -uere. AMM. 30, 3, 4 sonitu scutorum -ante gentilium.

syntactica quaedam: verbum intrans.; transitive v. l. 18 p. 26, 45. 27, 29. 67. 81. 28, 55. impersonaliter v. p. 27, 68.

acced. casus: acc. q. d. internus, cognatus sim.: p. 26; 45. 27, 29, 28, 42. 29, 14. acc. q. d. externus, directus: cf. l. 33 sq. acc. neutr. adi.: furibundum *p. 28, 4.* horrendum *l. 22. p. 28, 18.* laevum *p. 26, 54. 27, 62.* letiferum *l. 31.* magnum *p. 28, 5.* violentum *p. 26, 57. dat.: l. 21. p. 26, 47. 67. 27, 30. 83. 28, 43. 60. 77. abl.: loci p. 26, 47. 67. 27, 68. modi p. 27, 25. 68. 28, 43. 60. instrumenti l. 23. p. 26, 47. 27, 26. 84. auctoris p. 28, 43.*

c. praep.: loci: ab: *p. 26, 48. 68.* de: *p. 26, 48. 27, 30.* ex: *p. 26, 48. 68. 27, 30. 28, 78.* in *c. abl. p. 28, 78.* per: *p. 26, 68. 27, 31.* super *c. acc. p. 26, 48. 27, 31. ceteris*: ad *fin. p. 27, 84. 28, 77.* de (= *super*) *p. 27, 31. 84.* in *c. acc.* (= *adversus*) *p. 27, 32.* per *instrum. p. 27, 32.* sine *p. 26, 68.*

seq.: enuntiatum per quod: *p. 26, 49 (consec.). 28, 1. acc. c. inf.: p. 27, 32. oratio directa: p. 27, 28. 78. 28, 81. addito dicendi verbo: p. 27, 38. 55. 79. 29, 4.*

compos.: superintono. *I. Kapp.*

intōnsus, -a, -um. *ab* in *et* tondere (tonsus). *de notione: nota syn. l. 84. p. 30, 11.* GLOSS.L II Philox. IN 696 *ἄκαρτος* (697). GLOSS. *ἄκουρος. ἀκούρευτος. legitur praecipue in poesi inde ab* ACC., VARRONE, VERG., HOR., TIB., PROP., OV.; *rarius in sermone pedestri* (*semel ap.* SISENNAM, LIV. *et inde a* SEN. philos., CVRT.).

i. q. non tonsus: **I** *proprie* (*c. acc. gr. p. 30, 5. 10. 51, c. abl. l. 71. p. 30, 15. 50; in fig. enall. p. 30, 33 sq.*): **A** *sensu strictiore* (*non rasus l. 62. 82. p. 30, 8*): **1** *de deis* (*sc. iuvenilibus*): **a** *de crinibus* (barba *l. 62 sq.*): *Apollinis*: HOR. epod. 15, 9 -os ... agitaret Apollinis aura capillos (TIB. 2, 5, 121 Ov. met. 1, 564). TIB. 1, 4, 38 aeterna est Baccho Phoeboque iuventas: nam decet -us crinis utrumque deum (LYGD. 4, 27 -i crines longa cervice fluebant). 2, 3, 12 comae (3, 10, 2). *Aesculapii*: PRIAP. 36, 8 -a semper Aesculapio barba est. *Bacchi* (*v. et l. 60*): SEN. Phaedr. 754 Liber ... -a iuvenis perpetuum coma. *Hymenaei*: CLAVD. carm. min. 25, 43 dubiam lanuginis umbram caesaries -a tegit. **b** *de deis ipsis: Apolline* (*cf. gr. ἀκερσεκόμης*): HOR. carm. 1, 21, 2 -um, pueri, dicite Cynthium. PROP. 3, 13, 52 *Brennus* petit -i Pythia regna dei (Ov. trist. 3, 1, 60). OV. met. 12, 585. STAT. silv. 3, 4, 8 accipe ..., iuvenis Phoebeie, crines ... -oque ostende patri. APVL. flor. 3 p. 14 Marsyas ... laudans sese, quod erat et coma relicinus et barba squalidus et pectore hirsutus ..., contra Apollinem ... culpabat, quod Apollo esset et coma -us et genis gratus *eqs.* *Baccho*: OV. Pont. 2, 9, 31.

2 *de hominibus* (*aut temporum priscorum, sc. heroibus [cf. p. 30, 4] et Romanorum maioribus, aut condicionis certae [de iuvenibus p. 30, 3. 10. 15; de philosophis p. 30, 11; de sacerdote l. 83. p. 30, 13; de gentibus exteris l. 81. p. 30, 8]. nonnumquam dubites, an admittenda sit notio incuriae, cuius exempla certa v. s. B*): **a** *de crinibus, barba sim.*: ACC. trag. 672 *Agamemno* scindens dolore identidem -am comam (SIL. 4, 203 Parcae -a ... ad manes traxere coma *Sarmentem*. 16, 525 redimita corona. STAT. Theb. 6, 587). PLIN. nat. 6, 162 Arabes mitrati degunt aut -o crine; barba adraditur praeterquam in superiore labro; aliis et haec -a (VAL. FL. 6, 643 famulum ... ferebant Phasidis -o nequiquam crine parentes). QVINT. inst. 9, 3, 18 (*ex Hor. carm. 1, 12, 41*) -is (incomptis *Hor.*) Curium capillis. **b** *de hominibus ipsis* (*vel de eorum capite l. 6. fronte l. 14. mento l. 8. ore l. 2. vertice l. 12. cf. et l. 36*): VERG. Aen. 9, 181 ora puer prima signans -a iuventa (*cf.* SERV. *ad l.*: '-a' hoc ad sua tempora rettulit; alioquin heroes non tondebantur). TIB. 2, 1, 34 Messalla ... -is gloria victor avis (OV. fast. 2, 30). OV. met. 5, 87 -um ... comas Helicem. 6, 254 Damasicthona. fast. 3, 409 Ampelon. 4, 655 caput -um *Numae* (SVLP. SEV. chron. 1, 27, 3 Samson). 6, 264 -i regia ... Numae. CVRT. 8, 9, 22 capillum pectunt saepius, quam tondent, mentum semper -um est, reliquam oris cutem ad speciem levitatis exaequant *Indi*. PLIN. nat. 7, 211 *Romani* antea -i fuere. SIL. 15, 671 Rhodani ... comas -a iuventus (SCHOL. Pers. 3, 54 iuventus -a [detonsa *Pers.*], id est philosophi, qui non tondebantur). STAT. Theb. 6, 607 ab -o pendebat vertice crinis Arcados. 7, 715 Gyan. 8, 198 -i ... penetralia Branchi. 9, 306 Hersen. SIL. 1, 403 frontem Chremes -am umbrante capillo saeptus. NEMES. ecl. 2, 17 ambo genas leves, -i crinibus *pueri*.

3 *de bestiis*: **a** *de ovibus*: VERG. Aen. 12, 170 sacerdos sactigeri fetum suis -amque bidentem ... admovit ... aris (SERV. auct. *ad l.*: quam pontifices altilaneam vocant. *sic in sacrificio*: ARNOB. nat. 7, 18 p. 252, 8 agnis). COLVM. 7, 3, 7 mercaberis ovis -as (*syn. 7, 3, 2* lanatas oves). **b** *de pilis in pelle caprina*: HIER. epist. 29, 6, 2 'pulvillus de caprarum pelle consutus', qui -is pilis caput involuti in lectulo hominis mentiretur.

B *sensu laxiore: accedit notio q. e. incultus, hirsutus* (*v. et p. 29, 76 sq. peculiariter de lugentibus l. 27. 29. 32. 47. 48. paulo aliter de simplicitate inculta, inornata l. 50*): **1** *de viris*: **a** *de capillis, barba sim.*: TRAG. inc. 192 (*Welcker reddidit Pacuvio*) barba pedore horrida atque -a infuscat pectus inluvie scabrum (VVLG. II reg. 19, 24 inlotis pedibus et -a barba). SISENNA hist. 47 cum ... barba immissa et -o capillo, lugubri vestitu ... flens ... circumiret. CVRT. 4, 13, 5 facies Scytharum Bactrianorumque: hirta illis ora et -as comas esse (9, 10, 9 *maritimorum Indorum* comae hirsutae et -ae sunt). LVCAN. 2, 375 -os rigidam in frontem descendere canos passus erat *Cato* (*cf. l. 36*). FIRM. math. 4, 24, 9 -a crinium semper inluvies (*sic c. enall.*: 5, 1, 5 -is crinium sordibus. *cf.* 5, 3, 52 -orum crinium inluvies [MART. CAP. 6, 578 *pauperes* -o crine hispidos]). **b** *de hominibus ipsis* (*capite l. 42*): HOR. carm. 2, 15, 11 -i Catonis (PORPH. *ad l.*: veteres propter severitatem hirsuti erant). epist. 1, 7, 90 *Menam* adspexit scabrum -umque Philippus. TIB. 1, 7, 16 frigidus -os Taurus alat Cilicas. OV. Pont. 4, 2, 2 Getis. LIV. 21, 32, 7 *Alpium* homines -i et inculti (*cf.* PLIN. nat. 11, 130 apud -as utique gentes ...; nomina ex eo Capillatis Alpium incolis, Galliae Comatae). SEN. Herc. f. 539 Sarmatis. epist. 5, 2 asperum cultum et -um caput et neglegentiorem barbam *Cynicorum* ... evita (QVINT. inst. 12, 10, 47 [*in imag. de oratione modice ornata*] do tempori, ne hirta toga sit, non ut serica, ne -um caput, non ut in gradus atque anulos comptum).

2 *de deabus et feminis*: **a** *de crinibus*: VARRO Men. 123 Infamia stans ... -a coma, sordida vestitu, ore severo (*cf. sim. l. 29*). CIRIS 284 -os multo deturpat pulvere crines ... Carme (*locus coniecturis variis temptatus*). DRAC. laud. dei 1, 395 *Eva* corpore nuda ..., caesaries -a comis, gena pulcra rubore. **b** *de dea ipsa*: PRVD. psych. 23 Fides, agresti turbida cultu, nuda umeros, -a comas, exerta lacertos.

II *translate: de montibus, arboribus, arbustis*: VERG. ecl. 5, 63 voces ad sidera iactant -i montes (SERV. *ad l.*: silvosi, incaedui [*cf.* georg. 4, 277. SCHOL. Verg. Medic. ecl. 10, 7 '*tonsas*' significat cultas ... et e contrario: '-i montes']). Aen. 9, 681 consurgunt geminae quercus -aque caelo attollunt capita (CORIPP. Iust. 3, 175). STAT. Theb. 4, 420 silva ... incurva senecta, aeternum -ae frontis. 6, 105 adclinant -a cacumina terrae alnus ... *et* ulmus (VEN. FORT. carm. 3, 12, 3 mons ... -a cacumina tollit). silv. 4, 7, 10 ab -a capienda myrto serta. FRONTO p. 205, 1 v. d. H. (= p. 216 N.) tonsilia arbusta ... radi ... solita ..., at illas -as abietes neglectasque piceas caput aemulum nubibus addere. CYPR. GALL. gen. 67 fructus, quos nemus -um ramo frondente creavit (*cf.* iud. 135 lucos. 381 dumi).

intorābilis *v. s.* intolerabilis *p. 22, 55.* *Knauer.*

intorpet NOT. Tir. 56, 97 (-tur- *trad.*). *Hi.*

***intorqueo**, -torsī, -tortum, -ēre. *ab* in *et* torquere. NOT. Tir. 48, 83 -et. 89 -sit. 95 -tum. *de notione*: NON. p. 36, 8 valgum est proprie -tum. p. 371, 25 adducere, -ere, rotare. p. 394, 34 contendere, adstringere, -ere. GLOSS. *ἐναχοντίζω*. -tum *ἐνεστραμμένον. ἐνστρέφει. περιστρέφω. de usu: refl. v. l. 84. p. 32, 22. mediopass.: v. p. 31, 17. 24. legitur inde a* PLAVTO, LVCILIO, VARRONE, CIC., LVCR. *per totam latinitatem.* [*val.* întoarce (*cf. et val. vet.* întort [*i. obstinatus*]), *francog. vet.* entordre, *hisp.* entorcer. *R.*]

[*var. lect. (v. et p. 31, 59): falso pro*: integere: SIL. 17, 88. intendere: STAT. Theb. 9, 707. interserere: ARATOR act. 2, 972 intorserit. torquere: SIL. 6, 176 MART. 8, 33, 19 PRVD. psych. 293. *e coni.*: LVCR. 6, 555 vas -tum (*Diels*, inter *trad.*).]

I *fere i. q. in orbem flectere, curvare, sinuare, involvere, implicare* (*minore curvamine de cruribus vel varis vel vatiis p. 31, 4*): **A** *variis modis*: **1** *animantes eorumque corporum partes* (*figuras p. 31, 5. sim. de signo p. 31, 1. 2*): PLAVT. Cist. 729 (*lus. verb.*) imitatur ... bestiam, ... involvulum, quae in pampini folio -ta implicat se: itidem haec exorditur sibi -tam (*v. p. 33, 5*) orationem. CIC. carm. frg. 7, 5 *aquila anguem* se -entem lanians rostroque cruentans (VITR. 9, 5, 1

[Busch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad virginem et leonem . . . anguis porrigens agmen stellarum -tus succingit [*v. p. 30, 81*]. *cf.* VITR. 9, 4, 6 -ta replicataque se attollens reflectitur *serpens* [*v. p. 30, 81*]. PLIN. nat. 19, 70 draconis -ti figura). PLIN. nat. 11, 265 sues -ent *caudam*. MACR. Sat. 7, 10, 11 ossa *debilia* . . . facile -entur, dum pondus superpositi corporis ferre non possunt. *obi. sunt figurae, quae efficiuntur*: AETNA 47 per orbes . . . -tos sinuat vestigia serpens (SEDVL. op. pasch. 4, 13 p. 264, 3 gyros. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 622 volumina caudae).

2 *res* (*v. et p. 30, 80 sq.*): **a** *partes in mundi creatione*: CIC. Tim. 24 hanc . . . coniunctionem . . . *deus* in longitudinem diffidit, . . . deinde in orbem -sit (*gr. p. 36B κατέκαμψεν*). **b** *res naturae*: CVRT. 6, 5, 14 *arborum* ramos manu flectunt, quos -tos rursus inserunt terrae. COLVM. 5, 6, 34 palmitem -at, deinde ita alliget et praecipitet; nam et post eum locum, quem -seris, laetam materiam citabit. 11, 3, 21 *ulpici spicae* ante quam caulem faciant, omnem viridem superficiem -ere et in terram prosternere conveniet (PLIN. nat. 19, 114 debet . . . -eri caulis). PLIN. nat. 19, 66 *cucumeres* curvantur -enturque. **c** *vestem sim.*: LIV. 25, 16, 21 paludamento circa laevum bracchium -to . . . impetum fecit (*cf.* PETRON. 80, 2 pallio. DON. de com. 8, 6 parasiti cum -tis palliis veniunt). SIL. 5, 367 *medicus* -tos de more astrictus amictus mulcebat . . . vulnus.

B *fere i. q. obligando, vinciendo circumdare*: PLIN. nat. 7, 144 faucium reste (certe *trad.*) -tarum (*sc. a tribuno coercente*) expressique per aures sanguinis poena. STAT. Theb. 5, 531 *Python* spiris -ta movebat cornua Parnassi.

II *quasi axem alicuius rei torquere* (*sc. ita, ut forma vel habitus rei in statum vel cochleae vel funis torti similem [paulo aliter l. 60] mutetur*): **A** *in universum*: **1** *usu generali*: CELS. 5, 28, 12K papyrum -tum vel aliquid ex penicillo in modum collyrii adstrictum eo *medicamento* illinere. SCRIB. LARG. 43 spongeis *in aquam* demissis et per linteum -tum utrimque expressis (*sic ad exprimendum*: MARCELL. med. 8, 32). PLIN. nat. 16, 176 *salicis vice alligat* et -ta corylus. VEG. mulom. 2, 48, 6 licinio . . . -to. MARCELL. med. 10, 45 lana . . . -ta . . . et naribus indita (10, 48 pilos). PHYSIOGN. 105 p. 130, 5 *homo intemperans* capillos manu -ens ori devorandos applicabat. **2** *t. t. in cultura pomorum* (*sc. ad retinendum sucum*): COLVM. 5, 10, 16 ramulos, quibus dependent *mala punica*, -eto. 12, 46, 2 quidam pediculos punicorum, sicuti sunt in arbore, -ent, ne pluviis mala rumpantur (PLIN. nat. 14, 83 adservatur . . . uva diutius in vite pediculo -to. 17, 259). arb. 23, 2 petiolos. PLIN. nat. 17, 156 *genus surculorum* sine calce, quod sagittae vocantur, cum -ti panguntur, ⟨i⟩idem cum recisi nec -ti, trigemmes. 17, 157 facile rumpitur, quod -tum fuit. 17, 183 ipsi palmites -entur (*ibid.*: si luxuriaverint). PALLAD. 3, 10, 7 sarmentum. 4, 10, 4 si, dum pendent poma, tenacibus, sicut in arbore habentur, -seris, in totum annum . . . servantur.

B *accedente notione plectendi: obi. (subi. in struct. pass.) est ea res, quae*: **1** *efficitur* (*indicatur materies implicanda per abl. l. 51. 52. 53*): CATVLL. 64, 235 -ti sustollant vela rudentes (SIL. 6, 353). TIB. 1, 9, 22 -to verbere terga seca (*syn. 1, 6, 46* torta). OV. met. 3, 679 ad -tos . . . funes (LAMPR. Heliog. 33, 3 paraverat . . . funes blatta et serico et cocco -tos). SEN. Herc. O. 373 *Hercules* stamen -ens manu. PETRON. 131, 4 licium . . . varii coloris filis -tum. STAT. Theb. 4, 534 solido . . . -ta adamante gigantum vincula. *in imag.*: AVG. in psalm. 57, 3 p. 677med. criniculi sunt, qui fiunt -endo, hoc est quod peccatis peccata connectebas (*spectat ad Vulg. prov. 5, 22* funibus [criniculis *Itala*] peccatorum . . . constringitur). **2** *in statum tortum redigitur*: PLIN. nat. 17, 16 vestire teneras *arbores* -to stramento. STAT. Theb. 8, 294 *sacerdos* -to signatus vellere crinem. PRVD. psych. 127 squamosa ferri texta per -tos (innumeros *l. v.*) commiserat undique nervos. **3** *alicui rei conexae additur* (*nota vigere vim praep.; sensus derivatus esse videtur a verbo syn. q. e.* implectere [*cf. e. g. Verg. georg. 4, 482 c.* HOR. *l. seq.*]; *acced. dat.*): HOR. carm. 2, 13, 35 -ti capillis Eumenidum recreantur angues. CLAVD. 22, 263 (*de ornatu Italiae deae*) Oenotria lentis vitibus -ens hederas.

III *fere i. q. circumagere vel convertere vel rotare* (*sc. turbinis modo*): **A** *praevalet sensus torquendi*: **1** *homines*: LIV. 21, 58, 3 *milites* vertice (*sc. venti*) -ti adfligebantur. STAT. Ach. 1, 834 citat orbe Lacaenas Delia plaudentesque suis -et Amyclis.

2 *res*: **a** *solidas*: **α** *in universum*: LIV. 28, 30, 9 fugientem navem videres vertice retro -tam victoribus inlatam (28, 30, 10 repente -ta in proram circumagebatur. CVRT. 9, 4, 11 vertices . . ., quibus -ta navis obliqua . . . agebatur). COLVM. 12, 54, 2 *oleam* sic premito, ne vasa -as, sed tantum ipsius preli pondere . . . exprimi patiaris. VAL. FL. 8, 356 *Styrus* -tis . . . remis prosilit. APVL. met. 2, 7, 5 quam pulchre quamque festive . . . ollulam istam cum natibus -es (*syn.* rotabat in circulum). 9, 11, 1 iumentorum multivii circuitus -bant molas ambage varia. CLAVD. 24, 363 clavum. AVG. civ. 5, 3 p. 194, 2 D. dum . . . rotam figuli vi quanta potuit -isset. *significantius, c. vi praep. q. e.* '*intro*' (*cf. p. 32, 22*), *fere i. q. perforando adigere*: AVSON. 359, 17 p. 217 *versu Vergiliano* (9, 744) *deformato*: -et . . . hastam (*i. mentulam*).

β *peculiaribus modis*: Ⓘ *hostiliter, i. q. manu versare, sc. ut vel alicui obiciatur (v. l. 84 sq.) vel in alqm. coniciatur* (*v. p. 32, 2*): CIC. Att. 9, 7, 3 vereor, ne Pompeio quid oneris imponam, *μή μοι γορ-*

γείην κεφαλήν . . . -at. AVG. civ. 15, 9 p. 74, 29 D. vir . . . pugnans et *lapidem* rapuit et cucurrit et -sit et misit. Ⓘⓘ *t. t. in arte musica* (*proprie -entur οἱ κόλλοπες, at transfertur verbum ad chordas, ita ut se adplicet ad sensum verbi syn. q. e.* intendere [*v. l. 6*]): FAV. EVL. p. 16, 9 si . . . aliam *chordam* sex momentis -seris (*syn.* distentam, tendamus, intendas). Ps. HIER. (= EVTR.) epist. 19, 20 p. 209A (*in imag.*) tota credulitatis nostrae harmonia -tis vehementius per artem fidibus resultemus.

b *aquam, pulverem, fere i. q. commovere agitando per orbem* (*sc. remos [cf. p. 31, 74], spatham [l. 14. cf. p. 31, 75]; ventum turbinem* [*l. 13*]): VAL. FL. 3, 476 *Hercules* -tis adsurgens arduus undis (8, 287 illi . . . -ent truncis . . . undam). SIL. 5, 535 it globus *equitum* -ens nigranti turbine nubem pulveris. ORIBAS. syn. 9 add. La p. 398fin. fenum grecum . . . in aqua infundes et cum -seris (*coni. Busch*, -serit *trad.*, *quod quasi pro refl. def. Arnaldi, ALMA 11, 1937, 110*). cum ipsa aqua mittis in olco.

c *ventum, nubem (aliter l. 13) sim.*: SEN. nat. 7, 4, 1 *cometas* accendi turbine quodam aëris concitati et -ti (*syn. 7, 5, 2* in orbem vertitur). VAL. FL. 4, 452 niger -to ceu turbine nimbus. SIL. 12, 662 notus . . . piceam cum grandine . . . -ens nubem . . . circumagit . . . ducem. 17, 255 -ta noto . . . procella. *significantius, c. vi praep. q. e.* '*intro*' (*cf. p. 31, 79; refl., fere i. q. per similem terebrae motum intrare*): LVCR. 6, 125 cum subito validi venti conlecta procella nubibus -sit sese conclusaque ibidem turbine versanti . . . undique nubem cogit uti fiat . . . cava.

B *per synecdocham eius generis, q.* '*Sinnesstreckung*' *dixit Brugmann (v. Havers, Glotta 25, 1936, 101 sqq.), i. q. alqd. torquendo, rotando incitare (cf. l. 1 sq.) atque incitatum in alqm. (alqd.) emittere, conicere* (*praevalet sensus iaculandi, cf.* contorquere [*vol. IV 736, 74 sqq.*] *et francog.* '*tirer*' *[Havers l. c. p. 106in.]. acced.: dat. saepe. praep.* in: *c. acc. [quam struct. dativo praefert* SERV. *l. 40]: e. g. l. 40. 49. 53. 57. 63. c. abl.: l. 48. locis quibusdam dubites, an praeter sensum coniciendi admittenda sit notio penetrandi [sc. c. vi praep. q. e.* '*intro*', *cf. l. 22. p. 31, 79]: e. g. l. 38. notione torquendi evanescente fere i. q. immittere: l. 56. 58*): **1** *proprie* (*nota hunc verbi usum frequentare poetas*): hastam: VERG. Aen. 2, 231 *Laocoon* qui cuspide robur laeserit et tergo . . . -serit hastam (*nota ὕστερον πρότερον, nisi mavis admittere notionem penetrandi* [*v. l. 33*]). 9, 744 (*cf. p. 31, 80*). 11, 637 hastam -sit equo ferrumque sub aure reliquit (SERV. *ad l.*: figurate, nam '-o in equum' dicimus [*v. supra l. 31*]). SIL. 13, 209 furiatis viribus (*al.*). STAT. Theb. 4, 7 agens. SIDON. carm. 5, 248 ludus . . . -tas praecedere saltibus hastas. *al.* iaculum: VERG. Aen. 10, 323 *Aeneas* Pharo . . . -ens iaculum clamanti sistit in ore. OV. met. 5, 90 SIL. 1, 305. 5, 449 fugientis . . . tergo. 5, 577 Hamilcar . . . librat ab aure -ens iaculum et . . . *hostem* transigit. *al.* Ps. HIL. hymn. 2, 15 peccatorum iaculis confossus, arcu quae Venus libidinis -sit (*sic in imag.*: GREG. M. moral. 2, 32 p. 571D quot . . . voces patientiae . . . reddidit *Iob*, quasi tot in adversarii pectore iacula -sit. *al.*). *al.* telum: VERG. Aen. 9, 534 per . . . fenestras. 10, 382. 10, 882 in hostem. 12, 921 corpore toto eminus. SEN. epist. 45, 9 (*in imag.*) quem fortuna, cum . . . telum . . . vi maxima -sit, pungit, non vulnerat. SIL. 15, 741 lacertis. *al.* *varia, quae quis pugnans emittit*: SIL. 2. 124 virgo . . . totis . . . annisa . . . viribus -et letalem in moenia cornum. 4, 540 -ens derecto turbine robur. 7, 623 saxi (PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 3 p. 710 machinis saxa -entibus [*gr. 3, 80 λιθοβόλα*]). STAT. Theb. 8, 586 missile. TAC. ann. 14, 36, 3 pila. CASSIAN. conl. 1, 5, 1 sagittas. *al. laxius, de ariete admovendo*: HEGES. 3, 11, 2 in quem *locum* aries a Romanis -batur (*gr. 3, 223 φερόμενον*).

2 *translate*: CIC. Tusc. 4, 77 alternis . . . versibus -entur inter fratres gravissimae contumeliae (PAVL. FEST. p. 111 intrahere est contumeliam -ere). SIL. 11, 340 tune . . . *Hannibalis* fulmina pertuleris, si viso -serit ense diram . . . vocem? AMBR. bon. mort. 7, 29 p. 730, 5 *cum ii, qui condemnant, quae ipsi faciunt*, in se -ant graviorem conscientiae sententiam (epist. 3, 3 p. 888B [*vigente imag.*] -enda est amentata illa non manipularis sententia. GREG. M. moral. 4, 2 p. 639B). HEGES. 5, 16, 1 p. 326, 8 *Ezechias* pro iaculis orationem -sit. *al. huc pertinere veri simile est locum mutilum* LVCIL. 1139.

IV *fere i. q. detorquere, distorquere* (*saepius c. respectu vel sedis iustae vel habitus boni, unde alqd. eicitur, deducitur; aliter l. 74. p. 33, 12*): **A** *proprie*: **1** *de motu, qui fit sponte*: CIC. de orat. 2, 266 Tito Pinario mentum in dicendo -enti. VERG. georg. 4, 451 *Proteus* oculos -sit lumine glauco (*cf.* PRVD. psych. 114 *Ira* sanguinea -ens suffuso lumina felle). GELL. 15, 9, 10 cum homo voltum -ret et non hisceret. APVL. met. 2, 10, 2 illa cervicem -sit et ad me conversa . . . ait ([*v. l. 69*]. 8, 27, 5 *deae Syriae cultores* diu . . . capite demisso cervices lubricis -entes motibus crinesque . . . in circulum rotantes. *aliter l. 82*).

2 *de motu, qui fit vi externa* (*morbo p. 33, 3 sq.*): **a** *generatim*: PLIN. nat. 36, 73 sive urbis tremoribus . . . gnomone -to sive . . . sedimento molis facto. **b** *speciatim: de clade et iniuria corporis* (*aliter p. 30, 79*): BELL. Hisp. 38, 2 accedebat, ut . . . talum -isset *Pompeius* (39, 1 saucius et -to talo. VIR. ill. 65, 5). PLIN. nat. 8, 182 -ta cervice tauros necare (*aliter l. 74 sq.*). PELAGON. 256 -tum unguem esse. CHIRON 20 *iumentum* si articulum exemerit vel -serit ([*inde* VEG. mulom. 1, 25, 6 si articulus exemptus vel -tus fuerit]. 601 si equus arti-

[Busch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

culum extorserit aut laxaverit -tum aut extortum). 616 coronam (*gr. Hippiatr. I p. 378, 2 διέστραπται*). GREG. TVR. Mart. 2, 5 p. 611, 15 *paralyticus* pedes, quos -tos exhibuit, ... retulit in usu consueto directos. 3, 6 p. 633, 28 tibiae ceu funes -tae (*opp.* distortis). *al.*

B *translate*: **1** *fere i. q. per ambages obscurum facere*: PLAVT. Cist. 730 *v. p. 30, 83.*

2 *de ratione, habitu sim. mutato* (*in malam partem [praeter l. 12], i. q. pervertere*): CIC. Caecin. 77 libidinis *vox est* verbo ac littera ius omne -eri *oportere*. GREG. M. in euang. 35, 1 p. 1260B abundantiam ... ad perversitatem -simus voluptatis. in Ezech. 2, 7, 16 p. 1023B *res* ad usum vanae gloriae (moral. 3, 29 p. 615B ut *Christus* ... in se ad usum pietatis -ret, quidquid ... contra se malitia ... saeviret [*v. l. 7sq.*]. *al.*). moral. 1, 53 p. 552C ne *cor* hoc, quod ... rectum hominibus ostentat, apud semet ipsum per vitium pravae intentionis -at. *al.* ***homines***: GREG. M. moral. 1, 48 p. 549A *deo preces offerimus*, ne scientia ... inflet, ne pietas, dum se extra rectitudinem inclinat, -at (*sc. nos*).

3 *fere i. q. transferre* (*sc. iram, culpam a se in alium*): HEGES. 1, 41, 7 p. 97, 15 *Salome sui* delicti gratiam meruit et omnem saevitiae regalis in adulescentes procellam -sit. GREG. M. moral. 4, 39 p. 656C *Adam* excessus sui vitium in auctorem latenter -ens.

p. p. p. **intortus**, -a, -um *pro adi.* **A** *de rebus muricatis*: PLIN. nat. 9, 102 *conchae* vertice muricatim -o. VAL. FL. 3, 727 dat ... signum Phorcys et ... -o murice phocas contrahit

B *fere i. q. curvus, tortuosus, inflexus*: **1** *proprie*: **a** *de rebus corp.*: ***α*** *de satis, arboribus, cucumere sim.*: VARRO rust. 1, 31, 4 *capreolus* est coliculus viteus -us ut cincinnus (PAVL. FEST. p. 57). COLVM. 10, 380 -us cucumis. PLIN. nat. 12, 67 caudice *arboris* duro et -o. 21, 49 in ... flore *petellii* inflecti cacumen et e nodis -a (-o *trad.*) folia nasci. PALLAD. 1, 5, 4. 3, 12, 2 auferenda sunt laeta, -a, debilia ... sarmenta. ***β*** *de animalium (sim. sideris) cauda et cornibus*: GERM. 487 alligat illum (*i. aquarium sidus*) -a pristis cauda (PLIN. nat. 8, 207 *suis*). COLVM. 7, 3, 3 *aries* -is cornibus ..., quia minime nocent -a potius quam surrecta et patula cornua. ***γ*** *de cometa, puppi navis*: PLIN. nat. 2, 91 *stella* ignea specie ac spirae modo -a. APVL. met. 11, 16, 8 puppis -a chenisco ... fulgebat. **b** *de rebus incorp.*: PLIN. nat. 13, 96 evenit discursu ... hoc (*i. ut in mensa citrea appareant vertices*) -o (*opp.* oblongo). APVL. met. 10, 31, 6 *Minerva* -o genere gesticulationis ... demonstrabat Paridi *eqs.* NON. p. 66, 24 vulpinari ... dictum ab incerto et -o vulpium cursu. MAR. VICTORIN. gramm. VI 60, 2 -um et flexuosum iter labyrinthi.

2 *translate: de sono vocis*: PLIN. nat. 10, 82 *lusciniae* sonus ... nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur -o. APVL. flor. 13 p. 46 occipiunt carmine ... noctuae -o.

C *i. q. crispus*: VARRO Men. 375 ante auris modo ex subolibus parvuli -i demittebantur sex cincinni. VAL. FL. 6, 563 labitur -os per tempora caerula crines ... velatus harundine Peucon (SIL. 3, 284 -os demissus vertice crines Bacchus. APVL. met. 11, 3, 4 sensim. AVG. bon. coniug. 12, 14 p. 206, 1 nupta ... quae ... cogitat ... quomódo placeat deo, ornando se non -is crinibus ..., sed ... per bonam conversationem [*e Vulg. I Tim. 2, 9* in tortis crinibus, *gr. ἐν πλέγμασιν. in dubio est, utrum Aug.* -is *voluerit an* in tortis; *cf. subst. l. 74*]).

D *i. q. perplexus, implicatus*: CELS. 7, 18, 9 venae intumescunt eaeque -ae conglomerataeque ... scrotum implent.

E *i. q. (detorquendo) deformis, perversus*: **1** *proprie*: PHYSIOGN. 59 manus tenues et -ae loquacem demonstrant (*Adamant. 20 p. 366, 8 σχολιαῖς*). EVGRAPH. Ter. Haut. 1062 oculis -is (*i. strabis, ut perperam explicat vocem ᶜcaesiam'*). **2** *translate* (*vigente imag.*): PERS. 5, 38 adposita -os extendit regula mores. THEOD. MOPS. epit. in psalm. 77, 57b ad p. 536, 3—6 *filii Israel* ita pravitate curvi et -i profanitate, ut arcuum est flexuosa formatio (*gr. paulo aliter μετεστράφησαν*).

adv. **intortē.** *compar. v. l. 65.* **1** *proprie de discursu macularum in ligno, fere i. q. in modum spirae*: PLIN. nat. 16, 68 bruscum *est tuber aceris* -tius crispum. **2** *translate de oratione, fere i. q. contorte, perplexe* (*cf. supra l. 5*): AVG. beat. vit. 19 p. 104, 15 postulavit mater, ... ut ei hoc ipsum, quod conclusionis necessitate -e dixeram, explicando relaxarem atque solverem (nat. et grat. 49, 57 p. 275, 6 -e hoc dixit *Pelagius* et ideo subobscure [*opp.* planius]).

deriv.: intortio.

intortio, -ōnis *f.* *ab* intorquere. *fere i. q. ornatus crispus* (*sc. capillorum*): ARNOB. nat. 3, 14 p. 121, 22 *deos* capillorum -bus crispulos. AVG. epist. 262, 9 p. 628, 17 auri ... circumpositio et -o crinium ... reprehensa sunt (*ad Vulg. I Tim. 2, 9: at v. l. 52 sq.*). *Busch.*

intortus, -a, -um *v. l. 22.*

in tōtum *v. s.* in (*vol. VII 1, 759, 57 sqq.*) *et* totus.

ⁿintrā *praepos. et adv. (v. p. 43, 57 sqq.). cf.* interior, intro (*adv.*) *et opp.* extra. *v. Stolz-Leumann⁵ p. 220.* GELL. 12, 13, 8 ᶜ*in, cis, uls*' particulae quoniam parvo exiguoque sonitu obscurius promebantur, addita est tribus omnibus eadem syllaba (*i.* ᶜ*tra*') ...; quod erat ᶜin' accedente eadem syllaba ᶜ-a' factum est. PRISC. gramm. III 43, 15 ᶜ-a' ... videtur ab ᶜin' derivatum, velut ab ᶜex' ᶜextra' et a ᶜsub' ᶜsubter', sic ab ᶜin' ᶜinter' et ᶜ-a' (43, 20. 72, 23). -a *corripitur in versu hexam.*! PAVL. NOL. carm. app. 3, 76 *deus* qui caelum terrasque ... extra vel -a regis. *scrib. c. apice*: PAP. Berol. 611 II 5 (*s. I*) -á rerum agendárum dies. NOT. Tir. 44, 98 -a paucos dies (44, 99 -a dies paucos). 51, 55 -a. *comparat.* interius *et superlat.* intime *v. s.* interior.

de notione: GELL. 12, 13tit. ᶜ-a Kalendas' cum dicitur, quid significet, utrum ᶜante Kalendas' an ᶜKalendis' an utrumque; atque inibi, quid sit in oratione M. Tulli ᶜ-a oceanum' (*Verr. II 3, 207*) et ᶜ-a montem Taurum' (*Sest. 58*) et in quadam epistula ᶜ-a modum' (*epist. 4, 4, 4*): *v. totum cap.* VLP. dig. 38, 9, 1, 9 quod dicimus ᶜ-a dies centum bonorum possessionem peti posse', ita intellegendum est, ut et ipso die centensimo bonorum possessio peti possit, quemadmodum -a Kalendas etiam ipsae Kalendae sunt (*cf.* 50, 16, 133. *v. et l. 16*). NON. p. 530, 10 ᶜ-a' non solum id significat, quod consuetudine persuasum est, ut ᶜ-a modum', hoc est ᶜa modo minus', sed etiam ᶜin ipso modo', ut ᶜ-a Kalendas' dies etiam ipsae Kalendae accipi debeant, ut ᶜ-a oppidum' et ᶜ-a cubiculum' cum dicitur, ᶜin oppido' et ᶜin cubiculo' dictum esse videatur (*pendet e* GELL. *l. 6*). CHAR. gramm. p. 243, 21 B. *adverbia*, quae et in locum et in loco ⌊et e loco⌋ (⌊⌋ *om. N*) significant infinita, velut ... extra, -a, super *eqs.* PRISC. gramm. III 43, 16 significat *τὸ ἐντός*, quod est adverbium apud Graecos (*cf. seq.*: intus et intro, quae sine dubio adverbia sunt etiam apud nos); ... huic contrarium est ... extra. *v. et p. 36, 44.* GLOSS.L II Philox. IN 702 -a *ἐντός* (GLOSS. III 141, 46 *ἐντὸς οὗ* -a quem. *al.*). GLOSS. II 287, 67 *εἴσω* infra -a. III 649, 6 aegrotat. :: a quando? :: -a paucos dies incurrit (*πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν ἐνέπεσεν. ad l. v. Svennung, Unters. Pallad. p. 367 adn. 1*).

in doctrina gramm.: CHAR. gramm. p. 245, 12 B. ex praepositionibus quae mutato accentu in adverbia recidunt: ... -a, -a sedebat. PRISC. gramm. III 43, 22 ᶜintus' et ᶜintro' casualibus numquam praeponuntur, ᶜinter' vero et ᶜ-a' frequentissime, sicut ᶜextra' casibus praeponitur. 43, 23 ab ᶜ-a' derivatur et ᶜintrinsecus' ... et ᶜinternus' (44, 2 verbum etiam ab ᶜ-a': ᶜintro, intras'. GRAMM. suppl. p. 79, 16 ab adverbiis sive praepositionibus veniunt *comparativa*, ut ... ᶜ-a, interior'. p. 81, 21 dirivativa superlativa ... ut ᶜ-a, interior, intimus'). *v. et l. 19 sqq.*

de usu: legitur praep. inde a LEGE reg. (?) Liv. 1, 26, 6, LEGE XII tab., ENNIO, PLAVTO *per totam latinitatem; adv. inde a* BELL. Hisp., TIB., CIRI, AETNA, NVCE, VITR., SEN. *trag. et philos., rarius post s. I (v. et l. 45). adv. ap. poetas* (*praeter* COMM. *et* PAVL. NOL.) *semper in fine versus. praep. frequentissima ap. ICTos et in legibus sim. (v. Cousin, Mém. Marouzeau p. 49). in usu posterioris aevi saepe confunditur c.* infra (*v. vol. VII 1, 1483, 67 sqq. 1485, 4 sqq. et var. lect. l. 51 sqq.*). *de confusione c.* inter *v. l. 53. 65. 71 sqq. p. 38, 19. 39, 53. 41, 5. 42, 73. 44, 30.* [*it.* tra (*praep., non adv.*). *R.*]

[*variat in codd. c.*: ad: FLOR. epit. 1, 1, 13 CYPR. epist. 57, 1 p. 651, 11. citra: OV. met. 11, 651 HIER. epist. 64, 2, 5. contra: NEP. Ages. 5, 3 Liv. 8, 13, 7. *al.* extra: CAES. Gall. 7, 27, 2 SEN. Herc. O. 629 IVST. 3, 7, 2. in: CAES. Gall. 3, 6, 3. LIV. 7, 36, 12 (inter *l. v.* [PALLAD. 12, 7, 22. *al.*]). VLP. dig. 28, 6, 2, 6 TERT. adv. Iud. 7 l. 5. *saepe.* infra (*v. et l. 43. 63*): VERG. Aen. 11, 235 (-a *M*, infra M^2). LIV. 36, 15, 8 SEN. dial. 5, 6, 1. FLOR. epit. 1, 3, 6 (-a *C*, infra *B*, *Rossbach, Malcovati* [*at cf. p. 38, 3 sq.*]). *saepissime.* inter (*v. et l. 44. 49*): ACC. trag. 435 CAES. Gall. 1, 36, 7. 1, 52, 7 civ. 2, 9, 3. 3, 95, 1. VERG. Aen. 11, 267 (-a *MR*, inter *P*). 11, 882 (-a *MR*, inter *FP*). LIV. 4, 9, 6. 24, 35, 6 SEN. nat. 4, 1, 2. *saepissime.* in terra: ITALA Is. 43, 19 (Tert. adv. Marc. 4, 13 p. 457, 26; -a *falso*). PALLAD. 12, 13, 2 (-a *recte; sic et* VVLG. deut. 17, 2 Ruth 3, 11). intrare: CELS. 7, 15, 2 *ferramenti* ea pars, quae intrat (*FV*, -a *J*). *v. p. 43, 63.* intro: SEN. epist. 12, 3. *al.* intus: CELS. 5, 28, 13B (-a *J*, *falso*). ita: VLP. dig. 28, 5, 6 pr. (ita *F*, *falso*). *al.* ultra: STAT. Theb. 8, 433 FRONTIN. grom. p. 3, 14. *al.* *e coni. pro trad.*: in: SEN. contr. 1, 2, 12 CVRT. 7, 8, 7. *et saepius.* infra: PLAVT. Truc. 351 (*D¹*, -f- *BCD²*). LVCR. 3, 274 *v. vol. VII 1, 1482, 79.* LIV. 44, 19, 3 SEN. Herc. O. 45 COLVM. 8, 5, 19 TAC. hist. 4, 30, 2 PAPIN. dig. 19, 1, 41. *et saepe.* inter: PLAVT. Truc. 510 CAES. Gall. 7, 67, 3 HOR. epist. 2, 2, 114 LIV. 41, 19, 1. 45, 28, 2 PETRON. 62, 4 TAC. hist. 5, 10, 1. *et saepe.* interea: PLAVT. Curc. 448. *al.* trans: COD. Theod. 1, 6, 11, 1. *del.*: CAES. civ. 1, 65, 4 -a se recipiebant (intrare cupiebant *Nipperdey. cf.* SEN. dial. 3, 1, 7 [intra⟨t⟩ *Gertz*]. SVET. Galba 8, 2 [intra⟨ret⟩ *Ihm, cf. app. cr.*]. VVLG. I Macc. 13, 20 [intra⟨re⟩ regionem *De Bruyne*]). LIV. 25, 5, 4 (inter *Siesbye. sic* inter *pro* -a *substituitur*: MANIL. 1, 375; *Housman.* CELS. 8, 7, 5; *Linden.* FRONTIN. grom. p. 3, 13; *Lachmann.* TAC. dial. 3, 1. TREB. Gall. 19, 4; *Mommsen.* HIL. c. Const. 20 p. 596B. *al. cf. et p. 43, 69*). 26, 34, 7 (ultra *Wesenberg*). VITR. 1, 5, 6 (infra *Krohn. sic* [*multis locis dubitari licet, an* -a, *sc. per confusionem notionis, de qua v. l. 43, idem significans atque* ᶜ*infra*', *genuinum sit*]: 4, 1, 12; *Krohn.* 7, 4, 5; *Schneider.* VAL. MAX. 9, 1, 8; *Gelbke.* CELS. 4, 12, 8; *edd.* PLIN. nat. 9, 171; *Mayhoff.* FRONTIN. aq. 21; *Dederich.* FLOR. epit. 4, 11, 9; *edd.* [*at* -a *legit* IORD. Rom. 253]. ITᶜLA psalm. 44, 6 [Firm. err. 23, 2]; *edd.* COD. Theod. 16, 2, 11; *Mommsen. al.*). PLIN. nat. 17, 201 in (tria *Detlefsen*). STAT. Theb. 10, 932 -a se stridere (intrantem ridere *Wiman, Eranos 35, 1937, 21*). COD. Theod. 13, 10, 7 -aque (integre *Gothofredus*, utrimque *Haenel*, in utraque *Mommsen*). ORIBAS. syn. 4, 22

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

La p. 24in. int⟨eg⟩ra (*c. Aa*). *al.* *suppl.*: R. Gest. div. Aug. 5 ⟨-a⟩ dié⟨s⟩ paucos (*Ramsay-Premerstein*; *ἐν ὀλίγαις ἡμέραις*). *al.*]

CAPVT PRIVS: ***praep.***:

I ***c. acc.***: **A** *notione* ***locali***: **1** *generalia*: **a** *quaeritur 'ubi?'*: ***α*** *sensu strictiore iungitur c. eiusmodi subst., quae vel finem significant vel spatium certis finibus terminatum ac circumscriptum, ita ut ad sensum generalem q. e. 'in' ('inter', ubi bini spectantur fines, e. g. l. 66. 67; vel 'citra' vel 'trans', ubi locus ab una parte finitur, e. g. l. 19. 38) accedat notio terminationis (exempla selecta)*: Lex reg. (?) Liv. 1, 26, 6 *perduellionis damnatum* verberato vel -a pomerium vel extra pomerium (1, 26, 11 Varro ling. 5, 143. Ivv. 9, 11 salibus . . . -a pomeria natis [*i. iocis urbanis*]. *al.*). Plavt. Bacch. frg. 24 errat -a muros civicos (Varro ling. 5, 164 Cic. Phil. 3, 13. *saepe*). Cas. 57 futurum, quod amat, -a praesepis suas (*cf.* Varro rust. 1, 11, 2 saepta [Verg. georg. 4, 159. *al.*]. Pavl. Fest. p. 101 conseptum domūs [*al.*]. Plin. nat. 12, 22 saepem). Mil. 596 cohibete -a limen . . . vos (Most. 1064 Varro rust. 3, 7, 2 Catvll. 66, 17. *saepe*). Trin. 909 non placet qui amicos -a dentes conclusos habet (*al.*). Pacvv. trag. 48 extremum -a camterem ipsum praegradat Parthenopaeum. Afran. com. 328 vos quibus cordi est -a tunicam manus laeva, ⟨at⟩ dextra in penum erile⟨m⟩ (Ascon. Mil. p. 34, 14. *cf.* Liv. 2, 12, 5 abdito -a vestem ferro. Qvint. inst. 12, 10, 21 pallium). Sent. Minuc. (cil i² 584) 28 quei -a eos fineis agrum posedet (Lex agr. [cil i² 585] 79 Lex Anton. de Term. [cil i² 589] 1, 13. 2, 32. *saepe*). Lex Corn. de xx quaest. (cil i² 587) 2, 41 nomina . . . in pariete -a caulas *scripta* (*al.*). Edict. praet. de camp. Esquil. (cil i² 838) 4 neiquis -a terminos propius urbem ustrinam fecisse velit (*saepe*). Varro ling. 5, 161 locus (*i. cavaedium*) tectus -a parietes relinquebatur patulus (rust. 3, 3, 1 frg. Aug. civ. 6, 5 p. 253, 16 D. Cic. Quinct. 38 aut -a parietes aut summo iure [Liv. 4, 9, 6]. *saepe*). 7, 9 -a eas regiones, qua oculi conspiciant (*al.*). - rust. 1, 13, 2 -a clausum (*cf.* Hor. carm. 3, 11, 43 claustra [*al.*]). 3, 2, 16 ianuas. 3, 4, 3 fenestras. *al.* Rhet. Her. 4, 3, 4 *si quis cursor* -a carcerem stet. Cic. Verr. II 3, 207 locus -a oceanum iam nullus est, . . . quo non . . . libido . . . pervaserit ([*ad notionem v.* Gell. 12, 13, 17-20]. *al. aliter p. 38, 75*). II 5, 76 -a moenia . . . retinere (*saepe*). Sest. 58 Antiochum . . . -a montem Taurum regnare iusserunt (*ad notionem v.* Gell. 12, 13, 25 sic dicit, ut non significet 'in monte Tauro', sed 'usque ad montem cum ipso monte' *eqs. cf.* Liv. 5, 35, 2 *Boii* Pado . . . traiecto . . . Vmbros agro pellunt, -a Apenninum tamen sese tenuere. *al.*). Tim. 37 deorum omnium . . . qui -a caelum gignerentur (*gr. p. 40C ἐντὸς οὐρανοῦ. cf.* Gell. 12, 13, 20 sicuti . . . sol non 'citra caelum' vertitur, sed in caelo et '-a caelum'. *al.*). Planc. Cic. epist. 10, 18, 3 si quid -a cutem subest vulneris (*al.*). Svlp. Rvf. Cic. epist. 4, 12, 3 locum sepulturae -a urbem *dare* (*saepe*). Caes. Gall. 5, 57, 4 suos -a munitiones continebat (*saepe*). 5, 58, 1 -a castra (*saepe*). 7, 47, 4 hostem -a portas esse (Hier. in Mich. 5, 6 p. 1200D *ἐντὸς πυλῶν αὐτῆς*, id est '-a portas eius'. *saepe*). civ. 3, 76, 1 -a vallum (*saepe*). 3, 83, 3 qui Romae remansissent quique -a praesidia Pompei fuissent (Pompon. dig. 49, 15, 5, 1 'reversus' intelligitur, si . . . -a praesidia nostra esse coepit. *saepe*). S. C. Frontin. aq. 127 si quae . . . essent arbores -a id spatium, exciderentur (*al.*). Liv. 5, 4, 12 -a vicensimum lapidem in conspectu prope urbis (Pallad. hist. mon. I 40 p. 326C [*gr. p. 145, 7 B. ἀπὸ σημείου ἑνός*]. *al. cf.* Vell. 2, 27, 2 -a tertium miliarium [*al.*]. *nota om. subst.*: Vlp. frg. Vat. 155 hi qui Romae vel -a centesimum fuerint). 30, 29, 9 aquatio -a teli coniectum erat (*al.*). Pavl. Fest. p. 368 foramen patebat in tecto, quod nefas esse putarent Terminum -a tectum consistere (*al.*). Sen. contr. 10, 3, 5 -a domum *mori* (*al.*). Sen. nat. 6, 7, 3 -a terram (Plin. nat. 18, 110 umorem . . . -a se . . . continet. *al.*). Tac. ann. 12, 5, 2 opperiri -a Palatium (Cassiod. hist. 4, 25, 13 [*Theodoret. 2, 9, 9 ἔνδον ἐν τοῖς βασιλείοις*]. *al. v. et p. 39, 78*). Gell. 13, 14, 1 (*e libris auguralibus*) pomerium est locus -a agrum effatum per totius urbis circuitum *eqs.* Iren. 1, 3, 1 -a Pleroma (*gr. ἐντὸς πληρώματος. al.*). Epit. Alex. 121 Indiae quae partes sunt -a flumen Hydaspen atque Indum. Veg. mil. 4, 23 p. 145, 6 ut . . . alius intrinsecus murus addatur hostesque -a binos parietes . . . perimantur. Cassiod. hist. 9, 30, 26 -a cancellos stetit (*Theodoret. 5, 18, 20 ἔνδον παρὰ τὰς κιγκλίδας*).

β *sensu paulo laxiore*: Ⓘ *spectantur animantes eorumque vel corpus vel animus*: Ⓐ *distinguuntur animantes vel singuli vel complures (omnes l. 81) ab aliis aut animantibus aut rebus extrariis (ab alia hominis condicione p. 36, 14)*: Sen. contr. 2 praef. 5 -a libertinos praeceptores pulcherrimae disciplinae continebantur. Vell. 2, 111, 4 *ut* -a se furens viribus hostis elanguesceret. Val. Max. 3, 8, 1 si eum (*i. Fulvium*) -a se ipsum partita laude aestimes (*i. non aliis comparando. cf.* Itala II Cor. 10, 12 [Pelag. *in l.* p. 287, 13] ipsi -a nosmet ipsos metientes [*ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτούς, Vulg.* in nobis nosmetipsos]). Sen. benef. 5, 8, 6 -a te ipsum orbis agitur: accipiendo das, dando accipis. 5, 9, 3. 4. 5, 11, 1 -a unum hominem non est vicissitudo (6, 23, 6 vide . . ., quam non -a homines humani imperii condicio sit). nat. 1 praef. 15 nec haec -a vulgum dementia est, sed sapientiam quoque professos contingit. epist. 9, 18 *sapiens non egens extraneis* omne -a se bonum terminabit. 74, 1. Colvm. 7, 5, 16 *pusula* nisi compescitur -a pri-

mam pecudem, . . . universum gregem contagione prosternit. Plin. nat. 12, 99 serichatum et gabalium, quae -a se consumunt Arabes. 14, 4 inclusis gentium imperiis -a ipsas. 25, 2 ut -a unumquemque recte facta veterum perirent (*antea*: recondunt, qui . . . aliqua novere, invidentes aliis). Plin. epist. 3, 10, 4 *scripta mea* -a vos futura, donec placeat emittere (*cf.* Avson. 321 p. 260, 20 P. me huiusmodi versibus foris erubescere, set -a nos minus verecundari. *paulo aliter l. 57 sq.*). 4, 22, 7 Viennensium vitia -a ipsos residunt, nostra late vagantur. Hil. trin. 7, 28 p. 224A utrum non -a patres maneat origo nascentium. Rvstic. Conc.S I 4 p. 116, 12 eorum, qui -a ecclesiam sunt, vel illorum, qui foris ecclesiae (*gr. I 1, 7 p. 151, 38 ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ*). Chrysost. ed. Froben III 829C iste non solum -a se fuit, sed et . . . aliorum utilitatem cogitabat (*gr. Migne 49, 402fin. ἐν ἑαυτῷ ἦν*). *al.* *audacius* (*v. p. 35, 73*): Sil. 14, 466 *Daphnis* maiora paravit -a pastorem sibi nomina (*sc. Daphnis pastor quam alter Daphnis ad militiam progressus. cf. p. 37, 20. 23*).

Ⓑ *respicitur interior pars hominis, corporis, membri, animi sim.* (*dei l. 23. Italiae l. 36*): Ⓘ *proprie*: Nigid. Gell. 10, 4, 4 et spiritum et labeas quasi -a nosmetipsos coercemus. Ov. fast. 3, 23 -a viscera *Silviae Romulus* . . . erat (*al.*). Val. Max. 9, 12 ext. 1 -a pectus inclusā animā finem sui repperit (*cf. l. 34. 47*). Cels. 6, 7, 8A aures -a se ipsas sonant. *al.* Sen. epist. 57, 8 animus . . . deprehendi non potest nec -a corpus effligi. 65, 7 exemplaria rerum omnium deus -a se habet. Petron. 56, 2 -a praecordia. 119 v. 55 tabes . . . concepta medullis -a membra furens. Plin. nat. 9, 165 torpedo . . . -a se parit (10, 170. *al.*). 11, 113 nascuntur . . . -a hominem taeniae (Macr. somn. 1, 6, 77). 11, 182 *cor* domicilia -a se animo . . . praebet. *al.*

Ⓘ *in imag. et translate*: Ⓐ *generatim*: Ov. met. 7, 55 maximus -a me deus est (*cf.* Sen. epist. 41, 2 deus tecum est, intus est . . ., sacer -a nos spiritus sedet). Sen. contr. exc. 8, 6, 3 lacrimae coacti doloris -a praecordia . . . eruptio. Sen. benef. 7, 19, 7 naturam *tyranni* habet -a se malus (*cf.* dial. 4, 31, 3). epist. 23, 3 *laetitia* -a te ipsum sit. 50, 4 non est extrinsecus malum nostrum: -a nos est, in visceribus ipsis sedet. 104, 21. *al.* Lavs Pis. 161 *illa dies* contulit innumeras -a tua pectora dotes (*cf.* Apvl. met. 11, 25, 6 numen . . . -a pectoris mei secreta conditum. *v. l. 47*). Plin. nat. 37, 202 *Italia* -a se gravida . . . varios sucos . . . fundit. Qvint. inst. 2, 7, 3 *qui locos edidicerunt* semper . . . habebunt -a se, quod imitentur. Tac. ann. 3, 54, 5 reliquis *vitiis* -a animum medendum est. Heges. 1, 1, 7 p. 6, 27 iuvenis plus -a ipsum se quam in hostem proeliabatur. Vvlg. II Esdr. 6, 16 ut timerent . . . et conciderent -a semetipsos. psalm. 108, 22 cor meum turbatum est -a me (*ἐντός μου*, in me *Rom. cf.* Rvfin. hist. mon. 1 p. 399C perturbari -a semetipsum). Luc. 17, 21 regnum dei -a vos est (*ἐντὸς ὑμῶν. ad l. v. Tert. adv. Marc. 4, 35 p. 542, 10* id est 'in manu, in potestate vestra'). *al.* Ⓑ *speciatim de eis, quae vel occultantur vel tacentur* (*non scribuntur e. g. l. 68*): Ov. trist. 3, 4, 69 ante volebatis . . . versibus in nostris nomina vestra legi, *nunc* . . . -a mea pectora quemque adloquar (4, 5, 17 -a tua pectora gaude. Val. Max. 7, 4, 5. *al. cf.* Cypr. domin. orat. 5 p. 269, 13 tacite et modeste -a ipsas pectoris latebras precabatur. *v. et l. 20. 34*). Val. Max. 4, 1, 13 non laetitiam suam . . . patefecit, sed summum gaudium -a se continuit. Sen. benef. 2, 1, 4 deos . . . tacite malumus et -a nosmet ipsos precari (*opp.* palam). 3, 10, 2 beneficia . . . saepe -a tacitam duorum conscientiam latent (4, 21, 1. *al. cf.* Cypr. zel. 9 p. 425, 1 vulnera . . . quae se -a conscientiae latebram . . . cluserunt. Lact. inst. 4. 17, 15 secreta). 6, 38, 2 omnes . . . idem volunt, id est -a se optant. dial. 10, 12, 4 quorum digiti aliquod -a se (*i. non voce emissa*) carmen metientes semper sonant (*cf. l. 73*). epist. 12, 2 quod -a nos sit. *al.* Qvint. inst. 10, 6, 2 *cogitatio* rerum ordinem . . . -a se ipsa disponit. 10, 7, 25 exercitatio cogitandi totasque materias vel silentio, dum tamen quasi dicat -a se ipsum, persequendi (Itala gen. 17, 17 [Lugd.] *Abraham* dixit -a se in sensu suo dicens [*εἶπεν ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ λέγων, Vulg.* in corde suo]. 18, 12 [Quodv. prom. 1, 15, 22 p. 745B; *ἐν ἑαυτῇ, Vulg.* occulte]. Vvlg. Matth. 9, 21 [*ἐν ἑαυτῇ*]. *saepe*). 11, 3, 2 quae -a nosmet ipsos composuimus. decl. 347 p. 369, 4 quae -a animum meum volvo (Tac. ann. 4, 40, 7). *al.* Ivv. 9, 94 haec . . . celare memento et tacitus nostras -a te fige querellas. 13, 209 scelus -a se tacitum qui cogitat (*al.*). Tac. dial. 3, 3 tragoediam disposui iam et -a me ipse formavi. *al.* Tert. resurr. 54 p. 112, 25 bilem et dolorem . . . devorare, id est abscondere ac tegere et -a nosmetipsos continere. *al.* Itala Luc. 18, 11 (cod. a, *cf.* cod. e, Hier. hom. Orig. in Ezech. 9, 2 p. 409, 22) Pharisaeus -a se haec orabat (*πρὸς ἑαυτόν, Vulg.* apud se). *al.* Cael. Avr. chron. 2, 1, 41 *paralytici* docendi sunt unius exprimendae litterae curam suscipere, ut -a se exercendo manifestius probent. Pallad. hist. mon. I 20 p. 299A sciebat . . . se ne -a sensus quidem suos tale aliquid cogitasse (*gr. p. 97, 12 B. εἰς ἔννοιαν*). *al.*

Ⓘ *spectantur res inanimae*: Sen. contr. 1, 2, 12 quid faciam mulieri in⟨tra⟩ (*Gronovius*) crimina sua delitiscenti? Sen. benef. 2, 31, 1 cum . . . virtus -a se perfecta sit. epist. 113, 5 quod aliud est, suum oportet esse et proprium et totum et -a se absolutum. Gell. 13, 1, 2 ut omnia -a fatum claudenda sint (*opp.* praeter, extra). Hil. in psalm. 1, 5 p. 22, 22 ut . . . impietatem -a metum . . . severitas coerceret. Hier. hom. Orig. in Is. 5, 3 p. 267, 6 lacrimas -a silentium devoramus (*cf. l. 45 sqq.*). Rvfin. Adamant. 1, 26 interrogatio haec etiam illud -a se continet rationis. Svlp. Sev. chron. 1, 43, 2 ipse se -a periculum

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

famis propheta concluserat (dial. 1, 11, 2). MART. CAP. 7, 742 *decas* omnes numeros . . . -a se habet. *al.* SALV. eccl. 4, 50 hoc -a se habet lex dei . . ., quod *eqs.* FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 17, 15 -a gratiae vocabulum absconditum erit fatale decretum. VICT. VIT. 2, 79 -a unum divinitatis nomen spiritum sanctum praedicans. *al.* BOETH. in Porph. comm. sec. 2, 1 p. 170, 7 quod universale est, -a semetipsum cetera concludit. 170, 10 genus . . . species -a se positas habet. *al.* NICET. psalm. 13 p. 80, 8 invitatur . . . unusquisque vocem suam -a sonum chori concinentis includere. *al.*

γ significantius spectantur actio, potestas, condicio sim., quae aliquem numerum, mensuram, modum, ambitum ita explent, ut non transcendatur ultra (saepe accedit ad notionem q. e. 'usque ad', *sc. cum ipso fine, cf.* 'p. *35, 40*): LEX XII tab. 7, 4 (Cic. leg. 1, 55) usus capionem . . . -a quinque pedes *non esse* (FRONTIN. grom. p. 5, 1 de rigore controversia . . ., quotiens . . . secundum legem Mamiliam -a quinque pedes agitur . . .; de loco controversia est, quidquid excedit supra scriptam latitudinem. COD. Theod. 2, 26, 3. *saepe*). CAEL. Cic. epist. 8, 10, 4 -a fines hos, quaecumque acciderint, vertentur (HOR. sat. 1, 1, 49 -a naturae fines viventi. *al.*). HOR. ars 266 -a spem veniae cautus. OV. trist. 3, 4, 25 -a fortunam debet quisque manere suam. SEN. contr. 9, 2, 19 *reus*, in quo libido omnis -a meretricem esset, crudelitas -a carcerem. VAL. MAX. 1, 7 ext. 6 -a (*Paris* [*def. Schmalz-Hofmann*^{5} *p. 511 add.* α], inter *codd.*) privatum . . . habitum Dionysio Syracusano adhuc se continuente. 4, 33 usum veneris -a coniugis caritatem clausum tenuisse (CVRT. 10, 5, 32). CELS. 1 prooem. 64 *apud medicum empiricum* morbi cognitio extra artem, medicina -a usum est. 3, 9, 3 -a haec omnis . . . medicina erat (PLIN. nat. 18, 290. *al.* QVINT. inst. 6, 3, 37. *al.*). 3, 18, 3 *phrenetici* alii . . . -a verba desipiunt, alii . . . violenter quaedam manu faciunt (3, 18, 4. CVRT. 7, 1, 25 utinam . . . -a verba peccasset. PETRON. 11, 4. *al.*). 3, 24, 4 -a aquam manere (*opp.* vinum bibere). 4, 13, 1 malum -a dolorem est (*aliter p. 38, 18*). *al.* SEN. epist. 19, 5 utinam . . . tibi senescere contigisset -a natalium tuorum modum nec te in altum fortuna misisset (*al.* QVINT. inst. 11, 3, 46 ne dicamus omnia clamose . . . aut -a loquendi modum . . . aut submisso murmure. PAPIN. dig. 28, 6, 41, 3 [*opp.* citra Falcidiae rationem]. 49, 17, 17 pr. aes alienum -a modum eius et annum utilem [*v. p. 41, 20*] . . . solvere. COD. Theod. 11, 30, 49 si . . . -a praestitutum modum . . . summa se cohibet [*opp.* aestimationem transcendit]. *al.*). PETRON. 64, 10 nec -a rixam tumultus constitit. PLIN. nat. 16, 1 pomiferae arbores . . . -a praedictas constant. *al.* QVINT. inst. 9, 4, 72 claudit . . . optime prima pars versus, dum -a paucas syllabas. 11, 3, 165 *oratori* permittitur . . . tenera quaedam, sed -a manus tamen et sine motu laterum translatio. *al.* TAC. ann. 2, 55, 6 nec Plancina se -a decora feminis tenebat (*al.*). 4, 6, 4 -a paucos libertos domus *modesta*. 12, 53, 3 -a priorem paupertatem subsistere. IAVOL. dig. 17, 1, 3, 1 *emere* -a id pretium, quod mandato continetur (*cf. p. 38, 6*). VLP. frg. Vat. 149 *medici* uniuscuiusque civitatis . . . -a numerum quinque esse *debent* (*saepe*). VOPISC. Tac. 10, 7 *ita parcus*, ut sextarium vini . . . numquam potaverit, saepe -a heminam. SVLP. SEV. chron. 2, 43, 3 *ut episcopi*, dummodo is numerus -a quindecim esset, in exilium pellerentur. CASSIOD. var. 9, 15, 7 -a duo milia solidorum . . . expendere (*syn.* non amplius quam . . . *tot* solidos *distribuere*). *saepe.* *'umerus' ponitur pro spatio, usque ad quod umerus in latitudinem prodit (cf. p. 39, 52)*: QVINT. inst. 11, 3, 113 (*de gestu oratorio*) ad sinistrum -a umerum promovetur *manus*, ultra non decet.

δ transit ad notionem praepp.: Ⓘ *infra* (*hic usus derivatur e notione q. e.* 'non ultra' *[v. l. 12] ita coartata, ut ne usque ad terminum quidem ipsum procedat, sed ante finiatur; cf.* GELL. 12, 13, 24 [*ad* CIC. *l. 66*] '-a modum', per quod ostendit minus sese id facturum esse quam quod fieri modice videretur, id est non ad ipsum modum, sed retro paululum et citra modum. *v. et p. 38, 73.* *inde prorsus i. q. infra [i.* 'sub' *e. g. l. 74. 75. 81. 82]. syn.* minus *p. 38, 15.* non satis *l. 63.* sub *l. 83. p. 38, 13. opp.* contra *l. 67.* supra *e. g. l. 82.* ultra *p. 38, 5. al. cf. et p. 34, 42 sq.*): VARRO frg. Serv. Aen. 5, 409 'senior' non satis senex, sicut 'iunior' non satis iuvenis, -a iuvenem, sicut 'pauperior' -a pauperem (*i. non omnino pauper.* 6, 304). CIC. epist. 4, 4, 4 modice hoc faciam aut etiam -a modum (*ad l.*: GELL. 12, 13, 22—24 *v. l. 57*). 9, 26, 4 epulamur una non modo non contra legem, . . . sed etiam -a legem, et quidem aliquanto (*i. modestius quam salva lege sumptuaria licet*). PROP. 3, 9, 2 Maecenas eques Etrusco de sanguine regum, -a fortunam qui cupis esse tuam (SEN. contr. exc. 4, 3, 1 aliquem in exilio -a [infra *γ*] fortunam meam vidi). LIV. 1, 43, 4 ex iis, qui centum milium acris aut maiorem censum haberent, *primam classem fecit Servius*; . . . secunda classis -a centum usque ad quinque et septuaginta milium censum instituta. VITR. 1, 5, 6 fundamentum muri deprimendum est -a alveum fossae (*v. p. 34, 75*). 7, 4, 5 foditur . . . -a libramentum triclinii altitudo . . . pedum binum (*v. p. 34, 78*). VAL. MAX. 9, 1, 8 tribunicius viator ingenui sanguinis, sed officii -a servilem habitum deformis (*v. p. 34, 78*). SEN. epist. 25, 4 nemo ad haec pauper est, -a quae quisquis desiderium suum clusit. COLVM. 5, 6, 29 palmitum partes ad tres gemmas religandae sunt, ut, quicquid -a vinculum est, materias exigat. *al.* PLIN. nat. 5, 59 Elephantis insula -a novissimum cataracten IIII p. et supra Syenen XVI habitatur. 11, 158 -a *genas* . . . buccae (infra *l. v.*). 17, 179 recisa -a iugum *vitis* moretur, ut omnis fetura sub eo exeat. *al.* QVINT. inst. 11, 3, 8 *Hortensi* scripta tantum -a famam sunt, . . . ut appareat placuisse aliquid eo dicente, quod legentes non invenimus. FLOR. epit. 1, 3, 6 abstulit virtus parricidam *Horatium* et facinus -a gloriam fuit (*v. p. 34, 52*). 4, 11, 9 *Cleopatra* temptavit oculos ducis: frustra quidem, nam pulchritudo -a (*sic codd. c. lord. Rom. 253*) pudicitiam principis fuit. PAVL. dig. 17, 1, 5, 5 aut non ultra pretium aut -a pretium *emere*. PS. APVL. Ascl. 6 homo partem sui, qua terrenus est, -a se despicit (ADNOT. Lucan. 7, 685 *Pompeius* -a se habens fortunam despiciebat. *al. cf.* CASSIOD. var. 8, 12, 2 -a te fuit quamvis ampla professio litterarum). CYPR. ad Donat. 14 p. 15, 1 *qui saeculum reliquit*, quidquid . . . in rebus humanis . . . magnum videtur, -a suam iacere conscientiam (*aliter p. 36, 53*) gloriatur (AVELL. p. 547, 12 -a meritum. CASSIOD. var. 9, 7, 1 -a aestimationem). VEG. mil. 2, 11 p. 45, 15 ducto sub terris cuniculo murisque -a fundamenta perfossis. MACR. Sat. 5, 1, 20 -a ipsum *Vergilium*. MART. CAP. 6, 639 *Italia distat* ab Africa -a ducenta milia (*syn. Plin. nat. 3, 45* minus ducenta). *al.* COD. Theod. 6, 4, 15 pr. esse praeturam -a propriam dignitatem. ISID. diff. app. 42 miseremur, cum . . . et de alieuius casu dolet nobis et subvenimus laboranti; miserari est consolari tantum et -a affectum doloris esse. *al.*

Ⓘ *inter* (*saepe syn.; cf. p. 34, 44. 35, 9*): VARRO rust. 3, 5, 13 -a tholi columnas exteriores . . . et . . . interiores . . . locus est pedes v latus; inter columnas exteriores . . . reticuli . . . sunt . . ., -a interiores columnas . . . rete aviarium est obiectum; inter has ⟨et⟩ exteriores *eqs.* SEN. dial. 3, 2, 2 ira . . . alium -a sacra mensae iura percussit, alium -a leges celebrisque spectaculum fori lancinavit. ITALA I Cor. 2, 2 (Pelag. *in l.*) neque . . . iudicavi scire me aliquid -a vos (*ἐν ὑμῖν, Vulg.* inter vos). II Cor. 6, 16 (Pelag. *in l.*) -a eos ambulabo (*ἐνπεριπατήσω, Vulg.* inter eos. *at pleniore sensu [v. p. 36, 43] interpr. Pelag.*: omnes eorum sensus . . . percurram). IORD. Get. 1 opusculo, quod -a (inter *A; cf.* -a *falso trad. apud* TAC. dial. 3, 1) manus habeo. *al.* *sensu reciproco q. d.*: FLOR. epit. 3, 21, 1 ut *populus Romanus* . . . ipse -a se parricidale bellum domi stringeret. APVL. Plat. 1, 8 *elementa* invicem ex se -a se apta et conexa esse. HIL. c. Const. 20 p. 596^B similitudo -a patrem et filium. CAEL. AVR. chron. 4, 1, 8 ammoniaci guttam cum aceto . . . aut quae sunt -a se contrariae qualitatis. VITAE patr. 5, 15, 24 p. 958^A fratres . . . coeperunt -a se quaerere de Melchisedech. PS. THOM. euang. 2, 2 pugnaverunt -a se.

Ⓘ *in* (*sc. notione terminationis debilitata, cf. p. 35, 9. sic et pro 'locativo' q. d. e. g. l. 42. 54. 69. 70; cf. Funaioli, ALL 13, 1904, 343 sqq.*): PETRON. 126, 17 pedum candor -a auri gracile vinculum positus. PLIN. nat. 19, 140 *brassica Pompeiana* caule ab radice tenui -a folia crassescit. 33, 12 qui . . . acceperant *anulos* aureos, in publico tantum utebantur iis, -a domos vero ferreis (*al.*). 36, 24 -a Octaviae porticus in Iunonis aede (36, 35 SVET. Cal. 27, 1). PAVL. dig. 34, 2, 32, 4 argentum, quod in domo vel -a horreum . . . fuit. APVL. met. 9, 5, 5 ut -a cellulam nostram . . . lucerna luceat. 9, 30, 3. PALLAD. 1, 34, 5 ut -a funes semina recepta serventur (*e Colum. 11, 3, 6* quae inhaerent toris funiculorum). 1, 35, 16 calvaria . . . -a hortum ponenda est (*al. v. Svennung, Unters. Pallad. p. 367fin.*). 4, 10, 10 in dolio -a hordeum . . . ordinantur *mala* (*cf. Geopon. 10, 38, 10 ἐν σωρῷ σίτου*). *al.* PEREGR. Aeth. 12, 1 -a quam ecclesiam in eo loco . . . vidi *eqs.* (*al.*). PS. AVR. VICT. epit. 4, 4 Camillus -a Dalmatias imperator creatus (*al.*). HIL. ad Const. 2, 2 p. 198, 10 auctor gestorum omnium -a hanc urbem (SVLP. SEV. chron. 2, 44, 1. GREG. TVR. Franc. 3, 6 p. 105, 6 Pectavensem. *al.*). c. Const. 23 p. 597^A -a Nicaeam scripta . . . fide. in Matth. 13, 9 p. 996^A habitantes -a saeculum. 24, 11 p. 1052^B *Christus gallinae* more congregare eos -a se voluit (*syn.* sub alis suis. *ad hanc imaginem spectare videtur usus audacior*: HIL. Macc. 47 *mater* septem . . . natos -a se retinet). *al.* VEG. mil. 3, 23 p. 115, 5 camelos . . . Vrcilliani -a Africam . . . producunt *in acie* ([*v. app. cr.*]. PROSP. chron. I p. 471, 1294. *al.*). AMBR. Cain et Ab. 1, 1, 4 p. 340, 21 -a uterum (*syn. Vulg. gen. 25, 22* in utero). virg. 1, 1, 1 talenta . . . -a terram *abscondere*. *al.* HEGES. 1, 30, 3 p. 53, 14 -a Iudaeam positus (*gr. 1, 291 ἐν Ἰουδαίᾳ*). *al.* PELAG. in I Cor. 9, 24 p. 179, 15 cum omnes -a stadium currant (*Vulg.* in stadio). SVLP. SEV. Mart. 2, 1 Martinus . . . -a Italiam Ticini altus est (*al.*). PAVL. MED. vita Ambr. 50 -a Tusciam . . . in civitate Florentina. PROSP. chron. I p. 435, 764 *Albinus* -a Brittanias Eburaci moritur (*syn. p. 447, 976* in Brittania Eboraci). FAVST. REI. grat. 1, 5 p. 20, 28 contra . . . apostoli doctrinam . . . insurgere et Christo, qui -a eum loquitur, contradicere (*cf. Vulg. II Cor. 13, 13* qui in me loquitur). IORD. Get. 294 -a Ravennam. *al.* GREG. TVR. Franc. 2, 9 p. 52, 12 -a Aquileiam. ORIBAS. syn. 5, 6 add. p. 50. 8, 18 Aa p. 232 (*cf. Svennung, Unters. Pallad. p. 367*). *saepe.*

Ⓝ *citra* (*cf. p. 35, 10. 39, 66. 42, 81*): SALL. Iug. 18, 5 Medi Persae et Armenii . . . in Africam transvecti proxumos nostro mari loces occupavere, sed Persae -a oceanum magis . . .; *Medi et Armenii* propius mare Africum agitabant (*aliter p. 35, 35*). PLIN. nat. 16, 178 piscator Africus praepostero more velum -a malos suspendens. TAC. hist. 4, 2, 2 praemissi Ariciam equites, agmen legionum -a Bovillas stetit. FLOR. epit. 3, 10, 14 *Germanis pavorem* incussit -a ripam subito Romana vis. 4, 12, 61 omnibus . . . pacatis gentibus ad septentrionem . . . dumtaxat -a Rhenum atque Danuvium, item ad orientem -a Cyrum et Euphraten (inter *l. v. [bis]. cf.* AMM. 23, 3, 5 Tigridem. PALLAD. hist. mon. I 20 p. 298^C mulieres . . . trans fluvium habitant, -a fluvium autem viri [*gr. p. 96, 9 B. ἀντιπέρα*]). PAVL. dig. 8, 3, 38 *ea praedia*, quae trans

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

flumen -a viam publicam sint (*antea indicatur ordo*: flumen, deinde ... praedia, deinde via publica. *cf.* CIL VI 34732 -a p(rincipalem)). TERT. pall. 1, 1 *tunicae* neque trans crura prodigae nec -a genua inverecundae ... in viris stabant. HIER. epist. 64, 2, 5 sex urbes fugitivorum trans Iordanen et -a (*v. p. 34, 47*) Iordanen eliguntur (*cf. Vulg. num. 35, 14* tres erunt trans Iordanen et tres in terra Chanaan). VVLG. I reg. 20, 22 si dixero puero *sagittas quaerenti*: ecce, sagittae -a te sunt (*opp.* ultra te sunt). *al.* *translate*: PAPIN. dig. 34, 1, 9 pr. *Seium* alumnis relictam pecuniam ut servet ac restituat, -a Falcidiam recte petiturum.

b *quaeritur 'quo?' (v. et p. 44, 40)*: α *notione loci terminis circumscripti plus minus vigente*: ENN. ann. 114 tu produxisti nos -a luminis oras. PLAVT. Cist. 650 hanc ego tetulero -a limen (LVCAN. 6, 829 dum ferrent ... -a tentoria gressus. *al.*). Men. 400 neque huc umquam ... -a portam penetravi pedem (815. Truc. 44 -a pectus se penetravit potio *amoris*. LIV. 39, 31, 11 -a vallum. *al.*). 416 si intrassis -a limen (CAES. Gall. 7, 8, 1 -a praesidia. *al.*). Rud. 1038 ad meum erum arbitrum vocat me hic -a praesepis meas (VERG. Aen. 6, 525. 7, 168. *al.*). Truc. 351 fores, quae obsorbent, quidquid venit -a (*v. p. 34, 63*) pessulos (CIC. Att. 1, 20, 2 -a alterius praesidia [8, 11[d], 4 qui ... -a praesidia atque -a arma aliena venissent]. OV. trist. 5, 10, 21 Pont. 1, 1, 5. CASSIOD. hist. 4, 25, 10 -a ostium [*Theodoret. 2, 9, 6* εἴσω ... τῶν θυρῶν]. *al. v. et p. 40, 5*). S. C. de pago Mont. (CIL I[2] 591) I 6 *ne* stercus ... -a ea loca fecisse coniecisseve veli⟨t⟩ (CAES. Gall. 5, 51, 2 tela -a munitionem. 5, 57, 3. *al. cf.* VARRO rust. 3, 15, 1 iacere. CAES. Gall. 5, 37, 5 aquilam -a vallum proiecit. 5, 48, 5 LIV. 4, 29, 3. *al.*). SISENNA hist. 51 -a fines ... pervenire (*al.*). 88 summoti et -a moenia rursum coacti (VERG. Aen. 11, 235 [*v. p. 34, 51*]. SEN. epist. 9, 13 *plerique* sapientem undique submovent et -a cutem suam cogunt. *al.*). VARRO Men. 260 neque post respiciens neque ante prospiciens, sed limus -a limites culinae. rust. 2 praef. 3 -a murum fere patres familiae conrepserunt relictis falce et aratro. CIC. Verr. II 4, 144 praedones ..., quos etiam -a Syracusanam insulam recepisset (CAES. Gall. 1, 32, 5. 5, 44, 13 sese -a munitiones. QVINT. decl. 290 p. 159, 7 *dolor* elusus atque -a cogitationem receptus abstulit mentem. *saepe. cf.* OV. fast. 1, 485 *quisque* concipit -a pectora ... spemque metumque. LIV. 5, 5, 3 bellum ... -a fines nostros accipimus [*al.*]. *al.*). Caecin. 22 ingrediens -a finem (*v. vol. VII 1, 1568, 82. cf.* VERG. Aen. 11, 608 -a iactum teli progressus). rep. 1, 1 P. Africanus compulisset *bellum* -a hostium moenia (*v. vol. III 2030, 6. cf.* TAC. hist. 5, 11, 1 pellerentur [ann. 14, 25, 1]). CAES. Gall. 7, 51, 4 suos -a munitiones reduxit (*al.*). LEX Vrson. (CIL I[2] 594) 73, 2 ne quis -a fines oppidi ... hominem mortuom inferto neve ibi humato neve urito (*v. vol. VII 1, 1387, 44*). VERG. Aen. 2, 33 duci -a muros (OV. met. 6, 600 SIL. 8, 75 STAT. Ach. 1, 740). 7, 500 -a tecta refugit (*al. cf* LIV. 31, 38, 4 -a vallum ... fugerent). OV. met. 11, 524 dat ... saltus -a cava texta carinae fluctus. VITR. 10, 16, 3 helepolim ... transtulit -a murum (*ibid.* 4). *al.* SEN. dial. 7, 23, 3 sapiens nullum denarium -a limen suum admittet male intrantem (MART. 5, 6. 8. CYPR. patient. 16 p. 409, 11 iram ... -a pectus. *al.*). PLIN. nat. 5, 57 *Nilus* revocatur -a ripas (*al.*). *al. v. et Svennung, Unters. Pallad. p. 368.*

β *transit ad notionem praepp.: infra*: QVINT. inst. 11, 3, 112 tolli ... manum artifices supra oculos, demitti -a (*BH*, infra *P*[2], *an recte?*) pectus vetant (*cf. p. 37, 53*). *inter*: VAL. FL. 8, 328 tollitur atque ⟦-a Minyas⟧ Argoaque vela Styrus (*i. Styri navis iacta procellis*) abit (⟦⟧ inter Colchos *Langen, alii alia*). PALLAD. vet. med. 17, 2 subsidebis pedibus patentibus et tollis pulverem ... et iactas -a pedes tuos post te. PELAGON. 130 *equus* caudam -a (infra *R*) coxas mittit (*gr. Hippiatr. I p. 218, 15* μεταξὺ τῶν σκελῶν. VEG. mulom. 1, 44, 2 *animalia* caput sibi -a [in *A*] pedes mittunt [*syn. Chiron 226* inter]). *in*: PALLAD. 6, 12 terra creta ... -a formam ... reprimetur. PELAGON. 433 lanam cum oleo ... -a oculum mittes (*gr. Hippiatr. I p. 73, 13* ἐντὸς τοῦ ὀφθαλμοῦ). 468. AMBR. epist. 57, 5 p. 1176[A] legatio ... missa -a Gallias. VVLG. III reg. 17, 22 reversa est anima pueri -a eum et revixit (*syn. 21* in viscera). EPIST. pontif. 388 Conc.[S] I 2 p. 92, 18 severat ... zizaniam -a aliquantorum mentes. INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 225 quisq⟨uis⟩ -a podium adscendere volet. *al.* *citra*: LIV. 37, 53, 7 cessisse -a finem iuris mei ... videri malim quam nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendisse. PLIN. nat. 4, 63 Euboea ... nusquam latitudinem ultra XL extendit, nusquam -a MM contrahit (*cf. inde inversum* MART. CAP. 6, 659 latitudo ultra secundum miliarium, -a quadragesimum contrahitur).

2 *notabiliora*: a *pendet a subst. (v. et e. g. p. 40, 46)*: VITR. 8, 6, 1 conlocentur in castello tres fistulae ... -a receptacula (*i. quae ducunt in receptacula*. CELS. 5, 28, 12[B] in fistula simplici, recenti, -a carnem). COD. Theod. 1, 31 rubr. de administratiunculis -a urbem. 1, 32, 5 (1, 33, 5 Kr. = Iust. 11, 7, 4) procuratores metallorum -a Macedoniam. CIL VI 1764 comiti ordinis primi -a consistorium et quaestori (32051, 10 XIV 2165, 5). 1782, 5 quaestori -a Palatium (*syn. 1783, 1* quaest. aulae divi Theodosi). *al.*

b *locutiones amplificatae*: intus -a: PLAVT. Merc. 187 ubi eam vidit? :: intus -a navem. CYPR. epist. 73, 10 p. 785, 17 *paradisus* arbores frugiferas -a muros suos intus inclusit. ITIN. Burdig. p. 592 intus ... -a murum Sion paret locus, ubi *eqs.* SORAN. p. 7, 5 ubi iacet ... vulva? -a duas coxas intus (*gr. 1, 7 p. 6, 20* ἐν τῇ τῶν ἰσχίων εὐρυχωρίᾳ. *l. v.*: intus inter duas coxas). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 88, 24 intus -a sanctae ecclesiae septa. -a ... intrinsecus: VVLG. I Macc. 4, 48 aedificaverunt sancta et quae -a domum intrinsecus (τὰ ἐντὸς τοῦ οἴκου).

c *per gradationem distinguitur ab* 'in' (*locativo l. 7*): VARRO Men. 574 venit in urbem atque -a muros. LEX Vrson. (CIL I[2] 594) 98, 34 *v. p. 43, 16*. VERG. Aen. 11, 882 limine in ipso, moenibus in patriis atque -a tuta domorum (*v. p. 34, 55*). PLIN. epist. 7, 23, 1 ut illum et domi et -a domum atque etiam -a cubiculi limen exspectes. 7, 27, 8 fragor ... iam ut in limine, iam ut -a limen audiri. SCAEV. dig. 32, 41, 6 in patria sua vel -a fines eius. TERT. adv. Hermog. 38 p. 168, 4 in loco ... materia: si in loco, ergo -a locum, si -a locum, ergo determinatur a loco, -a quem est. adv. Marc. 4, 20 p. 485, 18 in eodem mundo et -a eundem ambitum caeli. *al.*

d *in locut. bimembribus altera pars aut non plene aut per adv. enuntiatur (at nota utramque partem absolutam e. g.* VLP. dig. 39, 1, 1, 14 sive ... -a oppida sive extra oppida ... opus ... fiat. 43, 20, 1, 14 sive ... -a urbem sit aqua sive extra urbem): α *non iteratur subst. (adv. altero loco ponitur e. g. l. 24; at -a secundo loco [l. 23. 27. 28] vix pro adv. [cf. p. 44, 17] accipiendum est)*: ENN. ann. 399 occumbunt multi letum ... aut -a muros aut extra (S. C. Frontin. aq. 106 quibus locis -a extra urbem apte castella ... facere possent. *al.* PLIN. nat. 37, 204 rerum ... maximum est pretium in mari nascentium margaritis, extra tellurem crystallis, -a adamanti. *et v. vol. V 2, 2054, 37 sqq.*). NEP. Dat. 6, 4 adversarii ... cum et -a vallum et foris caederentur (APVL. Socr. 16 p. 155 nihil homini .. nec -a animum nec foris esse secreti. *al.*). LIV. 36, 17, 11 rex ... condidit se -a rupes, ne ante fauces quidem ..., sed -a penitus retractis castris (STAT. Theb. 8, 220 ante domos -aque). TERT. pall. 4, 4 (5 M.) pugil Cleomachus ... -a cutem caesus et ultra (*cf. Gerlo ad l.*). β *secundo loco omittitur praep.*: SVLP. SEV. chron. 1, 4, 7 ita divisus orbis fuit, ut Sem -a orientem, Iaphet occidentem ... contineretur. *cf. p. 41, 38 sqq.*

e *in iunctura q. e.* de -a: FVLG. RVSP. c. Arrian. 1 p. 205[C] *v. vol. V 1, 412, 65*. CONC. Matisc. a. 583 p. 160, 8 se ... de -a monastirii sui septa subtrahere. *v. et p. 43, 49.*

B *notione* ***temporali*** (GELL. 12, 13, 29 qui iubetur '-a Kalendas' pronuntiare, is et ante Kalendas et ipsis Kalendis iure pronuntiare potest; ... omne tempus, quod Kalendarum die includitur, '-a Kalendas' esse recte dicitur [*v. et p. 34, 10 sqq.*]. *spatio non expleto de aliquo medio tempore p. 41, 29. differt ab 'ante' eo, quod etiam terminus ipse comprehenditur, sed haec differentia extra usum ICTorum saepe vix ullius momenti est*): 1 *in universum: c. eis nominibus, quae indicant*: a *terminum, ultra quem tempus statutum non extenditur (v. et p. 41, 10)*: α *nude*: Ⓘ *in iuncturis sollemnibus*: -a: annum: CAES. Gall. 6, 21, 5 -a annum ... vicesimum feminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus. PLIN. nat. 14, 50 octavum. 14, 51. 17, 150. TAC. ann. 16, 30, 3 filia -a vicesimum aetatis annum (*al.*). SVET. Aug. 21, 2 ne ... -a tricensimum annum liberarentur *servi. saepe.* diem: SENT. procos. Sard. (CIL X 7852) 16 in k. Decembres trium mensum spatium *dare* ..., -a quam diem nisi forma allata esset *eqs.* (*sic raro fem.*: LIV. 45, 11, 11 [*alias semper masc.*]. TAC. hist. 4, 62, 1 IVLIAN. dig. 39, 1, 13, 1 SCAEV. dig. 45, 1, 122, 1). LIV. 9, 34, 13 eos, qui -a vicesimum diem ... dictatura se abdicaverunt. 34, 49, 5. 37, 49, 7 *Aetoli iubentur* -a quintum decimum diem Italia excedere (*al.*). *al.* CELS. 2, 7, 26 -a septimum diem moriuntur (*Hippocr. progn. 22 p. 102, 10* ἑβδομαῖοι). 2, 7, 27 (*Hippocr. aphor. 5, 10* ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσι). *al.* SEN. dial. 11, 2, 4. *saepe.* horam (*per ellipsin l. 58*): ASCON. Mil. p. 36, 33 -a horam secundam accusatores coeperunt dicere. PLIN. epist. 3, 5, 13 surgebat aestate a cena luce, hieme -a primam noctis (*v. l. 56*). idus *sim.*: PLIN. nat. 6, 106 renavigant ... Mochiris Aegyptii -a diem sextum, quod fit -a idus Ianuarias nostras. SCAEV. dig. 45, 1, 122, 1. *cf.* PLIN. nat. 16, 104 deflorescunt ... -a VIII id. Iul. kalendas *sim.*: SENT. procos. Sard. (CIL X 7852) 11 edicto admonere, ut ... -a k. Octobr. primas de praedis ... recederent. 20 COLVM. 11, 2, 90 MART. 1, 99, 6. IVLIAN. dig. 12, 1, 19 pr. si Titio decem dedero, ut Stichum -a kalendas manumitteret, ante kalendas nullam actionem habebo. *al. cf.* LEX met. Vipasc. (CIL II 5181) 50 solvan⟨t ... quo⟩que mense -a pr(idie) k. quasque. mensem: PETRON. 53, 8 nisi -a sextum mensem sciero. SVET. Claud. 1, 1 Livia cum ... nupsisset, -a mensem tertium peperit. *al.* Ⓘⓘ *usu vario*: ANTON. or. frg. Cic. Phil. 13, 22 apparuisse numen deorum -a finem anni vertentis (VLP. dig. 50, 15, 4, 9 operis consummati). PLIN. nat. 8, 200 *pecus* -a quartum coitum impletur. CELS. dig. 28. 5, 60, 4 si -a illud tempus, quo testator decessit, redierit (*al.*). *al.*

β *indicatur, unde tempus numeretur, per: gen.*: SCAEV. dig. 35, 2, 27 Seius et Agerius si -a diem trigesimum mortis meae ... caverint *eqs.* (40, 7, 40, 7). *praep.*: LIV. 34, 35, 3 ut ex ea die -a decimum diem ... praesidia ... deducerentur (VLP. dig. 9, 5, 3, 31 condicioni -a diem ex die mortis praestitutum parere. COD. Theod. 11, 30, 8 pr. ex eo die, quo fuerit quaestio terminata, ... -a vicensimum diem. *cf. paulo amplius*: COD. Iust. 9, 9, 3 [*a. 213*] -a sexagesimum diem ex dissolutione matrimonii numerandum). PLIN. nat. 17, 130 olivetum ab aequinoctio verno -a vergiliarum exortum interradi (SCAEV. dig. 40, 7, 40, 8 a die mortis meae -a mensem sextum). quam: LIV. 36, 10, 1 -a decimum diem, quam Pheras venerat, his perfectis.

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perioch. 49 p. 57, 17. SEN. contr. 4 praef. 4 *Pollio* -a quartum diem, quam Herium filium amiserat, *declamavit*. SEN. dial. 11, 2, 5 SVET. Iul. 35, 2 VLP. frg. Vat. 163 CYPR. epist. 64, 2 p. 718, 2. *al.*

b *tempus vel currens vel ita finem habens, ut non excedat spatium suum* (*differt* '-a' *ab* 'inter' *eo, quod* '-a' *recte dicitur, ubi alqd. finibus temporis concluditur*, 'inter', *ubi alqd. per aliquod tempus continuatum est atque etiam postea fieri potest; cf. e. g. Meusel ad* CAES. Gall. 1, 36, 7 Germani ..., qui inter [-a *l. v. falsa*] annos XIIII tectum non subissent): *α nude*: ① *sine differentia notionis ponitur iuxta eas locutiones, quas sub a (p. 40, 42 sqq.) proposuimus*: SEN. apocol. 11, 5 caelo -a triginta dies excedere, Olympo -a diem tertium. nat. 7, 29, 2 -a sextum mensem ..., -a pauciores menses. TAC. dial. 9, 4 omnis illa laus -a unum aut alterum diem (*nota nusquam dici* -a '*primum*' *diem, annum sim.*). *al.*

② *in iuncturis sollemnioribus*: -a: aetatem (*saepe c. breviloquentia pro* aetatem legitimam): SEN. benef. 1, 11, 5 *quae habent* pauci -a hanc aetatem (*i. tam iuvenilibus annis*). SCAEV. dig. 4, 4, 39 pr. si nunc -a aetatem essent. 32, 41, 4. MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 9 (*rescr. imp. Pii*) quidam -a legitimam aetatem esse dicebat. COD. Iust. 2, 42, 1 (*a. 233; opp.* post impletam aetatem). *al.* annum: LIV. 9, 34, 19 gens ... -a annum ab stirpe exstincta est. 10, 13, 8 *lex*, qua -a decem annos eundem consulem refici non liceret. 38, 38, 13 *tot* milia dato -a duodecim annos. *al.* LABEO Vlp. dig. 43, 19, 3 pr. interdictum ... competere -a annum. VAL. MAX. 9, 13 ext. 1 quod *iuventus* -a centum annos esset obitura (*ex Herodoto 7, 46, 2 οὐδεὶς ἐς ἑκατοστὸν ἔτος περιέσται*. SEN. dial. 10, 17, 2. *al.*). PAPIN. dig. 31, 69, 2 si filius suus -a quattuordecim annos (*sc. aetatis*) decessisset. *al.* VLP. dig. 9, 2, 23, 7 si infans sit occisus nondum anniculus ..., aestimatio referatur ad id tempus, quo -a annum vixit (*v. p. 40, 39*). 43, 20, 1, 21 (*opp.* ante annum). 47, 8, 4, 8 (*opp.* post annum [*al.*]). *saepe.* *nota ap.* COLVM. 6, 29, 4 -a sextum ... annum molares ... cadunt (*al.*) *non, ut p. 40, 44, significari omne ante annos VI implatos tempus, sed solum tempus ipsius anni sexti.* biduum *sim.*: LIV. 37, 57, 2 Baebium ... -a triduum expirasse (44, 20, 1 CELS. 8, 14, 2. VLP. dig. 49, 4, 1, 14 [*Iulian.*] appellare. *al.*). 44, 45, 5 omnis ... Macedonia -a biduum dedita (*al.*). VAL. MAX. 5, 10 ext. 1 quadriduum. biennium *sim.*: LIV. 38, 38, 14 talenta *tot* ... -a quinquennium dato (LEX Malac. [CIL II 1964] 1, 63. COD. Theod. 2, 27, 1 pr. qui inter absentes -a hoc iuge quinquennium, inter praesentes vero biennium ... non publicaverit cautiones [*nota praep. altero loco omissam, cf. p. 40, 29*]. *al.*). VELL. 2, 23, 2 cum poena -a biennium consecuta est (2, 45, 3 COLVM. 2, 2, 13. 3, 3, 3 PLIN. nat. 25, 20. *al.*). PLIN. nat. 7, 162 quadriennium (14, 39 TAC. ann. 13, 42, 4. *al.*). SVET. Tib. 15, 2 triennium (*al.*). *al.* dies: PLAVT. Curc. 448 dimidiam partem nationum ... omnium subegit solus int[e]r[e]a viginti dies. SALL. Catil. 18, 3 -a legitumos dies profiteri. LIV. 2, 8, 4 consul ... -a paucos dies moritur (*saepe. v. et p. 35, 2. nota per breviloquentiam* 'paucos' *om.*: LVCIAN. Cypr. epist. 22, 2 p. 535, 2 quorum *martyrum* et nos socios futuros -a dies audietis). 37, 1, 6 urbe eodem die, Italia -a quindecim dies excedere iussi. *al.* CELS. 2, 7, 31 *nisi* praecordia tumorem ... habere -a sexaginta dies desinunt (*Hippocr. progn. 7 p. 84, 17 εἰ ... ὑπερβάλλοι ἑξήκοντα ἡμέρας*). 4, 31, 8 (*Hippocr. aphor. 6, 49 ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν*). *al.* PLIN. nat. 25, 122 thelyphonon ... necat ... -a eundem diem (*Theophr. hist. plant. 9, 18, 2 αὐθήμερον*). *saepe.* horas: LIV. 37, 5, 3 -a paucas horas urbem cepit. VELL. 2, 14, 1. SEN. epist. 54, 1 *impetus* -a horam fere desinit. 110, 16. *al.* menses: LIV. 34, 50, 3 ut cives ... conquisitos -a duos menses mitterent ad se. 40, 37, 6. SEN. contr. 7, 8, 5 sit ... mihi heres, si quis -a decem menses natus fuerit (*al.*). CE 433, 4. *saepe.* momentum: SEN. dial. 6, 7, 2 nat. 1, 3, 10. 1, 4, 2. 7, 22, 1 QVINT. decl. 316 p. 245, 10 APVL. met. 9, 18, 3. *al.* pubertatem: IVLIAN. dig. 30, 81, 10 si ... filius -a pubertatem decesserit. *saepe.* spatium: LIV. 9, 33, 6 qui quinquennalem ante censuram ... -a sex mensum et anni coegisset spatium (*cf. l. 68*). 26, 41, 8. VELL. 2, 47, 2 filius ... -a breve spatium obiit. 2, 48, 1 CELS. 3, 1, 4 SEN. nat. 7, 12, 8. *saepe.* tempus *sim.*: OV. met. 13, 887 -a temporis exiguum rubor evanescere coepit (*cf.* SEN. contr. 1 praef. 19 -a exiguum paucissimorum dierum tempus poterit quilibet facere illud. SEN. dial. 1, 1, 4. *al.*). LIV. 9, 33, 5 *finire censuram* -a legitimum tempus. VELL. 2, 4, 5 *Scipio* reversus in urbem -a breve tempus ... repertus est mortuus (SEN. benef. 1, 14, 3 accepi ... ego -a breve tempus, cum ille diu meruisset. *al.*). PLIN. nat. 36, 121 Marcius ... novam *aquam* ... -a praeturae suae tempus adduxit. TAC. ann. 15, 43, 2. EDICT. praet. Iulian. dig. 3, 2, 1 -a id tempus, quo elugere virum moris est. *saepe.*

③ *usu vario*: LIV. 26, 11, 12 tanti ... exercitus vestigia -a tam brevis aevi memoriam ... confundi (*cf.* VAL. MAX. 3, 7 ext. 1 -a primas memoriae metas). SEN. contr. 1, 2, 19 militem occisum esse -a verba, antequam vim adferret. STAT. silv. 1 praef. *Claudius Etruscus* balneolum a me suum (*i. carmen de balneo*) -a moram cenae recepit. FRONTIN. strat. 2, 10, 1 corpora -a noctem sepelienda curavit. TAC. hist. 5, 10, 1 -a (*Rhenanus*, inter *trad.*) duas aestates (*al.*). ann. 2, 41, 3 Marcellum ... -a iuventam creptum (2, 71, 1 INSCR. RevA. V 34, 1931, 342 n. 38, 9 [*a. 144*]). 13, 39, 4 -a tertiam diei partem. TERT. adv. Marc. 5, 6 p. 589, 4 vane ante saecula proposuit et non magis -a saecula, quod revelaturus erat paene post saecula. *saepe.*

β indicatur, unde tempus numeretur, per: ① *gen.*: VELL. 2, 117, 1 -a quinque consummati tanti operis dies. IAVOL. dig. 40, 7, 28 pr. *servus* -a dies triginta mortis ... si rationes reddidisset (VLP. dig. 37, 9, 1, 9 qui mihi -a menses tres mortis meae natus erit [*opp.* post]. COD. Iust. 6, 30, 3 pr. [*a. 241*]. *al.*). GAIVS dig. 29, 1, 17, 4 si miles testamentum in militia fecerit ... et -a annum missionis moriatur (*al. cf. l. 21*). VLP. dig. 29, 1, 15, 5 pater vel in militia vel -a annum militiae decessit (*cf. l. 22*). 40, 7, 3, 11. PAVL. sent. 1, 6[b], 7 -a triennium venditionis. *al.*

② *praep.*: ab: PLIN. nat. 17, 190 *pampinatio fit* ab idibus Maiis -a dies X, utique antequam florere incipiat. PAVL. dig. 4, 4, 38 pr. -a duos menses ab emptione. *al. paulo amplius*: COD. Iust. 6, 29, 4, 1 sive vivo testatore sive post mortem eius -a decem menses a morte testatoris numerandos (9, 44, 3. 12, 33, 6, 1). ex: VLP. reg. 28, 10 bonorum possessio datur ... liberis -a annum, ex quo petere potuerunt, ceteris -a centum dies (COD. Theod. 13, 5, 38 pr. COD. Iust. 6, 30, 22, 1[b]. *al.*). COD. Theod. 2, 15, 1 pr. (= Iust. 2, 20, 8) ex eo die, quo adscritur commissus dolus, -a continuum tempus anni ... actionem ... deferri (2, 15, 1, 2. 7, 18, 8 pr. *al. amplius*: COD. Iust. 7, 37, 3, 3 -a quadriennium ... ex praesenti die numerandum). *al.* post: AFRIC. dig. 29, 1, 21 *testamentum militis* etiam -a annum post missionem *valet* (*al.*). VLP. dig. 5, 2, 8, 4 si quis ... -a annum post militiam decesserit. 40, 16, 2 pr. post sententiam -a quinquennium. *al. amplius*: VLP. dig. 25, 3, 1, 1 denuntiare -a dies triginta post divortium connumerandos (COD. Iust. 6, 30, 22, 2. *al.*).

③ *enunt. relat.* (*cf. et l. 15. abl. abs. l. 29*): VLP. dig. 9, 2, 23, 3 si *pictor* ... -a annum, quo praecideretur *ei pollex*, fuerit occisus. 9, 2, 23, 6. COD. Theod. 13, 5, 26 (= Iust. 11, 2, 2) ut -a annum, quo susceperint, inferant species. NOVELL. Theod. 7, 4, 7 quo facto (*v. l. 26*) -a tres menses.

④ quam: LIV. 43, 9, 2 milites ... -a dies LX, quam in provinciam venit, dimisit. VELL. 2, 4, 2 Scipio ... -a annum ac tris menses, quam eo venerat, ... Numantiam ... aequavit solo. SEN. dial. 9, 11, 12 epist. 101, 3 COLVM. 6, 14, 4. 11, 2, 54 QVINT. inst. 1, 12, 9 LEX met. Vipasc. (CIL II 5181) 7 FRONTIN. aq. 6 PLIN. epist. 6, 33, 2 TEST. Dasum. (CIL VI 10229) 88 IVLIAN. dig. 29, 1, 20 pr. AFRIC. dig. 15, 1, 38, 3. *saepe.*

⑤ postquam: POMPON. dig. 40, 4, 41, 2 (*Labeo*) Stichus -a annum, postquam mortuus ero, liber esto. VLP. dig. 17, 2, 52, 10 -a quattuor menses, postquam opus refectum erit. reg. 16, 1. COD. Theod. 9, 37, 4 (= Iust. 9, 42, 3) postquam fuerit ... custodiae traditus, -a dies XXX. *al.*

2 *peculiariter*: **a** *tempus retro computatur* (*numeri ponuntur fere card.; ordinales l. 61. indicatur, unde retro numeretur l. 58. 64*): -a annos *sim.*: VARRO rust. 3, 1, 4 cum artes omnes dicantur ... -a mille annorum repertae, agri numquam non fuerint. LIV. 4, 4, 3 decemviros ... -a decem hos annos et creavimus et ... sustulimus (PLIN. nat. 9, 26. 12, 13. 18, 55 -a hos decem annos. 18, 317 -a XXII hos annos. *v. et l. 52*). 9, 34, 10 Aemilia lex ... tenuit deinceps omnes censores -a centum annorum spatium. 9, 34, 14 nuper -a decem annos C. Maenius ... dictatura se abdicavit. *al.* FEST. p. 186. SEN. contr. 1 praef. 3 proximos (TRAIAN. Plin. epist. 10, 32, 2 qui ... -a hos proximos decem annos damnati ... sunt. *cf.* COD. Theod. 12, 19, 1 proxime). VELL. 1, 5, 3 *Homerus* ferme ante annos nongentos quinquaginta floruit, -a mille natus est. PLIN. nat. 2, 57. 15, 70. PLIN. med. 3, 38 -a paucos annos casu inventum est ... remedium (*syn. Plin. nat. 23, 56* nuper). NOVELL. Theod. 23, 1 -a triginta annos abhinc retro numerandos (Maior. 7, 1). *al.* *nota* (*v. l. 44*): COD. Theod. 12, 1, 74, 1 qui -a annos XI consulatus Constantii decimi *senatores facti sunt.* *ceteri loci selecti*: LIV. 23, 9, 3 paucae horae sunt, -a quas iurantes ... fidem obstrinximus. SEN. dial. 7, 19, 1 *Diodorus* -a paucos dies finem vitae suae ... inposuit (10, 18, 5 -a paucos illos dies, quibus C. Caesar periit. SCRIB. LARG. 13 cervi coagulum -a novem dies exceptum. PETRON. 38, 4 hos. TAC. hist. 2, 70, 1 -a quadragensimum pugnae diem lacera corpora. *al. v. et l. 67. p. 34, 25 sq.*). COD. Theod. 12, 1, 88 -a praescriptum tempus (*al.*). *sensu artiore excluso eo tempore, quod interiacet, non nisi de ipso tempore extremo dicitur*: PLIN. nat. 10, 151 ova incubari -a decem dies (*i. decimo die ante*) edita utilissimum: vetera aut recentiora infecunda. *audacius pro meta temporis ponitur homo, deus*: AMBR. fid. 3, 9, 61 p. 602[c] 'ante' cum dixit *Christus*, non se -a aliquem, sed omnia -a se dixit (*i. -a id tempus, quo est ipse*).

b *ponitur non solum ultima, sed etiam prima temporis meta, -a quas aliquod spatium concluditur* (*fere syn.* inter): CELS. 8, 7, 5 fere -a (inter *Linden*) quartum decimum et unum et vicesimum diem sanescunt maxilla, malae *eqs.* ..., inter vicensimum et tricensimum diem crura *eqs.* PLIN. nat. 18, 132 *seruntur rapa et napi* inter ... dies festos Neptuni atque Volcani ...; si ... *certo* die -a praedictum temporis spatium serantur *eqs.* 18, 280 vergiliae ..., ut quarum exortu aestas incipiat, occasu hiems, semestri spatio -a se messes vindemiasque ... conplexae. 21, 69 rosaria a favonio fossa oportet esse et iterum solstitio, et id agendum, ut -a id tempus purgata ac pura sint (*al.*). FLOR. epit. 3, 21, 17 tot ... funera -a kalendas et idus Ianuarii mensis septima ... Marii purpura dedit. *al.*

c *significantius, fere i. q. citra*: SEN. epist. 97, 5 promitto

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nec differo: -a comperendinationem (*i. sine mora*) fides promissi me⟨i⟩ extabit.

appendicula *ad I de collocatione*: **1** *antecedit*: **a** *pars accusativi pendentis*: VARRO rust. 2, 9, 15 cingulum ... cum clavulis capitatis, quae -a capita insuitur pellis. FEST. p. 194 *flumen Ofens* est in agro Privernate mare -a et Taracinam. TAC. ann. 3, 72, 3 *incendium* unum -a damnum *stetit* (13, 4, 2. *cf. inverso ordine*: 11, 36, 3 *Montanus* accitus ... noctemque -a unam ... proturbatus erat). 4, 40, 5 vis tu ... istum -a locum sistere. 6, 11, 3 paucos -a dies (6, 12, 2 quem -a diem ... deferrentur. 12, 16, 2 coepta patrataque expugnatio eundem -a diem foret. 16, 17, 1). 11, 10, 3 *Vardanen* interfecere primam -a iuventam. 12, 64, 1 paucos -a menses (15, 23, 3). **b** *totum*: LVCR. 3, 592 finis dum vitae vertitur -a ... anima. IVV. 8, 240 tantum ... muros -a toga contulit illi (*i. Ciceroni*) nominis. TAC. ann. 3, 75, 2 *Labeo* praeturam -a stetit. 4, 48, 1 dum populatio lucem -a sisteretur.

2 *intercedit*: **a** *encliticum*: LEX Vrson. (CIL I² 594) 98, 34 qui in ea colon(ia) -ave eius colon(iae) fines domicilium praediumve habebit. OV. met. 6, 309 -a quoque viscera saxum est. 11, 651 ille volat ... -aque morae breve tempus in urbem pervenit (LIV. 6, 4, 6. 9, 22, 11. 43, 15, 1. CELS. 5, 28, 12[L] ut brevis -aque carnem sit *fistula*. SEN. nat. 3, 25, 3 SVET. Cal. 25, 1. 49, 2 Dom. 3, 1. *al.*). **b** *verbum*: HOR. epist. 2, 1, 31 nil -a est oleam (olea *Bentley*), nil extra est in nuce duri. STAT. silv. 4, 6, 38 (*de parva effigie Herculis*) cum mirabilis -a stet mensura pedem (*Politianus*, pedum *M*).

II c. abl. (*saepe admittenda est* m *finalis omissa, ita ut nonnulla exempla ad I referri possint; at non dubie abl. invenitur e. g. l. 33. 38. 39. 48. 52*): **A** *sensu locali*: **1** *generaliter*: CIL IV 2400 *non* extra porta, set -a porta. PEREGR. Aeth. 20, 2 fui ad ecclesiam, quae est -a civitate ipsa. 27, 2 *legit* episcopus -a anastase. 33, 2 intrat episcopus -a spelunca (*syn. 34* in spelunca). 49, 3 -a qua ecclesia est spelunca (*cf.* 12, 1 -a quam ecclesiam). GROM. p. 324, 25 L. -a vinea memorias sunt (p. 329, 16 [= p. 10 Q 5 J.; vineam ζ]). EPIPHAN. in euang. 57 p. 155, 14 sciebat ..., quid mulier doloris haberet -a pectore (pectus *B*). ORIBAS. cup. 2, 1 G 1 Aa p. 473 lac inicitur -a matrice ulcerata (matricem *Ab; gr. 2, 1 Γ 8 ἐνίεμεν ... μήτραις*). 4, 91 Aa p. 607[p. med.] de axungia ... -a ano mittis ([*om. gr.*]. syn. 8, 4 Aa p. 209[a. med.] -a vaso [in vaso *La; gr. 8, 3, 14 εἰς τὸ ἀγγεῖον*]). syn. 3, 207 p. 890, 14 oleum, qui -a coloquintidis (*pro abl. pl.*) fuit (*antea*: coloquentidas ... inples oleo. *om. gr.*). 7, 1 Aa p. 131[in.] nihil ... in vulnere -a labiis aliqua sordis remaneat (-a labia *La; gr. 7, 1, 2 μεταξύ*). LEX Burg. extr. 21, 1 -a regione nostra (21, 2). GREG. M. epist. 13, 1 p. 365, 9 reponi eam *iconam* in oratorio ... -a palatio (*Norberg, in reg. Greg. M. stud. cr. I, 1937, 85 adn. 2, hunc abl. et al. scribae, non Gregorio imputat*). SACR. Greg. 138, 3 -a quorum nos consortio ... admitte (consortium *codd. recc.*). CIL VI 1747 b 2⟨Symm⟩achio v. p. -a palatio comitatus. 31852, 7 cum horto, qui est -a concluso (*pro* -a conclusum? *at v. vol. IV 74, 55*). X 6069, 4 *non* -a macceria humari quemquam licet. INSCR. RevA. V 32, 1930, 355 n. 63 (*Romae*) Montanae *mortuae* -a diebus XI. *al.*

2 *in iunctura g. c.* de -a (*cf. p. 40, 32*): APON. 6 p. 109[fin.] de -a conclusione dentium ... vox resonans repercussa melodiae dulcedinem reddit.

B *sensu temporali*: CONC.[S] II 2, 2 p. 37, 22 si ... -a XXX annis (annos *l. v.*) facta est ... quaestio ([*gr. II 1. 2 p. 161, 19 ἐντὸς τῶν τριάκοντα ἐτῶν*]. LEX Visig. Eur. 277 -a L annis [*ter ibid.*]). LEX Burg. Rom. 31, 2 -a quinquennio (quinquennium *l. v.*).

CAPVT ALTERVM: ***adv.*** (*loci omnes*):

I ***quaeritur 'ubi?'***: **A** *fere i. q. intus* (*in animo l. 74 sqq., in occulto l. 79. 80. pro subst. [?] l. 67*): **1** *in universum*: BELL. Hisp. 35, 2 erat bene ⟦magna manus⟧ (⟦ magnum *trad.*) -a (*i. in oppido*) Pompeianarum partium. AETNA 111 liber spiritus ⟦-a (*sc. in terra*) effugiens molitus⟧ iter (⟦ *CZ, Sudhaus*, intrat [*SII²*] et fugiens molitur *Vollmer*). TIB. 2, 3, 45 claudit ... moles mare, ... ut -a neglegat hibernas pisces adesse minas. NVX 95 lamina mollis adhuc tenet os in lacte, quod -a est (*v. app. cr.*). LIV. 22, 45, 7 laevom cornu extremi equites sociorum, -a pedites ad medium iuncti legionibus Romanis tenuerunt (-a *pro subst. esse explicant Weissenborn-Müller; at ego Liv. sic scripsisse vix crediderim, sed potius* interiora *restituendum esse*). VITR. 2, 9, 4 qui ... non habent ex arboribus exitus umores, -a concrescentes putrescunt. 7, 8, 4 argentum *vivum* per panni raritates extra labitur, aurum compressione coactum -a purum invenitur. 9, 8, 11 post frontem horologii -a conlocetur castellum. 10, 16, 11 qui ... -a fuerunt (*i. in specu*). SEN. Thy. 965 vagus -a terror oberrat (*sic de animo*: dial. 3, 20, 5 *irascentium* strepitus magni ... sunt, -a mens pavidissima. TERT. adv. Val. 17 p. 196, 19 *Achamoth* subsuriit [substruit *trad.*] -a. COMM. apol. 865 magis -a crudescunt). dial. 5, 37, 3 qui -a iacet (*i. in domo sua*). 7, 12, 5 *Epicureorum* voluptatis laudatio perniciosa *est* ..., quia honesta praecepta -a latent, quod corrumpit, apparet. 11, 5, 6 deceptorio fuco circumlita ..., -a nihil habentia fronti suae simile. MELA 1, 23 -a (*i. in Africa*) ... vix iam homines *sunt*. 1, 74 *specus Corycii* -a spatium est ... horribile. PLIN. nat. 5, 76 *Tyri* circuitus XIX p. est, -a Palaetyro inclusā. 11, 181 *cor* quasi alterum movetur -a animal ([animalia *trad.*]. *Aristot. part. anim. p. 666b, 17 ἐν τοῖς ἔχουσιν*). STAT. Ach. 1, 110 -a centauri stabula alta patent. QVINT. inst. 1, 10, 43 deni in quadram pedes quadraginta per oram, -a centum erunt (*syn. 44* intus). FRONTIN. grom. p. 2, 22 quidquid ... inter IIII limites minus quam -a clusum est fuerit adsignatum, *subsicivum est* ([Ps. AGENN. grom. p. 57, 13 minus quam -a eisdem potuit claudi limitibus]. p. 15, 14 ut ... -a clusi modus enuntietur, agrum ... rectis lineis dimetiemur. HYG. lim. grom. p. 138, 3 *lapidum* partes ..., quae in suis regionibus centurias litteris -a cludunt [incl- *l. v.*]. GROM. p. 341, 31 L. lapis ..., qui agrum -a clusum et extra clusum significat. *cf. et p. 43, 46. ad rem cf. vol. V 2, 2061, 14 sqq.*). p. 10, 16 *arbores*, quae in fine sunt sive -a (infra *l. v.*). SVET. Iul. 84, 1 aedes ... collocāta -aque lectus eburneus. PORPH. Hōr. sat. 1, 2, 101 vestis *Coa* ..., per quam ... quae -a sunt translucent. GREG. M. in cant. p. 185[fin.] fide ... *vocaris* christiana et non operibus, quia -a videris esse per fidem et non -a per opera. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 274[B] omnia, quae habere -a videbar (*gr. p. 53, 24 B. πάντα τὰ ἐν τῷ κελλίῳ*).

2 *in locut. bimembribus* (*πολυμερεῖ l. 26; cf. et p. 40, 14*) *iunguntur c. adv. opp.*: *c.* extra (*v. et l. 8*): SEN. dial. 3, 3, 7 *animalium* tota ... ut extra ita -a forma humanae dissimilis est. nat. 1 praef. 13 *deus* opus suum et -a et extra (et extra et -a *l. v.*) tenet (ITALA exod. 25, 11 [Conc.[S] I 5 p. 190, 21] extra et -a inaurabis *arcam* [*ἔξωθεν καὶ ἔσωθεν, Vulg.* intus et foris]). COLVM. 8, 15, 2 maceries ... levigatur extra -aque (*cf.* MELA 1, 2 litora ut -a extraque sunt. 1, 24 PRISCILL. tract. 11, 142 SVLP. SEV. epist. app. 1, 6 p. 222, 18). PLIN. nat. 2, 2 *mundus* extra -a cuncta conplexus in se (*sic asynd.*: 2, 166 *aqua* permeante *terram* ... -a extra supra ⟨infra⟩ venis ... discurrentibus [*v. l. 17*]. 6, 205). PAVL. NOL. carm. app. 3, 76 *v. p. 34, 1.* *c. aliis*: COLVM. 12, 44, 7 vasa ... extrinsecus et -a diligenter picata esse debebunt. PETRON. 22, 2 idem et tota -a forisque familia fecerat.

B *fungitur vice adverbii, quod respondeat praepositioni 'inter'*: PLIN. nat. 2, 199 montes duo inter se concurrerunt ... inter eos flamma ... exeunte ...; animalia permulta, quae -a fuerant, exanimata sunt. 3, 80 citra *Corsicam* est Oglasa, -a vero et LX p. a Corsica Planasia (*i. inter Corsicam et Oglasam. cf. vol. VII 1, 1483, 76*).

C *i. q. infra* (*v. et l. 50; cf. p. 37, 55. 39, 51*): VVLG. exod. 40, 18 *Moyses* posuit et testimonium in arca subditis -a vectibus et oraculum desuper (-a *GA*, infra *O* [*c. gr. ὑπό, cf. Italam Lugd.* sub]). MART. CAP. 8, 857 *Venus Mercuriusque* circulorum suorum centron in sole constituunt ita, ut supra ipsum aliquando, -a plerumque ... ferantur.

II ***quaeritur 'quo?'***: **A** *fere i. q. intro*: CIRIS 256 *Carme nullas* ante ... patitur sibi reddere voces, ... *Scylla* pedem quam rettulit -a (*trad.*, intro *Ribbeck*, intus *Némethy* [*habet Culex 290* rettulit intus]). VITR. 10, 4, 2 relictis ... aperturis ad aquam -a concipiendam. 10, 16, 10 *oppugnatores urbis* specus agentes -a penetrare cogitabant. QVINT. inst. 11, 3, 98 binos ... digitos distinguimus ... paulum tamen inferioribus -a spectantibus, sed ne illis quidem tensis, qui supra sunt. *dub. an addendus* CHIRON 282 infunditur -a ⟨cucumeris⟩ (*add. Oder*) agrestis reliqua pars tusarum (*locum huc pertinere vult Oder p. 385; maiorem latere corruptelam censet Niedermann*).

B *fere i. q. infra* (*cf. l. 35*): GELL. 3, 6, 2 non deorsum palma *onere pressa* cedit nec -a flectitur, sed adversus pondus resurgit (*Plut. symp. 8, 4, 5 p. 724[E] οὐ κάτω θλιβόμενον ἐνδίδωσιν*).

deriv.: 2. intro; intralia, intraneus. *compos.*: *?* intrabutteus, intracaelestis, intramundanus, intramuran(e)us; *cf. quae coaluererunt* deintra, intraclusus, intracurro.

[intraametra GROM. p. 443, 8 L. (tetrametra *Rigault*).]

intrābilis, -e. *ab* intrare. *i. (qui) quod intrari potest*: LIV. 22, 19, 12 cum ... amnis os (adnisos *trad.*) lato agmini *navium* et tam multis simul venientibus haud sane -e[s] esset.

***?* intrābutteus,** -a, (-um). *ab* intra *et* *butta (*?, cf.* butia, buttis). *? i. q. intra *buttam (i. dolium) positus*: RVF. podagr. 8 siccis va⟨po⟩ribus utentibus bene facit quem Greci pithon vocant; nos autem cum tinea (*i. tina*, pinea *trad.*) -a (intra buttam *coni. Daremberg-Ruelle, vix recte*), ut exitu circumdato et cum sarmentis tinea (pinea *trad.*) calefacta sublato igne intus desudent.

intrācaelestis, (-e). *ab* intra *et* caelestis. *i. qui intra caelum* (*i. sub caelo, opp.* supracaelestis) *est*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 31 p. 1135[D] locis ... vel supracaelestibus vel caelestibus vel -bus.

[**intrāchorium** GLOSS. (*i.* intra corium) *v. s.* lanterna.]

intrāclūsus *v. l. 3 sqq.* *Hi.*

intractābilis, -e. *ab* in *et* tractabilis. *forma comparat. p. 45, 3. de notione*: SERV. Aen. 1, 339 -e: insuperabile, asperum, saevum. 4, 53 non tractabile: asperum, -e. GLOSS.[L] II Philox. IN 698 -e *ἀψηλάφητον, ἀμεταχείριστον*. GLOSS. inexpugnabile. investigabilis. *ἄπρακτος. ἀπρόσιτος. legitur apud* VERG., GRATT.; *in sermone pedestri inde a* SEN. *philos.* [*var. lectio falsa*: Ps. PHILO antiq. 10, 1 -es tenebrae (tractabiles *codd. potiores, cf. exod. 10, 21* tam densae, ut palpari queant.]

I *qui (quod) tractari vel aegre vel omnino non potest*: **A** *de animantibus et eorum qualitatibus, moribus sim.: fere i. q. difficilis, asper, durus* (*temerarius p. 45, 9. c. praep.* ad: *p. 45, 13. 16*): VERG. Aen. 1, 339 genus -e bello. GRATT. 159 *canum* genus -is irae. SEN. Phaedr. 229 animum (271 tristem et -em [*syn.* saevam]. PS. EVSEB. GALLIC. hom. p. 678[C]). dial. 4, 15, 4 non ... humani vim ingenii, sed feri et

[V. Schmidt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-is (GELL. 1, 17 tit.). 6, 5, 1 ne te difficilem amicis et -em praestes. epist. 25, 1 respice aetatem *amici* ... iam duram et -em: non potest reformari. GELL. 18, 7, 1 *Domitius* erat natura -ior et morosior. PORPH. Hor. carm. 3, 10, 1 puellam ... asperam et -em. ARNOB. nat. 5, 5 p. 177, 23 ferocitas animi ... -is. 5, 11 p. 183, 26 feritas. QVEROL. p. 39, 5 R. quam ingratus atque -is *dominus malus*. AMM. 15, 5, 23 ut bestiarii obiceremur -bus feris. AMBROSIAST. in Rom. 2, 5 p. 65A durat inconvertibilis et -is manens *peccator*. in I Cor. 6, 4 p. 212A tam ... -es (*v. p. 44, 81*) et inconsideratos eos significavit, ut imperitos forte ex fratribus iudices eligerent. in Eph. 5, 15 p. 397B qui, quamvis perfidus sit, non tamen penitus -is est, ut nec audire se patiatur verba fidei. in Col. 4, 5 p. 440A quem scias -em et obstinatae mentis, paratum ad contumeliam faciendam. HEGES. 1, 44, 8 p. 121, 1 -is ad veniam *Herodes*. HIER. in Is. 21, 11 p. 264C *gentium multitudo* hispida, fera, -is. PROSP. epist. 2, 16 p. 86A mores. EVSTATH. Bas. hex. 8, 1 p. 946B cum aquaria *animalia* ... immitia sint et indocta et ad omnem vitae societatem prorsus hominibus -ia (*gr. p. 165C ἀμεταχείριστα*).

B *de rebus* (*v. et p. 44, 80*): **1** *eis, quae ab hominibus tractari non possunt*: VERG. georg. 1, 211 sub extremum brumae -is imbrem (*cf. Serv. auct. Aen. 4, 53* 'non tractabile caelum' sub quo tractari nihil possit). PLIN. nat. 19, 89 virus -e illi (*pastinacae*) est (*i. cuius sapor tractando non mollitur*). *fere i. q. impeditus* (*syn.* arduus): GELL. 4, 15, 6 (*ad Sall. Catil. 3, 2* arduum videtur res gestas scribere) 'arduum' Sallustius non pro difficili tantum, sed pro eo quoque ponit, quod Graeci *χαλεπὸν* appellant, quod est cum difficile tum molestum quoque et incommodum et -e. SYMM. epist. 6, 21 dum navigatio -is est, in oris Campaniae ... haerebunt. *fere i. q. invius*: PANEG. 4, 36, 5 iter gelu -e. IVST. 24, 4, 4 Alpium invicta iuga et frigore -ia loca transcendit. *i. q. non idoneus* (*c. dat.*): VEG. mil. 4, 39 quidam menses aptissimi, quidam dubii, reliqui classibus -es sunt lege naturae. *i. q. inhabilis*: OROS. hist. 5, 15, 17 *ut scutum imbre madefactum* -e repentino pondere fiat. **2** *respicitur impetus undarum (in imag.): fere i. q. indelebilis*: SEN. Phaedr. 580 dura cautes undique -is resistit undis.

II *qui (quod) contrectari non potest, fere i. q. incontrectabilis* (*n. pro subst. l. 40*): LACT. ira 15, 3 anima et corpore, quorum alterum caelo adscribitur, quia tenue est et -e, alterum terrae, quia comprehensibile est. CONC.S I 5 p. 118, 27 incorporale et -e esse dei patris verbum (*gr. I 1, 7 p. 35, 38 ἀναφής*). CASSIAN. c. Nest. 3, 15, 5 p. 281, 25 non ego incorporalia tenui nec -ia temptavi, non spiritum manu contigi. MVTIAN. Chrysost. hom. 32, 1 p. 437med. quid *est* ignis tractabilis ad deum -em? (*gr. p. 219 med. ἀψηλάφητον*).

III *de quo tractari, disputari non potest*: PS. PRIMAS. in Rom. p. 448C quod inter Iudaeos dicere adhuc -e videbatur, intellectui derelinquit (*syn. Pelag. in Rom. 7, 4 p. 55, 6* quod inter Iudaeos dicere non audebat). *V. Schmidt.*

intractātus, -a, -um. *ab* in *et* tractatus. *scrib.* -trect-: CIC. Lael. 68 (*D*, -tract- *rell.*). CAEL. AVR. acut. 3, 5, 57. *apud* CIC., VERG., GRATT. *et inde a* CHALC.

i. q. non tractatus: **1** *de equo, fere i. q. non domitus, non condocefactus*: CIC. Lael. 68 nemo est quin eo *equo*, quo consuevit, libentius utatur quam -o (intracto *l. v.*, *cf. l. 48*) et novo.

2 *de rebus*: **a** *eis, quae manu tractantur* (*syn.* rudis): CHALC. comm. 222 p. 258, 9 *materia informis* ut massa aeris et -a ligna (*cf. l. 56*). CAEL. AVR. acut. 3, 5, 57 *partes corporis contegere* lanis ... rudibus atque -is. *audacius*: GRATT. 134 *virga turis* suos usus -umque decorem ... natalibus hausit arbitriis (*i. decorem non arte effectum, quia ita nascitur procera, ut sine arte et labore idonea sit ad hastilia; opp.* multo sunt ficta labore. *cf. de ligno l. 54*). **b** *actionibus, fere i. q. intemptatus*: VERG. Aen. 8, 206 *Cacus*, nequid inausum aut -um (intemptatum *M*1) scelerisve dolive fuisset, quattuor ... tauros avertit. CHAR. gramm. p. 410, 5 B. id mihi -um erat ..., huic parti curam numquam habui. *c scriptis, quae exponenda sunt* (*syn.* indiscussus): HIER. epist. 124, 4, 5 (*ex Orig.*) haec ... non sint dogmata, sed quaesita tantum atque proiecta, ne penitus -a (intra etate *l. v.*) viderentur (*deest gr., sed cf. Rufin. Orig. princ. 1, 8, 4 p. 105, 13* ne videatur quaestio mota non esse discussa). AVG. in psalm. 36 serm. 3, 1 p. 383fin. pars ... psalmi ... indiscussa vobiscum et -a remanserat (BOETH. in top. Cic. 6 p. 385, 42). CASSIOD. inst. 1, 24, 2 illa ..., quae ab *antiquis expositoribus* ... -a (tractata *l. v.*) relicta sunt.

?intractio, -ōnis *f.* *ab* intrahere. *fere i. q. tractus lentus vel intortus*: PLIN. nat. 7, 55 Surae ... proconsulis ... rictum in loquendo -emque (contract- *l. v.*, *fortasse rectius*) linguae et sermonis tumultum ... piscator quidam ... reddidit.

intrācurro, (-ere). *ex* intra *et* currere *coaluit*. *i. q. intra (sc. ripas) currere*: SCHOL. Hor. gloss. *Γ* carm. 4, 7, 4 'flumina praetereunt' -unt ac per hoc non transcendunt.

?intrācursus, (-a), -um. *ab* in *et* tra(ns)cursus. SEN. epist. 124, 17 tempus ... tribus partibus constat: praeterito, praesente, venturo. animalibus tantum, quod gravissimum (brevissimum *l. v.*) est -um (*A*, intra cursū *B*), datum praesens (*i. 'si non transcurritur' Buecheler*, quod brevissimum est et in transcursu *Madvig, alii alia, cf. app. cr.*).

intraho, -ere. *ab* in *et* trahere. [*francog. vet.* entraire. *R.*]

[*dub.*: PAVL. FEST. p. 111 -ere est contumeliam intorquere ('*an* intericere? *cf. Gloss.L II Philox. IN 651* intericit *σχετλιάζει' Lindsay Gloss.L IV ad l.*). CAEL. AVR. gyn. 1, 60 l. 514 sensim repetenda est consuetudo *ciborum et vini*, primo miti levitate -cta (*gr. aliter*).]

fere i. q. attrahere: APVL. met. 5, 20, 3 *serpens* postquam sulcato⟨s⟩ -ens gressus cubile ... conscenderit (sulcatum trahens gressum *Robertson, fortasse recte; v. app. cr.*). 11, 23, 3 sol curvatus -bat vesperam.

deriv.: ? intractio.

intrālia, (-ium) *n. pl.* *ab* intra, *cf.* int(e)ranea *et* ilia. GLOSS. V 561, 40 vitalia intra alia (*sic, cf. Heraeus, Kl. Schr. p. 133 adn. 1*). *v. et Du Cange.* [*francog.* entrailles. *Heraeus.*] *i. q. intestina*: MIRAC. Theclae 7 p. 172, 28 carne male incisa ab acie gladii ex utraque parte non sine gravi gemitu -a eius intuentibus patefacta intuebantur.

intrāmundānus, (-a), -um. *ab* intra mundum, *cf.* extramundanus. transmundanus. (*qui*) *quod intra mundum est*: CLAVD. MAM. epist. 2 p. 203, 12 *homines* rerum abdita rimantes ... non modo -um (intra mundanum *Engelbrecht, at v. Harleman, de Claud. Mam. quaest., Uppsala 1938, 46 adn. 1*), sed supercaeleste etiam introiere secretum.

intrāmūrāneus, -a, -um. *ab* intra muros, *cf.* intramuranus *et* oppidanus, oppidaneus. *per confusionem vulg. scribitur* infra-: *v. vol. VII 1, 1487, 15. ap.* GREG. TVR. *pro* intramuranus. *i. q. intra moenia urbis situs*: GREG. TVR. Franc. 2, 34 p. 83, 12 palatium regale -um (intra murum eum *l. v.*) ... igne succenditur. vit. patr. 7, 3 p. 689, 2 gestatores ... ad -am eum ecclesiam detulerunt.

intrāmūrānus, -a, -um. *ab* intra muros, *cf.* extramuranus. *scribitur c. apicibus et* i *longa ultima l. 31.*

qui (quod) intra moenia urbis, oppidi, municipii sim. est: CIL XI 3797, 5 (*a. I*) M. Herennio ... múnicipes múnicipi Augusti Veientis intrámúránI (*v. l. 28*) patrono (3808, 9 [*s. III*] intra murani [*sic*]. *ad rem v. Mommsen, Staatsr. III 791in. et vol. V 2, 2070, 31sq.*). ITIN. Alex. 52 occupatis in regem -is universis (*opp.* Macedones ..., qui foris rem agebant). LAMPR. Heliog. 27, 7 canonem ... meretricibus, lenonibus, exsoletis -is dari (*opp.* extramuranis). VOPISC. Aurelian. 38, 3 seditio -a bellum mihi gravissimum peperit. SYMM. rel. 17, 2 si melioribus viris officia -a (intra mura [muros] *l. v.*) mandetis. AMM. 31, 7, 5 vulgus ... barbarorum ad orbis rotundi figuram multitudine digesta plaustrorum tamquam -is cohibitum spatiis. PS. ASCON. Verr. p. 260, 19 omnis ... magistratus, qui -us non est nec urbanus, etiamsi administrator eius Romae est, 'ad urbem' dicitur. AMBR. epist. 20, 1 p. 994C basilica nova, hoc est -a (*opp.* Portiana, hoc est extramurana).

cf. intramuraneus.

intrānatābilis, -e. *ab* in *et* tranatare. [*vox e coni. tantum restituta.*] *qui tranatari non potest*: IVL. VAL. 2, 25 p. 86, 2 impervium ... impedimentum illud -is fluvii (in tranatabulis *trad.*, *em. Schlee*).

intrāneus, (-a, -um). *ab* intra, *cf.* extraneus (*v. Eisinger, Wortbildungen mit -aneo, diss. Freiburg 1910, 40*). *i. q. interior*: OP. imperf. in Matth. 40 p. 858A forani lapides -os intra se tenent et constringunt (*antea*: artifex ex omnibus lapidibus eligit meliores et ponit a foris in facie aedificii, ceteros autem ... mittit intus).

intrānia, -ōrum *n. pl. v. s.* interanea.

intrānscēnsibilis, (-e). *ab* in *et* transcendere. *qui transcendi non potest*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 293 quid ... -i pietate melius est (*gr. ἀπαραβάτου*). Didym. in I Ioh. p. 72. 20 ut habeat *dei verbum* ... perfectam -em deitatem (*cf. l. 70 sq.*).

?intrānscursus *v. s.* intracursus. *Hi.*

?intrānsgredibilis *v. l. 67.*

intrānsgressibilis, -e. *ab* in *et* transgredi. *compar. et superl. non inveniuntur. legitur apud eccl. inde ab* ITALA.

qui vel transire (l. 63 sqq.) vel transiri (l. 73 sqq.) non potest: negatur: **1** *transitus dignitatis, muneris ad successorem*: ITALA Hebr. 7, 24 (cod. r; Aug. pecc. mer. 1. 27, 50 p. 48, 21; Ferrand. epist. 4, 14) alii *sacerdotium habentes leviticum* ... plures sunt facti sacerdotes, quia morte prohibebantur perseverare; hic autem (*i. Iesus*), qui manet in aeternum, -e (-gred- *Ferrand.* [*variam lect. profert Mai*]) habet sacerdotium (*ἀπαράβατον, Vulg.* sempiternum).

2 *transitus a persona dei patris, i. q. immanens* (*pro t. t. theol.*): QVODV. c. Iud. pag. Arr. 6 p. 1120med. verbum -e procedens de corde patris suscepit carnem. CASSIOD. hist. 1, 14, 32 -em habet filiationem unigenitus patris (*Theodoret. 1, 4, 34 ἀμετάπτωτον*).

3 *transgressio loci* (*modi l. 77. proprie et per imaginem. acced. dat. l. 78. 82*): AVG. gen. ad litt. 2, 10 p. 48, 14 firmamentum ... propter firmitatem aut propter -em terminum superiorum et inferiorum aquarum vocatum intellegere licet. trin. 11, 11, 18 p. 998 singulis *visionibus* ... in memoria praescriptus est -is modus. MAX. TAVR. hom. 40 p. 313C murus ... est Christiano ieiunium, inexpugnabilis diabolo, -is inimico. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 14 p. 59 p. med. *Aegyptii Hebraeos* inter rupes -es ... et mare claudentes (*gr. 2, 324 ἀπροσβάτων*). *peculiariter de loco, in quem nemo sinitur intrare*: CASSIOD. Ios. antiq. 3, 7 p. 72in. tertia ... pars *tabernaculi* ..., quae sacerdotibus -is videbatur (*gr. 3, 123 ἄβατον*).

4 *transgressio praecepti sim.*: HESYCH. in lev. 22, 9 p. 1068C

[Wolf]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praecepta domini ... oboedientiam -em *exigunt*. CONC.^{S} II 5 p. 88, 25 pax mundo collata in sua soliditate -i pietate servetur. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 102 sciunt ... omnes ... -em *templi nostri* purificationis integritatem (*cf. p. 46, 82*).

adv. **intrānsgressibiliter.** *fere i. q. sine transgressione, accurate, diligenter* (*cf. p. 46, 84*): CONC.^{S} II 5 p. 29, 24 quae ab eis *conciliis* sunt definita ..., custodire -r exoramus. p. 30, 3 quae in ea *doctrina* sunt explanata, -r observamus.

deriv.: transgressibilis (*retrogr.*). *Wolf.*

intrānsībilis, (-e). *ab* in *et* transire. *i. q. intransmeabilis*: HIER. in Is. 11, 6sqq. p. 151^{D} Nilus ..., qui prius ... -is erat, in septem ... rivos divisus est ..., ut calciatis pedibus transiretur. PSALT. Cas. 103, 9 *aquis* grumos posuisti -es (*ὅριον ..., δ οὐ παρελεύσονται, Vulg.* terminum ..., quem non transgredientur). *Hi.*

[FRONTIN. (?) strat. 4, 7, 12 M. Porcius ... in classem hostium cum **intrānsiluisset** (*H*^{1}, transiluisset *rell.*).]

intrānsitīvē *v. l. 37.*

intrānsitīvus, -a, -um. *ab* in *et* transitivus, *secundum gr. ἀμετάβατος, ἀδιαβίβαστος. i. q. nullum indicans transitum actionis ab alia ad aliam personam*: PRISC. gramm. II 552, 25 cum ... flectas nomen in obliquos casus, verbum adiungi ei non potest -um, id est *ἀμετάβατον*, hoc est in sua manens persona (II 553, 1. 5. 6. 16 [*opp.* transitivorum]). 555, 2 quae compositio (*i.* '*legens doceo*') -a est, hoc est ipsam in se manere ostendit personam. 555, 7 nominativus et vocativus -us solet esse (*cf.* III 32, 23 *nominativi* per -am dicuntur elocutionem, id est non transeuntem ab alia ad aliam personam). III 15, 20 Homerus ... in simplicibus ... pronominibus (*e. g. ἐμέ*) et -as ponit ... personas et transitivas ...; iuniores addiderunt composita pronomina (*e. g. ἐμαυτόν*), quae -as significarent personas, simplicibus vero usi sunt transitivis. 45, 7 nostri huiuscemodi dictiones (*ut* '*coram*', '*palam*'), quando praeponuntur casibus ... per transitionem personarum, inter praepositiones accipiunt ...; quando vero verbis coniunguntur et -ae sunt ..., inter adverbia numerant. 158, 29 cetera *verba impersonalia* ... dativo copulantur et -a (intransiva *M*) sunt, ut 'licet ... mihi', exceptis his, quae accusativum simul et genetivum assumunt: 'paenitet ... me illius'.

adv. **intrānsitīvē.** *i. q. ita ut nulla transitio actionis indicetur* (*aliter l. 49*): PRISC. gramm. II 186, 15 verbis ... -e iste (*i. nominativus*) ... adhaeret (III 147, 13 nominativis quidem -e [nominativus q. transitivae *l. v.*], obliquis vero transitive verba coniunguntur. *cf.* 17 vocativus quoque -e secundis adiungitur verborum personis. 23. 213, 10). III 45, 14 suum ... est adverbiorum ... -e posse proferri (*cf. l. 33*). 148, 4 *verba* impersonalia, sive transitive sive -e proferantur (6 -e, ut 'curritur a me' pro 'curro'. 158, 23 -e intelleguntur. 231, 11 [-o *l. v.*]). 166, 16 in una ... eademque persona possessor simul et possessio -e intellegi non potest nisi figurate dicat aliquis 'meus ego sum et servus et dominus'. 183, 5. 184, 3 per figuram ... et numeri diversi et diversa genera ... non solum transitive et per reciprocationem, sed etiam -e copulantur (*nota* per reciprocationem *hic discerni ab* -e, *cum alias, e. g. l. 29, comprehendatur una* '*persona intransitiva*'. *sic et* 223, 8 participia ... vel absolute dicuntur, hoc est -e, quomodo et verba, quae non egent obliquis casibus ..., vel transitive, hoc est in diversas personas, vel in se ipsas per reciprocationem). 232, 11 '*legi volo*' passivum est -e dictum; sin dicam 'legi a me volo', similiter -e activam habet significationem. *Hugenschmidt.*

intrānsmeābilis, -e. *ab* in *et* transmeabilis. *qui transiri non potest* (*c. dat. l. 61*): ITALA Ier. 12, 10 (Rustic. Conc.^{S} I 4 p. 77, 29) pastores multi corruperunt vineam meam ..., posuerunt partem meam desiderabilem quasi -e desertum (*ἔρημον ἄβατον, Vulg.* desertum solitudinis). RVFIN. Orig. princ. 2, 3, 6 p. 121, 17 (= 122, 14) Clemens apostolorum discipulus ... ait: oceanus -is est hominibus (*gr. Clem. ad Cor. 20, 8 ἀπέρατος* [*ἀπέραντος codd. meliores*]. *inde* ISID. nat. 40, 3 [= SVET. frg. p. 240, 2] oceani ... magnitudo inconparabilis et -is latitudo perhibetur, quod etiam Clemens *eqs. cf.* GILD. Brit. 3 chron. III p. 28, 10 *Britannia oceani* diffusiore et, ut ita dicam, -i undique circulo ... vallata. IORD. Get. 5 oceani ... -es [-is *l. v.*] ulteriores fines [*syn.* inpermeabilis]). CLAVD. MAM. anim. 3, 9 p. 170, 16 cum Abraham in paradiso et dives in inferno sic inmenso quodam -i ab invicem disparati sint (*ad Vulg. Luc. 16, 26* ut *non possint* ... inde huc transmeare; *syn. antea l. 9* ut transmeari nequeat. *ad eundem locum spectant*: 3, 10 p. 171, 10 inter salvatos et perditos -e dicitur chaos. RVSTIC. c. aceph. p. 1251^{B} ignis gehennae -is est. p 1251^{D} cogita -em et infinitam flammam). IORD. Get. 47 nisi Nili amnis -is obstetissent fluenta.

? **intrānsmigro,** -āvī, (-āre). *ab* in *et* transmigrare. *i. q. transmigrantem introducere* (*sc. in sedes novas*): ITALA act. 7, 4 (cod. d) *deus* -vit eum (*i. Abraham*) in terram hanc (*an potius* in⟨de⟩ transmigravit*?* [*Fischer in plagulis*]. *κἀκεῖθεν ... μετῴκισεν* [*at κἀκεῖ τὴν ... καὶ μετῴκησεν cod. d*] *αὐτόν, Vulg.* transtulit illum).

intrectātus *v. s.* intractatus *p. 45, 47.*

intremefactus, (-a), -um. *ab* in *et* tremefactus, *cf.* intremescere. *fere i. q. intremescens*: OPT. PORF. carm. 20b, 24 *metrum,* quod ... queat minimum ad motum -a frequenter plectra adaperta sequi.

intremēscendus, -a, -um *v. p. 48, 48.* *Hi.*

intremēsco (-īsco), -uī, -ere. *ab* in *et* tremescere. *scrib.* -isc- *raro, e. g.* SEN. nat. 2, 20, 3 (-esc- *pars codd.*). PLIN. nat. 2, 192. NOT. Tir. 94, 83 -uit. 84 -it. GLOSS.^{L} V Aa 1 828 -uit, formidavit. *legitur perf. inde a* VERG., OV., *saepe ap.* SIL. (*in sermone pedestri inde a* PETRON.); *praes. inde a* CELSO, SEN. nat., PLIN. nat. (*in poësi semel l. 53*). *pro formis praes. poetae dactylici recurrunt ad* 'intremo' (*v. l. 71*). [*variat in codd. c.*: contrem-: VERG. Aen. 3, 673 (*M*). en tremuit: SEN. Tro. 625. infremere: OV. met. 1, 284 (*N*^{1}). intervenire: CLAVD. DON. Aen. 5, 205 p. 447, 8. intonare: PETRON. 124 v. 271 CLAVD. 7, 19. *e coni.: v. l. 38.*]

fere i. q. contremescere (vi incohativa nonnumquam paene evanescente): pro subi. sunt: **1** *animantes eorumque partes corporis* (*-unt fere timore [aliis de causis l. 31. 32. 36] homines passim, bestia l. 23, dei l. 33; sim. res eae, quibus per circumscriptionem designantur homines l. 24. 25. 26. 37. 49*): **a** *absol.* (*accedit abl. causae l. 17. 24. al., respect. l. 39*; sub *l. 26.* ad *l. 32. 56*): OV. met. 2, 180 *Phaethontis* genua -uere timore (10, 458 illi [*i. Myrrhae*] poplite succiduo. *cf.* trist. 3, 1, 56 adspicis alternos -isse pedes? [*sc. et pedes versuum et cos quibus liber Romam isse fingitur*]). CELS. 7 praef. 4 esse ... chirurgus debet ... manu strenua, stabili, nec umquam -ente. SEN. Tro. 625 *Andromacha* -uit (*v. l. 8*) ...; matrem timor detexit (*syn. membra* quatiuntur). PETRON. 101, 1 -ui post hoc fulmen attonitus. PLIN. nat. 8, 9 *elephans traditur* -ere insidiarum metu. SIL. 13, 68 Priamidae -uere metu. 16, 64 acies. STAT. Theb. 12, 381 stupuit ... virgo -uitque simul. PS. QVINT. decl. 7, 11. PANEG. 4, 3, 5 quo *terrore* semper barbaria ... -uit. 4, 19, 2 ut numquam virtus tua (*i. Constantini*) -erit. 8, 5, 2 sub quibus *trophaeis* Aethiops ... -uit (*cf.* PALLAD. hist. mon. I 25 p. 310^{B} sub tali metu ... -it. *gr. p. 118, 8 B. λίαν ... ἀγωνιᾶν*). PRISCILL. tract. 3, 59 quis non memorias sanctorum respuens -at? AVSON. 419, 13 p. 356, 88 P. vocatis classibus non -ui. HIER. psalt. sec. Hebr. 107, 27 -erunt quasi ebrius (*Vulg. 106, 27* moti sunt). VVLG. cant. 5, 4 venter meus -uit ad tactum *dilecti* (AVG. serm. 241, 8, 8 ad istam *dei creatoris* vocem *dei facti* ... -ere poterant. *cf. l. 56*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 63, 1 (*gr. Migne 35, 473A τρέμειν*). Orig. in gen. 9, 2 p. 89, 22 SVLP. SEV. dial. 1, 13, 7. PS. ANTON. MVSA epist. ad Maec. 7 cum ... a thorace morbus nascitur, incipit caput sudare ..., brachia manusque adsiduo -ent. OROS. hist. 3, 20, 5 mundus. SIDON. carm. 16, 87. DRAC. laud. dei 2; 537 poenae -uere ministri (*Vollmer*; pœna ut tremuere *B*). FVLG. RVSP. rem. pecc. 2, 17 p. 568^{C} quis non intimis visceribus -at? CORIPP. Ioh. 2, 431. 3, 286. PALLAD. hist. mon. II 10 p. 363^{C} terribiliter conturbatus -uit (*gr. aliter*).

b *c. obi.: acc.*: SIL. 8, 60 *Battus* -uit regum eventus. PS. RVFIN. (= IVLIAN. AECL.) in Ioel 2, 4 p. 1045^{A} *dei indignationem* -uit propheta. OROS. hist. 5, 19, 15 ⟨num quisquam hoc⟩ quod unus ... commisit, quia in se agi posset, -uit? (*suppl. Zangemeister, at v. Svennung, Orosiana p. 102 sq.*). MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 30, 27 incarnationem -amus. CASSIOD. var. 12, 5, 6 adulter gremium iudicis -at. VEN. FORT. vita Radeg. 19, 44 rem -endam. *dat.*: PS. AVG. alterc. p. 1132^{in}. tibi (*i. Synagogae*) ... Romanus orbis -uit (*syn.* palpitavit).

2 *res* (*cf. et l. 14*): VERG. Aen. 3, 673 quo *clamore* pontus et omnes -uere (*v. l. 7*) undae penitusque exterrita tellus (SIL. 5, 387 -uere simul tellus [*v. et l. 58*] et pontus et aether. *cf.* 5, 330 lacus. AVIEN. ora 170 ut ... subsiliat salum alte -ens. CLAVD. 21, 264 Simois). 5, 505 sagitta ... infigitur arbore mali; -uit malus. OV. met. 1, 284 *Neptunus* tridente suo terram percussit: at illa -uit ([*v. l. 8*]. PLIN. nat. 2, 192 terrae. 33, 1. HIL. trin. 3, 10 p. 81^{D} *terra* ad onus domini in ligno pendentis -uit. OBSEQ. 71 ingenti motu terra [*syn. 35* tremuit]. *cf.* SIL. 9, 301 gressibus *deorum* ... tellus. CLAVD. 7, 19 *Honorio* nascente ... toto Germania Rheno [*v. l. 10*]). 7, 629 quercus. 12, 371 *hasta* ossibus haerens. 15, 635 et locus et laurus et quas habet ipse *Phoebus* pharetras -uere simul. SEN. nat. 2, 20, 3 omnia ... vibrata vento. PETRON. 60, 1 triclinium (*cf.* VAL. FL. 3, 73 domus). 122 v. 123 fulgure rupta ... nubes. 124 v. 271 -uere tubae (*i. trementes emiserunt sonum; syn. 122 v. 135* tremefacta; *v. l. 10*). SIL. 3, 437 cacumina montis -uere iugis (5, 613. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 5, 205 p. 447, 8 ut percussae cautes -issent [*v. l. 9*]). 10, 103 coruscae ... -uere iubae. FLOR. epit. 4, 3, 8 (*in imag.*) omne imperii corpus. SERV. georg. 1, 314 '*messis* inhorruit' -it.

intremīsco *v. s.* intremesco.

intremo, (-uī), -ere. *ab* in *et* tremere. *formas perf. v. s.* intremesco. *legitur apud poetas inde a* VERG. (*cf.* intremesco *l. 6*); *in sermone pedestri inde a* CELSO. *i. q. tremescere*: **1** *absolute*: VERG. Aen. 3, 581 fama est ... quotiens *Enceladus* mutet latus, -ere omnem murmure Trinacriam (*de terra sim.*: VAL. FL. 2, 519 Ide. 4, 609 *turma exsultante* tellus -it. SIL. 11, 518 -it et [*S*, -uit *vulgo*] tellus et pulsus mugit Olympus. PS. RVFIN. [= IVLIAN. AECL.] in Am. 1, 2 p. 1059^{C} terram. 8, 7 p. 1094^{C} ut ... regio mereatur -ere, cupiens eorum pondere, quos degeneres aluit, liberari). CELS. 3, 3, 3 frigus voco, ubi extremae partes membrorum inalgescunt, horrorem, ubi corpus tctum -it. SEN. epist. 90, 9 abies deferebatur longo vehiculorum ordine vicis -entibus. PLIN. nat. 2, 196 -unt ... in navibus postes. **2** *accd.: dat.*: SIL. 16, 666 Hannibali ... senectus -it aut aegros simulat mentita timores. MAR. VICTOR aleth. 1, 473 caelum, mare, terra loquenti *deo* -it (-et *l. v.*). *acc.*: TIBERIAN. carm. 4, 6 *nomen dei* quod

[Hugenschmidt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

maxima tellus -it et sistunt rapidos vaga sidera cursus (*v. Norden, Agn. Theos p. 78, 1*).

infremulus, (-a, -um). *ab* in *et* tremulus. *i. q. non tremulus, stabilis*: CASSIOD. var. 12, 19, 2 quatenus transitum praebeat -um fixum concatenatione navigium (*i. pons navalis*).

intrepidāns, -antis *adi.* *ab* in *et* trepidans. CIL III 1898 Licinio Crescenti coniux et filius aduc -is aetatis patri cui non licuit infantiam aeius ad suos annos perducere . . . hunc titulum posuerunt (*i. ignarae curarum? [sc. filii, v. Mommsen ad l.; at de aetate patris cogitat Forcellini, ita ut significetur 'validae']*).

adv. **intrepidanter.** *scrib.* -pit- (*cf. l. 22*): SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 164, 1 (*A*). *i. q. intrepide*: PANEG. 5, 9, 3 sub tantae maiestatis adspectu . . . verba concipere, -r (*Acidalius*, trepidanter [trepidantem *M*] *trad.*) dicere. NON. p. 530, 4 'atque atque accedit muros Romana iuventus' (*Enn. ann. 537*). quod est festine et -r accedit. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 164, 1 hanc -r et sine mora . . . *ad vos* professionem destinavi. *v. et p. 50, 24.*

[intrepidāvit SYMM. Iord. Get. 86 (*falsa coni.*, interpedavit, impedivit *trad.*).**]**

intrepidē *v. p. 50, 23.*

[**intrepidum** *adv. (e coni.) v. l. 50.*]

***intrepidus,** -a, -um. *ab* in *et* trepidus. *scribitur* -pit- *e. g.* COLVM. 6, 29, 1 (*SA*^{1}). *comparativus et superl. desunt.* NOT. Tir. 57, 97. GLOSS. -us ἀτάραχος. -a ἀπτόητος. *de usu: acced.: gen. l. 31. 67 sq. p. 50, 12. dat. l. 62. abl.: causae, ut vid., l. 63 (vix l. 57). respect. l. 44. 53. al. praepp.*: pro *l. 38.* in *l. 80. in abl. abs. l. 60. neutr. pro subst. p. 50, 18. legitur inde ab* OV., LIV., VAL. MAX., CELSO. [*cf. francog. vet.* enerieme *i.* 'scelestus' < *intremidus. *R.*]

[*variat in codd. c.* trepide: LIV. 30, 33, 14. *e coni.*: AMM. 29, 5, 39 iter intrepidus (*ed. Vales.*; inter intrepi *trad.*). *v. et p. 50, 8. loco lacunoso*: CE 1641, 1 diis fretus, vitae -us (*seq. mutila*).**]**

intrōdūco, -dūxī, -ductum, -ere. *ab* 1. intro *et* ducere. *de formis: imperat.* -ce: PLAVT. Aul. 452. NOT. Tir. 7, 32 -it. 7, 47 -xit. *de notione: v. p. 71, 48.* GLOSS. εἰσάγω. παρεισάγω. -tum παρεισεληλυθέν. *al.* *legitur inde ab* ENNIO, PLAVTO *per totam latinitatem.* [*francog. vel.* entreduire, *francog.* introduire. *R.*]

[*variat in codd. c.: compos.*: e-: DARES 41 VVLG. Ezech. 42, 1. in- *saepe, e. g.* PS. DOSITH. frg. iur. 12 DARES 41 VVLG. exod. 13, 5 AVG. civ. 16, 43 p. 195, 4 D. per-: LIV. 30, 17, 7. pro-: ENN. (?) ann. 623 LIV. 30, 17, 7 IVST. 43, 3, 11 IVLIAN. epit. novell. 86. re-: VVLG. deut. 30, 5 I par. 11, 2. subin-: VVLG. II Petr. 2, 1. superintro-: CONC.S II 3, 1 p. 249, 14. tra-: LIV. 27, 51, 5 (intra- *RM*). *verbis aliis*: accipere (*p. p. p.*): GAIVS inst. 1. 165. facere: VVLG. II Petr. 2, 10 (facile *l. v.*). indere: LACT. ira 23, 12 (*v. app. cr.*). indulgere (*p. p. p.*): COD. Iust. 1, 3, 50 pr. 2, 3, 29, 1. instruere: RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 11, 3. intro dare: DON. Ter. Hec. 1, 3. introire: ISID. orig. 1, 3, 1. *e coni.*: QVINT. inst. 9, 3, 50 (*Halm, vix recte*). *loco mutilo*: EDICT. de temp. accus. (Bruns font.7 78 I A 11) i(ntrodu)cti. *loco corrupto*: DAMIG. lapid. 1 p. 164, 2. *contextu turbato*: VAL. MAX. 9, 1, 4. *in versione falsa* (*v. Lundström, Übersetzungstechnische Unters. p. 148*): CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 312 -ens veluti somnium etiam prophetam (*gr. παρείς* [*i. omittens*] ἐνύπνιον καὶ προφήτην).]

I ***proprie*** *(hic illic in imag., e. g. l. 48): fere i. q. ducere intro, intrare facere (plerumque homines; pro subi.: deus saepe, e. g. l. 78. p. 67, 4; angelus p. 67, 15. 20. res l. 66. p. 67, 9. 10. pro obi.: verbum dei l. 76. cf. p. 67, 6; bestiae l. 55. p. 67, 38. al.; res l. 62. p. 67, 40. al. praevalet notio: trudendi l. 62, portandi p. 67, 1. 38, trahendi l. 50. 64. al.)*: **A** *generatim*: **1** *non additur, quo alqs. (alqd.) -atur*: **a** *animantes* (*indicatur qua via l. 53. 57; absolute l. 61*): ENN. (?) ann. 623 -untur legati Minturnenses (*v. l. 22*). scaen. 83. PLAVT. Aul. 452 ite ... intro omnes ...; etiam -ce (*v. l. 16*) ... vel gregem venalium. Epid. 473 foras educite quam -istis fidicinam (*seq. 477* produci intus). TER. Eun. 492. 909. RHET. Her. 4 53, 66 ego reges eieci, vos tyrannos -itis (HEGES. 5, 1, 3 p. 293, 13 Simon ..., quem sibi tyrannum populus -erat). CIC. Verr. II 3, 8 *Verres* solus -itur, ceteri ... excluduntur. 4, 52 qui videret, equum Troianum -tum, urbem captam diceret. Catil. 3, 8 -xi *Volturcium* (SALL. Catil. 46, 6). SALL. Iug. 12, 4 Numida ... milites -it (*sc. in domum*). LIV. 3, 18, 2 convocato senatu atque -tis nuntiis. CVRT. 8, 6, 3 per hos *iuvenes* pelices -bantur alio aditu, quam *eqs.* TERT. adv. Iud. 5 l. 26 ut -to Israele illic celebrarentur sacrificia. PS. TERT. haer. 2 p. 216, 12 *Ophitae* ipsum (*i. serpentem*) -unt ad benedicenda eucharistia sua (*v. vol. V 2, 1004, 74*). AMM. 14, 1, 3 per palatii pseudothyrum (VVLG. Ezech. 8, 14 per ostium portae). VVLG. deut. 6, 23 eduxit nos inde, ut -tis daret terram. AVG. civ. 18, 11 p. 269, 17 D. Iesus Nave ... in terra (terram *l. v.*) promissionis -tum populum conlocavit. GREG. M. moral. 33, 46 p. 703A (*in imag.*) portae *beluae Leviathan* ... ad -endum ... apertae sunt. *al.*

b *res*: CHIRON 461 *turundulam* -ito (*sc. in scapum animalis*), meiat (*syn.* intro ... addito; *cf. Veg. mulom. 2, 79, 17* collyrium ... inserito). AVG. in epist. Ioh. 9, 4 p. 2047fin. sicut videmus per setam -i linum, quando aliquid suitur ...: sic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet ..., quia ideo intravit, ut -ret caritatem (*cf. p. 68, 48*).

2 *additur, quo alqs. (alqd.) -atur*: **a** *indicatur locus (homo quasi vas l. 75) per*: ***α*** *praepp.*: ① in *c. acc.* (*abl. l. 78. 82. 83 sqq. al. [aliter p. 67, 45]; nota additamenta ampliora, e. g. p. 67, 4. 5*): CIC. Verr. II 3, 56 *Polemarchus* in cubiculum -tus est. ac. 2, 3 nos ... -ximus paene in urbem currum *Luculli* (*v. et p. 67, 41*). LIV. 22, 1, 14 in curiam (*cf. et p. 67, 40 sqq.*). 39, 42, 11 in tabernaculum. VAL. MAX. 2, 2, 5 *legati* in theatrum ... -ti (*paulo aliter p. 68, 5*). TERT. carn. 17 l. 33 in virginem ... adhuc Evam inrepserat ⟨diaboli⟩ verbum ...; in virginem aeque -endum erat dei verbum. adv. Marc. 3, 16 p. 402, 29 Christus ... populum ... -turus erat in terram promissionis (VVLG. deut. 7, 1 cum -erit te dominus ... in terram *eqs.* [terra *l. v.; sic* 11, 29. 31, 7 iud. 2, 1]. 30, 5. *al.*). 5, 3 p. 575, 20 ratio constat ... rasos -endi in templum (HIER. epist. 65, 18, 3 qui ... proselyti esse cupiebant, ... per eos [*i. Israelitas*] -bantur in templum. VVLG. IV reg. 11, 4 *milites* -xit ad se in templum [templo *l. v.*]. *al.*). ITALA gen. 43, 16 (Lugd.) -c homines in domo ([εἰς τὴν οἰκίαν, VVLG. domum]. 43, 18. AMBR. Abr. 2, 8, 52 p. 605, 18 [*in imag.*] verbum *dei* nos ... in domo -it aeternae

[Hugenschmidt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

salutis. *cf.* VVLG. I par. 22, 19 ut -atur arca foederis ... in domum [in domo *l. v.*], quae *eqs. al.*). HEGES. 5, 16, 1 p. 330, 1 Romanos in Iudaeam ([in Iudaeos *l. v.*]. *gr. 5, 396 ἐπήγαγεν*). VVLG. Ezech. 40, 28 *dominus* -xit me in atrium interius *templi* ad portam australem. 46, 19 per ingressum ... in gazophylacia sanctuarii ad sacerdotes. Hebr. 1, 6 *deus* iterum -it primogenitum in orbem terrae (*εἰσαγάγῃ*). *saepe.* *in imagine*: AVG. serm. 247, 3 p. 1158med. potest deus ... divitem -ere in regnum coelorum. APON. 12 p. 230fin. ut ipse (*i. Christus*) sit ostium in martyrii gloriam -ens (*cf. l. 20*). CAES. AREL. serm. 149, 3 p. 576, 24 *sinistrae viae* finis -it in gehennam. Ⓑ ad (*pro* in *c. acc. [v. Schmalz-Hofmann⁵ p. 497in-]: l. 15. 16. 17. 19*): ITALA Bar. 5, 6 (Iren. 5, 35, 1) -et *filios tuos* ... deus ad te (*i. Hierusalem*; *εἰσάγει ... πρὸς σέ*, *Vulg.* adducet ... ad te). Ezech. 8, 14 (Ps. Tert. adv. Iud. 11 l. 11) ad limina ianuae domus domini (*εἰσήγαγεν ... ἐπὶ τὰ πρόθυρα*, VVLG. per ostium portae). VVLG. exod. 23, 20 mittam angelum, qui ... -at *te* ad (in *l. v.*) locum *eqs.* (num. 32, 17 deut. 26, 9). lev. 18, 3 ad quam *regionem Chanaan*. Ier. 35, 4 in domum domini ad gazophylacium (*cf. l. 5*). RVFIN. hist. mon. 21 p. 444A cum omnes *monachi* gestirent nos ad suam quisque -ere cellulam. SALON. in prov. p. 992D (*in imag.*) ut *angeli* ... ecclesiam ad regni coelestis gaudia -ant (*pro 'in regnum ad gaudia' [cf. l. 9]*). *v. etiam l. 30 sq.*

β acc.: HIER. epist. 100, 7, 1 ut *princeps eunuchorum* ... pueros ... -ret palatium. VVLG. gen. 24, 32 -xit eum hospitium (in h. *l. v.*). 43, 16 -c viros domum (in d. *l. v.*, *v. p. 66, 83*). 43, 17. 24. IV reg. 9, 2 interius (in int. *l. v.*) cubiculum. act. 9, 8 ad manus ... *Saulum* trahentes -erunt Damascum (*εἰσήγαγον*).

γ adverbia: eo: PLAVT. Merc. 927 LIV. 45, 2, 4. *v. et l. 51. 56.* huc: TER. Phorm. 865 (hunc *l. v.*). VVLG. II par. 28, 13. Luc. 14, 21 (*ὧδε*). illuc: VVLG. Ezech. 40, 3. quo: RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 9 p. 591A (*in imag.*) quo te -xit perfidus *Porphyrius?* si ad illum locum, ubi ipse est *eqs.*

b *indicantur homines sim., qui alqm. locum obtinent (v. etiam l. 5. p. 66, 82), per*: ***α*** *praepp.*: ad: PLAVT. Merc. 915 quin -is me ad eam, ut videam? LIV. 3, 4, 6 *principes coloniae* -ti a consulibus ad senatum (5, 27, 12 SCHOL. Cic. Bob. p. 158, 22). 32, 19, 10 ad homines ita incertos. CVRT. 6, 7, 17 ad regem (VVLG. gen. 47, 7 Dan. 2, 25). ITALA gen. 8, 9 (Ambr. Noe 65 p. 460, 12) *Noe* suscepit eam (*i. columbam*) et -xit ad se (*εἰσήγαγεν*, *Vulg.* intulit in arcam). VVLG. I par. 13, 12 quomodo possum ad me -ere arcam dei? CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 61 *mercimonia* (*i. importare*). *al.* in: CIC. Sull. 41 -tis in senatum indicibus (LENT. Cic. epist. 12, 15, 3 in urbem et in senatum. LIV. 10, 45, 4. 42, 36, 2 in aedem Bellonae in senatum. *cf. p. 66, 72 sq. al.*). FRONTIN. strat. 3, 6, 6 in publicum concilium. coram: VVLG. I reg. 17, 57 coram Saul. Esth. 1, 11 coram rege (Dan. 5, 13). ***β*** *locutionem q. e.* 'in conspectu': VVLG. Dan. 1, 18 -xit *pueros* ... praepositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor. 2, 24. 4, 3. ***γ*** *dat.* (*cf.* adducere *vol. I 596, 78*): PASS. mart. Graec. (BHL 3970) 14 p. 98D dum -ti fuissent aspectibus *Secundiani. v. et p. 70, 64.*

B *speciatim*: 1 *in re militari*: LEX Anton. de Term. (CIL I² 589) 2, 9. 10 neiquis magistratus ... meilites in oppidum Thermesum ... agrumve Thermensium ... -ito neive facito, quo quis eo meilites -at. CAES. Gall. 2, 5, 3 copias ... in fines Bellovacorum. 2, 10, 4 in fines ... exercitum (3, 20, 2. LIV. 40, 25, 1 Aemilius ... in Ligures Ingaunos ⟨exercitum⟩ -xit. 40, 33, 3 in urbem. 41, 10, 1. *al.*). civ. 1, 12, 3 oppidum Attius cohortibus -tis tenebat. 1, 13, 2 Varus praesidium, quod -erat, ex oppido educit (CVRT. 4, 1, 37). 3, 26, 4 eo (*i. in portum*) naves. FRONTIN. strat. 3 praef. de -endis auxiliis. 3, 3, 7 quos *Macedonas Mandro* ... pro captivis Ephesum -ret. VVLG. I par. 11, 2 educebas (*sc. ad bellum*) et -bas Israel (*v. p. 66, 24*). OROS. hist. 4, 1, 9 -tos ... inter concurrentia agmina elephantos.

2 *in re iudiciaria*: **a** *homines*: ***α*** *fere i. q. in ius producere*: CIC. Att. 16, 15, 2 possumus ..., ut sponsores appellemus, procuratorem *Dolabellae* -ere (*i. citare*). GELL. 11, 3, 2 quempiam testem -tum pro testimonio dixisse (AVG. civ. 20, 4 p. 411, 10 D. [*in imag.*] prius ... ipsa causa ponenda est et postea testes -endi. COD. Iust. 1, 5, 21, 1. *al.*). AMM. 19, 12, 11 Andronicus ... in iudicium -tus ... absolutus est. COD. Theod. 10, 10, 12 pr. prius ... quam eum iudiciis -at. *ibid.* 1. COD. Iust. 7, 63, 5, 4 fatali die apud appellationis iudicem -tus. THEOD. MOPS. in Phil. 1, 12 p. 206, 9 -tus est *Paulus* defendens causam suam. PASS. Cassian. 2, 2 p. 90, 17 in eodem loco, in quo Marcellus fuerat auditus, -tus est. coron. 7 -antur ambae partes. *al.* ***β*** *in locutione q. e.* in possessionem -ere (*cf. p. 71, 3 sqq.*): VLP. dig. 36. 4, 5, 27 per magistratus -endus est in possessionem. PAVL. dig. 25, 5, 2 pr. dolo facit mulier, non quae in possessionem venientem non prohibet, sed quae circumscribendi alicuius causa clam ... in possessionem -at. *cf. et p. 68, 46.*

b *causam, quaestionem sim.: fere i. q. ad iudicem deferre*: SIC. FLACC. grom. p. 106, 17 *necesse est* ei ..., intra cuius fines ⟨terminus⟩ motus est, calumniam -i. COD. Iust. 1, 14 2 (*a. 426*) in commune ... sacri nostri palatii procerum auditorium -to negotio (7, 62, 37 pr.). 3, 24, 3 pr. (*a. 485?*) ut apud talem iudicem ... -tae causae ... audiantur. 3, 28, 30 pr. non licebit ... heredibus ... huiusmodi quaestionem -ere. 4, 30, 14 pr. ut ... nullo modo querella non numeratae pecuniae -i possit (*al.*). 7, 62, 37, 2 litibus ... -endis (7, 63, 5, 2 litem

in ... consistorium. *al.*). 7, 62, 37, 5 ad exemplum consultationis ad sacrum nostrum palatium -endae (7, 64, 10, 1 *bis*). 7, 63, 3 (*a. 518*) provocationes (*al.*). 12, 21, 1, 1 (*a. 386*) postulationem. IVLIAN. epit. novell. 86 appellatione -ta apud praefectum praetorio.

3 *fere i. q. spectandum producere, sc. in scaenam, circum, amphitheatrum sim.* (*cf. etiam sensu translato l. 63; acced. notio novandi [cf. p. 69, 55]: l. 13*): **a** *c. obi.* (*saepe in struct. pass.*): VAL. MAX. 1, 7, 8 incidit ..., ut proximo ab equite loco retiarius ... -retur. GELL. 5, 14, 10 -tus erat ... ad pugnam bestiarum datus servus. DON. Ter. Hec. 1, 3 *haec fabula* tertio ad postremum -ta (*v. p. 66, 29*). DIOM. gramm. I 488. 15 (= SVET. frg. p. 8, 11) in tragoedia -untur heroes duces reges. 491, 3 (= SVET. frg. p. 10, 15) Latini scriptores conplures personas in fabulas -erunt (*v. l. 6 sq.*). RVFIN. hist. 5, 1, 47 iudex Christianos ... -i ad suppliciorum pompam praebendam ... iubet (*θεατρίζων*). SCHOL. Ter. p. 127, 5 *parasitus* in ea (*i. fabula*) -itur. PASS. Theclae Ca 22 p. 57, 5 -ta est nuda (inducta *Cb*, *gr. εἰσήχθη*). *al.*

b *pendet acc. c. inf.* (*nom. l. 19*): PAVL. FEST. p. 61 *Plautus Casinam* amari a sene -xit. ARNOB. nat. 4, 35 p. 170, 17 ille in fabulis maximus ipse regnator poli ... adulterorum agere -itur (*Sabaeus*; -atur *trad.*) partes.

4 *in nuptiis sim.* (*in mysteriorum initiamentis l. 33*): CIC. Att. 14, 13, 5 esse rumores me ... villam Quinto traditurum, vel impenso pretio, quo -atur ... dotata Aquilia. QVINT. decl. 327 p. 285, 14 *thema*: -ta tribus privignis sterilitatis medicamentum bibit. HIER. epist. 54, 15, 4 quodsi *maritus* de priori uxore habens subolem te domum -erit *eqs.* (*cf.* VVLG. deut. 21, 12 in domum tuam. iud. 12, 9. cant. 3, 4 tenui eum nec dimittam, donec -am illum in domum matris meae). VVLG. gen. capit. ser. Δ 70 p. 84 Sara regi Aegyptiorum -itur (*Vulg. gen. 12, 15* sublata est ... in domum Pharaonis). 24, 67 *Isaac* -xit eam (*i. Rebeccam*) in tabernaculum ... matris suae et accepit eam uxorem. 31, 50 si adflixeris filias meas et si -eris uxores alias super eas. RVFIN. hist. 4, 11, 5 thalamum construunt et nefarium quoddam initiandi celebrant genus, tamquam ... eum, qui -itur, consecrantes; spiritales nuptias aiunt esse (*gr. aliter*).

5 *de aqua in urbem inducta* (*de mari l. 39*): PS. AVR. VICT. epit. 4, 4 aqua Claudia Romae -ta. VVLG. IV reg. 20, 20 quomodo *Ezechias* ... -erit aquas in civitatem. ANON. Vales. 12, 71 (*syn.* intromisit). *similiter*: EXPOS. mundi 28 imperator Constantinus ... montem maximum secavit et -xit mare et portum fecit.

6 *de frumentis: fere i. q. in horreum invehere*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 17, 3 (*in imag.*) eiciet multa et -et pauca; seminabit et non metet (*gr. p. 957B εἰσενεγκεῖν* [*ex Agg. 1, 6 εἰσήνεγκατε*]).

II ***translate***: **A** *vigente vi mere locali: pro loco, in quem alqd. (alqs.) inducitur, sunt*: 1 *animus, mens sim.*: RVFIN. hist. mon. 1 p. 396C *vitia cordis diabolo* quasi proprio auctori dant locum et -unt eum velut ad possessionem suam (*cf. p. 67, 72. seq.* introeundi ad se). AVG. serm. 161, 9, 9 p. 883in. *caritas* habet secum suum timorem, quem -it ipsa *in cor* ([*cf. p. 66, 66*]. 293, 3 p. 1329med. ego [*i. Ioannes Bapt.*] ideo sono, ut *Christum* ... in cor -am: sed quo -am *eqs. v. et p. 71, 48*). HIL. AREL. vita Honorat. 17 l. 45 C. *Honoratus* ita ... duos hos affectus sui in unoquoque ... conlocabat, ut amor suus delicti metum et timor disciplinae amorem -ret. CONC.S I 5 p. 250, 27 caelestem thesaurum animabus (*gr. I 1, 5 p. 15, 22 εἰσοικίζουσιν*). PETR. CHRYS. serm. 108 p. 500A vulnera haec non educunt gemitus meos (*i. Christi*), sed magis vos meis visceribus -unt. POMER. 2, 23, 1 p. 469B *concupiscentias* sensui carnis diabolus -xit. VEREC. in cant. 6, 16 *magistrorum* tibi ... notitiam -am. CASSIOD. var. 8, 1, 4 -amur ... in vestram mentem. COD. Iust. 6, 2, 20, 1 (= INST. 4, 1, 8) consilium corruptoris ad perniciem probitatis servi -tum est.

2 *scripta, liber, oratio sim.* (*add.* in *c. acc. p. 69, 21, c. abl. l. 76. p. 69, 8. 29*): **a** *-ere homines (deos l. 77. animalia l. 81): fere i. q. loquentes facere, oculis mentis proponere sim.* (*nota syn.* inducere *l. 68. 73. pellucet saepius imago scaenae [cf. l. 5], iudicii [in audiendo teste, cf. e. g. p. 67, 64]. saepe acced. partic.; inf. l. 77. 82*): CIC. Cael. 35 iam ... ipse tecum nullā personā -tā loquor (SEN. contr. 2, 4, 9 quidam *rhetores* personam *adulescentis* ... -erunt duram et asperam. QVINT. inst. 9, 2, 60 ut *Cicero* pro Caelio: 'sed quid ego ita gravem personam -xi?' [induxi *Cic. Cael. 35, pro quo verbo syn. irrepsit e loco vicino, q. v. l. 65*]. DIOM. gramm. I 482, 24 [= SVET. frg. p. 5, 11] *genus poematos*, in quo poeta ipse loquitur et personae loquentes -untur. SERV. ecl. 3, 1. AVG. c. Pelag. 1, 8, 14 p. 435, 10 incipit ... -ere personam suam et tanquam de se ipso loqui. perf. iust. 7, 16 p. 13, 16). SEN. suas. 1, 13 excusantem se exercitum (*syn.* induxit). VAL. Max. 7, 2 ext. 7 *Aristophanes* in comoedia -xit remissum ab inferis ... Periclen vaticinantem. PORPH. Hor. sat. 2, 3, 187 quendam altercantem. 2, 5 in hac *satira* -xit Vlixem quaerentem. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 4, 178 *dei* -untur invicem certantes (*add.*: et adulter⟨asse⟩ deos ⟨inter se⟩ et belligerasse [*v. l. 64 sq.*]). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 62, 1 p. 50, 25 *Zacharias propheta* Iesum ... sordidis vestibus -it (*gr. p. 472C περιδύσας τῷ λόγῳ τὴν ... ἐσθῆτα*). hist. 2, 11, 1. APRING. in apoc. 4, 6 *animalia* plena oculis ... -untur. 4, 7. RVSTIC. c. aceph. p. 1191D Gregorius ... ista docere -itur (*v. l. 64 sq.*).

b *-ere res: fere i. q. proferre* (*sc. verba, sententias, locos sim. [hominem pro eius doctrina p. 69, 16]; necnon ea ipsa, quae describuntur*

[Hugenschmidt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[l. 27], *narrantur [l. 28]*. *nota pendere praep.* de *l. 29*): Laev. carm. frg. 23 lex Licinia -itur (Qvint. decl. 367 p. 402, 12 non expedit tibi... hanc legem -ere. *i. interponere, aliter l. 72*). Cic. part. 40 maximam ... fidem facit ad similitudinem veri primum exemplum, deinde -ta rei similitudo (Avg. civ. 15, 1 p. 59, 12 D. prudenter -it apostolus). Val. Max. 2, 8, 2 mentio. Sen. contr. 1, 1, 16 Fuscus illum colorem -xit, quo frequenter uti solebat, religionis (1, 4, 7 color pro adulescente unus ab omnibus, qui declamaverunt, -tus est. 7, 1, 20 in narratione. 7, 7, 11 contra patrem. *saepe*. Qvint. decl. 364 p. 396, 2). 1, 7, 17 *Albucius* philosophumenon locum -xit, quomodo *eqs.* (Mar. Victorin. rhet. 1, 19 p. 201, 35. Boeth. arithm. 2, 46 p. 151, 25 *locum Plato* ex persona musarum ... -it). Qvint. inst. 4, 2, 19 ficta ... narratio -i solet ... ad concitandos iudices. 9, 2, 30 nostros cum aliis sermones (*cf.* Tert. castit. 4 l. 5 *Paulus* huius sermonis ordinem ... non de divino praecepto -it [-xit *l. v.*]). Ps. Tert. haer. 4 p. 222, 2 *Heracleon* -it totum Valentinum (*v. p. 68, 84*). Lact. ira 23, 12 Apollo Milesius ... consultus responso haec -it (*v. p. 66, 27*). Rvfin. Adamant. 2, 11 p. 79, 29 Christus ... speciem quandam -xit pauperis et divitis (*gr. ὑποτίθεται τὸν πένητα*). 2, 19 p. 101, 18 Epicuri nobis dogma -itis et automatismon praedicatis (*gr. αὐτοματισμὸν δογματίζουσι κατὰ τὸν Ἐ.*). Basil. reg. 2 p. 488^{D} videbimur totum opus -ere in partes (*sc. confundentes specialia cum generalibus. gr. p. 905^{A} πάντα τὸν ... λόγον ἐπικυκλοῦντες τῷ μέρει*). Greg. Naz. orat. 1, 11, 3 mihi videtur ... Aggaeus ... -isse (*v. p. 66, 28 sq.*) percontationis imaginem (*gr. aliter*). Ps. Rvfin. (= Ivlian. Aecl.) in Am. 5, 16 sq. p. 1080^{C} ut *deus* illius memoriam temporis -at (*syn. 2, 9 sq. p. 1065^{C}* intromisit). Cassiod. hist. 1, 11, 8 *Philo* habitaculum ... *Hebraeorum* et cibos et conversationem talem -it, qualem *eqs.* (*Sozom. 1, 12 p. 893^{A} ἱστορεῖ*). inst. 1, 4, 3 diversos hominum casus. Orig. in Matth. 15, 15 p. 392, 30 in quo loco -itur de Anania et Sapphira (*gr. ἐπιφέρεται τὰ περὶ τοῦ Ἀ.*). Lavrent. eleem. p. 110^{D} disce, quid *dominus* -it: nesciat sinistra quid faciat dextra. *al.*

3 *artes, litterae, instituta sim.: fere i. q. primis praeceptis instituere, docere* (*plerumque c. obi. [add. enunt. per* ut *l. 34]; absolute l. 36*): **a** *nude*: Ps. Orig. in Iob 1 p. 429^{B} quos (*i. filios*) ut invicem se diligerent -isti. Boeth. arithm. 1, 27 p. 57, 3 *multa* propter castigatam -endi brevitatem ignota esse permittimus. in Porph. comm. pr. 1, 6 p. 15, 9 mos hic Porphyrio est, ut ... -enda (*i.* '*-entia*' *Brandt*) quaedam et praegustanda praecurrat. Cassiod. inst. 1, 6, 5 his ... remediis (*i. librorum argumentis*) lectoris animus -tus ... scripturarum seriem provocatus excurrit. **b** *definitur locus per praepp.*: in *c. acc.* (*abl. l. 43*): Gavdent. serm. 11, 14 G. *Christus* in hunc sensum legis ... *Iudaeos* -ere volens. Avg. quaest. hept. 2, 69 p. 134, 17 in litteras (*v. et p. 71, 48 sq.*). Pass. Matth. 27 p. 256, 29 ut ... -retur in confessione Christi. **ad**: Hier. epist. 50, 1, 3 nequiquam me ... magister per *εἰσαγωγὴν* Porphyrii -xit ad logicam. Ps. Soran. quaest. med. p. 243, 5 qui -untur ad medicinam, quos Graeci *εἰσαγομένους* appellant. Mvtian. Chrysost. hom. 26, 1 p. 396$^{fin.}$ *Ioseph* non tantum solus credidit, sed etiam alios ad fidem -bat (*gr. p. 179$^{med.}$ ἐνῆγεν εἰς πίστιν*).

4 *ecclesia* (*opp. haeresis*): Tert. pudic. 19, 4 haereticam ... feminam ... in ecclesiam latenter -bat (*seq.*: in ecclesiam redigi, admittitur). Hier. epist. 133, 3, 7 *Rufinus* Iohannem *sine dubio catholicum* in ... libri posuit principio ..., ut per illius occasionem ceteros *scriptores*, quos posuerat haereticos, ecclesiae -ret.

B *praevalet fere notio novandi, sc. mores, consuetudines, iura, doctrinas (easque res, quae doctrina aliqua continentur) sim.* (*homines pro eorum muneribus l. 75. 78, deum pro doctrina theologica p. 70, 4*):
1 *c. obi.*: **a** *nude* (*vi locali plus minus debilitata*): Cic. Verr. II 3, 189 ex ... accommodatione magistratuum consuetudo aestimationis -ta est (Cic. fil. Cic. epist. 16, 21. 3. Val. Max. 2, 6, 5 *urbs Athenae* bonos cives corona decorandi prima consuetudinem -xit [induxerunt *Paris*]). fat. 20 -unt causarum seriem sempiternam. 23 declinationem *atomorum*. 42 ita fatum -unt, ut necessitatem adiungant. nat. deor. 1, 20 *Plato* non modo natum mundum -erit, sed etiam manu paene factum. Lvcr. 3, 630 pictores ... et scriptorum saecla priora sic animas -erunt sensibus auctas. Varro ling. 9, 17 quas novas verbi declinationes ratione -tas respuet forum, his ... poetae ... consuetudine subigere aures populi debent (9, 20 *verbum* novom et ratione -tum. *cf.* 9, 48 cum ... utilitatis causa -ta sit oratio. *al.*). Liv. 4, 16, 4 exemplum (*v. et p. 70, 27*). Sen. contr. 7, 3, 8 quasi *Publilius* ... iam hanc insaniam -isset. Val. Max. 9, 5, 1 Fulvius ..., cum perniciosissimas rei publicae leges -ret *eqs.* (*aliter l. 2 sq.*). Orat. imp. Claud. (cil xiii 1668) 1, 4 deprecor, ne quasi novam istam rem -i exhorrescatis. Qvint. inst. 4, 4, 5 Socrates accusatus est, quod ... novas superstitiones -ret. Pompon. dig. 1, 2, 2, 33 *praefectus urbi* Latinarum feriarum causa -tus est. Afric. dig. 19, 2, 35 pr. distinctio (*cf.* Cod. Iust. 5, 16, 25, 2 divisionem facti vel iuris. 8, 47, 10, 3 differentia. *al.*). Gaivs dig. 7, 5, 2, 1 remedio -to. Vlp. reg. 11, 2 tutores aut legitimi sunt ... aut moribus -ti (Pavl. sent. 5. 4, 6 iniuriarum actio aut lege aut more ... -ta est). 29, 6 *ius*. Hermog. dig. 1, 1, 5 bella. *ibid.* (*syn.* institutae). *sim. saepissime apud ICT^{os}*. Tert. nat. 2, 17, 12 a Numa sacra -ta sunt (*cf.* Lact. inst. 1, 22, 19 sacrorum ... pompas. epit. 23, 4 *daemones* novas religiones et cultus deorum -erunt). carn. 1 l. 23 qui carnem Christi putativam -xit, aeque potuit nativitatem quoque phantasma confingere. coron. 7 l. 59. adv. Hermog. 16 p. 144, 1 exclusa iam causa materiae -endae (praescr. 33, 9 *Hermogenes* materiam non natam -ens). ieiun. 16 p. 295, 5. Ps. Tert. haer. 6 p. 223, 13 unum deum (Avg. civ. 4, 23 p. 173, 26 D. deos ... novos Pavorem atque Pallorem propitiandos. Orig. in I reg. 13 p. 22, 5 *haeretici* fingunt ... excelsiorem deum et alios similiter -unt. *cf.* Priscill. tract. 6, 102 *daemoniaca idolorum natura* incertorum deorum familias -ens. Rvfin. Adamant. 3, 5 p. 121, 19 duos -ere creatores [*εἰσάγειν*]. *al.*). 8 p. 225, 2 latenter Iudaismum. *ibid.* l. 8 doctrinam (Iren. 2, 14, 2. *al.*). *ibid.* l. 12 sectam (Vvlg. II Petr. 2, 1. 10). p. 226, 1 haeresim (Cypr. epist. 55, 2 p. 624, 19. 55, 24 p. 642, 4). Lact. inst. 3, 6, 10. Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 32 p. 571^{C} expositionem. hist. 3, 28, 2 portenta nobis (*gr. ἐπεισάγει*). 4, 29, 3 blasphemias. hist. mon. 1 p. 393^{C} castigatio. Avg. civ. 5, 14 p. 219, 17 D. -ta pace iustitiae. 19, 4 p. 358, 8 *virtus primis naturae* postea doctrina -ente supervenit. Cassiod. Didym. in I Ioh. p. 59, 21 quos -unt *haeretici* filios *dei* peccatores.... peccare non poterant. hist. 9, 39, 1 peregrinam ... adinventionem (*Sozom. 7, 18 p. 1472^{B} εἰσαγαγόντες*). *et saepe* (*v. et p. 69, 81*).

b *definitur locus per*: **α** in *c. acc.*: Cic. Phil. 11, 19 quam ambitionem ... L. Caesar in senatum -xit? Tusc. 5, 10 Socrates ... philosophiam devocavit e caelo et in urbibus conlocavit et in domus etiam -xit. Ps. Cic. exil. 21 quae *mala sunt* ... perniciosa, quod in rem publicam (in re publica *l. v.*) sunt -ta. Tac. dial. 30, 2 *rhetorum* professio quando primum in hanc urbem -ta sit (*cf. l. 32*). Avg. c. acad. 2, 6, 14 p. 33, 24 quamvis *quidam veteres* propriam de hac re disputationem in scholas suas non -erint. **β** in *c. abl.* (*v. et l. 23*): Caes. civ. 1, 7, 2 *Caesar* novum in re publica -tum exemplum queritur, ut *eqs.* (*v. et p. 69, 70*). Conc.^{S} I 2 p. IX l. 5 *Nestorius* in ecclesia ... -xit errorem.

2 *pendet acc. (nom.) c. inf.*: Cic. ac. 2, 131 -bat ..., ut *id* opponeret Stoicis, Carneades ... summum bonum esse frui rebus is, quas *eqs.* Ps. Tert. haer. 4 p. 221, 22 *Heracleon* -it ... in primis illud fuisse, quod *eqs.* Liv. perioch. 39 p. 45, 23 initia luxuriae ⌊in urbem⌋ (⌊ ⌋ *om. P*) -ta ab exercitu Asiatico referuntur (*syn. Liv. 39, 6, 7* invecta ... est). Rvfin. hist. 5, 13, 3 alii ... duo esse principia -unt (*gr. δύο ἀρχὰς εἰσηγοῦνται*). Avg. anim. 3, 4, 6 p. 364, 25 *non debuisti* -ere nobis deum ... ex alia natura ... animas flare.

3 *pendet enuntiatum*: **a** *interrog. obliqua*: Cic. fin. 4, 43 Aristo ... -xit ..., quibus commotus sapiens appeteret aliquid.
b *per* ut: Pompon. dig. 23, 3, 66 quidam ... putaverunt -endum, ut ... locet hunc usum fructum mulieri maritus. Vlp. dig. 28, 6, 2 pr. moribus -tum est, ut *eqs.* Cassiod. var. 1, 20, 2 -tum est, ut populi de colore vocitentur. *cf. l. 27*.

C *obscurata vi locali*: **1** *vi verbi debilitata, fere i. q. efficere* (*sacpe pass. i. q. fieri*): Frontin. (?) grom. p. 42, 6 subtiles -untur quaestiones, an *eqs.* Ivlian. dig. 45, 1, 58 priore obligatione exspirante ex secunda -itur petitio. Pompon. dig. 41, 2, 26 *possideri potest* certa *fundi* pars pro indiviso, quae -itur vel ex emptione vel ex *eqs.* Clem. dig. 35, 1, 62, 1 (*Iulian.*) *computatio*, quae ... in persona *heredis* ... -retur. Hil. in Matth. 15, 9 p. 1006^{D} et de pane causatio et de ieiunio silentium -itur. Cod. Iust. 3, 28, 32 aliqua dispositione moram vel modum vel aliud gravamen -ente. *ibid.* condicio ... onus -ens. 5, 4, 26, 1 ex adfectu omnes -untur nuptiae. 7, 6, 1, 12 a *triplex via libertatis* multiplices -bat ambages. 7, 40, 1, 1c nisi legitimus modus ... interruptionem temporis -erit. 7, 54, 3, 1 huiusmodi iniquitatem ipsa necessitas rerum -bat. 8, 47, 10, 1 d non pristinae cognationis deminutione -ta. Inst. Iust. 2, 20, 3 ne ... studiosis adulescentibus quandam -amus difficultatem. *al.* *nota* initium -ere: Ps. Cic. in Sall. 1, 1 *Sallustius* initium *procacitatis* -xit.

2 *notione peculiari inversionc* (*pro gr. ἐπάγειν*): *i. q. adducere, commovere* (*cf.* inducere *vol. VII 1, 1241, 81 sqq.*): Mvtian. Chrysost. hom. 8, 1 p. 292$^{in.}$ spiritualia ... non sic -unt infirmos sicuti corporalia (*gr. p. 67 ἐπήγετο*).

conspectus structurarum: indicatur, quo quis (quid) -atur per: casus: dat.: p. 67, 48. 67 sq. 68, 28. 53. 55. 56. 69, 54. dub. dat. an locativus q. d. p. 68, 36. acc.: p. 67, 22. 58. 68, 25. praepp.: ad: *p. 67, 10. 31. 33. 68, 1. 69, 44. al.* apud: *p. 67, 68. 81. 68, 4.* in *c. acc. saepe; c. abl.: p. 66, 69. 67, 70. 69, 43 sq. 70, 27. 28. advv.: p. 67, 27. 51. 56. 68, 49.*

deriv.: ? introduca, introductio, introductor. *compos.*: subintroducere, superintroducere.

***intrōductio,** -ōnis *f.* *ab* introducere. Gloss. *εἰσαγωγή*. *legitur apud* Cic. (*p. 71, 13*) *et inde a* Tert.

1 *proprie, de actione ducendi intra aliquem locum* (*significantius i. q. interpositio l. 80. iungitur gen. pro* '*in*' *c. acc. p. 71, 3*):
a *generatim*: Hil. in psalm. 65, 23 p. 263, 22 ne ... -o in refrigerium communis alicuius et terreni loci requies significari existimaretur. Orig. in Matth. 17, 25 p. 654, 18 -o ... statuae in templum. Conc.^{S} I 5 p. 211, 22 si -is (*sc. dei verbi in mundum*) modum ... perscrutemur. Ps. Evseb. Caes. (= Evseb. emes.) hom. 9 p. 1150^{C} erat aliud lumen, non alterum quippe natura, sed sub -e (*v. l. 74*) aliorum caliginosum (*antea*: immutatio ... lumini ab interiectis nubibus perficitur).

b *speciatim*: **α** *in re iudiciaria: de causa in forum iudicis deferenda*: Cassiod. var. 12, 9, 3 em memoratae rei offi-

[Hugenschmidt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cium vestrum celebrato. COD. Iust. 9, 44, 3 si *iudices* ... litis -em (*i. contestationem*) vel examinationem distulerint. *fere i. q. inductio in possessionem*: INTERPR. Cod. Theod. 3, 5, 2 ut ... -o locorum (*per breviloquentiam, i.* '*-o in possessionem locorum*') vel rerum traditio subsequatur. ENNOD. epist. 9, 22, 2 p. 244, 18 addo ... servos vestros ... exhibuisse documenta confirmata de legibus, ... -em sollemnem ... fuisse confectam. EDICT. Theodoric. 53 ad conficienda -um gesta tres sufficiant curiales: dummodo vicinis scientibus impleatur corporalis -is effectus. PAP. Marini 117, 11 emptori sollemnis est -o celebrata (*cf. l. 1*). **β** *in arte scaenica*: DON. Ter. Ad. 297 haec omnis περίστασις tragica est: gaudiorum -o ante funestissimum nuntium. **γ** *in lenocinio, de officio adductoris*: CIC. Att. 1, 16, 5 *promittuntur* noctes certarum mulierum atque adulescentulorum ... -es.

2 *translate* (*hic illic vigente vi locali*): **a** *in universum*: TERT. adv. Marc. 5, 6 p. 589, 2 *Marcion* posset videri *gloriam nostram* ... ante saecula proposuisse, quam -e saeculi revelasset. VVLG. Hebr. 7, 19 nihil ... ad perfectum adduxit lex, -o vero melioris spei (ἐπεισαγωγή). AVG. nupt. et concup. 1, 27, 30 p. 242, 20 *Paulus* loquens velut ex suae personae -e (*paulo aliter*: AVELL. p. 720, 12 idem ... deus et homo, non ... sub quartae -e personae). POMER. 3, 3, 2 p. 479A ut expulsione vitiorum celebretur -o ... virtutum. CASSIOD. Didym. in I Petr. 1, 23 p. 17, 26 regenerationis ... nomine significat *Petrus* -em nativitatis post destructionem priscae generationis factam.

b *speciatim: et de -e quae fit in doctrinam sim. et de ipsa re, sc. i. q. isagoga, εἰσαγωγή*: Ps. SORAN. quaest. med. 21 isagoga est -o doctrinae cum demonstratione primarum rationum ad medicinae artis conceptionem (CASSIOD. Didym. in I Ioh. 1, 1 p. 38, 27 per -em doctrinae [*gr. κατὰ τὴν εἰσαγωγικὴν διδασκαλίαν*]). BOETH. arithm. 1, 19 p. 39, 18 -is ... brevitas. 2, 40 p. 137, 7 arithmeticam -em. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 4, 13 Porphyrii per isagogen, id est per -em in Aristotelis categorias. 1, 2 p. 5, 11 -is intentio. *ibid.* l. 12 -is pons. sec. 1, 12 p. 168, 22 talis esse -o debet, ut praeter opinionem ingredientium non sit. syll. categ. introd. (*tit. libri*). *al.* CASSIOD. inst. 2, 3, 8 Porphyrii. ISID. orig. 2, 25, 1 isagoga ... Graece, Latine -o dicitur, eorum scilicet, qui philosophiam incipiunt. *al.*

intrōductor, -ōris *m.* *ab* introducere. *de notione v. l. 48.* GLOSS. institor, -r, qui operatoribus praeest.

1 *proprie*: *qui intra aliquem locum ducit*: ANIAN. Chrysost. hom. 5, 4 p. 1027in. *Moysen* si -em quoque in terram repromissionis habuissent ([*gr. p. 60in.* εἰσαγαγόντα]. AVG. c. Faust. 16, 19 p. 461, 14).

2 *translate*: **a** *qui in litteras introducit, fere i. q. instructor* (*opp.* expositor *l. 51. 63*): RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 9 p. 590D quem (*i. Porphyrium*) iste (*i. Hieronymus*) ... -em et instructorem (*syn.*) ad logicam habere gloriatur. p. 591A. 2, 10 p. 591A ad illum nos -em ... convertamus, qui introducit ad patrem. AVG. civ. 18, 39 p. 315, 5 D. hos appellat scriptura γραμματοεισαγωγούς, qui Latine dici possunt litterarum inductores vel -es, eo quod eas inducant, id est introducant quodam modo in corda discentium vel in eas potius ipsos quos docent. CASSIOD. inst. 1, 10, 1 -es scripturae divinae. 1, 19, 2 si ab -bus fortasse *aliqua* praetermissa sunt, tunc librorum expositores ... requiramus. 1, 11, 3. 1, 15, 16. **b** *qui novam doctrinam evulgat, fere i. q. auctor*: CONC.S I 5 p. 351, 26 impiorum dogmatum -es (*gr. I 1, 4 p. 59, 12 εἰσηγηταί*).

deriv.: introductorius.

intrōductōrius, -a, -um. *ab* introductor. *cf. et Du Cange.* *i. q. in litteras introducens*: Ps. SORAN. quaest. med. praef. p. 243, 27 tractatus ... prooemialis (*syn.*), qui vero -us brevis habendus est (p. 244, 6. *cf.* BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 12 p. 168, 1 mediocrem -i operis tractatum). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 4, 2 ea, quae doctissimi viri ... quibusdam quasi -is commentariis ediderunt. CASSIOD. inst. 1 praef. 1 p. 3, 18 libros (1, 24, 1 post -os libros auctoritatem cum expositoribus suis ... curramus. in psalm. praef. 15 p. 21D).

ˢintroeo, -iī (-īvī), -itum (-itūrus), -īre. *ab* 1. intro *et* ire. *de mensura*: -o- *ante vocalem correpta, neque ullum longae restitutae exemplum exstat. nota synaliphen vel elisionem* (*cf. Lindsay, Capt. of Plaut. p. 47in.*): PLAVT. Amph. 617 Cas. 745 Mil. 1387 Most. 422 Persa 77. *al.* TER. Andr. 363. 590. *cf. et* 850 (*v. adn. cr.*). *al. plures syllabae contrahuntur*: PLAVT. Epid. 650 (*v. adn. cr.*). *de scriptura sive iuncta* (*cf.* GRAMM. suppl. 213, 33 et verbum composite dicimus -eo, -is) *sive bipartita* (*e. g.* CIL XIV 235 intro · euntib. INSCR. NSc. 1927 p. 431b 7 intro · eunts [*i.* -euntibus]) *cf. p. 54, 43. scribitur*: -hi-: ITALA lev. 12, 4 (Aug. quaest. hept. 3, 40 p. 272, 18) -hibit (EVAGR. sent. mon. 17 [Leclercq, Scriptorium V 2, 1951, 205]). APRING. in apoc. 4, 1 -hiit. *notatur*: ACT. Arv. a. 240 (Inscr. Dessau 9522) II 42 introier. *v. et l. 72. p. 73, 22. de formis: praes.*: -imini (*verb. deponens secundum* 'ingredimini'): PSALT. Cas. 99, 4. -ientes: GILD. Brit. 96 chron. III p. 79, 5 (-euntes *l. v.*). *imperf.*: -iebant: GREG. TVR. Mart. 2, 13 p. 613, 14. *fut.*: -iet: HIER. c. Lucif. 5 p. 160A. -vit (*pro* -bit) *e. g.* ITALA psalm. 23, 7. 9 (Firm. err. 24, 4. 5 [*vv. ll.*]). Is. 8, 7 (Ps. Cypr. adv. Iud. 6 p. 139, 20 [*l. v.*]). Matth. 7, 21 (cod. k). *al. perf.*: *formae longiores per* -v- *raro inveniuntur nec exstant nisi*: -vi: ITALA Dan. 10, 12 (Tert. ieiun. 9 p. 285, 2). Luc. 7, 44 (Aug. in psalm. 140, 8 p. 1820fin. *al.*). *e coni.*: TER. Andr. 850 (*Bentley*). -vit: GRACCH. or. frg. Gell. 15, 12, 3 CALP. hist. 27. SALL. Iug. 71, 4 (-iit *l. v.*). GELL. 2, 2, 3. 5, 6, 17. *saepius inde ab* ITALA. *item* -bit (*pro* -vit [*vv. ll.*], *cf. p. 71, 80*): PAVL. dig. 47, 2, 21, 7 AMBR. Cain et Ab. 2, 4, 16 p. 392, 10 IORD. Get. 163. -vimus: CONSVLT. Zacch. 3, 10 p. 117, 14 RVSTIC. Conc.S I 4 p. 71, 1. -iveris: EVAGR. sent. mon. 83 p. 1184B. NOT. Tir. 13, 33 -it. 34 -iit. *de notione*: PAVL. FEST. p. 110 init ponitur ... interdum pro -it, ut Plautus: 'init te umquam febris?' *graece, ubicumque nihil aliud adnotabitur, respondet εἰσέρχεσθαι, εἰσελθεῖν. de usu: verbum et transitivum et intransitivum (nota p. 76, 13 sqq.). deponens p. 71, 77. legitur inde a* PLAVTO, TER., CATONE *per totam latinitatem.* [*francog. vet.* entroïr. *R.*]

[*variat in codd. c.*: exire: TERT. mart. 2, 1. improperare: VARRO frg. Plin. nat. 36, 91. ingredi: VVLG. II reg. 17, 17 Ioh. 3, 4 act. 3, 3. inire: ITALA Matth. 7, 13 (cod. k). insinuare: CIC. Phil. 5, 8. interiore: VVLG. II par. 23, 20. intrare: *v. p. 56, 71.* introducere: VVLG. deut. 9, 5. 27, 3. legere: CASSIOD. inst. 1, 28tit. retroire: ROMVL. fab. 21, 7 rec. gall. *e coni.*: PLAVT. Truc. 666 -ieris (*Brix*, ire si *trad.*). ITALA Marc. 10, 7 (cod. k) -bit ad (*Soden*, inprobitas *trad.*). *suppl.*: LEX Sal. extr. B 10.]

***i. q.* intrare, ingredi:**

I *generalia*: **A** *in universum*: **1** *intransitive*: **a** *nude* (*pendet inf. l. 30. 49*): *subi. sunt*: **α** *animantes*: PLAVT. Cas. 745 propere cito -ite et cito deproperate; ego iam intus ero. Epid. 650 dum -eo atque exeo (*sim. non raro iungitur, e. g.* TER. Andr. 363 -ire ..., exire. VARRO rust. 1, 13, 2 qui -eat aut exeat. 3, 7, 4 *columba.* CIC. Att. 15, 11, 4 -ire exire. ITALA num. 27, 21 [Aug. loc. hept. 4, 82 p. 595, 2; *cf. p. 57, 38*]. *al.*). Merc. 916 Mil. 1387. Most. 390 *pater* non modo ne -⟨e⟩at, verum etiam ut fugiat longe ab aedibus. Poen. 929 Truc. 353. 666 TER. Andr. 850. Hec. 332 (*v. adn. cr.*). 345 filius tuos -iit videre ..., quid agat *Philumena.* 787 Eun. 87. 842. 964. VARRO Men. 439. rust. 1, 63 cum periculo -itur (*sc. in sirus*). 3, 7, 3 serpens aliudve quid animal maleficum. 3, 12, 3. CIC. Caecin. 34 (*opp.* exire domo). Phil. 5, 21 (*iuxta pos.*: ad urbem futurum). Lael. 15 *me* (*i. Laelium*) fuerat aequius, ut prius *quam Scipio* -ieram, sic prius exire de vita (*cf. p. 73, 18. 74, 81*). LENT. Cic. epist. 12, 15, 7 vi -ire (*sc. Antiochiam*). FLOR. epit. 2, 7, 10 -isse victoria fuit. PAVL. dig. 47, 2, 21, 7 per vim. GELL. 2, 2, 3 *philosophus* sedebat pro cubiculi sui foribus et cum assistentibus nobis sermocinabatur; -vit provinciae praeses (*sic fere i. q. intro venire*: ITALA gen. 27, 33 [Quodv. prom. 1, 21, 29 p. 750A]; *ἐλθεῖν, Vulg.* venires. AMM. 22, 4, 9. *cf. p. 78, 37. 42. nota notione praeverbii debilitata i. q. venire*: ITALA Dan. 10, 12 [Tert. ieiun. 9 p. 285, 2] -ivi verbo tuo [*Vulg.* veni]. Matth. 8, 2 [cod. k] leprosus -vit adorans [*προσελθών, Vulg.* veniens]). TERT. monog. 4, 5. ITALA Matth. 12, 45 (Hil. in Matth. 12, 21 p. 991 D. *al.*) *immundi spiritus* -euntes ... habitabunt ibi (*i. in homine; Vulg.* intrantes. *cf. p. 73, 32*). CYPR. epist. 5, 2 p. 479, 11 ne ... -eundi aditus denegetur (*sim. c. abundantia*: SVLP. SEV. chron. 2, 8, 7 ut -euntium occultos aditus vestigia proderent. *cf. p. 78, 66 sq.*). SACR. Leon. p. 68, 19 subdoli operarii, qui -eunt (*sc. in conventum fidelium*) explorare ecclesiae libertatem (*ex Vulg. Gal. 2, 4* subintroierunt). *al.*

β *res*: COLVM. 12, 16, 5 quidam ... *vasorum* opercula ... gypso linunt, ne possit spiritus -ire (12, 47, 6). CHALC. transl. p. 50B *ea natura, quae cuncta recipit corpora*, movetur ... et conformatur ... ab -euntibus *corporibus* (*gr. ὑπὸ τῶν εἰσιόντων*). p. 50C quae -eunt (*gr. τὰ ... εἰσιόντα, syn.* ingrediuntur, *opp.* egrediuntur). comm. 332 candor non patietur -euntes colores (*i. qui illinuntur vel admiscentur*) sinceros perseverare. PALLAD. 4, 10, 31 *lignum inserendi causa fissum* operiendum est ..., ne ventus -cat. VVLG. Marc. 4, 19 concupiscentiae -euntes (*sc. in cor*) suffocant verbum (*εἰσπορευόμεναι*). OP. imperf. in Matth. 51 p. 925a. med. ne locum habeat -eundi bonus spiritus. *al.*

b *indicatur*: **α** *quo?*: Ⓘ *per praepp.*: Ⓐ in: Ⓘ *c. acc.*: *in domum* (*cf. p. 76, 18. 24. 30*): PLAVT. Amph. 409 cur non -eo in nostram domum? Mil. 1168 in alienam (*opp.* exierit intus. PAVL. dig. 47, 10, 23 invito domino. *al.*). CIC. Att. 16, 11, 1 cum ista oratio ita libere vagetur, ut etiam in Siccae domum -eat (*at cf. p. 76, 26*). ITALA Matth. 10, 12 (cod. k. *al.*) cum -ieritis (*Vulg.* intrantes, *sic et* 12, 4 [cod. k. *al.*]. 12, 29 [Iren. 5, 21, 3] -ire in domum fortis *viri* et vasa eius diripere [*cf. p. 76, 39*]. *al.*). RVFIN. hist. mon. 16 p. 437C alieni laboris fructus numquam -ierunt in domum meam. *al. v. et p. 74, 53. 62. cf. p. 73, 67. 74, 8. in urbem* (*cf. p. 76, 50*): VARRO ling. 9, 68 primum 'balneum' (nomen id graecum) -iit in urbem. CIC. Mur. 69 honeste. Phil. 3, 27 (*opp.* exiturum). Att. 7, 7, 3 epist. 1, 9, 7. 1, 9, 25. ad Q. fr. 3, 1, 24 noctu. 3, 4, 2 CAEL. Cic. epist. 8, 6, 1 LIV. 30, 43, 5. 42, 22, 3 in urbem Romam. FRONTO p. 60, 23 v. d. H. (= p. 67 N.). *al. in varia*: PLAVT. Amph. 617 -ire in aedes (Truc. 642. TER. Phorm. 706 alienus canis. *cf.* FEST. p. 278 in aedem Bonae deae virum -ire *religiosum est*). CATO agr. 66, 1 *ne* in torcularium et in cellam -eatur. 157, 14 *brassicam dilutam* indito in vesicam, eo calamum alligato, ita premito, in fistulam -eat. VARRO Men. 439 in *Apollinis* ... templa calceati (VVLG. act. 3, 2 [*εἰσπορευομένων*]). rust. 3, 16, 31 *apes* in novam coloniam (*syn.* intrare, *opp.* exierunt). CIC. Phil. 5, 9 ut ... -iri (-ire *V*) in forum nullo modo posset. de orat. 1, 181 in senatum (LIV. 27, 8, 7 [*syn.* ingressum ... curiam]. *cf.* GELL. 1, 23, 13 in curiam [*al.*]). CAEL. Cic. epist. 8, 2, 1 in theatrum ... Hortensius (*sc. spectator,*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. p. 74, 77; aliter p. 75, 38 sqq.) -iit (introitu *trad.*). MAT. et TREB. Cic. Att. 9, 15, 6 in oppidum (BELL. Afr. 7, 2 [*antea*: pervenit ad]. BELL. Hisp. 22, 2 ⟨cum⟩ ad oppidum venissent, nostri ... non sunt ausi -ire in oppidum. *al.*). SALL. Iug. 71, 4 in tabernaculum -iit ([-vit *l. v.*]. *al. cf.* ACT. Arv. a. 240 [Inscr. Dessau 9522] II 42 in papil⟨iones⟩. *al.*). NEP. Alc. 7, 4 primus Graecae civitatis in Thraeciam (*sc. interiorem*) -iit. VLP. dig. 47, 10, 5, 5 si ... in fundum alienum ... -tum sit (*aliter p. 75, 24*). TERT. ieiun. 12 p. 290, 19 in carcerem (*opp.* inde prodisset. mart. 2, 1 [carcere *l. v.*; *v. p. 72, 12*]. *al.*). virg. vel. 9, 1 *virgo* in ecclesiam (*al.*). ITALA gen. 41, 21 (cod. 101 ed. Beur. *al.*) *in somnio: vaccae bonae non* paruerunt, cum -issent in ventres *macrarum* (*Vulg. aliter. cf. l. 31*). Ezech. 37, 10 (Tert. resurr. 29 p. 67, 7) -iit in ea *ossa* spiritus et vixerunt (*Vulg.* ingressus est. Hab. 3, 16 [Aug. civ. 18, 32 p. 302, 26 D.] -iit [-vit *l. v.*] tremor in ossa mea [*Vulg.* ingrediatur]). Os. 11, 9 (Cypr. testim. 2, 6 p. 69, 17) *deus* in civitatem *puniendam* (*Vulg.* ingrediar. *al.*). Matth. 5, 20 (cod. k) in regnum caelorum (*Vulg.* intrabitis. 18, 3 [Hier. epist. 12, 1]. *saepe*). 19, 17 (Iren. 4, 23, 1) in vitam *aeternam* (*Vulg.* ad vitam ingredi. VVLG. Marc. 9, 43. 9, 45). Rom. 5, 12 (Pelag. in Rom. 5, 12 p. 45, 11) per unum hominem in hunc mundum peccatum -iit et per peccatum mors ([intravit *l. v.*, *Vulg.*]. *huc spectant* FILASTR. 120, 6 mors -vit in omnes homines. COMM. apol. 775 -vit [-iū *trad.*] in orbem. *al.*). *al.* HIL. in Matth. 27. 5 p. 1061A una cum *sponso* ... in nuptias sapientes *virgines* ... -eunt (*ad Matth. 25, 10; Vulg.* intraverunt ... ad n. [*cf. p. 74, 3*]. ORIG. in Matth. 17, 24 p. 650, 21). 27, 7 p. 1062A in gaudium domini (27, 8 p. 1062B. *cf.* PELAG. in I Cor. 1, 23 *Christus* in suam gloriam. VVLG. psalm. 94. 11 in requiem *dei*). EPIST. pontif. 212 Hil. coll. antiar. p. 90, 26 nihil *deo servientibus non dignum* in animum (*cf.* VVLG. sap. 1, 4 in malevolam animam non -bit sapientia. *cf. p. 74, 35*). VVLG. psalm. 17, 7 clamor ... in aures *dei* (Iac. 5, 4). 62, 10 -bunt in inferiora terrae. Dan. 10, 3 caro et vinum ... in os (act. 11, 8. *cf.* Marc. 7, 15 *in hominem* [εἰσπορευόμενον]. 7, 18). Marc. 5, 12 *immundi spiritus in porcos* (5, 13. 9, 25 *in puerum*). 16, 5 in monumentum (monumento *l. v.*; Ioh. 20, 6). Ioh. 6, 22 in navim (*συνεισῆλθεν. al.*). 13, 27 -vit in *Iudam* ... satanas (*cf.* SEDVL. op. pasch. 5, 3 p. 275, 15 in Iudae corda ... tetri spiritus -vit immanitas [*carm. pasch. 5, 39* intravit]). Iac. 2, 2 in conventum (convento *l. v.*, εἰς συναγωγήν). RVFIN. hist. mon. 9 p. 427A in ignem. CONSVLT. Zacch. 3, 10 p. 117, 14 nudi -vimus in hunc mundum (*cf. l. 20*). *saepissime. v. et p. 74, 22. 46.*

② *c. abl.* (*v. etiam l. 9. 33. 37. 67. plerumque potius acc. dicas* m *finali omissa; sed certe abl. l. 50. 52*): TERT. adv. Prax. 21 p. 264, 21 in templo (in templum *l. v.*). ITALA gen. 7, 13 (Greg. Ilib. [?] de arca l. 55) -vit Noe in arca (in arcam *l. v.*; *Vulg.* ingressus est). psalm. 142, 2 (Tycon. reg. 3 p. 20, 22) *in imag.*: in iudicio (*Vulg.* intres). Matth. 10, 11 (cod. d) ⌊ci⌋vitas in quacumque⌊-⌋ -ieritis (⌊ ⌋ in quacumque ... civitatem *cod. f*, *Vulg.* intraveritis. *cf.* apoc. 21, 27 [Apring. in apoc. 21, 27] *non* -bit in ea aliquid commune [*Vulg.* intrabit]). ACT. Arv. a. 240 (Inscr. Dessau 9522) II 17 in aede. VVLG. psalm. 78, 11 in conspectu tuo (*i. dei*) gemitus compeditorum (ἐνώπιόν σου. 99, 2. *cf. p. 74, 19*). Hebr. 9, 6 in priori ... tabernaculo (εἰς ... σκηνήν). EVAGR. sent. mon. 17 (Leclercq, Scriptorium V 2, 1951 p. 205) camelus ... in foramine acus (*altera versio Migne p. 1181D*: in foramen). Ps. APVL. herb. 511. 5 in balneo. ROMVL. fab. 62, 1 recc. gall. vet. in officina (in officinam *l. v.*) ... vipera. EPIST. pontif. 937 Conc.S IV 2 p. 142, 20 in sancta synodo. LEX Sal. 58, 1 in casa. CAES. AREL. reg. virg. 36 in secreta parte in monasterio et in oratoriis.

Ⓑ ad: ① *c. vi locali* (*plerumque ad aliquem, rarius ad aliquid* [*e. g. l. 70; plane pro 'in' ponitur l. 66*]): PLAVT. Most. 422 ne *pater* -ret ad se. TER. Hec. 551 ad amicam. SALL. Catil. 28, 1 sicuti salutatum -ire ad Ciceronem (AMM. 14, 6, 12). ITALA gen. 6, 20 (Tert. monog. 4, 5) duo ex omnibus *animalibus* -bunt ad te (*Vulg.* ingredientur). IV reg. 6, 32 (Ambr. off. 3, 20, 119 p. 178B) ad eum (ἐλθεῖν, *Vulg.* veniret). Luc. 19, 7 (cod. s) ad virum peccatorem *Iesus* -iit manere ([*Vulg.* ad hominem ... divertisset]. PROSP. c. coll. 7, 3 p. 232A hospitari). CYPR. epist. 19, 2 p. 526, 12 quidam de lapsis confessores ipsos praevenire et ante ad ecclesiam -ire *festinant* (*i. recipi in ecclesiam, v. l. 58*). GAVDENT. serm. 9, 9 G. *deus* ad apostolos in domo (*syn.* introgressus). VITA Anton. 60 p. 67, 22 -bant ad illum (*gr. p. 929B ἐκεῖ παραγίνεσθαι*). AMM. 20, 10, 2 ad pagos (*v. Blomgren, de serm. Amm., p. 170*). VVLG. psalm. 42, 4 -bo ad altare dei, ad deum (*cf.* SACR. Leon. p. 127, 4 ad sancta sanctorum. SACR. Greg. 194. 199, 3 [*in imag.*] ad ... mysteria). Ezech. 36, 20 *Israhelitae* ingressi sunt ad gentes, ad quas -erunt (*cf.* CASSIOD. compl. in act. 19, 23 p. 1398A *Paulus* ad populos). Abd. 5 fures ... ad te. *ibid.* vindemiatores. Marc. 6, 25 cum festinatione ad regem (SVLP. SEV. chron. 2, 13, 5. *cf. et p. 75, 2*). *al. speciatim: ad feminam concumbendi causa (sec. hebr.; aliter l. 59)*: ITALA gen. 6, 4 (Chron. Alex. chron. I p. 92, 13) angeli dei ad filias hominum (εἰσεπορεύοντο ... πρός, *Vulg.* ingressi sunt ... ad). 29, 21 (Lugd.). 29, 30 (Lugd.). 38, 2 (Aug. quaest. hept. 1, 128 p. 67, 5). 38, 16 (Lugd.; εἰσελθεῖν πρός, *Vulg.* ut coeam tecum). lev. 18, 14 (Aug. loc. hept. 3, 44 p. 578, 11) ad uxorem *patrui* (*Vulg.* accedes ad). prov. 6, 29 (Ps. Cypr. singul. cler. 2 p. 175, 13). VVLG. gen. 38, 9. *al.* BACHIAR. repar. laps. 17 p. 1055A (*in imag.*). ② *c. vi finali*: VARRO rust. 3, 11, 3 bestia ... ad nocendum. TAC. ann. 15, 58, 3 dicendam ad causam.

ITALA lev. 14, 36 (Tert. pudic. 20, 8) ad inspiciendam *domum* (*Vulg.* ingrediatur). PORPH. Hor. sat. 2, 3, 254 ad deridendum. HIL. in Matth. 27, 5 p. 1061A -eundi ad nuptias tempus (*cf. p. 73, 23*). LEO M. serm. 39, 3 p. 264C (*in imag.*) quasi ad quendam agonem sancti operis. Ps. BOETH. fid. cath. 219 *Christus* in universum mundum ad vitam (*sc. praedicandam*) praecipit -ire *apostolos.*

Ⓒ *praepp. varias: respicitur locus*: intra: VITA Caes. Arel. 1, 62 intra domum ecclesiae. per: SYMPH. 282 per totas aedes (*i. parietes tubulatos hypocausti*) ... ignis. sub: TERT. pall. 4, 3 scapulae sub exuvias bestiae tantae. ITALA gen. 19, 8 (Lugd.) *viri* sub tecto (ὑπὸ τὴν σκέπην, *Vulg.* ingressi sunt sub umbraculum tegminis). PASS. Torp. (BHL 8307) 8 p. 9C sub caelum aereum. usque in: VVLG. psalm. 48, 20 *homo* -bit usque in progenies patrum suorum (*i. in coetum inferorum.* ἕως γενεᾶς). *respicitur homo (mortuus l. 17), ad quem -itur*: coram: RVSTIC. Conc.S I 4 p. 71, 1 coram principe (*gr. I 1, 7 p. 81, 6 εἰσόδου τετυχηκότες*). super: ITALA lev. 21, 11 (Tert. adv. Marc. 4, 23 p. 499, 12) super omnem animam defunctam sacerdos non -bit (ἐπὶ ... ψυχῇ, *Vulg.* ad ... ingredietur). ante conspectum: VVLG. III reg. 1, 23 *propheta* ante conspectum (in conspectum, in conspectu *vv. ll.*) regis (κατὰ πρόσωπον. *cf. p. 73, 49*).

Ⓓ *per advv.*: eo: PLAVT. Bacch. 907. CATO agr. 1, 2 (*opp.* inde exire). CALP. hist. 27 eo in conclave postquam -vit *Flavius*, adulescentes ibi ... sedebant. VARRO ling. 6, 21. hoc: TER. Hec. 348 (huc *l. v.*). huc: PLAVT. Mil. 454 Persa 77 Trin. 10 SVET. Aug. 6. ITALA Ios. 2, 2 (Lugd.) -ierunt huc viri ... explorare terram (εἰσπεπόρευνται ὧδε ... κατασκοπεῦσαι, *Vulg.* ingressi sunt huc ..., ut). SCHOL. Cic. Bob. p. 89, 22. ibi: VITA Anton. 50 p. 60, 11. illo: PLAVT. Merc. 567. 570. ITALA gen. 19, 22 (Aug. c. Gaud. 1, 30, 35 p. 233, 24; *Vulg.* ingrediaris illuc). illuc: VVLG. Marc. 11, 2 (illud [*sc. castellum*] *l. v.*; εἰσπορευόμενοι εἰς αὐτήν [*sc. κώμην*]). isto: PLAVT. Mil. 455 isto ..., quo iubes. quo: VARRO frg. Plin. nat. 36, 91 BELL. Afr. 89, 2. ITALA gen. 37, 30 (Lugd.) quo -bo? (ποῦ πορεύομαι, *Vulg.* quo ibo?). CHIRON 230 si manu missa ... inveneris ... praefocatum longaonem, quo manus vix -eat (*cf.* VEG. mulom. 1, 47, 2 qua). VVLG. Sirach 4, 14 quo *sapientia* -bit, benedicet deus (οὗ εἰσπορεύεται, *cf. p. 73, 29*). *v. et l. 31. 65.* quocumque: VVLG. Marc. 6, 10 in domum. 6, 56 in vicos vel in villas (εἰσεπορεύετο εἰς). 14, 14. ubi: VVLG. Hebr. 6. 20 PASS. Thom. p. 135, 10.

Ⓔ *per casus*: Ⓐ *localem q. d.*: CONSVL. Constant. chron. I p. 239, 357, 2 -vit Constantius Aug. Romae. Ⓑ *dat.*: PASS. Paul. frg. 2 p. 109, 2 Caesar ... nolebat *Patroclum* ... -ire sibi.

Ⓕ *per enunt. relat.*: VVLG. Iudith 12, 1 *Holofernis* iussit eam -ire. ubi repositi erant thesauri. LEX Visig. 11, 1, 2 nullus mediocrum, ubi comites ... in custodia retruduntur, -ire praesumat.

β unde?: PLAVT. Rud. 1263 hinc (TER. Andr. 590). VARRO rust. 3, 9, 18 (*per iocum*) *gallinae Africanae* (*sc. frictae*) novissimae in triclinium cenantium -erunt e culina (*cf. et p. 75, 29*). AMM. 30, 5, 17 per portam voluit, unde -iit, exire (HIER. epist. 22, 14, 1. 22, 26, 4 [*in imag.*] et tu habeto fenestras apertas, sed unde lumen -eat. c. Lucif. 5 p. 160A unde ad me lumen -iet [*v. p. 71, 79 sq.*], cum oculus meus caecus sit? GREG. TVR. Mart. 2, 13 p. 613, 14 *aditus*, unde pecora -iebant [*v. p. 71, 79*]). VVLG. Is. 2, 19 in voragines terrae a facie formidinis domini (Marc. 7, 17 in domum a turba).

4 *pendet enunt.*: CVRT. 5, 10, 15 preces ... Dareum ... flere etiam coegerunt; ac ne tum quidem cogitati sceleris paenituit, cum -rentur, qualem ... virum fallerent. EPIST. imp. Valent. Val. Grat. (Bruns, fontes[7] 97a) 12 quid ... in reparandis moenibus profecerit -entes. Ps. EVSEB. CAES. hom. 9 p. 1151[B] lucernam ab oculo separa: -beris, quia spatiis minuitur. *relat. v. l. 14.*

II *mente* (*subi. sunt animantes [dei p. 92, 72], res e. g. l. 60. p. 92, 9. 93, 68*): **A** *i. q. animo proponere, imaginari sim.* (*plerumque c. acc.; c.* in *l. 65. acc. c. inf. l. 73. interrog. obliqua l. 63*): CIC. dom. 47 -emini paulisper animis ... eos ..., qui imminere iam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem (Sest. 17 vultum atque incessum animis -emini; facilius eorum facta occurrent mentibus vestris, si ora ipsa oculis proposueritis. fin. 1, 57 ea quae praeterierunt acri animo et attento. *v. et p. 94, 11*). Mil. 79 liberae sunt ... nostrae cogitationes et quae volunt sic -entur, ut ea cernimus, quae videmus. de orat. 2, 357 ut ea, quae cogitando complecti vix possemus, -endo quasi teneremus. 3, 28 aspicite ... eos homines atque -emini, quorum de facultate quaerimus, ₍quid intersit inter oratorum studia atque naturas₎; suavitatem Isocrates, subtilitatem Lysias ... habuit (₍ ₎ *secl. Bake*). Tusc. 3, 28 ut quicumque -eatur in aliquod maius malum, si id sibi accidisse opinetur *eqs.* 3, 33 -eri molestias (*syn.* contemplandas). Cato 48 adulescentia voluptates propter -ens (*syn.* spectans). OV. Pont. 2, 10, 47 te ... -eor quo solo pectore possum. SEN. dial. 3, 2, 1 si effectus *irae* ... -eri velis ...; videbis caedes *eqs.* 4, 35, 3 primum ... deformitatem *irae* ..., deinde periculum. CYPR. eleem. 15 p. 384, 23 -ere in euangelio viduam ... in gazophylacium ... minuta mittentem. ACT. Archel. 16, 9 -emini mihi aliquem volentem thesaurum ... signare. 22, 1 -ere hominem templum esse quoddam.

B *i. q. considerare, contemplari, excutere sim.*: **1** *in universum* (*plerumque c. notione aestimandi i. q. respicere [syn. p. 92, 39], rationem habere. fere i. q. disserere, tractare e. g. p. 92, 43. 84 [cf. p. 97, 2]. in comparando e. g. p. 92, 37. 42* [*cf. p. 98, 12*]): **a** *absolute*: CIC. Sest. 13 haec ita praetereamus (*i. in dicendo*), ut tamen -entes et respectantes relinquamus. SEN. nat. 2, 31, 1 mira fulminis, si -eri velis, opera sunt (2, 42, 1 QVINT. decl. 311 p. 225, 5. *cf.* AVG. civ. 12, 6 p. 521, 14 D. si bene -eantur). QVINT. inst. 9, 1, 24 parum diligenter (decl. 334 p. 316, 3 diligentius. APVL. mund. praef. [*syn.* consideranti]. AVG. civ. 11, 30 p. 505, 5 D. elucet diligenter -entibus. *al.*). 9, 2, 44 species *ironiae* ... prudentius -enti diversas esse facile est deprehendere. decl. 268 p. 93, 26 ex diverso (*cf. l. 46*). ARNOB. nat. 6, 14 p. 226, 4 propius. BOETH. arithm. 1, 1 p. 7, 26 quod recte -entis sollertiam non latebit. 2, 18 p. 102, 21 in ordinem (*i. ordinate*). c. Eut. 3, 39 pensius subtiliusque. *al.*

b *c. obi.*: *α generatim* (*exempla selecta. accedit nomen sensu praedicativo l. 29. 31. 51*): CIC. Phil. 11, 39 non tam veteranos ..., quam ... quid cuncta Italia ... sentiat (*v. p. 88, 1*). rep. 2, 69 ut numquam a se ipso in[sti]tuendo (*corr. Maehly*) contemplandoque discedat. Tusc. 1, 73 mentis acies se ipsa -ens. 2, 49 personae gravitatem (QVINT. decl. 316 p. 243, 21 personam ... eius, apud quem dicenda ... *est* sententia. 324 p. 275, 21. MARCELL. dig. 19, 2, 47 singulorum in solidum ... personam [*i. tamquam unam; sim. add.* in *p. 93, 43*]). 5, 9 rerum naturam studiose (COLVM. 3, 8, 1 si rerum naturam ... velut acrioribus mentis oculis -eri velimus, reperiemus *eqs.* [*c. sim. apodosi l. 26. 78*]). orat. 24 qui probari volunt, voluntatem eorum, qui audiunt, -entur (VELL. 2, 8, 1 [*syn.* aestimabant]. *cf.* SEN. benef. 3, 17, 3 animum *dantis* ..., non rem. PAVL. dig. 41, 2, 3, 6 *affectionem*. CYPR. domin. orat. 24 p. 285, 7 *non* munera ..., sed corda). BRVT. Cic. ad Brut. 1, 13 (= 9, 21 Sj.), 2 -ere me ipsum, qui hoc a te ... debeo impetrare. LIV. 1, 44, 4 verbi vim solam -entes ([*sc. non rem significatam*]. QVINT. inst. 1, 6, 28. *cf.* ALC. AVIT. epist. 30 p. 60, 27 verbi vigorem. *sim.* QVINT. decl. 308 p. 211, 21 verba tantum ipsa [317 p. 248, 11; *opp.* introspicere voluntatem. 334 p. 315, 18 legis]). 4, 24, 8 causam potius ignominiae ... quam ignominiam (*sim. opp.* 22, 3, 14 spem magis ipsam quam causam spei). 5, 51, 5 -emini ... horum ... annorum vel secundas res vel adversas: invenietis (*cf. l. 14*). 6, 7, 5 in me nihil praeter me ipsum (30, 14, 4 aliqua ... in me bona. *cf.* TERT. adv. Marc. 4, 10 p. 448, 6 solummodo hominem eius -entes [*i. in Christo*]. *cf. l. 53*). 6, 19, 7 patricium reum -buntur et regni crimen in medio (*v. l. 6*). 26, 49, 12 me cura aetatem harum -entem ... stimulat (SEN. clem. 2, 7, 2 poenā non adficiet aetatem eius emendabilem -ens). 32, 21, 16 an tibi credamus ... potius quam res ipsas -eamur? (SEN. dial. 9, 1, 13 in studiis. QVINT. inst. 5, 2, 4). 40, 46, 3 singulos cum -emur ..., neminem ... habemus, quem ... velimus vobis praelatum esse; ambo cum simul adspicimus *eqs.* 45, 43, 3 apparebat ... *triumphum* per se -entibus *eqs.* VAL. MAX. 2, 7 ext. 1 leniter hoc patres conscripti *fecerunt*, si Carthaginiensium senatus ... violentiam -eri velimus. 7, 6, 2 quid illis, si acerbitatem casus -eare (-ere *l. r.*) miserius, si constantiam respicias, fidelius? SEN. apocol. 10, 3 non vacat deflere publicas clades -enti domestica mala. dial. 3, 19, 7 *in puniendi consilio* non praeterita, sed futura. PLIN. nat. 7, 167 *vita brevis est* etiam in iis, quibus largissime contigit, universum utique aevi tempus -entibus. QVINT. inst. 2, 20, 8 plenius hoc ... atque apertius -eri ex ipsis operibus *orationis* volo (*i. disserendo probare*). 5, 12, 19 mihi naturam -enti nemo non vir spadone formosior erit. 12, 2, 31 proximum tempus (*i. aequalium iudicium*). decl. 255 p. 45, 22 *transfugae* cum ex altera parte -rentur patriam ..., ad fortunam tamen inclinaverunt (*cf. supra l. 1*). 257 p. 50, 29 fortuna in utramlibet partem -enda est. VLP. dig. 26, 2, 10, 1 in tutelis testamentariis ... novissimam scripturam (*syn.* sequimur). TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 521, 12 Marcion invitatus ad nuptias *non* isset, deum suum -ens detestatorem nuptiarum. AVSON. 301, 6 p. 172 P. finem ... longae vitae (*gr. ὅρα*). AVG. civ. 12, 16 p. 534, 23 D. me ipsum (*i. humilitatem meam*). 15, 27 p. 117, 1 solas res gestas illic ([*i. in scriptura sacra*]. *cf.* 18, 43 p. 323, 1 nihil aliud ... in scripturis illis, nisi quod *eqs.*). CAEL. AVR. chron. 1, 5, 176 non -entes nudissimam veritatem, quod *eqs.* CASSIOD. hist. 10, 3, 13 sacras ad litteram -ens scripturas (*Socr. 6, 3 p. 668A ψιλῷ τῷ γράμματι ... προσέχων*).

β *additur praedicativum per* ut *sim., i. q. ducere, habere, putare* (*cf. p. 88, 51*): PETRON. 85, 2 *effeci*, ut me mater ... tamquam unum ex philosophis -retur. PLIN. epist. 7, 25, 3 hunc ego ... ut bonum patrem familiae, ut diligentem agricolam -bar. VLP. dig. 15, 1, 19, 1 totum servi peculium velut patrimonium (15, 1, 32 pr.). 50, 2, 2, 3 ut decurionis filium.

c *c. praep.*: in: CLEM. ad Cor. 7, 4 -eamur in sanguine Christi (*ἀτενίσωμεν εἰς*). 19, 2 in patre et creatore. 19, 3 -eamur oculis animae ... in voluntate patientiae illius (*ἐμβλέψωμεν ... εἰς*). AMBR. in psalm. 118 serm. 21, 14, 1 in illum principem sacerdotum. ad: GAVDENT. serm. 11, 24 G. *haeretici* ad humilitatem susceptae carnis -ti. COD. Iust. 11, 60, 1 pr. (*a. 385*) ad possibilitatem ... locorum.

d *pendet enunt.* (*cf. et p. 89, 56. 95, 6. i. q. deliberare l. 79*): ***α*** *interrog.*: ① *c. coniunctivo*: CIC. leg. 2, 15 sit ... persuasum ... deos..., qualis quisque sit, quid agat ..., qua pietate colat religiones -eri piorumque et impiorum habere rationem. BRVT. (?) Cic. ad Brut. 1, 16, 4 (= 9, 24, 4 Sj.) qui potes -eri quae gesseris simul et ista ... probare? NEP. Att. 9, 7 *Atticus* potius, quid se facere par esset, -batur quam quid alii laudaturi forent. LIV. 6, 14, 2 facta popularia in speciem ..., qua mente fierent, -enda erant. 7, 32, 10 utrum ... an (*al.*). SEN. benef. 3, 30, 2 illud, quod natus sum, per se -ere, quale sit: animadvertis *eqs.* 4, 22, 3 illud -ere, an ad ... virtutem ... etiam per saxa ... fueris iturus (*fere i. q. delibera; cf.* VVLG. II Macc. 6, 20 -ens ..., quemadmodum oporteret accedere ..., destinavit non admittere illicita [*gr. aliter*]). epist. 110, 3 quid sint res nostrae, non quid vocentur. CVRT. 4, 11, 8 respice, quantum post te reliqueris, -ere, quantum petas. QVINT. inst. 3, 6, 1 prius ... quid sit status ... -endum puto (*v. p. 91,*

[Hugenschmidt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

76). 8, 6, 74 -endum est, quo usque deceat extollere. 9, 2, 84 non puto -endum, quid litigator velit. *saepe*. AFRIC. dig. 39, 6, 22 *tempus* mortis -endum est, an quis *donationem* capere possit. HIER. hom. Orig. in Luc. 5 p. 33, 11 -entes ... arcanum dei, quomodo Israel abiectus sit. RVFIN. Orig. in Rom. 2, 8 p. 891C -ere, ne forte secundum vindictas *in lege scriptas* ... ita sit et iudicium futurum (2, 12 p. 899B -ere, ne forte ... significet. *al. cf.* HESYCH. in lev. 2, 1 p. 804B ne forsitan 'animam' in hoc loco gentilem dixisset hominem). AVG. civ. 2, 7 p. 61, 16 D. magis -entur, quid Iuppiter fecerit quam quid docuerit Plato. *saepe*.

Ⓑ *c. indicat.*: RVFIN. Basil. hom. 1, 5 p. 1730B -ere ..., nisi talia sunt et valde similia, quae habet hominum vita. AVG. civ. 10,5 p. 408, 20 D. -eamur (-emur *l. v.*), quem ad modum ... *psalmista* deum ostendit velle sacrificium (15, 21 p. 104, 8 PS. EVSEB. CAES. hom. 1 p. 1053A. *cf.* AVG. persev. 5, 8 p. 998fin. paulisper -eri, quomodo ... lingua Cypriani ... confodiebantur haeretici [MVTIAN. Chrysost. hom. 10, 2 p. 305med.]). CASSIOD. inst. 1, 16, 1 quam mirabilis ... decurrit ordo dictorum.

β per quod, quia *sim.*: HIER. in Matth. 15, 31 p. 111B -eamur ..., quod *Iesus* ... revertatur ad Iudaeam. PS. EVSEB. CAES. hom. 5 p. 1115A -ere, quia *deus in mundo* adest *eqs.* BOETH. mus. 1, 34 p. 223, 28 nunc illud est -endum, quod omnis ars ... honorabiliorem ... habeat rationem quam artificium. GREG. M. moral. 2, 5 p. 557C -endum est, quia adfuisse *Satan* coram domino, non autem dominum vidisse perhibetur.

e *pendet acc. c. inf.*: AVG. civ. 10, 29 p. 449, 25 D. hoc ... credere recusatis -entes Porphyrium in ... libris ... praecipere *eqs.*

2 *de certis rationibus -endi*: **a** *ad imitandum* (*obi. sunt exempla sim., quae quis sibi proposuit. cf. l. 9. p. 88, 65. 96, 74. aliter p. 88, 27*): CIC. Sest. 98 quid est ... propositum his rei publicae gubernatoribus, quod -eri et quo cursum suum derigere debeant? de orat. 1, 145 ad commonendum oratorem, quo quidque referat et quo -ens ... minus aberret (*sim. in arte oratoria*: 2, 89 ita dicere *consuevit* ..., ut tota mente Crassum atque omni animo -retur. QVINT. inst. 10, 2, 26. PLIN. epist. 6, 11, 2 *dicentes* me ut rectorem, ut magistrum -bantur). orat. 9 *Phidias speciem pulchritudinis eximiam* -ens in eaque defixus ad illius similitudinem ... manum derigebat ([*syn.* contemplabatur]. Tim. 4 eam speciem, quae semper eadem [*πρὸς ... βλέπων*]). fin. 4, 34 *sapientia naturam* -ens debet institutum illud quasi signum (*i. hominem*) absolvere. LIV. 4, 57, 6 exemplo fuit ... eum ... -entibus. SEN. dial. 11, 16, 5 illas *-ere* ... feminas, quas ... virtus inter magnos viros posuit. 12, 17, 1 debes ... eos -eri omnes ...; debes illorum imitari firmitatem. QVINT. inst. 10, 2, 2 rustici probatam experimento culturam in exemplum -entur (*cf. p. 92, 12*). VVLG. Hebr. 13, 7 *praepositorum* -entes exitum conversationis imitamini fidem (*ἀναθεωροῦντες*). PAVL. NOL. epist. 32, 4 ut ... *Martinum* -rentur qui praeceptum sufficerent implere virtutibus. AVG. civ. 5, 16 p. 221, 21 D. sobrie illa ... exempla (grat. Christ. 2, 2 p. 126, 19 dominicae conversationis. 39, 43 p. 157, 10). MART. CAP. 3, 297 videntur ..., qui 'parium' dicunt, nominativum pluralem generis neutri -eri et, quoniam 'paria' dicuntur ut 'suavia', facere 'parium' ut 'suavium'. *al.*

b *cum cura* (*plerumque aut assequendi aut cavendi alqd. [cf. e. g. p. 89, 19. 53. 96, 83], servandi e. g. l. 60. 78. obi. sunt res; sim.* 'se' *pro* 'suum commodum' *l. 58*): ***α aut absolute (l. 74) aut c. obi.*** (*subi. est res l. 68*): CIC. Phil. 10, 23 omnis voluntas M. Bruti ... auctoritatem senatus, libertatem populi Romani -etur: haec habet proposita, haec tueri vult. NEP. Them. 7, 6 Lacedaemonios ... iniuste facere, qui id ... -rentur, quod ipsorum dominationi ... utile esset. SEN. benef. 4, 3, 2 nulli ... beneficium dabunt, si una dandi causa est se -eri ac suum commodum (epist. 48, 2 se tantum. *cf.* benef. 6, 13, 1 dummodo ... qui dabat duos -ens dederit. *v. l. 52*). 4, 10, 1 -bor utilitatem eius, cui *depositum* redditurus sum (PLIN. epist. 7, 11, 8. INSCR. RevA. VI 10 [1937] p. 410 n. 258 [*a. 100*] Traianus ... utilitates Milesiorum. COD. Iust. 4, 62, 1 [*a. 198-211*] *praeses provinciae* utilitatem communem -tus [institutus *l. v.*]. *cf. l. 57*). epist. 114, 24 *animus noster est* rex, cum honesta -etur. CVRT. 4, 11, 13 *Alexander monebatur*, Macedoniam ... potius respiceret, quam Bactra ... -retur. PLIN. nat. 29, 29 si quicquam aliud -eri liberet quam fidem operis. QVINT. decl. 321 p. 263, 23 *nemo* dubitat ..., quin faciendi scelera consilium non unam viam -eatur, ut *eqs.* VEL. gramm. VII 66, 11 *praepositio 'trans'* ab ... lenitatem -entibus minuitur (*sc. in 'tra-'*). VENVL. dig. 42, 8, 25, 7 praetor non tam emolumentum actionis ... quam poenam. ITALA Phil. 3, 2 (Mar. Victorin. in Phil. 3, 1 sqq. p. 1217C) cavete a canibus, attendite operarios malos, -emini praecisionem (*βλέπετε* [*ter*], *Vulg.* videte [*ter*]). VVLG. Matth. 16, 6 -emini et cavete a fermento Pharisaeorum (*ὁρᾶτε*). AVG. in psalm. 118, 12, 2 p. 1533med. propter ipsam laudem bene operari, hoc est vanitatem in suis operibus -eri (*syn.* contemplantur). IVL. SEV. rhet. 6 p. 357, 18 *in narratione* -beris initium, medium et finem. CAEL. AVR. acut. 3, 21, 203 oportet ... adiutoriorum mediocritatem -eri.

β seq. enuntiatum: *per* ut, ne: SEN. epist. 70, 13 hoc unum -ere, ut te fortunae ... eripias. QVINT. inst. 3, 11, 26 ut -eamur semper aut certe, si digressi fuerimus, saltem respiciamus, ne plausum adfectantibus arma excidant. 8, 1, 1 in singulis *verbis* -endum est, ut sint Latina. decl. 336 p. 324, 12 *non* negaverim id -tos esse nos et ita cogitasse, ut *eqs.* VLP. dig. 21, 1, 1, 6 ne emptor decipiatur. IVL. VICT. rhet. 4, 1 p. 386, 10 ne nimis immoremur generalibus quaestionibus. MART. CAP. 5, 449 attentius -eri, ne. VEREC. in cant. 3, 14 p. 46b 28 debet ... pia mens ... semet ipsam cautius -eri, ne quid ab psalmis cantando desistat.

γ seq. inf. (*cf.* cupere): AVG. conf. 10, 26, 37 optimus minister tuus (*i. dei*) est, qui non ... -etur hoc a te audire quod ipse voluerit.

c *cum exspectatione auxilii sim.* (*cf. p. 87, 47. 88, 61. 89, 12*): CIC. Mur. 86 *reus* vestram misericordiam implorat, vestram potestatem ac vestras opes -etur (*v. p. 87, 81*). Planc. 101 falsa spe inductus pollicebar ... hos – quos enim ego tum alios animo -bar? – omnia tibi ... praemia pro me persoluturos. rep. 6, 12 in tuum nomen se tota convertet civitas ..., te omnes boni ... -buntur. LIV. 21, 41, 16 nostras ... manus (CVRT. 9, 2, 25 vestras [*syn.* confido]). ITALA II Cor. 4, 18 (Tert. resurr. 40 p. 84, 3) non -entibus (*v. p. 87, 82*) quae videntur, sed quae non videntur (*σκοπούντων, Vulg.* contemplantibus). *c. dat.* (*?; cf. p. 89, 30*): THEOD. MOPS. in I Tim. 6, 17 p. 186, 15 oportet magis deo -eri (-eri deum *l. v.*; *l. 9* in deum sperare). *v. et p. 87, 44*.

d *cum obsequio, assensione* (*cf. p. 88, 76. 89, 70*): ITALA act. 8, 11 (Iren. 1, 23, 1) -bantur *Simonem magum* ... propter quod multo tempore magicis suis dementasset eos (*προσεῖχον ... αὐτῷ, Vulg.* attendebant ... eum).

C *fere i. q. pertinere ad alqd.* (*subi. sunt res, cf. p. 90, 57*): CIC. de orat. 3, 123 dummodo illa *philosophorum de iustitia praecepta* ad hanc civilem scientiam, quo pertinent et quam -entur, tránsferamus. SEN. epist. 98, 2 omnia, quae fortunam -entur (*dett.*, -etur *ABQ*), ita fructifera ... fiunt, si *eqs.*

D *i. q. mente percipere* (*syn.* perspicere *l. 44.* videre *l. 43. cf. l. 38*), *intellegere* (*iuxta pos. l. 59*), *cognoscere sim.*: **1** *absolute* (*cf. p. 90, 66*): PS. HIL. tract. 2, 7 p. 488, 5 ut oculi cordis aggrederentur spiritaliter -eri et videre omnia possent. HIER. hom. Orig. in Luc. 23 p. 157, 8 *si* sicut Paulus aspexit -rer, cernerem ... multitudinem angelorum. PAVL. NOL. carm. 24, 565 in caecitate corporis mente -ens.

2 *c. obi.* (*additur praedicativum [cf. p. 92, 6] e. g. l. 53. 56. 62*): CIC. p. red. in sen. 10 mentes ... oppletae tenebris ... nomen ipsum consulatus ... -eri ... *non* potuerunt (BOETH. mus. 5, 2 p. 352, 23 *mens* species, quas pervidet, praeter subiecti communionem -etur. *cf.* IVL. VAL. 1, 38 *metum audientium* mente -itus est [*Ps. Call. p. 41, 13 νοήσας*]). Sest. 22 inclusas eius libidines qui paulo propius accesserant -bantur. Pis. 71 *in versibus* tamquam in speculo vitam (*cf. p. 89, 22*). de orat. 2, 211 ut -ens alium (*i. alterius sortem*) crebro ad se ipsum revertatur. 3, 20 veteres ... plus ... vidisse videntur, quam quantum nostrorum ingeniorum acies -eri potest. Tusc. 3, 2 *naturam* -eri et perspicere. 5, 57 *Dionysium* omnibus bene veritatem -entibus videri ... miserrimum (SEN. dial. 12, 9, 6 si velis credere altius veritatem -entibus. AVG. civ. 19, 19 p. 388, 21 D. *al. cf.* AVG. soliloq. 2, 20, 35 totam faciem veritatis ... latissime atque plenissime). 5, 71 *rerum causas* -ens atque suspiciens. nat. deor. 1, 19 *Plato* oculis animi ... fabricam *mundi*. VAL. MAX. 9, 1, 3 si animi muliebres apparatus -eri potuissent (SEN. dial. 12, 9, 3 animus *defuncti* ... divina ... propius). SEN. epist. 71, 14 proxima ... -emur, at ulteriora non prospicit mens hebes. QVINT. decl. 367 p. 402, 18 hoc est praemium *virtutis*, -eri debitorem populum. PLIN. epist. 6, 8, 2 *nos amicos esse* sciunt, qui alterutrum nostrum familiarius -entur (SIDON. epist. 1, 2, 1 minus familiariter). TERT. adv. Marc. 1, 5 p. 297, 6 duos -ens deos tam pares quam duo summa magna ([*fere i. q. credens*]. VVLG. Iob 36, 25 [*syn.* vident]. *cf.* FIRM. math. 3, 7, 1 deorum ... praesentiam). PANEG. 6, 20, 2 mitissimos tuos sensus. FILASTR. 148, 7 -ens et intellegens. FAV. EVL. p. 11, 6 quod de hac descriptione *delineata* sic -ere (*sim. additur qua ex re*: PAVL. NOL. epist. 5, 1 spiritalia ... carnalibus. AVG. trin. 13, 1, 3 p. 1014fin. ex motibus corporalibus hominem vivum ... -emur ... cogitando. SYAGR. reg. 9 p. 157, 10 ex visibilibus invisibilia dei. *cf. p. 92, 43*). HEGES. 3, 22, 2 sollicitum regem pro totius urbis statu (*gr. 3, 456 ἀγωνιῶντα ... ἑώρα*). HIER. hom. Orig. in Luc. 3 p. 23, 5 Pilatus, qui videbat Iesum, *non* -batur patrem *eius*. RVFIN. Orig. in gen. 15, 7 p. 135, 27 *illi oculi*, qui non -entur praesentia, sed futura (BOETH. cons. 5, 5, 8 W. *al. cf.* AVG. civ. 16, 1 p. 121, 9 D.). AVG. c. acad. 2, 3, 7 p. 28, 15 veram pulchritudinem ... sanatis ... oculis (ord. 2, 14, 39 p. 174, 25). beat. vit. 35 p. 115, 8 *solem internum* totum. civ. 11, 29 p. 502, 30 D. *angeli scientia sua* operum causas prius in operantis arte quam in ipsis operibus artificis -entur. 22, 29 p. 628, 27 ut nec intelligibilia per corpus nec corporalia per se ipsam mens valeat -eri (*cf.* immort. 6, 10 p. 1026in.). CONSVLT. Zacch. 2, 2 p. 50, 22 fide magis ... quam verbis. BOETH. cons. 3, 9, 1 W. perspicaciter. 4, 6, 26 illam intimam temperiem ... animorum. GREG. M. moral. 11, 70 p. 986B Iob incarnationem redemptoris -tus. *al.*

3 *pendet*: **a** *acc. c. inf.* (*inf. supplend. p. 95, 3*): COLVM. 1 praef. 14 *Romanos* duces ... duplici studio floruisse. VAL. MAX. 5, 3, 5 amplitudinem fortunae *Pompei* ... maiorem esse quam ut *eqs.* QVINT. decl. 321 p. 264, 20 illud vos ... -eri (interiori *l. v.*) oportet ..., fratrem meum continuo perisse. IVL. VAL. 1, 16 p. 27, 12 *Alexandrum* adeo confidentem ... naturae suae bona adserere (*Ps. Call. p. 23, 9 ὁρῶν*). HEGES. 3, 18, 3 videre deiectum desiderabant, quem paulo ante ...

[Hugenschmidt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

summae rei praeesse -bantur (*sim.* TRACT. Pelag. 3,8, 2 p. 35, 13 quantos ... ex divitibus pauperes novimus, quantos iterum ex pauperibus divites -emur [*sc. factos esse*]). RVFIN. hist. mon. 31 p. 457B -ens hominem simplicis naturae esse (*gr. aliter*). BOETH. subst. bon. 92 hinc -eor aliud in *bonis* ... esse, quod bona sunt, aliud, quod sunt. *v. et l. 9 sq.*

b *interrog. obliq.* (*c. ind. l. 8. 11*): QVINT. inst. 2, 8, 4 cum *praeceptor* sagaciter fuerit -tus, cuius ingenium presso ... genere dicendi ... gaudeat. RVFIN. Orig. in iud. 8, 4 p. 512, 16 -eris, quanta ... siccitas *divini sermonis* permanet. BOETH. cons. 5, 6, 38 W. te posse *propositum deflectere* et an facias ... praesens providentiae veritas -etur. MVTIAN. Chrysost. hom. 4, 3 p. 265med. -eris, quantum interest? (*gr. p. 40in. ὁρᾷς*). ACT. Archel. 17 (15), 5 -batur ..., quod ex utroque concluderetur. c *enunt. per* quia *sim.*: MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 1 p. 238med. -eris, quia haec praepositio 'in' etiam pro 'per' accipitur? (*gr. p. 15in. ὁρᾷς ὅτι*). 2, 5 p. 250fin. -eris, quoniam ... possideamus? ([*gr. p. 26p.med. ὁρᾷς ὅτι*]. *al.*).

intuitio, -ōnis *f.* *ab* intueri. *i. q. intuitus, facultas spectandi sim.* (*accedit gen. obi. l. 22. 31, subi. l. 29, definit. l. 20*): **1** *oculis* (*in imag. l. 22*): RVFIN. Orig. in gen. 1, 7 p. 9, 14 quanto quis in loca altiora conscenderit et ortūs *solis* ... editioris speculae -e fuerit contemplatus. Orig. in psalm. 37 hom. 1, 2 p. 1376B (*in imag.*) ex ipsa -e eius (*i. divinae faciei*) ... exterrita caro infirmatur atque languescit. *t. t.: i. q. ἔμφασις*: CHALC. comm. 239 *geometrae* aiunt videre nos vel tuitione, quam phasin vocant, vel -e, quam emphasin appellant ...; -e ..., ut quae fragmento radii recurrente ad oculorum aciem videntur, qualia sunt, quae in speculis et aqua considerantur. 241 *causa* pravae -is. 257 *illa visus ratio*, quae -o dicitur.

2 *mente*: IREN. 2, 6, 1 invisibile *dei* ..., cum sit potens, magnam mentis -em (*i. materiam mente cognoscendam*) et sensibilitatem omnibus praestat ... omnipotentis eminentiae. RVFIN. apol. Orig. 2 p. 558A mens nostra ..., cum ad incorporea nititur atque eorum -em rimatur, tunc scintillae alicuius ... vix obtinet locum.

intuitor, -ōris *m.* *ab* intueri. *qui (omnia) videt*: ITALA II Macc. 7, 35 (rec. P) *non* omnipotentis atque -is dei iudicium effugies (*ἐπόπτου, Vulg.* omnia inspicientis). 9, 5 omnium -or dominus deus Israhel (*παντεπόπτης, Vulg.* qui universa conspicit).

***intuitus,** -ūs *m.* *ab* intueri. *scrib.* -tuet- *e. g.* GREG. TVR. Franc. 5, 14 p. 213, 8. 6, 32 p. 302, 13 (*l. v.*). *de formis: dat. sg.* (-u) *non legitur nisi ap.* CASSIAN. *p. 96, 5; pl. non exstat nisi acc. heteroclita: abl.* -o: CASSIAN. conl. praef. alt. 1 p. 311, 10 (*l. v.*). *v. et l. 42. acc.* -os: CASSIAN. conl. 9, 3, 2 (*l. v.*). 12, 12, 2 (*l. v.*). GLOSS.L II Philox. IN 708 -u *σκοπῷ*. 712 -o *ἀτενισμῷ*. 714 -o *ἐννοίᾳ*. *legitur sg. inde ab* OPT. PORF., AVSON., SYMM. (*loci in dig. a Triboniano interpolati habentur, v. ZSavSt. 19, 1898, 19 sqq. 50. 55*), *pl. non ante* CONSENT. Aug. epist., CYPR. GALL.

[*variat in codd. c.*] aspectus: CLAVD. carm. 3,165. in contuitu: BACHIAR. fid. l. 214. in tantum: AMBROS. apol. Dav. I 12, 58 NOVELL. Valent. 36, 1 DIONYS. EXIG. Conc.S IV 2 p. 198, 12. introitus: EVG. TOLET. carm. 14, 54. intutus (*recte*): PAVL. NOL. carm. 16, 101 (-um, in totum *ll. vv.* [epist. 18, 4 p. 131, 13]). *cf.* intutus, -us, intus *falso trad. ap.* PLIN. nat. 26, 2. nutus: VEN. FORT. carm. 9, 2, 76.]

1 *proprie* (*sim. de deo p. 96, 22*): **a** *de condicionibus videndi*: **α** *i. q. vigor oculorum, visus* (*syn. l. 57. 64*): HIER. in eccles. 12 p. 1108C quod aetate confectis caliget acies (*syn.*) et -s obscuretur. RVFIN. Orig. in num. 17, 3 p. 158, 9 (*in imag.*) nisi ... prius malorum *oculorum peccato originali apertorum* visus claudatur, bonorum non patebit -s. PRVD. apoth. 20 *dei* patris est specimen (*i. Christus*), quod cernere fas sit ..., quod quamvis hebes -s speculamine glauco ... potuit nebulosus adire (76). CASSIAN. inst. 6, 12 cor ... beneficium -us *prave adhibet*. LEO M. serm. 5, 2 p. 154A *Christus* corporeo ... -u non videtur (74, 1 p. 397C). SALV. gub. 3, 38 salva -us incolumitate. BOETH. cons. 4, 4, 27 W. *aves*, quarum -um nox illuminat, dies caecat. 4, 4, 31 si quis amisso penitus visu ipsum etiam se habuisse oblivisceretur -um. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 7 p. 354D cervo *est* ... certus -s (*gr. Migne 44, 141A τὸ κατ' ὀφθαλμὸν ἀσφαλές*). 12 p. 362B -s iuxta ipsa oculorum profunda concretus (*gr. p. 157B ἡ ὄψις*). **β** *i. q. ratio videndi* (*sc. quae vel natura vel moribus intuentium determinata est*): VVLG. I reg. 16, 7 *non* iuxta -um hominis iudico (*sc. deus*). RVFIN. Orig. in iud. 4, 4 p. 491, 18 iste est ... animalis et non spiritalis, qui non videt nisi ea, quae animalis sunt; ipsa est eius visio, ipse semper -s.

γ *i. q. prospectus sim.*: AVSON. Mos. 57 aperto panditur -u (*trad.*; introitu *Peiper*) liquidis obtutibus aer. HIER. in Ier. 6, 13, 4 (*in imag.*) ascendamus in Sion, hoc est in ecclesiam, ubi est speculatio et -s dei.

b *de actu videndi, i. q. obtutus, contemplatio sim.*: **α** *vi originaria (accedit notio tutandi vel adiuvandi e. g. p. 96, l. 28. 30): intuentur*: Ⓘ *homines* (*Gratia p. 96,7*): OPT. PORF. 22, 22 sumens -um quo ... gaudia dones publica. VVLG. prov. 20, 8 (*in imag.*) rex ... dissipat omne malum -u suo. eccles. 11, 9 ambula in viis cordis tui et in -u oculorum tuorum ([*i. sequere quaecumque vides*]. LEO M. serm. 65,3 p. 363A. *cf.* PROSP. in psalm. 118, 37 p. 342B. *al.*). Is. 21, 7 contemplatus est ... multo -u (PASS. Petr. 6 p. 29, 22 S.). RVFIN. Basil. hom. 2, 8 p. 1743D homini ... -s erectus ad caelum datus est (*gr. p. 216C ἡ ἀνάβλεψις*). Orig. in cant. 4 p. 223, 16 per sensus corporeos, id est per -um lectionis *cgs.* SVLP. SEV. epist. app. 2, 10 p. 238, 4 *oculos* ab -u pauperum numquam avertis (CASSIAN. inst. 5, 15 [*in imag.*] oculorum aciem ab omni -u [*i. circumspectione*] avertens). CASSIAN. inst. 12, 27, 2 ut ... huc illucque stupidus circumferatur -s (*syn.* obtutus). conl. 1, 5, 1 *scopos* subtractus -u. 2, 5, 3 *putei* profunditatem oculorum non attingit -s. 18, 1, 2 primus -s. 23, 3, 4 magna ... et praeclara -u (*cf.* BOETH. cons. 2, 5, 17 W. grata -u species). ANTH. 941, 15 Gratia blando -u. FVLG. myth. 1 praef. p. 14, 15 humanos -us ... vitabat. EVCHER. epist. ad Val. p. 720C trahebaris -u (*syn.* visu). CONC.S I 3 vers. Tur. p. 159, 30 spatii magnitudo rapiens aspectus -um (*gr. I 1,2 p. 88,6 τῆς ὄψεως ... τὴν χρίσιν*). SALV. gub. 3, 38 petulcos ... -us. RVRIC. epist. 2, 9 p. 383, 23 videndo magis exardescit -s (*i. cupiditas videndi*). Ps. EVSEB. GALLIC. hom. p. 621F exspectantis *Stephani martyris* -s armat constantiam triumphantis (*i. q. visio*). PAVL. PETRIC. Mart. 6, 225 -us furalia vota. BOETH. cons. 1, 3, 2 W. -um ... defixi. GREG. TVR. vit. patr. 17 praef. p. 727, 13 proprii -us auctoritate (*al.*). APRING. in apoc. 1, 10 (*in imag.*) vultūs. GREG. M. moral. 2, 36 p. 573B *lucem et tenebras* uno eodemque -u contemplari non possumus (*syn.* contuitu). PALLAD. hist. mon. I 4 p. 265C (*in visu*) divinitatis ... -um (*gr. p. 40, 5B. τῆς θεϊκῆς ὀπτασίας*). MART. BRAC. ira 2 torvus -s (*e Sen. dial. 3, 1, 3* torva facies). *al.*

Ⓘⓘ *deus*: HIER. hom. Orig. in Luc. 32 p. 195, 25 de lumine *dei* ... et -u clariores vestri vultus erunt (HIER. in Is. 24, 19 p. 286C. RVFIN. Orig. princ. 3, 1, 9 p. 208, 32 prospectus et -s dei [*ἔννοιαν*]. EPIST. ed. Morin [RevBén. 34] 2 l. 86 illud *malum* sub dei -u cogitare. VEN. FORT. carm. 9, 2, 76 cuius ad -um sidera terra tremunt [*v. p. 95, 51*]. *al. cf.* CYPR. GALL. exod. 410 serenos domini -us. SALV. gub. 2, 4 generalis divinitatis -s. APRING. in apoc. 2, 5 altissimi [*syn.* protectione]). PRVD. cath. 3, 6 huc nitido ... -u flecte ... faciem. CYPR. GALL. exod. 119 *precantur deum* -us conferre pios plebemque tueri (*v. p. 95, 76*). BOETH. cons. 5, 2, 11 W. cuncta prospiciens providentiae cernit -s. 5, 6, 23 divinus -s (5, 6, 31 VEREC. in cant. 8, 2 p. 102, 11. CAES. AREL. epist. ad virg. 3, 1 p. 48, 18 timeo, ne forsitan aut divinus in te -s aut humana reprehendat opinio [*fere i. q. conscientia*]).

β *metonymice: i. q. oculus* (*de sole quasi oculo caeli l. 38*): Ps. AVG. serm. ed. Mai 75, 5 p. 149fin. *caecus sanatus* faciem propriam ... in ipso salvatoris -u velut in speculo meditatur. 79, 2 p. 155a.med. flammiger caeli fuscatur -s. VITA Hil. Arel. 8 l. 6 C. (*in imag.*) nequeo tuum sauciato -u videre fulgorem. *v. et p. 95, 61.* *i. q. species, figura*: VVLG. Dan. 2, 31 -s *statuae* ... erat terribilis. ACT. Archel. 67, 10 tenebrae ... ex luce sumpserunt -um et yles enfasin vel colorem.

2 *translate:* **a** *spectat ad mentem*: **α** *i. q. vis vel oculus mentis, acumen sim.* (*additur gen. explic. l. 48. 52*): HIER. in eccles. 2 p. 1029C oculi animae et mentis -s contemplationem desiderant spiritualem (DIONYS. EXIG. Conc.S IV 2 p. 198, 33 crassum ... ac nebulosum -um ... mentis expurgans [*gr. aliter*]. *v. et l. 61 sqq.*). hom. Orig. in Luc. 38 p. 223, 8 videmur -um habere maiorem (*οἱ διορατικώτεροι*). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 173, 7 nondum ad -um profecerat spiritalis intelligentiae (*v. l. 43*). MAX. TAVR. hom. 78 p. 420B illum quo Christus videretur reparavit -um. CAES. AREL. serm. 194, 1 p. 746, 4 Iudaeorum ... corruptus -s (*syn.* oculus, obtutus). DIONYS. EXIG. Conc.S IV 2 p. 198, 12 *gentiles* verae ... contemplationis -um *habent* ... erroribus obcaecatum ([*v. p. 95, 48*]. *gr. p. 188, 2 ὄμμα*). *v. et p. 95, 56.*

β *i. q. consideratio, contemplatio, cogitatio sim.* (*imprimis rerum divinarum vel dei; i. q. observatio l. 74 [cf. p. 93, 28]; de ratione cognoscendi l. 70*): AMBR. Abr. 2, 8, 59 p. 613, 7 haec *Abraham* profundo et spiritali considerabat -u (CASSIAN. conl. 9, 3, 2 ut *anima* ... ad ... spiritales -us incipiat sublimari. 10, 8, 5 LEO M. serm. 26, 1 p. 212C. *cf. opp.*: CASSIAN. conl. 12, 12, 2 materiales ac terrenos -us. 20, 9, 4). apol. Dav. I 12, 58 p. 339, 11 in superiora suae mentis extendit -um ([*v. p. 95, 47*]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 7, 2 p. 92, 13. hist. mon. 1 p. 397D *in deum* librare. Orig. in num. 3, 3 p. 16, 25 a terrenis sensibus -u mentis et perspicacia cordis *clevari*. AVG. civ. 20, 14 p. 440, 16 D. MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 4 p. 242med. omnem -um mentis *excedere [gr. p. 18med. πάντα νοῦν. cf. p. 97, 13]. saepe*). Ps. HIER. epist. 149, 6, 2 per columbam perspicacia -us sacramentorum intelligitur (CASSIAN. conl. 9, 7, 1. *cf.* RVFIN. Orig. in num. 11, 5 p. 87, 14 non excitant animas ... ad ... -um supernorum. Orig. in psalm. 36 hom. 4, 1 p. 1349C spiritalium rerum. *al.*). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 216, 5 *ratio fidei* pro -u et inspectione contemplationis capreae ... comparatur (CASSIAN. inst. 2, 12, 2. 6, 3. 8, 1, 1 conl. 12, 12, 4. *al.*). Orig. princ. 4, 4, 8 p. 358, 30 -u perspicaciore. PRVD. ham. 902. 913 *somno* liber ad -um. psych. 486 *Avaritia* alium capit -u fallitque videntem. AVG. spir. et litt. 8, 14 p. 166, 9 (*loquuntur Pelagiani*) *deus* legem dedit, cuius -u noverimus, quemadmodum vivere debeamus (*v. l. 55*). CONSENT. Aug. epist. 119, 2 *nubes mysteriorum dei* nostros arcet -us. CASSIAN. inst. 4, 35 praemittens sui cordis -um (7, 7, 4 conl. 12, 7, 3. HYD. praef. chron. II p. 14, 10 *officium continuandorum chronicorum* fideli suscipiens cordis -u. *al.*). 5, 10 hostis ab hoc (*i. dei*) -u mentem captivare pertemptans (conl. 1, 8, 3 dei solius. 4, 2. *cf.* inst. 10, 3 *actus monachi* non est alius quam -s et contemplatio divinae ... puritatis [conl. praef. prima 5]. *al.*). conl. 10, 11, 6 *oratio incorrupta* nullius imaginis occupatur -u. 12, 5, 5 omnem -um suum, omne studium ... erga cultum sui cordis *defigere*. LEO M. serm. 64, 1 p. 358A fidei (SACR. Leon. p. 107, 8 APRING.

[Hugenschmidt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in apoc. 1, 17). Ps. Leo M. humil. 2 p. 163B accessuri ... ad beatae humilitatis -um (*i. tractationem quaestionis. cf. p. 91, 76*). Conc.S I 5 p. 149, 36 rectae rationis ... -s ([*gr. I 1, 6 p. 120, 17 ὁ τῆς ὀρθότητος λόγος. syn. I 5 p. 261, 19* ratio rectitudinis]. *aliter* Boeth. trin. praef. l. 22 quantum humanae rationis -s ad divinitatis valet celsa conscendere). Evstath. Bas. hex. 1, 4 p. 872A *non* futurae examinationis -u congruam cogitationem de rerum omnium fine ceperunt (*gr. p. 12C τῷ περὶ τῆς κρίσεως λόγῳ*). Boeth. cons. 1, 6, 21 W. perturbationum caligo verum ... confundit -um. herm. pr. 1, 1 p. 43, 23 *simplices intellectus* sine ulla compositione vel divisione animi puro capiuntur -u. Cassiod. Ios. antiq. 6, 13 p. 172med. opera *hominum* ... nudum habent veritatis -um (*cf. gr. 6, 286 ὑπ' ὄψει*). Mvtian. Chrysost. hom. 2, 1 p. 243a.med. *deus* transcendit ... cogitationis -um (*gr. p. 19p.med. τὸν λόγον*). Ven. Fort. vita Albin. 8, 22 fervebat ... pietatis -s. *al.*

b *fere i. q. significatio, sensus sim.* (*sc. verborum; cf. p. 92, 20*): Serv. Aen. 3, 104 p. 360, 8 'medio ponto' potest quidem intellegi ... 'longe a continenti', sed altior est hoc loco poetae -s (*i. sensus a poeta affectatus*). Phoebad. c. Arrian. 7, 39 D. erit apud nos -s nominis statūs (*i. vera interpretatio vocabuli*), erit et illorum sensus in vitio. Cassian. conl. 23, 2, 1 ut ... non nuda significatione verborum, sed eodem quo *Paulus* ... discutiamus -u. Boeth. herm. pr. 1, 1 p. 42, 10 cogitatio ..., quoniam simplicis rei (*e. g.* '*cursūs*') tenet -um, a veritate et falsitate seclusa est; sed quando 'cursum' et 'hominem' iunxero *eqs.*

c *i. q. praetextus, species sim.*: Conc.S II 3, 2 p. 177, 36 si quis ... de fide multitudinem colligens sub -u disputationis tumultum fecerit *eqs.* (*gr. II 1, 2 p. 156, 20 ἐν προσχήματι διαλέξεως*). Salv. eccl. 4, 28 blandieris tibi forsitan ... aliquo religiosae professionis -u. *nota gen. subi.*: Rvfin. Orig. in num. 15, 3 p. 133, 16 etiamsi *homo* iudicantis vel sententiam promentis -u (*i. habitu iudicis*) proferat maledictum, non potest esse iusta maledicendi causa, ubi ignoratur peccantis affectus.

d *i. q. cura, respectus, ratio sim.*: *α usu vario*: Serv. Aen. 12, 770 nullo discrimine: sine (aliquo *add.* Serv. auct.) -u religionis (Ps. Avg. serm. ed. Mai 97, 8 p. 198p.med. mercedis [*cf. l. 78*]. Greg. Tvr. Franc. 5, 14 p. 213, 8 sine ullo dei -u aut timorem. Vigil. Thaps. c. Arrian. 2, 7 p. 202C pudoris). Ambr. Iob 1, 7, 21 p. 225, 1 habet ... iuventas bonae existimationis -um et verecundiam delinquendi (Pass. Max. Secund. Donat. [BHL 5809] 4 p. 113, 33 nullum habens ante oculos -um divitiarum parentum. Cod. Theod. 6, 30, 8 provisionis. Leo M. epist. 159, 6 p. 1138B senilis aetatis. Conc.S II 4 p. 56, 5 vestrae fidei et interventionis [*gr. II 1, 2 p. 59, 26 ἔχοντες τὴν προσοχήν*]). Rvfin. Basil. hom. 5, 6 p. 1768A nullo suae utilitatis -u, sed solo irae ... impulsu (*gr. aliter*). Epist. pontif. 583 Thiel p. 201med. si quis esset -s ecclesiasticae disciplinae (Cassiod. var. 5, 42, 12 aequitatis).

β praepositionis vicem: Ⓘ *abl.* **-u** (*plerumque post genetivum ponitur, sed* -u *antecedit e. g. l. 50. 52. 55, interponitur p. 98, 12. pro gen. succedunt pronom. possess. l. 58. 60, demonstr. l. 77*): Ⓐ *in universum*: ① *hominum, urbis (l. 56), dei (l. 58)* -u: Capitol. Maximin. 16, 2 -u vestri (*i. patrum*) necessitatem *gerendi imperii* libens sustineo (*cf.* Sidon. epist. 4, 7, 2 -u nostri. *cf. l. 58. 60*). Treb. Claud. 1, 1 *Claudius* nobis -u Constanti Caesaris cum cura in litteras digerendus est. Symm. epist. 2, 14 rogantis. Ps. Ambr. act. Seb. 18, 64 *Carini* -u lenta persecutio Diocletiani circa Christianos esse coeperat. Cod. Theod. 13, 1, 16 -u tuae sinceritatis. 13, 5, 30 venerandae urbis -u navicullariis privilegia certa delata sunt (Novell. Valent. 36, 1 Cod. Iust. 1, 2, 16, 1). Avell. p. 545, 13 pertinaciam neque dei neque vestro -u permoveri (*cf.* Ennod. dict. 22, 5 p. 494, 23. Epist. Austras. 47 p. 152, 12 divinitatis [Cassiod. var. 2, 29, 2 quos decet divinitatis -u sublevari]). Epist. RevBén. 51, 1939, 31, 6 vestro -u (32, 3). Cod. Iust. 6, 30, 21, 2 -u domini. *et al.* ② *rerum* (*fere incorp.*; mamillarum *l. 80*) -u (*saepe sensu aut finali [e. g. l. 71. 75. 78. p. 98, 3] aut causali* [*e. g. l. 64. 68. 81*]): Treb. trig. tyr. 5, 2 rebellionis -u minorem ... auctoritatem ... tenuit. Gavdent. serm. 8, 15 G. rationem pandimus, cuius -u perrexerit salvator ad nuptias (Anian. Chrysost. hom. 6, 2 p. 1032in. *magi Iesum* cuius ... adoraverunt rationis -u? [*gr. Migne 57, 63fin. τίνος ... ἕνεκεν*]). Symm. epist. 2, 91, 2 aequitatis. 5, 72 suae honestatis -u ... probatus. Serv. Aen. 10, 812 pietatis -u dimicas pro patris salute (Conc.S I 5 p. 123, 29 [*gr. I 1, 7 p. 41, 37 εὐσεβῶς*]. *al. cf. p. 98, 7*). Comment. Lucan. 4, 509 spem vitae gloriae -u *respuere* (*al.*). Veg. mil. 1, 28 fidei ac devotionis (Cassiod. in psalm. 118, 108 p. 873B non ... utilitatis respectu, sed ... devotionis -u). Heges. 2, 6, 2 morum *Neronis* ... -u atque ignaviae contemptu (*syn. 1, 3* contuitu). Rvfin. Orig. in lev. 7, 1 p. 372, 5 propriae salutis -u ... medici praecepta *servare* (Consvlt. Zacch. 3, 8 p. 112, 21. *al.*). Ps. Rvfin. (= Ivlian. Aecl.) in Am. 6, 2 p. 1085B hoc ... -u ... propheta ... impios principes exsultasse demonstrat. Avg. in Gal. 56 p. 2144med. terrenae mercedis (*cf. l. 34*). Ps. Avg. serm. 79, 2 p. 1899fin. *ut* duriorem sententiam proprii casus (*i. peccati*) -u temperaret. Theod. Prisc. gyn. 5 mamillarum mollium -u omnia moderatius ... adhibenda sunt. log. 105 *lienterici* virium fatigatarum -u ... difficile curabuntur. Avell. p. 629, 6 (*syn.* consideratione). Conc.S II 2, 2 p. 38, 18 fraternitatis -u *corripi* (*gr. II 1, 2 p. 162, 3 ἀδελφικῶς. syn. II 2, 2 p. 59, 6* fraterno ... affectu). Lib. pontif. p. 121, 4 -u (in -u *l. v.*) misericordiae (*al.*). Cassiod. in psalm. 98, 8 p. 696A *Christus* se vermi ... comparavit, non vilitatis -u, sed humilitatis affectu. Greg. M. epist. 3, 7 p. 166, 12 cognoscendae veritatis. *et saepius. ap. ICTos (v. p. 95, 43 sq.)*: Pompon. dig. 40, 4, 4, 2 humanitatis -u valebit legatum (Papin. dig. 46, 1, 47, 1 Vlp. dig. 48, 20, 5, 1. Cod. Iust. 3, 31, 12, 2b libertatis favore et humanitatis -u. *saepe*). Scaev. dig. 32, 41, 2 *filios* ad patrem ... naturalem pietatis -u pertinere (Vlp. dig. 34, 1, 14, 1. *al. v. p. 97, 68*). Tryph. dig. 23, 2, 67, 1 affectionis avitae. Cod. Theod. 7, 4, 34 laborum (13, 3, 14 et antiquorum contemplatione [*syn.*] iussorum et laborum praesentium -u. Cod. Iust. 10, 32, 67, 4. *cf.* Novell. Valent. 1, 2, 1 barbaricae vastitatis. 12, 1 miseriarum). 11, 16, 17 cogendarum -u pensionum. *al.* Ⓑ *in comparatione*: Cassian. conl. 23, 4, 2 *dei* -u etiam ipsi apostoli ... mali esse dicuntur. *ibid.* supernae bonitatis -u.

Ⓘ **prō -ū**: Pacat. c. Porph. frg. 4 (Harnack, SBBerl. 1921, 271) pro divinae contemplationis -u *diligere*. Cod. Theod. 9, 40, 13 (= Iust. 9, 47, 20 pr.) *vindicare* in aliquos severius ... pro causae -u. 11, 24, 6, 6 religionis (Epist. pontif. Arel. 26 p. 39, 13 Epist. Austras. 18 p. 132, 3). Epist. pontif. 592 Schwartz p. 73, 25 tuae aestimationis. 864 Thiel p. 989 pro dei -u (Greg. Tvr. Franc. 6, 32 p. 302, 13 vit. patr. 15, 1 p. 722, 2). Greg. Tvr. vit. patr. 8, 9 p. 699, 22 epistolae. Lex Visig. 9, 2, 7 misericordiae. Caes. Arel. serm. 2 p. 20, 15.

Hugenschmidt.

intultus, -a, -um (*in* Gloss., *ab* inferre) *v. s.* irrogo.

intūmentum, (-ī) *n.* *vox ficta, quasi ab* 1. intus. Isid. orig. 19, 22, 1 indumentum, quod intus ad corpus induitur, quasi -um. *Hi.*

[*? intumeo, (-uī, -ēre). *ab* in *et* tumere. Chiron 761 facias, ut currat non quadrupes et ne si -etur (ut currat quadrupes, set ne syntone [*Heracus in exemplari sua manu adn., cf. gr. Hippiatr. I p. 84, 13 τροχαζέτω μὴ συντόνως*]. *aliter Oder ad l.*). *cf. etiam l. 46 et ALL 3, 1886, 256.*]

***intumēsco**, -uī, -ere. *ab* in *et* tumere. *scribitur* -isc-: Plin. nat. 24, 88 (*l. v.*). Hier. epist. 100, 15, 3 (*l. v.*). Vvlg. gen. 38, 24 (*l. v.*). Favst. Rei. grat. 2, 6 p. 72, 18. *al.* Not. Tir. 70, 43 -uit. 44 -it. Gloss. inflare. *gr. resp.*: *ἐπαίρομαι p. 100, 34. ὀγκοῦμαι l. 63. p. 99, 28 (ἐξογκοῦμαι p. 100, 47). οἰδαίνω p. 99, 21 (ἀνοιδέω p. 99, 11. ἀνοιδίσκομαι l. 66. ἐξοιδέω l. 61. οἴδησις γίνεται p. 99, 23). τυφοῦμαι p. 100, 56. φλεγμαίνω p. 99, 22. 30. φυσιοῦμαι p. 100, 25 (ὑπερφυσάομαι l. 72). legitur inde ab* Hor., Ov., Liv. (*? ap.* Obseq.), Sen. *utroque*, Celso *per totam latinitatem. in vicem formarum praes., quae a metro dactylico prohibentur, poetae utuntur verbo simplici.* [*francog. vet.* entoumir, *hisp.* entumir, entumecer, *catal.* entomir. *R.*] [*variat in codd. c.*: impubescere: Plin. nat. 23, 130 (impubescentem *trad.*, -entem *restit. e* Plin. med. 80, 7). immitescere: *p. 99, 82.* intimescere: Stat. Theb. 1, 412 Cael. Avr. gyn. 1, 77 l. 665 D. intumere: *p. 99, 82. 100, 31.* intonare: *p. 99, 64. cf. l. 47. e coni. dub.*: Ov. epist. 15, 136 (*Micyllus*, intonuisse, incaluisse *trad.*). Tac. ann. 14, 51, 1 (*Muret*).]

I *de actione commutandi se in ambitum ampliorem*: **A** *proprie: fere i. q. increscere, tumidiorem fieri* (*-unt animantes et res corporeae, vox l. 69. nota acced. acc. graec. l. 68*): **1** *generatim*: Hor. epod. 16, 52 *non* -it alta viperis humus (Colvm. 4, 1, 7 repastinata humus ... velut fermento quodam -it [*opp.* subsidit]). Ov. met. 10, 733 *Adonidis cruor nectare sparsus* -uit sic ut ... surgere bulla solet. fast. 6, 700 vidi ... -uisse genas *canentis tibiis*. Lvcan. 4, 631 -uere tori *in corpore Antaei*. Plin. nat. 2, 198 *terra mota* cum -it (-at *l. v.*) adsurgens alternoque motu residit (*opp.*). 2, 233 cadavera ... -entia (*opp.* recentia). 8, 85 colla aspidum. 11, 116 animal. 14, 82 acinos ... madefactos ..., donec -ant (*sic umore tracto* [*cf. et l. 64*]: 24, 88 papyrum praecipuae utilitatis, cum inaruit, ad ... fistulas ... -endo ... aperiendos [*cf. gr. Diosc. 1, 86, 1 ἐξοιδοῦσα*]. Rvfin. Adamant. 5, 16 *coactile* cum infusum fuerit aqua, -ere videtur et crescere, cum vero arefactum fuerit, ad subtilitatem suam redigitur [*ὀγκοῦται*]). 19, 71 *cibi*, qui perfici humano ventre non queant, sed non -ant (*sim. in concoctione*: 22, 136 Hippocrates ... *tisanam* laudavit ..., quoniam in alvo non -ret [*Hippocr. περὶ διαίτ. ὀξ. 10 p. 114, 3 Kue. ἀνοιδίσχεται*]. 23, 135 *mori* poma ..., si non superveniat alius cibus, -unt). *al.* Stat. Theb. 4, 679 Hyrcanae ... iugales (*i. tigres*) -uere iubas (*v. l. 51*). Tac. Germ. 3, 1 obiectis ad os scutis, quo plenior et gravior vox repercussu -at. Avien. ora 183 *de monte, qui ante oculos navigantium exsistere videtur*: Cepresicum iugum -it. Evstath. Bas. hex. 3, 3 p. 892D *liquor* quibusdam interdum reflationibus -it (*i. bullis. gr. p. 57B ὑπερφυσωμένης*).

2 *speciatim*: **a** *de animantibus eorumque corpore (corporis partibus) vel morbo laborantibus vel laesis* (*gravidis p. 99, 16. 17. 24. de ipsis vulneribus p. 99, 6; tumore eo, q. d.* '*inguen*' *p. 99, 13; carbunculo p. 99, 15*): Ov. fast. 1, 215 quibus -uit suffusa venter ab unda (Cels. 4, 15, 2 venter et crura pedesque [*syn.* tument, *opp.* extenuatur]. Colvm. 6, 30, 8 nec emittit ventos). Cels. 3, 22, 2 ut per adsiduas pusulas aut ulcera ... aliquae corporis partes -ant (7, 18, 11 [*syn.* tumet, plenior fit]. Plin. nat. 20, 51 adtritis ... corporis partibus vel si in vesicas -uerint [*syn. Garg. Mart. med. p. 150, 17* tumescent]. Chiron 260 ut aliqua pars cerebri minuabitur vel plus -uerit [*Veg. mulom. 2, 5 p. 98, 20* tumor subcreverit]). 3, 25, 1 corpus emacrescit, os, surae, pedes -unt (*al. v. et l. 77*). 4, 1, 2 glandulae ... interdum cum dolore -unt. 4, 2, 4

[Mühmelt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

humor cutem inflat eaque -it (7, 17, 1A indecore. GREG. M. dial. 2, 26 p. 118, 1 M.). 4, 7, 1 interdum lingua faucesque cum rubore -unt. 4, 16, 1 lienis. 5, 26, 1A vena ... -ens in varicem convertitur (7, 18, 9 [*syn. 7, 18, 8* inflantur]. 6, 14, 3 ad ictum -uit. RVF. podagr. 30 fortiter. *ibid.* tumores ... exurgunt in pedibus et venae -unt). 5, 26, 26A nimis ... -ere vulnus ([*opp.* nihil -ere]. 5, 26, 27B leviter. SEN. epist. 78, 19 CVRT. 4, 6, 19 PLIN. nat. 28, 242. *al. cf.* PLIN. nat. 31, 126 secta recentia non patiuntur -ere). 6, 10, 1 tonsillae sine exulceratione per inflammationem -uerunt (-unt *P*). 6, 18 si ex inflammatione coles -uit. 7, 29, 3 si corpus iam -uit (CVRT. 6, 11, 17 ulceribus. PLIN. nat. 13, 124 [*Theophr. hist. plant. 9, 8, 5 ἀνοιδεῖν*]). 8, 4, 19 si membrana per inflammationem -uerit (*syn.* tumebit). *al.* COLVM. 6, 12, 4 genua. 6, 14, 4 cervix. *ibid.* collum. 6, 17, 7 *oculi.* PLIN. nat. 23, 163 inguen ne -at ex ulcere ([*inde Plin. med. 64, 16* ex ulcere tumescant. *cf. syn.* exsistere *vol. V 2, 1869, 80*]. 28, 218 ex ulcerum causa). 26, 6 *carbunculus non* -ens. *al.* TERT. adv. Val. 17 p. 196, 19 *Achamoth* conceptu statim -uit spiritali. LACT. inst. 4, 12, 1 uterus -uit (HIER. epist. 22, 2, 1 VVLG. gen. 38, 24. *al.*). FIRM. math. 8, 20, 3 *homines malo astro nati* malignis umoribus vitiato corpore -unt et hydropici morientur. PELAGON. 168 si dorsum ab iniuria aut imperitia sedentis -uerit. CHIRON 40 (= 467) nervi ... passi protinus -unt (*gr. Hippiatr. I p. 327, 8 οἰδαίνειν*). 473 (*gr. Hippiatr. I p. 225, 11 φλεγμαίνοντες*). 507 labium statim ei -unt et nares (*gr. Hippiatr. I p. 314, 4 οἴδησις γίνεται, syn.* tumentia loca). *al.* VVLG. Ezech. 16, 7 ubera (*al.*). Iob 16, 17 facies mea -uit a fletu. GREG. TVR. Franc. 1, 24 p. 19, 14 Herodes ... -ens ac scatens vermibus. 10, 29 p. 524, 14 dolorem, ex quo etiam maxilla -uerat. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 263A aquoso languore pervasus in tantum ... pinguedine suae carnis -uit, ut *eqs.* (*gr. p. 35, 7B. ὠγκώθη τὸ σῶμα αὐτοῦ*). 6 p. 275A puer in morem utris totus inflatus supra quam aestimare quis posset -uit ([*gr. p. 55, 2 B. οἰδήσας ... ὡς ἀσκὸς ... τοσοῦτον ἐφλέγμανεν*]. II 10 p. 363D). *al.* *in imag. ad p. 100, 66 spectante*: PERS. 5, 145 calido sub pectore mascula bilis (*i.* '*valida cupiditas*' [*Schol.*]) -uit, quam non extinxerit urna cicutae.

b *in satis et arbustis germinantibus, suco crescentibus, fructus maturantibus* (*de ubertate l. 41*): PLIN. nat. 17, 145 priusquam oculi harundinum -ant (*syn. Colum. 4, 32, 5* egerminent). 19, 16 -ente semine (21, 110. *al.*). 21, 14 cortice mox -ente (23, 130 [*v. p. 98, 43*]). 26, 96 radice ... alternis annis -ente (*v. adn. cr.*) ac residente (*opp.*). TAC. hist. 5, 6, 1 ramus -uit *suco.* PALLAD. 4, 10, 12 per quas *gemmas* spes futuri germinis (*i. futurum germen*) -at. BOETH. cons. 2, 5, 14 W. tua in aestivos fructus -it ubertas. HIL. in Matth. 26, 2 p. 1056C in veris (*i. verni temporis*) ... initiis -it *ficus arbor* (*postea*: tenerescit in frondes).

c *de aquis*: *α fluviorum, fontium sim., quae insurgunt copia adauctae* (*per lusum verborum accedente notione transl. l. 61*): SEN. nat. 3, 1, 1 quare alia *flumina* hibernis aquis -ant, alia in defectu ceterorum amnium crescant (3, 27, 1 -ent rivis [*trad.*, nimbis *J. Müller*] flumina, sed resident. 4, 2, 19 horum montium flumina vere et prima aestate -unt, deinde hibernis minora sunt. PORPH. Hor. carm. 4, 12, 4). MELA 2, 81 Atax ... cum hibernis -uit imbribus usque eo solitus insurgere, ut se ipse non capiat (*cf.* 3, 21 Garunna ... hiberno imbre aut solutis nivibus. PLIN. nat. 6, 128. SOL. 2, 25 Padus -it ... tabefactis nivibus et liquentibus brumae pruinis [*syn.* auctus aquarum accessione. OBSEQ. 40]. 32, 10 Nilus [AMM. 22, 15, 7 superfusis fluctibus]. *al.*). PLIN. nat. 2, 232 fons largus horis singulis semper -it (-entibus *l. v.*) ac residit (SOL. 5, 20 alias quietus et tranquillus ... ad cantus elevatur et ... ultra margines -it. AMM. 23, 6, 19 magnitudine aquarum inflatus seseque resorbens numquam extra margines -it). VVLG. Ios. 3, 16 aquae descendentes *retentae* in uno loco et instar montis -entes. Ezech. 47, 5 -uerant aquae profundi torrentis, qui non potest transvadari. *al.* *per lusum verborum accedente notione: irascendi* (*cf. p. 100, 5*): OV. met. 8, 583 -ui *Achelous*, quantusque, feror cum plurimus umquam, tantus eram, pariterque animis inmanis et undis. SIL. 4, 638 -uit (intonuit *l. v.*) Trebia et stagnis se sustulit imis iamque ferox totum propellit gurgite fontem. *superbiendi* (*cf. p. 100, 13*): CLAVD. 12, 32 Tagus -at auro ... *et* sub vitreis Oceanus luxurietur antris.

β maris, lacuum sim., quae insurgunt vel ventis sim. agitatae vel e reciprocatione aestus accrescentes: SEN. contr. 7, 1, 4 -uerat subitis tempestatibus mare (CVRT. 9, 9, 10 identidem -ens mare et in campos paulo ante siccos descendere superfusum. PLIN. nat. 18, 359 saepe et silentio -it inflatumque altius solito iam intra se esse ventos fatetur. VVLG. Ion. 1, 13 mare ibat et -bat super eos. *al.* CONSVLT. Zacch. 1, 25 p. 31, 18 -ens notis mensibus mare [*syn.* tempestate turbatur]. IORD. Get. 12 ventorum flatibus). COLVM. 8, 17, 10 clatri ... super aquam semper emineant, etiam cum maris aestus -uerit (PLIN. nat. 2, 212 [*opp.* residentes]. 2, 217 octogenis cubitis supra Britanniam -ere aestus. 37, 42). LVCAN. 6, 470 ventis cessantibus aequor -uit (*opp.* conticuit). PLIN. nat. 2, 196 sine flatu -ente fluctu (VVLG. Is. 51, 15 conturbo mare et -unt fluctus eius. Ier. 5, 22. *cf.* PLIN. epist. 8, 20, 5 spatium *lacus* modicum, quod tamen sentiat ventos et fluctibus -at). HIER. epist. 100, 15, 3 rabiem -entium (intumentium, immitescentium *vv. ll.*) gurgitum. in Ier. 6, 27, 3 p. 407, 2 fragor ... gurgitum et undarum -entium (RVFIN. Orig. in gen. 9, 1 p. 86, 21 POMER. 1, 16 p. 431C). *al.*

β *in malam partem* (*nota per abundantiam addi adv.* gravius *l. 84*): SVET. Aug. 19, 1 coniurationes ... prius quam -rent indicio detectas. Nero 27, 1 paulatim -entibus vitiis (LACT. inst. 6, 15, 8 AVG. civ. 15, 7 p. 71, 12 D.). Vesp. 11 libido atque luxuria coercente nullo -erat. TERT. nat. 1, 7, 7 sub Nerone damnatio Christianorum -uit. ITALA gen. 12, 10 (Rufin. Orig. in gen. 16, 3 p. 138, 28. *al.*) -erat fames super terram (*ἐνίσχυσεν, Vulg.* praevaluerat. *sic resp. gr. et* 43, 1 [Lugd.; *Vulg.* terram vehementer premebat]. 47, 4 [Lugd.] -uit ... in terra [*Vulg.* ingravescente]. *saepe*). Is. 25, 8 (Tert. resurr. 54 p. 113, 15. *al.*) devoravit mors -endo ([*ἰσχύσας, Vulg. aliter*]. HIL. in psalm. 51, 18 p. 110, 16 neque mors, quae non nisi per legem decernentis -uit, potest per se in id -ere, ne ... demutabilis sit lege vivendi. *cf.* OROS. apol. 27, 1 regnum ... in universos mortis -uit). Ezech. 9, 9 (Sangall. ed. Dold 1923 p. 230. *al.*) iniquitas ... -uit nimis (*μεγαλύνεται, Vulg.* magna est nimis valde). IREN. 4, 6, 2 nullam ... oportet quaestionem talem esse et tantum -ere, ut ... deum ... mutet (HIL. trin. 1, 34 p. 47B saecularis sapientiae hebetudine -ens). LACT. inst. 4, 14, 17 deus ... cum videret malitiam et falsorum deorum cultūs per orbem terrae ita -isse, ut *eqs.* (epit. 66, 1 [*syn.* crebrescent, praevalebit]). 7, 15, 7 nequitia (*syn.* crevit). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 174, 18 ne penitus dominans iam intra ecclesiam haeresis -at (*cf.* CONC.S I 5 p. 373, 5 schisma [*gr. I 1, 7 p. 75, 18 κρατυνεῖ, syn. I 4 p. 75, 36* confirmabitur]. p. 373, 36 opinio *haeretica* [*gr. I 1, 7 p. 76, 10 κρατυνθείη, syn. I 4 p. 76, 26* obtineat]. ACT. Petr. 6 ne scelestissimi hominis plus -at doctrina). CHIRON 176 per sanguinem morbus pro conceptu -it (GREG. TVR. Franc. 10, 30 p. 525, 25 in pecoribus. *al. cf.* CAEL. AVR. chron. 4, 9, 137 *passio* senescenti corpore gravius -it. GREG. TVR. Mart. 3, 52 p. 645, 2 nausia).

[Mühmelt-Frei]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Avg. conf. 2, 2, 2 -erat super me ira *dei*. Sidon. epist. 4, 8, 3 aestus ac sitis -bant. *al.* *nota de proelio, fere i. q. acrius fieri*: Vvlg. I Macc. 10, 50 fugit exercitus Alexandri et insecutus est eum Demetrius et incubuit super eos et -uit proelium nimis, donec occidit sol (*ἐστερεώθη ὁ πόλεμος, Itala rec. L* confirmatum est, *rec. B* confirmavit [*cum gr. ἐστερέωσεν τὸν πόλεμον*]).

c *-it verbum dei*: Orig. in Matth. 13, 23 p. 243, 6 verbum Christi in hominibus -ens expellit ab eis malignas virtutes.

B *evanida vi incohativa*: Vvlg. III Esdr. 4, 38 veritas manet et -it in aeternum et vivit et obtinet in saecula saeculorum (*ἰσχύει*).

II *sensu praevalendi, superandi (accedente saepius notione pugnandi atque vincendi. subi. est pugna ipsa l. 63)*: A *generaliter*: Plin. paneg. 23, 3 *Traianus* circumfusus ... nunc senatus, nunc equestris ordinis flore, prout alterutrum frequentiae genus -isset.

B *peculiariter in sacra scriptura et ap. eccl., sc. per hebraismum q. d.*: 1 *absolute (add. abl. l. 24)*: Itala exod. 17, 11 (Cypr. testim. 2, 21 p. 89, 15) cum levabat manus Moyses, praevalebat Israel, ubi autem submiserat manus, -bat (-isc- *A*) Amalech (*κατίσχυεν [bis. cf.* Rvfin. Orig. in num. 19, 1 p. 178, 26 factum est, ut ... -ret Israhel, cum autem deponeret manus suas, -bat Amalec], *Vulg.* vincebat, superabat). I reg. 19, 8 (Lucif. Athan. 1, 13 p. 89, 8) -uit David et expugnavit alienigenas et percussit illos plaga magna (*κατίσχυσεν, Vulg.* egressus ... pugnavit). Vvlg. gen. 30, 8 comparavit me deus cum sorore mea et -ui. I Macc. 6, 6 -erunt armis et viribus et spoliis multis, quas ceperunt (*ἐπίσχυσαν*). Luc. 23, 5 illi -bant dicentes (*ἐπίσχυον λέγοντες. cf.* 23, 23 illi instabant vocibus magnis ... et -bant voces eorum [*κατίσχυον. al.*]). Vitae patr. 3, 144 illa hortabatur eum ingredi domum; ... cum autem ille non acquiesceret, illa -uit et traxit eum ad se (*gr. Nau 1909 p. 377 n. 293 βιαζομένη κατίσχυσε*).

2 *additamenta indicant, adversus quem quis -at*: a *per dat.*: Itala Dan. 7, 21 (Ambr. in psalm. 43, 18, 1 p. 275, 28) videbam et cornu illud, quod faciebat pugnam cum sanctis, et -bat eis, donec venit antiquus dierum (*ἴσχυσεν πρὸς αὐτούς, Vulg.* praevalebat). Matth. 16, 18 (Hier. hom. Orig. in Is. 7, 1 p. 280, 9) Petrum, cui portae inferni non -ent (*κατισχύσουσιν, Vulg.* praevalebunt adversus). Vvlg. IV Esdr. 15, 16 alii aliis -entes. Ps. Avg. quaest. test. I 36 ne protectione divina adiuti -rent hostibus. b *per praepp.*: ad: Itala Os. 12, 4 (Tycon. reg. 3 p. 28, 13) *Iacob* in laboribus suis -uit ad deum, et -uit cum angelo et potens factus est (*ἐνίσχυσεν πρὸς θεὸν καὶ ἐνίσχυσεν μετὰ ἀγγέλου καὶ ἐδυνάσθη*, Vvlg. directus est cum angelo et -uit ad angelum et confortatus est). •adversus (adversum): Itala I Macc. 10, 49 (rec. L) insecutus est eum Alexander et -erunt (valuerunt *cod. X*) adversus (super *cod. G*) eos (*ἴσχυσαν ἐπ' αὐτούς, Vulg.* incubuit [*ἴσχυσεν*] super eos, *syn. rec. B* praevaluit). Herm. vulg. vis. 2, 3 hi, qui huiusmodi sunt, -unt adversus omnem nequitiam (*gr. 2, 3, 2 κατισχύσουσιν, Pal.* vincent). Vvlg. Abd. 7 -erunt adversum te viri pacis tuae. *v. et l. 53.* contra: Ps. Philo antiq. 9, 11 verbum ... regis Egipti -bat (-bant *cod.*) contra filios Israel et humiliabantur (*cf. l. 65*). Vvlg. II par. 17, 1 *Iosaphat* -uit contra Israel. act. 19, 6 (*ἴσχυσεν κατ' αὐτῶν*). Greg. Tvr. Franc. 4, 30 p. 163, 1 si ... illi contra vos -uerent (*i.* -erint). cum: Itala gen. 32, 29 (Lugd., Hil. trin. 4, 31 p. 119D. *al.*) Israhel erit nomen tuum, quia -uisti ⌊cum deo⌋ et inter homines potens factus es (⌊adversus deum⌋ *Hil.*; *ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ, Vulg.* contra deum fortis fuisti). *v. et l. 38 sq.* ex: Itala psalm. 138, 6 (Veron., Aug. conf. 11, 19, 25. *al.*) scientia tua ... -uit ⌊ex me⌋, nec potero ad illam (⌊ ⌋ *add. Aug.*; *ἐκραταιώθη, Vulg.* confortata est). in: Itala deut. 32, 43 (Lugd.) -ant in ipsum (*sc. inimicum; locum obscurum sic accepisse videtur interpres*) omnes angeli dei, quia sanguis filiorum ipsius (*sc. dei*) defenditur (*ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ, Vulg. deest*). Os. 10, 11 (Sangall. ed. Dold 1923 p. 268) -am in (-amini *cod.*) Iacob (*ἐνισχύσει αὐτῷ Ιακωβ, Vulg. aliter*). Apon. 8 p. 150 daemones -unt in animam. *v. et l. 67.* super: Ps. Philo antiq. 20, 9 populus ... et Ihesus pugnabant contra Amorrheos, et -ente pugna super inimicos ... consumpti sunt *eqs.* Vvlg. IV reg. 14, 10 percutiens -uisti super Edom. Mal. 3, 13 -erunt super me verba vestra ... et dixistis: quid locuti sumus contra te? (*cf. l. 47*). Pass. Theclae Ca 33 p. 91, 5 leaena ... -uit super ursos (in ursum *Cd*) et occidit eos (*ὑπήντησεν*). *v. et l. 43.*

3 *pendet enunt.*: Filastr. 2, 2 *Caiani dicunt* virtutem maiorem (*sc. diaboli*), quae erat in ipso Cain, -isse ..., ut suum interficeret fratrem.

compos.: superinvalescere.

1. invalēscēns, -entis *v. s.* invalesco.

2. invalēscēns, -entis *adi. ab* in *privativa et* valescens, *secundum* invalidus. *fere i. q. invalidus*: Cassiod. Ios. antiq. 14, 12 p. 399 *Syriam* seditionibus et turbis -entem invenit *Gabinius (gr. 14, 100 νοσοῦσαν)*.

invalētūdinārius (-lit-), -a, -um. *ab* in *et* valetudinarius, *cf.* invaletudo. Gloss.L IV Plac. I 40 invalitudinariorum languentium.

invalētūdo (-lit-), -inis *f. ab* in *et* valetudo *secundum* invalidus (*cf. Wölfflin, ALL 4, 1887, 404 et Frisk, Göteborgs Högskolas Årsskrift 53, 3, 1947, 29*). [*variat in codd. c.* valetudo: Cic. Att. 7, 2, 2. 7, 5, 1. *cf. Wölfflin et Frisk l. 80.*]

fere i. q. infirmitas, debilitas, morbus: Tert. adv. Val. 21 p. 199, 18 demiurgus adeo rerum non erat compos, de animalis scilicet census -e (*Kroymann*, de animalibus, scilicet censu -is *PMF*) spiritalia accedere, ut *eqs.* (*cf. gr. Iren. 1, 5, 4 ἀτονώτερον αὐτὸν ὑπάρχοντα πρός*). Plin. Val. 1, 14 oculi nullam possunt -em sustinere (1, 18p.in. numquam -em patientur). Epist. pontif. 706 Thiel p. 488 in -em corporis ... collapsus. Vitae patr. 7, 19, 3 p. 1041B *hominem* -e illa (*i. elephantiaco morbo*) ... impletum (*syn. Pallad. hist. mon. I 9 p. 280D* valetudine, *gr. aliter*). Greg. M. in euang. 33, 3 p. 1240C Pharisaeus ... de falsa iustitia elatus, vim suae -is exaggerabat (*syn.* aegritudine).

²invalidus, -a, -um. *ab* in *et* validus. *de formis: gen. sg.* -is (*var. lect.; cf.* imbecillis *et* infirmis): *v. l. 62. p. 119, 31. aliter p. 121, 44. comparativus inde a* Ivst. 41, 6, 3. *superlativus inde a* Plin. nat. 8, 130. *cf.* maxime -us: Tac. Agr. 26, 1. *sim. p. 119, 41.* Not. Tir. 64, 9. *de notione*: Synon. Cic. p. 428, 5 B. incontrarius. -us. insufficiens. inpotens. inbecillus. 433, 9 leve. tenue ... -um. exiguum ... infirmum. Gloss.L II Abav. in 339 -a infirma, inrobusta. III Abol. in 249 -us vitiosus (*ad* Verg. Aen. 6, 114). V Aa I 855 infirmus. Gloss. *ἀδύνατος. ἀνίσχυρος. ἀσθενής. ἄτονος. al.* *per λιτότητα v. e. g. p. 120, 12. 19. 22. sg. n.* -um *pro subst. v. p. 120, 51. legitur inde a* Verg., Tib., Ov., Liv. *per totam latinitatem.*

[*variat in codd. c.*: invictus: Flor. epit. 2, 14, 4. validus: Homer. 149 Ivst. 41, 6, 3. *cf. l. 22. 23 sq. e coni.* (*pro* val- *trad.*): Vitr. 6, 1, 4 (-is *Iocundus, del. Nohl*). Chiron 263 (*Oder in ind.*). *al. del.*: Lvcr. 1, 971 (id validis *Lambinus*). Treb. trig. tyr. 11, 3 (hinc validus *Salmasius*). *sensus dubii*: CE 1162, 2 parvulus hic situs est, vixit tris usque per annos inque novem menses -osq(ue) dies (*'i. q. paucos?' Heraeus manu adnotavit in exemplari suo*).]

i. q. ***carens viribus, infirmus, debilis,*** *sive ad sustinendum laborem, defendendam vim illatam, sive ad faciendum, movendum, impetrandum alqd.* (*fere i. q. inefficax e. g. p. 119, 53*): I ***absolute*** *vel c. structuris causam rationemve infirmitatis indicantibus (abl. passim, praep.* per *l. 71. p. 120, 3.* ex *p. 120, 3. nota accedere gen. [cf.* validus *c. gen.] l. 74*): A *de hominibus ipsis eorumque actibus (e. g.* ictus *l. 41. 66. sim.* rebus *p. 119, 47), bestiis, satis arboribusve, necnon de partibus corporis (veneno bestiae p. 119, 53), animo sim.*: 1 *spectantur variae rationes infirmitatis*: a *de eis, quibus suapte natura parvae sunt vires: respicitur*: α *infantia, aetas tenera (in satis l. 41. 46)*: Verg. georg. 3, 189 primo depulsus ab ubere matris *pullus equinus* ... -us etiamque tremens, etiam inscius aevi. Tib. 1, 9, 16 pedes *pueri*. Val. Fl. 5, 24 parentem natorum flet parva manus ..., duret ut -is et adhuc genitoris egenis. Stat. Theb. 8, 580 ictūs *pueri pugnantis*. Sol. 12, 4 *delphini* uberibus fetus alunt, ... -os aliquantisper prosecuntur (*syn.* teneros. *e Plin. nat. 9, 21* infantiā infirmos). Pallad. 4, 9, 12 *asparagi germen primum* confringere debemus, non avellere, ne adhuc -am moveamus sfongeam (*e Colum. 11, 3, 45* vix adhuc validis). 12, 7, 10 defendenda est tenera arbor a pecore solum, ne calcetur -a. Prvd. psych. 292 vidimus horrendum membris animisque Golian -a cecidisse manu (*seq.* puerilis dextera, teneris annis). Clavd. rapt. Pros. 2, 49 -um ... portat *Tethys* Titana ... nondum luce gravem nec pubescentibus alte cristatum radiis *eqs.* Avg. serm. 200, 1, 1 p. 1029 *Christus* -us infantilibus membris, involutus infantilibus pannis. Drac. Romul. 2, 97 Hylas ... licet -us haec pondera (*sc. spolia Herculis*) ferre laborat. Cassiod. in psalm. 24, 6 p. 178C 'delicta ignorantiae' ... ad parvulos pertinere, qui ... -o sensu sopiti *sunt. al.* *in imag.*: Tac. hist. 1, 33, 1 antequam cresceret -a adhuc coniuratio paucorum (*cf. 1, 31, 2* incipiens adhuc et necdum adulta seditio).

β *senectus*: Verg. Aen. 6, 114 pelagique minas caelique ferebat *Anchises* -us, virīs ultra sortemque senectae. 12, 132 matres et volgus inermum -ique senes (Sil. 1, 561 hinc puer -ique senes, hinc femina ferre certat opem. Tac. hist. 1, 6, 1. *al.*). Ov. met. 9, 443 *Minos* tunc erat -us ... *iuvenemque* superbum pertimuit (*syn.* fessos ... annis). Sen. clem. 1, 3, 4 *vitam regis* nonnumquam senis et -i ([-is *N*1]. *sim. iungitur*: Amm. 27, 1, 2 -o et longaevo). dial. 10, 20, 1 senectus ... inter conatus magnos et improbos -a defecit. Lvcan. 5, 275 respice canos -asque manus et inanīs ... lacertos. Sil. 10, 115 cuspis ... senium -o dependens prodidit ictu (*postea*: exsanguem ... dextram. *cf.* Apvl. met. 4, 12, 7 pulsu). 16, 408 Atlantis senio -i. Tac. hist. 1, 9, 1 Hordeonium ... senecta ac debilitate pedum -um, sine constantia, sine auctoritate (3, 65, 1 ann. 3, 43, 3. 13, 6, 3 -us senecta et ignavia Claudius. *v. et p. 121, 22*). 1, 88, 2 primores senatus aetate -i (-a *l. v., deest M*) et longa pace desides (Clavd. Don. Aen. 7, 45 p. 12, 8 -us per aetatem). Firm. math. 1, 8, 6 ille ... iam vergentis aetatis ac vitiosae senectutis -us ... *vitam* sustinet. Dict. 6, 15fin. *Vlixes* mortem obiit senior iam provectae aetatis neque tamen -us virium (*cf. p. 120, 44*). Rvfin. hist. 5, 1, 29 corpore ... -us (*gr. πάνυ ἀσθενὴς τῷ σώματι, syn. 30* senio et languore resolutus).

γ *infirmitas bestiarum (herbarum) quarundam*: Verg. Aen. 12, 262 *miseros* advena bello territat -as ut aves. Plin. nat. 8, 130 -issimum urso caput, quod leoni firmissimum (*sc. ad sustinendos ictus, syn. 11, 132* infirmissima, *ibid. opp.* durissima. *sensum immutavit* Sol. 26, 7 -um ursis caput, vis maxima in brachiis). Homer. 149 -o (*v. l. 21*) pugnantem corpore contra *serpentem* ... matrem *avium*. Vvlg. prov. 30, 26 lepusculus, plebs -a ([*syn.* populus infirmus]. *inde* Evcher. form. 4 p. 26, 17 erinacii, gens -a). Avg. bapt. 2, 7, 10 p. 185, 22 frangitur guttur

[Mühmelt-Frei]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um *ovis* (*syn.* infirma). *sim. de herba*: COLVM. 2, 10, 27 *locus* runcandus est, ne alterius generis herba -am Medicam perimat.

δ *sexus femineus*: STAT. Theb. 5, 378 -is fluitantia tela lacertis . . . spargimus (*sc. Lemniades*). 12, 238 *Menoetes* -ae . . . gradum miratur alumnae (*i. Argiae*). 12, 412 laceros artus *Polynicis* socio conamine portant -ae (*sc. Antigone et Argia*). TAC. ann. 3, 34, 5 sexum natura -um (*syn. 3, 33, 3* imbecillum . . . et imparem laboribus sexum). CYPR. mortal. 10 p. 303, 4 *Tobias* stabilis et firmus . . . temptationi uxoris -ae . . . non cessit. PRVD. ham. 280 *vir* regit -am propria de carne resectam particulam (*syn. 277* sexus male fortis).

ε *condicio hominis comparata cum omnipotentia dei*: PS. HIL. libell. 6 p. 78, 6 *si deus* claritatem suam et potestatem hominibus ostenderet, forsitan omnis creatura -a et casura succumberet. RVFIN. symb. 42 cur . . . tam angustus et -us divinae potentiae aestimator es? PRVD. c. Symm. 2, 103 vim . . . mentis (*sc. hominis eius, qui deum intellectu capere temptet*) . . . -is . . . hebetem subcumbere curis.

b *de eis, quorum vires sive corporis sive animi (e. g. l. 39 sq. 41. 44. 49. 54 sqq.) franguntur*: **α** *generatim*: VERG. georg. 4, 498 *Eurydice retro ad inferos vocata*: -as . . . tibi tendens . . . palmas (SERV. *ad l.*: in umbrae tenuitatem redactas). OV. am. 3, 11, 14 lassus . . . amator -um referens emeritumque latus. trist. 1, 5, 72 illi corpus erat durum patiensque laborum, -ae vires ingenuaeque mihi (*sic spectat ad exercitationem laborum omissam*: 5, 2, 4 corpus . . ., quod ante laborum inpatiens nobis -umque fuit, . . . induruit usu. MART. 3, 46, 6 -um est nobis ingenuumque latus. *cf. et l. 55*). LIV. 5, 38, 8 multos . . . imperitos nandi aut -os, graves loricis . . . hausere gurgites. COLVM. 4, 10, 1 *semina* si admodum -a sunt. PETRON. 89 v. 23 manum ([*cf. 21* fata . . . tardant manus]. ITALA Is. 35, 3 [Hil. in psalm. 54, 8 p. 153, 4] invalescite manus -ae et genua dissoluta [ἀνειμέναι, *Vulg.* dissolutas]). MART. 8, 75, 11 comes -us (*antea*: servulus . . . tam macer, ut minimam posset vix ferre lucernam). IVV. 3, 88 *adulator* longum -i (-is *l. v.*) collum cervicibus aequat Herculis. TAC. hist. 1, 31, 3 *Germani* -is adhuc corporibus et placatis animis, quod eos . . . longa navigatione aegros . . . Galba refovebat (SVET. Galba 20, 1 aegros et -os. *v. et l. 81*). 4, 24, 1 -us corpore (*al. v. et l. 65. p. 118, 75*). PLIN. epist. 6, 16, 19 *stomachus* illi natura -us et angustus et frequenter aestuans erat. FLOR. epit. 4, 10, 8 *aquae noxiae* iam ab -is (*sc. siti*) et avide hauriebantur. TERT. anim. 23, 1 hominem . . . opus futtile et -um et instabile in terra vermis instar palpitasse. ITALA I Macc. 11, 49 (rec. B) -i facti sunt sensibus suis (ἠσθένησαν, *Vulg.* infirmati sunt). IV Esdr. 12, 5 fatigatus sum animo et spiritu meo -us sum valde, et nec modica est in me virtus a multo timore. CYPR. unit. eccl. 9 p. 218, 10 -ae arbores turbinis incursione vertuntur. epist. 59, 18 p. 689, 3 nullus dei sacerdos sic infirmus est . . ., sic inbecillitate humanae mediocritatis -us, . . . cuius non . . . infirmitas vigore . . . domini . . . animetur. ARNOB. nat. 3, 24 p. 128, 21 hoc est . . . proprium dei . . . inexorata beneficia praebere fessis atque -is rebus *humanis*. FIRM. math. 3, 5, 14 ipsos -os faciet (*sc. corpore*), sed in consiliis bonos et graves. 4, 22, 5 erunt minori corpore, deiecti animo, -is viribus (AVSON. 469, 13 p. 4 P. -as vires *poetae ingenium non habentis. al. v. et l. 22*). AVIEN. Arat. 1814 -as segetes torrebit siccior aer (*gr. aliter*). HIER. epist. 3, 1, 2 -um etiam cum sanum est corpusculum crebri fregere morbi. CLAVD. 17, 170 ut . . . morientes . . . hydri lambant -o . . . veneno. AVG. c. acad. 2, 7, 17 p. 35, 18 non usque adeo . . . ingenium tuum esse debet -um, ut . . . succumbas. in euang. Ioh. 98, 4 p. 1882$^{med.}$ -a et inexercitata mente (111, 3 p. 1928$^{med.}$ mens -a et minus . . . pura. *v. et p. 121, 31*). serm. 42, 3, 3 p. 254 -us accedo et loquendo fortis fio. PHYSIOGN. 53 p. 73, 2 cervix, quae soluta et -a est (*Adamant. 2, 21 p. 367, 3* ἀσθενής). 61 p. 83, 8 pectus tenue et -um etiam animi imbecillitatem significat (*Adamant. 2, 15 p. 362, 7* ἀσθενῇ). COD. Theod. 7, 22, 5 veteranorum filii . . . si -i aut imbecilli sint, curiis adgregentur (*syn.* inaptos militiae). *et saepius.*

β *speciatim*: ① *de partu*: VERG. georg. 3, 128 ne . . . -i . . . patrum referant ieiunia nati (*Serv. ad l.*: infirmitatem venientem ex inedia). SEN. contr. 10, 4, 16 vernulas aut omine infausto editos aut corpore -os (*syn.* infirmi et in nullam spem idonei). VAL. MAX. 9, 14 pr. ex robustis -os partus edi (PLIN. nat. 7, 66 [*ex Nigid.*] -i aut non vitales partus eduntur aut saniosi [*cf. Aristot. hist. an. p. 582^{b}, 21* ἀσθενῆ]. 8, 187). NEMES. cyn. 118 *canes* -am . . . dabunt non firmo robore prolem.

② *de aegrotantibus, sauciis* (*eis, quae partu edito fessae sunt: l. 78*): OV. epist. 19, 122 *Acontius ad Cydippen*: -ā te *doleo* (*syn.* te . . . aegra). 20, 207 corpus (CVRT. 7, 9, 13. SCRIB. LARG. 187 salamandra quibus data est . . ., corpus -um fit. *al.*). 20, 245 artus (*syn.* aegra. *al.*). LIV. 10, 34, 12 *milites in urbe deserta* paucos graves aetate aut -os inveniunt. 23, 16, 8 calones lixasque et -os milites vallum ferre. CVRT. 3, 8, 14 saucii quidam et -i, qui agmen non poterant persequi. PLIN. nat. 7, 124 ne medicus crederetur, si umquam -us ullo modo fuisset ipse. 8, 207 index suis -ae cruor in radice saetae dorso evolsae (*cf. Geopon. 19, 6, 5* νοσεῖν). 9, 13 *ballaenae* utero graves pariendive poenis -ae (*cf.* NEMES. cyn. 132 lassato viscere). 11, 230 *feminae* defluvio capitis -ae. TAC. ann. 1, 3, 3 Gaium . . . vulnere -um mors . . . abstulit. 6, 47, 3. SVET. Aug. 13, 1 *Octavianus* bellum, quamquam -us atque aeger, duplici proelio transegit (*sim. iungitur*: IVVENC. 1, 437 Christus donabat . . . -is aegrisque medellam. *cf. supra l. 34*). FRONTO p. 210, 24 v. d. H. (= p. 222 N.) digitis admodum -is nunc utor et detrectantibus.

VOPISC. Car. 12, 2 oculos. HIER. hom. Orig. in Ier. 2, 12 p. 302, 8 si . . . ipse -us per impatientiam doloris contra faciat quam iubetur. CHIRON 149 totius corporis compago . . . per fatigationem nimiam -a fiet ex imbecillitate omnium membrorum. AVG. serm. 5, 8 p. 59$^{p. in.}$ *ad similitudinem Iacob uno pede claudi* ecclesia unum pedem fortiter ponit, alterum -um habet (*v. et p. 118, 39. cf. p. 118, 68*). CONC.^{S} II 2, 1 p. 6, 15 archimandrita . . . -us est (*gr. II 1, 1 p. 128, 6* ἀρρωστεῖ, *syn. l. 11* aegrotat). *ibid.* l. 27 et senex sum et -us (*gr. l. 20* σαθρός). *et saepius.*

c *de eis, qui numero copiarum, opibus, subsidiis parum possunt* (*saepe in re militari. v. et p. 118, 54. 121, 36 sqq.*): LIV. 21, 17, 7 ipse cum haud -o praesidio in Galliam mittebatur (CVRT. 4, 1, 28 Persarum praesidium et sine duce esse et -um). 27, 39, 2 se cum -o exercitu . . . progressurum (41, 6, 6 -o exercitu et magna parte pestilentia absumpto). 41, 2, 3 stationes. FRONTIN. strat. 3, 6, 4 Crotonienses . . . dimisere auxilia destitutique propugnatoribus inopinati et -i capti sunt. TAC. Agr. 26, 1 nonam legionem ut maxime -am . . . adgressi. hist. 1, 38, 1 sine *militibus* . . . quamvis egregia -a sunt (*opp.* robur. *sic n. pl.*: ann. 1, 46, 1 patres et plebem, -a et inermia). 4, 79, 2 Civilis . . . non -us. 5, 8, 3 Iudaei Macedonibus -is, Parthis nondum adultis . . . sibi ipsi reges imposuere. ann. 2, 80, 2 ubi Pisonem . . ., si iure ageretur, potiorem, si armis, non -um vidissent *milites*. PANEG. 4, 28, 5 non quo frons *aciei* imbecilla tractu -o duceretur (*opp.* robustior). IVST. 41, 6, 3 Bactriani . . . bellis fatigati . . . ab -ioribus (*v. p. 118, 21*) Parthis velut oppressi sunt. AMM. 30, 5, 14 Savariam . . . eo -a⟨m⟩ tempore adsiduisque malis adflictam. *al.*

2 *in universum*: VERG. Aen. 5, 717 longaevosque senes ac fessas aequore matres et quidquid tecum -um metuensque pericli est. SEN. dial. 3, 13, 5 iracundissimi infantes senesque et aegri sunt, et -um omne natura querulum est. CVRT. 7, 8, 15 nihil tam firmum est, cui periculum non sit etiam ab -o. COLVM. 6, 23, 1 ut *vacca* -a fortioris ictus effugiat. 11, 1, 7 nec valentissimus possit exequi, quod imperatur, si nesciat, quid agat, nec peritissimus, si sit -us. TAC. hist. 4, 14, 1 *in dilectu habendo* senes aut -os *conquirere*. ann. 12, 43, 1 trepidatione vulgi -us quisque obtriti (SVET. Otho 2). 13, 35, 4 *imperator* laudem strenuis, solacium -is . . . ostendere. 15, 27, 3 validos -osque pari metu complet. 15, 38, 4. GELL. 20, 1, 30 satis esset -o . . . vectabulum (*ad verba legis*: 'si morbus aevitasve escit'. *cf. et p. 121, 25*). ITALA Iob 29, 16 (Cypr. testim. 3, 1 p. 109, 3) -orum pater (ἀδυνάτων, *Vulg.* pauperum). RVFIN. Clement. 2, 60 numquam potentiori -ior spolia *detraxit*. PRVD. c. Symm. 2, 389 ut tutacula nudis -isque paret. COD. Theod. 14, 18 rubr. de mendicantibus non -is. HYD. chron. II p. 30, 186 -ior promiscui generis agitur miseranda captivitas (*i. turba captivorum*). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 71 *infantes aut seniores* viribus -i (*cf. p. 118, 74*). *al.*

B *de deis* (*sim. fama l. 56*): **1** *deo Christianorum*: MIN. FEL. 12, 2 deus . . . non vult aut non potest opitulari suis: ita aut -us aut iniquus est. TERT. adv. Hermog. 8 p. 135, 8 deo . . . minori . . . et -o et minus idoneo . . . facere, quae velit. 38 p. 168, 19 aut -us aut invidus. ITALA I Cor. 1, 25 (Tert. adv. Marc. 2, 2 p. 335, 15) -um dei validius hominibus (*nota n. pro subst.*, τὸ ἀσθενές, *Vulg.* infirmum). VVLG. num. 11, 23 manus domini. RVFIN. Adamant. 4, 8 p. 159, 18 *deus* illo ipso -ior erit, quod *mala* vincere non potest (*cf. gr.* ἀσθενές, *opp.* fortiora). *al.* **2** *deis gentilium*: AVG. civ. 3, 11 p. 109, 16 D. *Numa* alios *deos* providendos existimavit, quos illis prioribus . . . adhiberet . . . tamquam -is adiutores. *al.* *sim. de fama velut dea*: AMM. 16, 10, 17 de fama querebatur ut -a vel maligna, quod . . . erga haec explicanda . . . obsolescit.

C *de rebus* (*v. et p. 118, 33*): **1** *fabrefactis, constructis*: LVCAN. 5, 673 fluctus *Caesarem* -a cum puppe levat. STAT. Theb. 7, 456 discurrunt muris: nil saeptum . . ., nil fidum satis -aeque . . . arces. ITALA I reg. 2, 4 (Cypr. testim. 3, 4 p. 117, 4) -us factus est arcus potentium et infirmi accincti sunt virtute (ἠσθένησεν, *Vulg.* superatus est. AMM. 23, 4, 15). AMM. 16, 2, 1 muros . . . carie vetustatis -os (18, 7, 3. *al.*). 20, 7, 9 moenium . . . membra . . . fragilia intrinsecus et -a (*syn.* intuta . . . carieque nutantia. *v. et p. 121, 34*). CLAVD. 26, 214 quamvis adamante rigentes turribus -is fragiles . . . muri. EVSTATH. Bas. hex. 6, 6 p. 928^{B} textus *aranearum* . . . perrumpit -os (*gr. p. 132^{B}* ἀδρανῆ. *opp.* fortioribus).

2 *rebus naturalibus*: LVCAN. 8, 776 excitat -as . . . flammas (PLIN. nat. 2, 240). STAT. Theb. 10, 116 tenuis . . . -usque nitor (*seq.* languida . . . lumina). TAC. ann. 1, 65, 1 ignes. CENS. 8, 6 valde obliquo et -o lumine *solis*. EVSTATH. Bas. hex. 4, 5 p. 906^{C} *terram* adhuc ex aquarum inundatione deformem atque -am (*gr. p. 88^{C}* οὔπω τὴν οἰκείαν ἀπολαβοῦσαν . . . δύναμιν).

3 *incorporeis*: **a** *in universum*: TAC. ann. 1, 2, 2 -o legum auxilio. ITALA Rom. 8, 3 (Tert. resurr. 46 p. 94, 25) quod . . . -um erat legis (τὸ . . . ἀδύνατον τοῦ νόμου, *Vulg.* quod impossibile erat legi). AVG. grat. Christ. 3, 4 p. 127, 25 illud . . ., quod nobis ex deo est, hoc sit -um (*opp.* valentia ad . . . faciendum bonum).

b *de causis, oratorum scriptorumve argumentis sim., quae vincere, persuadere non valent*: VAL. MAX. 8, 1 absol. 3 defensionis praesidia -ā fide nitebantur. LVCAN. 7, 67 addidit -ae robur facundia causae. VLP. dig. 48, 18, 1, 26 argumentum (*cf.* IREN. 5, 19, 2 *in libro primo*

[Mühmelt-Frei]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

argumenta *haereticorum* ... enarravimus et -um ipsorum et inconstabile in secundo ostendimus). Ps. Avg. quaest. test. I 41, 1 p. 67, 21 -a et inanis adsertio est (*syn.* infirma ... ad causam ... adstruendam). Conc.S I 2 p. 87, 38 -os *iocos* et effectu carentes (*altera versio* I 3 p. 172, 23 lusum -um ... et effectu carentem, *gr. I 1, 3 p. 8, 33 ἀνίσχυρά τε καὶ ἀδρανῆ*). Boetii. herm. sec. 2, 7 p. 170, 26 exempla.

c *de eis, quae iure irrita sunt, non valent*: Edict. imp. Diocl. frg. Vat. 297 liberalitatem, quae non adsignatis instrumentis minime coepta est, -am esse (*cf.* Cod. Iust. 5, 75, 6 pr. dationem). Symm. rel. 19, 2 cum procuratio, quam ... Marciana mandaverat, -a diceretur, quod ante cuidam Principio esset iniuncta. Conc.S I 3 vers. Tur. p. 117, 21 quae gesta sunt contra concilium ..., infecta consistant et penitus -a (*gr. I 1, 3 p. 48, 26 ἄκυρα, syn. p. 117, 15* vacantia). p. 142, 1 et potestatem abolendam et sententiam susceperit inrationabilem existentem et -am per omnem modum et infantilem (*gr. I 1, 3 p. 49, 24 ἀνίσχυρον*). Conc. Rom. a. 502 p. 447, 17 scriptura ([*antea l. 7* nullum ... potuit obligare pontificem. *l. 12* nullis eam viribus sustineri]. Lex Burg. lib. const. 99, 2). Cod. Iust. 5, 14, 9, 2 pactum ... infirmum atque -um ..., ut nulla ex eo procedere possit exactio. *v. et l. 33.*

II *per* ***structuram accedentem*** *indicatur, quid vel agere vel sustinere non valeat aliquis* (*alqd.*): **A** *per praepp.*: ad (*saepe c. gerund.*): Liv. 6, 8, 2 Camillum iam ad munera corporis senecta -um. Val. Max. 5, 3, 4 -ae ad hoc monstrum (*i. Popilium qui Cic. interfecit*) sugillandum litterae. Gell. 20, 1, 11 si homo ... morbo aut aetate aeger ad ingrediendum -us est (*syn.* non idoneus). Apvl. mund. 18 spiritus -us ad terram movendam (*περὶ κόσμ. p. 396a, 13 αὔταρκες*). Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 90, 1 p. 67, 9 fateor -issimum me esse ad ... proelia (*gr. Migne 35, 493A ἀσθενέστερος ... τοῦ πολέμου*). hist. 5, 1, 11 aliqui ... impares et infirmiores inventi et ad ... persecutionis evehendum pondus -i (*gr. ἐνεγκεῖν μὴ δυνάμενοι*). Avg. civ. 11, 2 p. 463, 11 D. mens ... vitiis ... -a est ... ad inhaerendum fruendo *eqs.* (in euang. Ioh. 97, 2 p. 1878med.). Cod. Iust. 4, 44, 8 hoc ... solum ... ad rescindendam emptionem -um est. *al.* adversum, adversus: Tac. ann. 12, 16, 2 moenia non saxo, sed cratibus et vimentis ac media humo adversum inrumpentes -a erant. Frontin. (?) strat. 4, 7, 20 Ptolemaeus adversus Perdiccam exercitu praevalentem ipse -us. Heges. 1, 42, 5 ne adversus duorum potentium opes ... nudo regni nomine -us exponeretur.

B *per casus*: 1 *gen.*: Tert. adv. Marc. 2, 8 p. 345, 14 *deus homini non* legis pondus imposuisset ... -o sustinendi. *aliter p. 118, 74.* 2 *dat.*: *gerund.*: Itala II Macc. 2, 28 (recc. LX) *quinque libros Iasonis uno libro breviamus*, veritatem quidem de singulis exprimendis ⌊conscriptori⌋ (⌊⌋ *om. rec. X*) concedentes, exsequendis autem exemplis brevitatis -i (*cf.* rec. M quae ... recensemus ..., breviamus -i [-is *trad.*]. *gr. cod. A ἀτονοῦντες, Vulg. aliter*). Avg. conf. 7, 18, 24 (*in imag.*) cibum, cui capiendo -us eram. Pomer. 1 prol. 1 p. 415C oneri sustinendo ... mea me rusticitas faciebat -um (*opp.* idoneum). *subst.*: Fvlg. Rvsp. ad Tras. 3, 1 p. 269A sumus ... prorsus ... explicationi tantae profunditatis -i.

C *per inf.*: Avg. c. Arrian. 15, 9 p. 694fin. non quod -us sit unusquisque ..., quod operatur, implere. mor. eccl. 1, 31, 68 p. 1339p. med. nolite caecis hominibus et discernere -is ostentare nostra zizania.

adv. **invalidē.** *i. q. infirme*: Itala thren. 1, 9 (Ambr. in psalm. 118 serm. 9, 5, 1 p. 191, 21) *Hierusalem* cecidit -e (*gr. et Vulg. aliter*). Iren. 1 praef. 3 potenter asseres ... ea, quae -e a nobis relata sunt (*gr. ἀσθενῶς*). Arnob. nat. 7, 45 p. 279, 23 quod si fuerit a vobis dictum, quam infirmiter -eque dicatur, ipsa rerum inaequalitas indicabit. Epiphan. Avell. p. 745, 11 licet -e (-ae *Foggini*) dissertationis possim referre sermonem.

compos.: perinvalidus. *cf.* invalentia, 2. invalescens, invaletudo. *Mühmelt-Frei.*

[invānē. *ab* in vanum. Itala IV Esdr. 4, 16 factus est cogitatus silvae -[a]e (*i. frustratus, ad nihilum redactus est.* -ae *Ambian. m.1*; in vanum, in vano *rell.*).]

invānēsco, -ere. *ab* in *et* vanescere. *i. q. evanescere* (*syn.*): Caes. Arel. serm. 159, 3 p. 616, 27 *homo* incipit cum vanis -ere et vires suas quodammodo velut prodigus erogare: exinanitur, effunditur, mendicus efficitur (*paulum immutatum ex Aug. serm. 96, 2, 2 p. 585p. med., ubi legitur* evanescere).

invānō, invānum *v. s.* vanus *et* in (*vol. VII 1, 762, 75*). *Hi.*

ⁿinvāsio, -ōnis *f. ab* invadere. *scrib.* -vass-: Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 151 (*R*). Gloss. II 321, 12 *ἔφοδος* -o ... impetus. 321, 17 *ἐφόρμησις*. *non legitur ante s. IV.* [*var. lect. v. p. 123, 7.*]

i. q. actus infeste invadendi: 1 *c. notione intrandi, per vim occupandi* (*c. gen. subi. saepe, obi. l. 80. p. 122, 4*): **a** *terrae, urbes bello vexantur*: Clavd. Don. Aen. 11, 825 p. 534, 18 quocirca ... urbem a Troianorum -e defendat. Cassiod. Ios. c. Ap. 1, 151 -em eius (*i. Cyri; gr. τὴν ἔφοδον* [*sic resp. gr. 243. 292*]). 264 -e facta (*gr. ἐπελθόντας*). Cod. Iust. 1, 27, 2, 4 ante -em Vandalorum et Maurorum. Greg. M. epist. 11, 31 p. 301, 13 inimicos nostros ... ad Siciliae -em cognoscimus festinare. **b** *in domum introrumpitur*: Cassiod. hist. 4, 25, 14 adiecit *mulier* ... inquisitionem episcopi et terrorem factum et orationem eius et supervenientium *calumniatorum* repentinas -es *factas in domum* (*Theodoret. 2, 9, 11 τῶν ἐπεισελθόντων τὴν ἔφοδον*). **c** *praedia violenter occupantur*: Symm. rel. 28, 1 -is indignitas. Novell. Valent. 8, 1, 4 -is (-e, -i *ll. vv.*) ... temeritatem. Canon. Dionys. Exig. p. 83, 27 ut ... clerici, qui ... agros vel ... praedia nomine suo conparant, tamquam rerum dominicarum -is crimine teneantur. Inst. Iust. 4, 2, 1 non solum in mobilibus rebus, quae rapi possunt, ... sed etiam in -bus, quae circa res soli fiunt. Greg. M. epist. 9, 145 p. 141, 29 de inlicita quae praetenditur -e. **d** *in hominem (aliter l. 10 sqq.) intrat diabolus*: Ven. Fort. vita Radeg. 30, 71 mulier quaedam dum inimici -e graviter laboraret.

2 *c. notione petendi, violandi, sc. vel homines ipsos (aliter l. 7) vel res mobiles eorum* (*armenta l. 13*): **a** *ab hominibus*: ***α*** *in universum* (*c. gen. subi. saepe, pendet* super *l. 20*): Clavd. Don. Aen. 3, 245 p. 298, 26 *Celaeno* dixit ... iuvencos ... stratos caede *a Troianis* et hoc genere proposuit -is crimen. Ambr. in psalm. 118 serm. 8, 36, 1 p. 171, 11 tempestas iniustae -is. Conc.S II 5 p. 14, 10 *Proterius* -em fugiens contra suam concurrentium necem (*gr. Euagr. Schol. 2, 8 p. 58, 21 τὴν ἔφοδον*). Cassiod. Ios. antiq. 19, 1 p. 555fin. *perimentes Gaium* discedentes ad domum venere Germanici ... et declinantes multitudinis -em esse iam videbantur in requie (*gr. 19, 118 τὴν ἔφοδον*). c. Ap. 1, 85 regum ... factam dicit super pastores -em (*gr. ἐπὶ τοὺς ποιμένας ἐπανάστασιν*). Ps. Qvint. decl. exc. Paris. 14—15 p. 417, 30 (*s. V—VI*) deprehenditur ... violentia cruore ..., -o ictu. Novell. Iust. edict. 8, 3, 1 p. 770, 28 *vicarius dioecesis* resecabit ... adulteria et homicidia et latrocinia et praecipue omnium mulierum raptus et rerum ablationes, -es autem et violentias et omnem talium delictorum enumerationem (*gr. ἐφόδους*). ***β*** *speciatim: opprimuntur mulieres rapiendi, violandi causa* (*c. gen. obi. l. 28*): Avg. civ. 1, 19 p. 32, 30 D. manifesta -e. Op. imperf. in Matth. 31 p. 792fin. feminarum -es. Cod. Iust. 1, 3, 53, 1 (= 9, 13, 1, 1) tempore -is (Novell. Iust. 143 praef.). 1, 3, 53, 5 (= 9, 13, 1, 3) in ipsa -e et rapina.

b *a fame, tentatione*: Cassiod. hist. 7, 31, 5 imperator Valens parvi pendens famis -em venit ad Antiochiam (*gr. aliter*). Greg. M. moral. 12, 22 p. 997C alia est tentatio, quae iustos plerumque subita -e prosternit.

ⁿinvāsor, -ōris *m. ab* invadere. Gloss.L V Aa G 182 grassator latro -r praedator (184 Abba GRA 11. *al.*). Gloss. *ἐφοδιαστής*. *non legitur ante s. IV.*

qui infeste invadit, aggressor, usurpator: **A** *universe*: 1 *praevalente notione locali*: **a** *qui hostiliter vexat terras* (*infernum l. 45*): Ps. Avr. Vict. epit. 35, 2 *Aurelianus* Romanum orbem triennio ab -bus receptavit. Symm. epist. 9, 123 curae sint tibi reliquiae rerum tuarum, quas facinorosus -r exhaustas et laceras reliquit. Ps. Evseb. Gallic. hom. p. 633A (= Ps. Avg. serm. 160, 2 p. 2060med.) *ianitores inferni descendente Christo*: nunquam noster talem excepit tartarus ..., -r est iste, non debitor ..., venit ... eripere, non manere. Cassiod. var. 11, 1, 11 notum est quae pertulerint -es. **b** *qui occupat sedem imperatoriam (l. 55), episcopalem (l. 49. 50. 53. 57; c. gen. obi. l. 49. 50. 53)*: Conc. Rom. a. 381 Migne 13, 580B ut ... nemo esset, qui de lapsis vel certe de factiosis posset episcopatus -bus iudicare. Lib. pontif. p. 121, 22 damnatur Petrus Altinas -r sedis apostolicae et Laurentius Nucerinus, quare vivo episcopo Symmacho pervaserunt sedem eius. Avell. p. 119, 18 cum *Timotheo Alexandrino* ... hoc ... obsistat, quod vivente episcopo tantae sedis -r est. Ennod. opusc. 1, 12 p. 265, 6 *ad Theodericum*: in ipsis congressionis tuae foribus (*i. initio belli a te gesti*) cessit -r (*i. usurpator Basiliscus*), cum profugo *Zenoni imperatori* ... sceptra redderentur. Ven. Fort. carm. 1, 16, 42 leges refutant ambitum *episcopatus*, **-r** omnis pellitur. **c** *qui irrumpit in lectum, i. matrimonium alienum* (*pudorem alienum l. 61; semper c. gen. obi.*): Canon. Migne 13, 1192B *qui de ecclesia ad ecclesiam transeunt*, iussi sunt haberi, quasi relicta uxore ad alienam accesserint ...: talem episcopum, -em pudoris alieni, episcopatu privari iusserunt. Cod. Theod. 9, 38, 6 alienum ... censemus ab indulgentia ..., qui genialis tori ac lectuli fuit -r alieni. Conc.S I 5 p. 316, 1 *Ioseph* tamquam -em cubilis alieni conprehensum (*gr. Migne 83, 1268A ὡς γάμον ἀλλότριον διορύξαντα*). **d** *de diabolo in hominem (aliter l. 69) intrante*: Petr. Chrys. serm. 51 p. 344A volvebatur homo *daemoniacus a Christo sanandus*, sed diabolus torquebatur; invasum vexabat cura, sed -em maiestas iudicis arguebat.

2 *violantur homines* (*aliter l. 65; c. gen. obi.*): Conc.S II 3, 3 p. 75, 27 sic ... odit deus eos, qui adversus patres armantur, ut patrum -es in omni mundo notentur (*gr. II 1, 3 p. 68, 15 τοὺς πατραλοίας*).

B *peculiariter (saepe t. t. iuris civilis): qui occupat res alienas* (*imprimis praedia, fundos sim. [e. g. l. 75. 78], inde sensu laxiore res qualescumque etiam mobiles [e. g. l. 81. p. 123, 3]; c. gen. obi. saepe, e. g. l. 76. 84. p. 123, 17*): Fvlg. aet. mund. p. 159, 14 Acab alienae vineae avarus -r. Ambr. in psalm. 118 serm. 6, 20, 2 p. 118, 21 si possessionem minoris non tamquam sollicitus -r aspicias. Avg. gen. ad litt. 8, 10 p. 245, 11 *paradisi* nullus ... vicinus metuebatur -r, nullus limitis perturbator, nullus fur, nullus adgressor. in psalm. 147, 13 p. 1923in. quid ... habes, quod non *a deo* accepisti? ... de illius das, qui iubet, ut des. praerogator esto, non -r. serm. 15, 9 p. 33, 2 L. multi raptores, -es, spoliatores publice apparent. 17, 4, 4 p. 126med. videmus raptores ... infirmorum oppressores ... vicinorum expulsores ... violentos limitum -es ... calumniatores. Cod. Theod. 2, 26, 1, 1 (= Iust. 8, 4, 5) -r ⌊ille⌋

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(⌊ ⌋ locorum *Iust.*) poena teneatur ..., si tamen vi ⌊ea⌋ (⌊ ⌋ *om. Iust.*) loca eundem invasisse constiterit. 4, 18 (19 Kr.), 1 pr. litigator victus, quem -em alienae rei praedonemve constabit, ... non in sola rei redhibitione teneatur. NOVELL. Valent. 8$^{tit.}$ de -bus. 8, 1, 1 quae patrimoniorum potest esse securitas, si toties insidietur -r, quoties possessores esse contingit absentes? MAX. TAVR. hom. 114 p. 521^{A} nemo nos -es (invasionis *l. v.*) arguit, violentiae nullus accusat. EPIPHAN. in euang. 18 p. 17, 26 istam terram ... possidere non possunt nisi raptores, inmites, superbi, calumniatores, -es. FVLG. RVSP. epist. 1, 17 p. 309^{A} si quis ... rem domino iam devotam ... crediderit denuo reposcendam, non est legitimus rei suae possessor, sed divini iuris pronuntiatur -r. CASSIOD. var. 9, 18, 1 p. 283, 9 iudices ... si -em, cum possint amovere, pertulerint tenere praesumpta (*syn.* praesumptor). COD. Iust. 2, 15, 2 pr. (*a. 439*) ne quis ... titulum audeat ... rebus alienis imponere ..., licet non dominus, licet iniustus possessor ac temerarius -r qui possidet doceatur. 4, 65, 33 (*a. 484*) *conductores rerum alienarum, si eas non restituerint,* aestimationem ... ad similitudinem -is alienae possessionis praebere compellantur (8, 4, 10 pr. [*a. 484*]). GREG. M. epist. 8, 14 p. 17, 2 ablatarum rerum et occupatarum parochiarum *restitutio, ita* ... ut *non* ... de ... damno *iusti possessoris* aliquid lucri -r adquirat. CAES. AREL. serm. 1, 13 p. 12, 18 si aliquis nobis terrenam substantiam tollat, ... iudices ... interpellantes ... praesumimus ... suggerere, ut rem terrenam possimus ab -e recipere. *in imag. occupatur possessio Christi, i. mundus, ecclesia* (*a diabolo e. g. l. 26. 31. 32, ab haereticis l. 27; c. gen. obi. l. 27. 32*): AVG. in epist. Ioh. 4, 1 p. 2005$^{med.}$ foras misso -e (*i. diabolo e cordibus credentium*) habitet redemptor. 7, 11 p. 2035$^{med.}$ *in eos qui schisma fecerunt*: recedite, -es possessionis Christi. in psalm. 21, 2, 26 p. 177$^{fin.}$ *ad Christum*: ad frustum Africae remansisti, totum mundum perdidisti: effudisti sanguinem pro toto, sed -em passus es. PETR. CHRYS. serm. 17 p. 245^{A} *diabolo et Christo est* quod puniendo et iudici, quod regi et desertori, quod -i et domino. ARNOB. ad Greg. 18 p. 421, 3 *divitias animabus debitas* cottidie -r bonorum elaborat eripere. CASSIOD. in psalm. 44, 13 p. 325^{C} foeda erat *ecclesia,* cum eam tenebat -r; pulchra facta est, cum ad suum remeavit auctorem. *Stiewe.*

invāsto, -āvī, -āre. *ab* in *et* vastare. *i. q. invadendo vastare*: THEOD. MOPS. epit. in psalm. 33, 8 ad p. 161, 8—9 *angelus* -vit Assirios (*gr. l. 8 πατάξας*).

1. invāsus, -a, -um *v. s.* invado.

2. invāsus, -ūs *m. ab* invadere. *dub.*: GLOSS.^{L} I Ansil. IN 1923 invaso (*pro* -u *?*) pervasione. III Abol. IN 221 inva⟨sus⟩ invasio. *i. q. accessus* (*sc. morbi*): CAEL. AVR. chron. 1, 4, 82 non solum ⟨in⟩ his, qui iam saepe admoniti passione videntur, sed etiam in illis, qui primo -u afficiuntur.

inūber, -eris *adi. ab* in *et* uber. *i. q. parum repletus, tenuis*: GELL. 20, 8, 3 cum *ostreae* ... multae quidem, sed -es (uberes *Q*) macraeque ... essent.

inūbero, -āre. *ab* in (*praep.*) *et* uber, *cf.* exuberare. *i. q. uberem facere*: HERACL. Alc. Avit. epist. 54 p. 83, 25 me ... collocutionis vestrae lima componit omnesque (omnisque *S*) in commune praedicationum vestrarum cultus -at.

inūdo, -āre. *ab* in *et* udare. *i. q. udum facere*: PAVL. NOL. carm. 18, 418 *boves dominum* lambunt ... mulcentem labrisque manus palpantis -ant (inumant, inhumanant, inundant *vv. ll.*).

invēcillus *v. s.* imbecillus *vol. VII 1, 416, 44.* *Hi.*

invectābilis, -e. *ab* invectare. *i. qua invehi potest* (*sc. navibus*): EVSTATH. Bas. hex. 4, 7 p. 909^{B} bonum ... videtur mare, quia constringit insulas ... et quia classibus -em praestat accessum (*gr. aliter*).

invectīcius, -a, -um. *ab* invehere; *cf. Leumann, Glotta 9, 1918, 155.* [*variat in codd. c.* inventicius: SEN. epist. 23, 5.]

qui (quod) extrinsecus importatur (*cf. p. 127, 73*): PLIN. nat. 10, 79 quippe cum Theophrastus tradat -as esse in Asia etiam columbas et pavones et cervos et in Cyrenaica vocales ranas. AMBR. off. 3, 7, 49 p. 160^{B} certe arriserat anni fecunditas, -o urbs sola (*i. Roma*) egebat frumento. *in imag.*: SEN. epist. 23, 5 haec, quibus delectatur vulgus, tenuem habent ... voluptatem, et quodcumque -um (*v. l. 60*) gaudium est, fundamento caret.

***invectio,** -ōnis *f. ab* invehere; *cf.* invectus, (-ūs). *plur.*: AVG. util. cred. 18, 36 p. 46, 29 GREG. M. moral. 23, 32 p. 270^{B}. *v. et p. 124, 17. 52. 68. 71.* GLOSS.^{L} II Philox. IN 718 -o *ἐπίπληξις.* GLOSS. *ἐπόχησις. legitur apud* CIC., COLVM. *et frequentius inde ab* APVL. [*variat in codd. c.*: inventio: CIC. fin. 5, 70 DON. Ter. Ad. 60 p. 20, 13 CLAVD. DON. Aen. 3, 245 p. 298, 17 PS. ORIG. tract. 16 p. 170, 13. p. 171, 9 EVAGR. alterc. p. 52, 9 B. iniectio: CIC. inv. 2, 164 (*loco corrupto*). *e coni. pro trad.* invent-: DON. Ter. Andr. 236 p. 101, 10 (*R. Stephanus, idem* Hec. 532). CLAVD. DON. Aen. 3, 40 p. 266, 8 (*Georgii*). *v. et p. 124, 73.*]

1 *proprie cum vi praep.* in *locali* (*metonymice p. 124, 4. 11*): **a** *derivatur a verbo act., i. q. actus inferendi, importandi* (*c. gen. obi. semper*): CIC. off. 2, 13 et earum rerum, quibus abundaremus, exportatio et earum, quibus egeremus, -o certe nulla esset, nisi iis muneribus homines fungerentur (*cf. Aristot. pol. 1, 3, 13 p. 1257^{a}, 32 τῷ εἰσάγεσθαι ὧν ἐνδεεῖς καὶ ἐκπέμπειν ὧν ἐπλεόναζον*). COLVM. 12, 25, 1 in mediterraneo, quo non est facilis aquae marinae -o, sic erit ad condituras conficienda muria. AMBR. obit. Valent. 24 ecce post triduum litterae de instruendis mansionibus, -o ornamentorum regalium, aliaque huiusmodi quae ingressurum iter imperatorem significarent. *metonymice, i. q. res importans*: AMBR. hex. 3, 5, 22 p. 74, 3 bonum *est* mare, tamquam hospitium fluviorum, fons imbrium, dirivatio adluvionum, -o conmeatum (-uum, commeantum *vv. ll.*).

b *derivatur a verbo mediopass.*: *α i. q. actus intrandi* (*sc. ostium fluminis, portum*): CIC. fin. 5, 70 quem Tiberina descensio festo illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum, cum regem Persem captum adduceret, eodem flumine -o? (invecto, inventio *vv. ll.*). *metonymice, i. q. locus per quem intratur, portus*: ITALA Ezech. 27, 3 (Weing.) dices ad Sor, quae habitat in introitum maris, -i populorum ab insulis multis ([*sim.* Wirc. in -e populorum]. *τῷ ἐμπορίῳ, Vulg.* negotiationi). *β in versione vocis graecae q. e. κίνησις: i. q. motus* (*orbium caelestium, cf. p. 131, 11*): APVL. mund. 2 *altitudo aetheria* quae divinas et inmortales vivacitates ignium pascens ordinatis ac semper aequalibus -bus solvitur atque reparatur (*περὶ κόσμ. 2 p. 392^{a}, 30 ὁ αἰθὴρ ... ἐμπεριέχων ... τὴν τῆς κινήσεως τάξιν*).

2 *translate cum vi praep.* in *adversativa* (*derivatur a verbo mediopass.*): **a** *sensu strictiore: per orationem, verba sim., fere i. q. increpatio, vituperatio, reprehensio* (*i. q. oratio invectiva e. g. l. 27. 36. 52. differt ab obiurgatione v. l. 32 sqq. pendet gen. subi. l. 49. 68. obi. l. 42. 44. 54. qualitatis l. 29. definitivus q. d. l. 79. 82. 83. praep.* ad *l. 48.* contra *l. 45. 57.* ex *l. 50.* in *c. acc. e. g. l. 40. 42. 60. sequitur enuntiatum per* quod *l. 41. 57*): PORPH. Hor. carm. 2, 14, 25 'absumet heres Caecuba *eqs.*': haec cum -e dicuntur, corripientia eum. DON. Ter. Andr. 236 p. 101, 10 principium ab -e (*v. p. 123, 75*) est, in qua primo ut hominem accusat *Pamphilus Simonem,* deinde ut patrem. Hec. 683 'aliquando tandem *eqs.*' mira ⌊instantis temporis⌋ (⌊ ⌋ *Schoell* [*coll. Prisc. gramm. III 82, 19*], eius temporis, est tempus *trad.*) -o. Ad. 60 invenies huiusmodi interrogationem vel -is (*v. p. 123, 72*) principio convenire vel obiurgationis (*sim. opp.*: CLAVD. DON. Aen. 4, 265 p. 388, 28 si melius consideretur mens dictionis istius [*i. Mercurii*], obiurgatio est, non -o; commonefacit enim eum [*i. Aeneam*] utilitatis suae). LVCIF. non parc. 21 p. 254, 19 cum Paulum dicat scriptura sancta repletum spiritu sancto illam dixisse -em. SERV. Aen. 4, 364 sequitur ... -o *Didonis in Aeneam,* quae semper statu caret (*ad similem spectat definitionem rhet.*: CLAVD. DON. Aen. 1, 130 p. 35, 27. 3, 245 p. 298, 17 -o [*v. p. 123, 73*], quam oportuit non habere principia; fuit enim irascentis). ADNOT. Lucan. 8, 781 'quam metuis' -o in Cordum, quod metuat deprehendi. SCHOL. Pers. 1, 67 'in luxum' i. in satiram, quae -em hominum continet. SCHOL. Cic. Bob. p. 146, 6 sic in te fiet -o, ne quid de Caesaris honore minuatur. p. 166, 4 *edictum* quod sub nomine ipsius (*i. Racilii*) Cicero scripsit in -em P. Clodi. p. 169, 18 Clodius -em (inquisitionem *Niebuhr*) sibi non tantum contra Milonem, verum etiam contra ipsum M. Tullium contumeliosam simul atque asperam depoposcit (*syn. p. 169, 25* insectationi). Gron. C p. 350, 30 'quid est *eqs.*' -o ad Metellum. CLAVD. DON. Aen. 2, 40 p. 152, 18 'o miseri *eqs.*' -o ardentis hominis non contumeliosa in civis, sed pro statu publico necessaria. 3, 40 p. 266, 8 quamvis non sit *locus iste* -o (*v. p. 123, 76*) ex persona defuncti. FVLG. myth. 1 praef. p. 9, 6 *Calliope*: post ... Catonum rigores Tullianasque severas -es et Varroniana ingenia ... satyrā luseram. AMBR. in Luc. 8, 21 p. 401, 1 ne quem ... austera percellat -o. paenit. 1, 13, 60 p. 484^{C} -o fornicationis, accusatio incesti, reprehensio tumoris. HEGES. 5, 7, 2 *Titus* dicens ... satis ... in universos *milites* vindicatum *esse* -is auctoritate (*syn. postea* correptionem). HIER. in Hab. 2, 15 p. 1300^{C} adhuc contra Nabuchodonosor -o est, quod ... alteri homini fel et amaritudinem propinarit. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 2 p. 542^{B} cum interpretem librorum toto -is suae textu ... incuset et laceret *Hieronymus.* 2, 29 p. 608^{B} quo profecit tua ista in nos -o? Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 16 p. 681 quam (*i. inhumanitatem Flori*) licet argueret Agrippa, tamen ... -em suam in Iudaeos transtulit (*paulo aliter gr. 2, 337 τὴν ὀργήν*). Ps. RVFIN. (= IVLIAN AECL.) in Os. 1, 1 p. 962^{D} *prophetas* dignas ingentesque caussas -is habuisse. 12, 7 p. 1023^{B} hanc ... -is speciem. 13, 6 p. 1027^{D} per -is tenorem. Ps. ORIG. tract. 16 p. 170, 13 aliud est ... visionem dicere, aliud -is (*Batiffol,* -bus *trad., v. et p. 123, 73*) verba proferre (*syn. p. 170, 8* intentione. *cf. infra l. 82*). AVG. mor. eccl. 1, 1, 1 p. 1310$^{fin.}$ quemadmodum Manichaeorum -bus, quibus in ... vetus testamentum ... impie feruntur, ... possimus occurrere (c. Petil. 2, 92, 203, p. 126, 18 cum ... in ... catholicos huius -is impetu fereris). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 203 p. 1333$^{fin.}$ -um officium legentium censura supplebit. EPIST. pontif. 1056 Conc.^{S} IV 2 p. 113, 17 (= GREG. M. epist. app. 3, 3 p. 450, 33) vi districtae -is (*Hiltbrunner in schedis,* inventionis *trad.*) increpamur, qua per prophetam dominus dicit (*syn.* increpationis). GREG. M. moral. 5, 29 p. 695^{A} amici Iob a reverentia mansuetae locutionis incipiunt, sed usque ad iacula asperrimae -is erumpunt. 16, 35 p. 1138^{C} qui ... sibi in conspectu dei iudicium ponit, os suum increpationibus replet, quia dum ... examen tremendi ... iudicis contemplatur, amarae se poenitentiae -e persequitur. 26, 46 p. 376^{D} (= past. 2, 6 p. 36^{C}) illorum *delinquentium quos corrigimus* ... per nos vitia disciplinae vigore feriuntur, in his vero quae ipsi committimus, ne verbi quidem ab aliquo -e laceramur ([*cf. l. 66*]. *sim.* past. 3, 22 p. 91^{C} per -em vocis). *et saepe. v. et p. 125, 31.*

b *sensu laxiore: fere i. q. ira, commotio animi* (*cf. et l. 62*): *[Stiewe]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Greg. M. moral. 3, 24 p. 611C sollicite quisque consideret ea quae malo voto perpetrantur, quanta dominus animadversione puniat, si inchoata bono studio, sed neglegentiae indiscretionis admista, tanta -e castigat. *i. q. aggressio*: Greg. M. moral. 3, 65 p. 631C amici beati Iob quasi pro consolatione conveniunt, sed in contumelias erumpunt, quia insidiantia vitia virtutum faciem sumunt, sed hostili -e nos feriunt.

invectīvāliter *adv. ab* invectiva. *i. q. criminose, contumeliose*: Sidon. epist. 1, 11, 2 *versus satirici* qui satis -r abusi nominum nuditate carpebant plurimum vitia, plus homines.

invectīvus, -a, -um. *ab* invehi. Gloss. καταφορικός. [*del.*: Pvblil. I 62 invectibe ([*i.* -vae] *trad.*, maledicae [*W. Meyer*] *vel sim. desiderat metrum*).]

[*confund. in codd. saepius c.: simpl.* videre (*nota* ī visa *falso pro* -sa OV. Pont. 4, 14, 5 [*γ*]): CIC. de orat. 1, 161. HOR. carm. 3, 27, 71 -sus. SEN. epist. 20, 9. 104, 9. *al.* invadere: FVLG. myth. 1, 21 NOVELL. Theod. 22, 2, 2. *et v. p. 108, 80.* irridere (inr-): VERG. Aen. 4, 541 -sam. ASCON. Mil. p. 35, 2 -sum. VVLG. Gal. 5,26. *al.* -sus *c.*: iniussus, iniussu: LIV. 2, 43, 9 -si (*falso*). LVCAN. 9, 1069. *al. et v. vol. VII 1, 1685, 41. 1686, 5. 27. 31.* iniustus: LVCAN. 8, 491 -sa. invictus: SEN. Herc. f. 664 -si. invitus *saepe falso pro* -sus, *e. g.* PROP. 3, 7, 52. OV. Pont. 1, 9, 21 (*G*). 2, 8, 64 (*β[1]*). *cf. l. 11.* *e coni.*: PLAVT. Rud. 700 (indignum id *T*, *om. cett.*, -sas *Camerarius*). CIC. Font. 34 (invitus *trad.*, -sus *Manutius. sic* invit- *falso trad.*: LIV. perioch. 3 p. 8, 3 -so [*Drakenborch*]. *cf. l. 8*). *al.* *e suppl. e. g. l. 41. p. 193, 45 et* CIC. epist. frg. VIII (VII Sj.) 13 res mihi ⟨-sae⟩ visae sunt (*Regius*). LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 2, 26 liberi, quos aliqua⟨mdiu sors invi⟩derat (*Mommsen, aliter Vollmer*). *dub. vel falso trad.*: VARRO ling. 6, 80 *v. p. 191, 19.* CIC. Tusc. 3, 3 naturam -isse (naturae vim vidisse *Madvig*). VAL. FL. 5, 507 -eris (*fort.* incideris, *v. MusHelv. 13, 1956, 169 sqq.*). *al.* *vix huc pertinet etiam* MART. 1, 115, 1 -e Procille (*vocat. adi., ut vid.; imperativi forma alibi non invenitur*).]

i. q. ***obliquis, malignis oculis videre*** *(cf. Wünsch, RhM. 69, 1914, 133 sqq.–Seligmann, Die Zauberkraft des Auges und das Berufen, 1922. Stiewe, MusHelv. 16, 1959, 166 sqq. adde, quae p. 212, 10 notata sunt)*:

verbum activum (*et pass.*):

I *exempla certa, quae respiciunt ad* ***malam vim oculi:*** *i. q. fascinare oculo (quae notio pellucet aliquatenus e. g. l. 56. p. 193, 45; cf. et p. 196, 60)*: ACC. trag. 424 quis mortalis (quisnam *l. v.*) florem liberum (*gen.*) -it meum? CATVLL. 5, 12 ne quis malus -ere possit, cum tantum sciat esse basiorum. HIER. in Gal. 3, 1 p. 347[C] quod vel invidus aliena felicitate crucietur vel is, in quo bona sint aliqua, alio fascinante, id est -ente, noceatur. CIL VIII 10689, 2 neminem debere mo⟨r⟩ti me(ae?) invide⟨n⟩do labor⟨are⟩ et in *Christo* (*monogramma pro nomine*) resurges. 24513 (= INSCR. christ. Diehl 2476), 4 qui Bonifatiu(m) -et (*v. p. 191, 21*). INSCR. christ. Diehl 4741, 2 -ere (*v. p. 191, 22*) noli.

II *respicit ad* ***affectum*** *(aliter p. 194, 63)* ***animi lividi et maligni*** (*transfertur ad res saepius*): **A** *usu communi: i. q. livere, maligno animo esse*: **1** *absolute*: PLAVT. Epid. 109 (*om. A*) qui -ent, omnes inimicos mihi ... repperi. Mil. 839 quoniam aemulari non licet, nunc -es. Most. 307 *v. p. 193, 9.* Truc. 745 (746) qui (*Itali*, quid *trad.*) -ent, egent. TER. Eun. 412 illi -ere (*inf. hist.*) misere, verum unus tamen inpense. CIL I[2] 2662, 10 (*fortasse a. 101 a. Chr.*) invid⟨ea⟩nt, dum *eqs.* CIC. Balb. 57 more hominum -ent, ... rodunt, ... vellicant, ... malo dente carpunt. de orat. 2, 185 ut aut oderint aut diligant aut -ant aut salvom velint *reum iudices*. Brut. 188 favet odit contemnit -et *audiens multitudo*. Tusc. 3, 7 misereri, -ere, gestire, laetari, haec omnia morbos Graeci appellant. *al.* VERG. ecl. 1, 11 non equidem -o, miror magis (NVX 33). *al.* OV. epist. 2, 79 illa, nec -o, fruitur ... marito (*in parenthesi ut* Pont. 1, 8, 8 trist. 1, 1, 1). 15, 221 (223) rumpor et -o ..., membra ... cum tua ... fovet *Menelaus. al.* LIV. 30, 30, 30 quoad ipsi (id ipsi *l. v.*) -ere dei (*i. -erunt*). SEN. dial. 10, 20, 1 cum videris ... celebre in foro nomen, ne -eris! PLIN. nat. 16, 134 *non omnia in omnibus locis nascuntur* alias ⌞caelo -ente, alias⌟ (⌞ ⌟ *om. pars codd.*) solo repugnante. 35, 63 *Zeuxis versum scripsit* -surum aliquem facilius quam imitaturum *esse* ([*gr. Varro Men. 381 μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται*]. *sic opp.*: CIL IV 7527 imitari decet, non -ere). STAT. silv. 2, 2, 96 nec -ant ... Dicarchi moenia! MART. 9, 76, 6 (*de morte pueri*) -it de tribus *Parcis* una soror. 11, 75, 7 ne videaris -ere, servo ... fibulam remitte! QVINT. inst. 11, 1, 17 -ent humiliores; hoc vitium est eorum, qui nec cedere volunt nec possunt contendere. TAC. dial. 25, 6 Calvum et Asinium et ... Ciceronem credo solitos et -ere et livere et ceteris ... vitiis affici. TERT. anim. 39, 1 idem, qui in primordio -it (*i. diabolus*). LAMPR. Alex. 38, 6 ne -as (*v. p. 191, 28*) livore[m] mentis. *et saepe.*

2 *accedunt*: **a** *casus simplex*: ***α*** *dat.*: Ⓘ *personae sim.* (apibus *p. 193, 6*): PLAVT. Bacch. 544 (*interpol.?*) sibi ne -atur, ... cavent. Capt. 583 est miserorum, ut malevolentes sint atque -ant bonis (SALL. Catil. 37, 3. 51, 38 *maiores nostri* imitari quam -ere bonis [bonos *l. v.*] malebant. *al.*). Curc. 180 dum mi abstineant -ere. Persa 776 bene ei qui -et mi et ei qui hoc gaudet. Pseud. 1135 illis quibus *bene* est. Stich. 733 neuter ⟨ne⟩utri -et. Truc. 743 (744) mavelim mihi inimicos -ere (*Itali*, inimicus -rem *trad.*) quam me⟨d⟩ inimicis meis. 745 (746) quibus -etur, i rem habent. TER. Eun. 410 -ere (*inf. hist.*) omnes mihi, mordere clanculum. LVCIL. 704 nulli me -ere, non strabonem fieri saepius deliciis me istorum. CIC. Verr. II 4, 26 *ad Mamertinos*: Reginis, quorum civitati -etis. Phil. 2, 90 me tui miseret, quod tibi -eris (OV. fast. 2, 591 *Iuturna* -et ipsa sibi. PLIN. epist. 1, 15, 3 -isti [invisti *l. v.*] ... mihi, sed tamen et tibi. *al.*). de orat. 2, 209 -ent ... homines maxime paribus aut inferioribus, cum se relictos sentiunt ...; sed etiam superioribus -etur (-entur *l. v.*) saepe vehementer. ac. 2, 7 non solum vivis, sed etiam mortuis. Tim. 9 probus ... -et nemini (*gr. 29E ἀγαθῷ ... οὐδεὶς ... ἐγγίγνεται φθόνος*). Att. 4, 1, 8 praesentibus *nobis* occulte irasci, aperte -ere. ad Q. fr. 1, 1, 44 ne ... tibi parum consuluisse, sed etiam tuis -isse videaris. *al.* VERG. georg. 2, 499 habenti. OV. epist. 13, 137 (135) Troasin (*Salmasius*, Troas, Troa-

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

das *trad.*) -o. *al.* Sen. Herc. O. 1511 *Iuno* mortali. apocol. 9, 6 *ad singulos deos*: noli mihi -ere. dial. 12, 9, 9 fratri tuo mors (*opp.* consuluerit). *al.* Plin. nat. 30, 89 nullum animal fraudulentius -ere (-eri *l. v.*) homini *quam stelionem* (*Theophr. frg. 175 W. φθονῶν*). Mart. 1, 40, 2 omnibus -as, livide, nemo tibi. Ps. Qvint. decl. 13, 12 p. 258, 13 inauditus ... livor ... apibus. Fronto p. 54, 11 v.d.H. (= p. 59 N.) ne liveant neve -ant invicem amici tui sibi. Cypr. zel. 17 p. 431, 22 dilige illos, quibus iniustis obtrectationibus -bas. *et saepe.* Ⓘ *rei* (*hic illic per προσωποποιΐαν*): Plavt. Most. 307 qui -ent, ne umquam eorum quisquam -at (*v. p. 191, 27*) prosus commodis ([*B*², commodi *trad.*]. Cic. Verr. II 3, 217 de orat. 2, 207. *al.*). Cic. Verr. II 1, 4 -isse vestrae laudi videretur *Verres* (p. red. ad Quir. 21 laudi et dignitati meae. *al.* Plin. epist. 9, 23, 6 nec ullius ... laudibus. *al.*). Cluent. 170 huius *viri* ... vitae. leg. agr. 2, 103 ut ... illi, qui honori -erunt meo, tamen vos ... in consule deligendo plurimum vidisse fateantur (Sall. Iug. 85, 18. Verg. Aen. 5, 541 nec ... Eurytion praelato -it honori [*cf. p. 194, 44*]. *al.*). Flacc. 82 -isti ingenio subscriptoris tui, ⌊quod ornabat facile locum, quem prenderat⌋ (⌊ ⌋ *c. seqq. iungunt pars edd.*). Vatin. 24 cuius *Luculli* tu rebus gestis ... vehementius -bas. Balb. 15 virtuti (Phil. 10, 1 Caes. Gall. 2, 31, 5. Sall. Catil. 58, 21 quodsi virtuti vostrae fortuna -erit. *al.*). Deiot. 34 valde ... -endum est eius statuis, cuius tropaeis non -emus (-imus *l. v. cf. 33* te in invidia esse, ... animos ... vehementer offensos). Phil. 6, 9 numquam faciet *Antonius*; non -bit huic meae gloriae. 8, 31 ne alterius labori -rent (*opp.* imitarentur). 9, 4 novitati (fam. 1, 7, 8 video non ... novitati esse -sum meae. *cf. p. 197, 50*). de orat. 2, 210 -etur ... praestanti florentique fortunae (Liv. 22, 59, 10. 45, 22, 4. Vell. 1, 10, 4 si quis *deorum* ... -ret operibus ac fortunae suae [*i. Pauli*]. *al.*). fam. 7, 33, 1 non erat causa -endi *Hirtio*, nisi forte ipsius eloquentiae magis quam quod me audiret, -res. *al.* Verg. Aen. 9, 655 Apollo ... paribus non -et armis. Lydia 1 -o vobis, agri (8. 20). Hor. carm. 1, 29, 1 Arabum ... gazis. 2, 6, 20 Aulon ... minimum Falernis -et uvis. Ov. am. 2, 15, 8 -o donis ... ipse meis. 3, 10, 6 nec minus humanis -et ulla *dea* bonis *quam Ceres. al.* Sen. epist. 68, 9 malo ignoscas otio meo quam -as ([*v. p. 191, 27*]. Mart. 1, 113, 4 si ... -bis otio tuo. *al.*). *al.* Petron. 80, 7 attulissem mihi ... manus, si non inimici victoriae -rem (*L*, -issem *pt*). Plin. nat. 29, 124 pavones ... hominum utilitatibus. Val. Fl. 2, 607 (608) nec Inois noster sinus -et undis. Stat. silv. 5, 1, 149 rapidae sic obvia puppi -et ... aura. Tac. ann. 15, 63, 2 non -bo exemplo (*sunt qui ad p. 195, 19 trahant*). CE 1279, 5 -ere (*i. -erunt*) meis annis crudelia fata. *et saepe.*

β acc. (*fere in sermone vulgari, cf. et exempla sub tit. I posita. passive l. 46. 50; cf.* -endus *p. 196, 42. acc. falso trad. p. 192, 84, in falsa l. v. e. g. p. 192, 67. nota aliter p. 194, 65sq., ubi subauditur dat.*):
Ⓘ *personae*: CE 54, 3 (*aet. fere Sullanae*) quam *gnatam*, nei esset, credo, nesci⟨oqui i⟩nveidit deus (*cf. p. 194, 69*). 56, 1 (*aet. fere Caesarianae*) boneis probata, -sa (*v. p. 191, 23*) sum a nulla proba. Itala Gal. 5, 26 (Theod. Mops. *ad l.* p. 102, 20) non efficiamur vanae gloriae appetitores, alterutrum provocantes, alterutrum -entes (*ἀλλήλοις* [*ἀλλήλους l. v.*] *φθονοῦντες*, Vvlg. invicem -entes [*v. p. 192, 5*]). Fvlg. aet. mund. p. 172, 8 conlator lucis (*i. Christus*) ab adversariis -etur. Ps. Orig. in Iob 1 p. 411ᶜ Iob (*obi.*) zelatur et -et *diabolus*. p. 412ᶜ *deus ad diabolum*: non ... eum *Iob* zelatus fuisses, non ... eum -res. Avg. serm. coll. Morin p. 246, 22 -it ... stantem *hominem*, qui iam ceciderat (*i. diabolus. at cf.* in psalm. 58 serm. 2, 5 p. 709$^{med.}$ stanti [*al.*]).
Ⓘ *rei*: Acc. trag. 215 id quod multi -ant multique expetant (Nep. Thras. 4, 2). Hor. sat. 1, 9, 25 -at quod et Hermogenes, ego canto. Stat. Theb. 8, 68 *Dis ad Tisiphonen*: ede nefas, quod mirer ego -antque sorores. Min. Fel. 31, 8 nos, quod -etis, fratres vocamus. Priscill. tract. 3, 67 cum testamentum scribturarum diabolus -ret (3, 71 quod -et. Ambr. parad. 12, 54 p. 312, 2 quod. *cf.* Vigil. Trid. ad Ioh. 3 p. 553ᶜ -it ruina diaboli culmen *ecclesiae*. Prvd. cath. 7, 201 quod atri livor hostis -et). Schol. Verg. Bern. ecl. 1 praef. Meliboeus -ens felicitatem Tityri ..., quia ... redditi sunt sibi agri (*ibid.* admirantis vel -entis). Fvlg. myth. 1, 21 cuius *Medusae* regnum opimum Perseus -ens (*v. p. 192, 3*). 3, 5 nec -o fortunas eius *Tantali* (*gr. Eur. Orest. 4 aliter οὐκ ὀνειδίζω τύχας*). Avg. in psalm. 118 serm. 12, 5 p. 1535$^{med.}$ suspicari ... non videndo quod latet, et -endo quod eminet. Caes. Arel. serm. 71, 2 p. 288, 23 *avarus* pecuniam aut ... negat indigentibus propriam, aut -et alienam.

b *dat. et acc.* (*passive l. 73. 74. 78; acc. vix pendet ab* -ere: Liv. 44, 30, 4 Val. Fl. 2, 375): Plavt. Most. 51 quasi -ere mihi hoc (*acc. an abl.?*) videre (*i. -ris*), Grumio, quia mihi bene est. Cic. Mur. 88 quid (qui *l. v.*) -endum Murenae aut cuiquam nostrum sit in hoc ... consulatu. fam. 9, 16, 5 quid mihi nunc -eri potest? Cael. Cic. fam. 8, 4, 1 hoc tibi non -o, caruisse te ... spectaculo. Verg. georg. 1, 504 iam pridem nobis caeli te regia, Caesar, -et. Hor. sat. 1, 6, 50 non, ut forsit honorem iure mihi -at quivis, ita te quoque amicum (Porph. *ad l.* quod virtute ... quis adsequitur, -eri [*W*, -ere *cett.*] ei non debet. *cf.* Ov. fast. 4, 86 sunt qui tibi mensis honorem eripuisse velint -antque, Venus). epist. 1, 14, 41 -et usum lignorum ... tibi calo. Qvint. decl. 388 p. 434, 23 nec sane -imus isti *uxori* honorata viri iudicia. Gell. 15, 31, 3 operis pulchritudinem ... Rhodiis. Apvl. apol. 22 magis mihi peram quam nuptias ... -isses. Tert. pudic. 8, 4 licet et Christiano reconciliationem dei ... -at *Iudaeus*. 9, 18 -entes nationibus salutem *Iudaei*. Lact. inst. 5, 12, 11 eam *sapientiam* nobis. Ambr. in Luc. 7, 239 p. 388, 23 cui *fratri* ... beneficium paternae benedictionis. *al.* Heges. 1, 3 p. 9, 15 fratribus ... amorem naturae. 1, 42, 6 p. 104, 7 quod ... nepotibus -ret (-retur *l. v.*) dispositas copularum societates *Antipater. al.* Greg. M. dial. 2, 8 p. 91, 3 M. mos pravorum est -ere aliis virtutis bonum (bono *duo codd.*), quod ipsi habere non appetunt. *et saepe.*

c *structurae variae* (*saepius etiam c. dat.*): ***α abl. causae***: Cic. Lael. 59 recte factis commodisque amicorum necesse erit angi dolere -ere (*per zeugma*). *v. et l. 19. 58. p. 193, 71. aliter separ. p. 195, 20.*

β praepp.: de: Cassiod. var. 12, 24, 5 habitatio similis universa concludit, nesciunt de penatibus -ere *Veneti*. in: (*alicui*) *in aliqua re*: Cic. Mur. 88 *v. p. 193, 73.* Flacc. 70 adfers ... purpuram Tyriam, in qua tibi -o, quod unis vestimentis tam diu lautus es. de orat. 2, 228 nisi ... in hoc Crasso paulum -rem. Manil. 4, 565 nimium indulgens rebus fortuna secundis -et in facie (faciem *l. v.*) saevitque ... fronti. Avg. civ. 1, 28 p. 44, 16 D. in hoc *bono* ... aliquibus. 15, 5 p. 64, 26 nec in hoc alter alteri (*i. Cain fratri*) -it, quod ... dominatus fieret angustior ..., si ambo dominarentur ..., sed invidentiā illā diabolicā, qua -ent bonis mali, nulla alia causa, nisi quia illi boni sunt *eqs. al.* Cassiod. hist. 6, 34, 6 *Iulianus* -ens decertatoribus veritatis in appellatione martyrii (*Theodoret. 3, 15, 8 φθονῶν τοῖς ... ἀθληταῖς τῆς ... προσηγορίας*). Diff. ed. Beck p. 63, 8 invidus est qui alterius in felicitate -et. *in aliquid*: Isid. diff. 2, 165 meliori -et in id, quod *eqs. aliquid in aliquo* (*cf. p. 195, 13*): Avg. c. Cresc. 4, 64, 79 p. 579, 2 non -emus in parte Donati pacem damnatorum. serm. 205, 2 p. 1040$^{med.}$ donum dei ... nullus in altero -at, ... irrideat. Gennad. dogm. 57 (26 T.) quod in se perdiderat, -it in aliis *diabolus*. ob: Sen. dial. 3, 16, 6 si bono viro ob mala facinora irasci convenit, et ob secundas res malorum hominum -ere conveniet. Vvlg. gen. 26, 14 ob hoc -entes ei (*i. Isaac*) Palestini. propter: Cic. fam. 1, 9, 2 quos tibi partim inimicos esse intellegis propter tuam propugnationem salutis meae, partim -ere propter illius actionis ... gloriam. Sen. epist. 87, 34 multis ... propter sapientiam, multis propter iustitiam -etur. Qvint. decl. 327 p. 286, 21 *noverca* voluit ... nihil in domo habere, propter quod privignis -ret. super: Vvlg. deut. 28, 56 mulier ... -bit viro suo ... super filii et filiae carnibus *eqs.* (*cf. p. 195, 51*).

γ inf., acc. c. inf.: Plavt. Bacch. 543 nullus est, quoi non -ant (qui non -at *P*, *deest A*) rem secundam optingere. Truc. 744 (745) -ere alii bene esse, tibi male esse, miseria est. Cic. de orat. 2, 228 esse ... facetum atque salsum non nimis est per se ipsum -endum. Cael. Cic. fam. *v. p. 193, 75.* Sil. 15, 512 *Hasdrubal in culmine Alpium*: neve usque ad sidera adisse -at laevus nobis deus. Philarg. Verg. ecl. 1, 74 rec. I pastor ... -et se non habere illud, quo Tityrus utitur. Clavd. Don. Aen. 5, 540 p. 486, 19 nec -it ... Eurytion honorem victoriae ... ad Acesten ... esse translatum (*cf. p. 193, 16*). Constantivs vita Germ. 13 p. 260, 4 qui *daemones* ... tales viros pertendere ad recipiendam populorum salutem lividis iniquitatibus -rent (-erunt *l. v.*). *al.*

δ enunt. per: quia: Plavt. *v. p. 193, 72.* Filastr. 1, 1 ei (*i. serpenti*) deum -isse ..., quia scientiam ... detulit mulieri bonae rei atque malae. Avg. in psalm. 44, 22 p. 508$^{med.}$ ideo ... magis illi *Paulo* -bant, quia ... in illo gratia praevalebat. 139, 8 p. 1807$^{med.}$ *al. v. et l. 19. p. 193, 63.* quod: Cic. *v. l. 13. p. 193, 17. 29.* Pollio Cic. fam. 10, 31, 6 -o illi ..., quod ambulat et iocatur tecum. Pers. 3, 73 nec -as (*v. p. 191, 28*), quod multa fidelia putet *eqs.* Stat. Theb. 11, 390 solum ..., quod ante vocasti, -o. Plin. epist. 4, 3, 5 -o Graecis, quod illorum lingua scribere maluisti. Fronto p. 2, 22 v.d.H. (= p. 5 N.) mihi, quod a te ... diligar. Itala gen. 37, 4 (Cassian. conl. 18, 16, 11 p. 530, 5. *al.*) -bant ... ei (*i. Ioseph*) fratres sui, eo quod diligeret eum pater ([*aliter gr. ἰδόντες ... ἐμίσησαν c. Vulg.; cf.* Vvlg. gen. 37, 11 -bant ... ei fratres sui]. Ambr. parad. 12, 54 p. 311, 20). *al. sent. interrogativam*: Hier. epist. 21, 41, 2 novissimo *operario* -es, cur tecum denarium ... consequatur (*cf. Vulg. Matth. 20, 1sqq.*).

B *significantius*: **1** *c. sensu separativo, i. q. maligne negare (sive non tribuendo, retinendo sive adimendo, eripiendo. cf. gr. φθονέω τινί τινος): accedunt*: **a** *casus*: ***α dat. (subauditur e. g. l. 75. 81. 82) et acc.***: Catvll. 64, 170 Fors ... nostris -it questibus aures. Verg. ecl. 7, 58 Liber pampineas -it collibus umbras. Aen. 4, 234 Ascanione pater Romanas -et arces? 8, 509 mihi ... senectus -et imperium. 11, 43 tene ..., miserande puer, ... -it Fortuna mihi, ne regna videres nostra? ([*cf. p. 193, 45*]. Apvl. apol. 21 mihi ... divitias. *al.*). Ciris 277 nec mihi ... -as ... mortem. Hor. carm. 4, 2, 24 *Pindarus* vires *iuvenis* ... -et Orco. Ov. Pont. 2, 8, 59 quod quoniam nobis -it ... fatum (CIL XIV 472, 10 [*a. 144?*] si eum ... fata rebus humanis non -issent). Manil. 2, 143 quibus illa *astra* sacros non -ere (*i. -erunt*) meatus notitiamque sui. 4, 874 quae *bona* nec deus -et ipse (4, 915 faciem caeli non -et orbi. Tert. adv. Marc. 2, 10 p. 348, 11 quasi deus illis *hominibus* -isset divinitatem. *al.*). Val. Max. 4, 3 ext. 1 ne eiusdem laudis commemorationem externis -amus. Cvrt. 9, 4, 21 ne -rent sibi laudem, quam peteret. Petron. 129, 8 homini ... misero non -o (invenio *l. v.*) medicinam. Plin. nat. 15, 8 Cereri ... natura concessit *Africae solum*, oleum ac vinum non -it tantum. Sil. 4, 400 nec famam -it Apollo. Stat. Ach. 1, 937 te nox una deditque -itque mihi. Ps. Qvint. decl. 16, 8 p. 298, 12 mihi (me *l. v.*) ... poenam meam. Calp. decl. 4 p. 4, 16 mihi ... carcerem. Tert. adv. Marc. 4, 25 p. 505, 6

[Stiewe]
digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quibus *parvulis* nihil creator -erat. SPART. Sept. Sev. 19, 5 quarum *ianuarum* forma ... statim usum publicum -it. 20, 3 unum *filiorum* parricidium, alterum sui mores rei publicae -erunt. IVL. VAL. 2, 33 p. 105, 4 non -as sepulturam (*gr. Hist. Alex. M. I p. 91, 23 Kr. θάψον με*). HIL. in psalm. 125, 5 p. 608, 13 officium suum corpori -ere (*syn.* adimere). AVIEN. Arat. 963 Erigone ... virgineos ... pudens zonae super -et (imminet *edd.*) artus (*gr. aliter; de explicatione v. vol. II 711, 45*). COD. Theod. 13, 5, 13 si quem *naviculariorum* aut necessitas fatalis aut inopia repentina aut aliquis casus -erit, ... oportebit idoneum subrogari. ENNOD. opusc. 2, 5 p. 289, 2 -et sibi ipse victoriam. CE 1053, 4 tertius ac decumus -it lumina vesper (*sc. puellae*). *et saepe.*

passive: CLAVD. DON. Aen. 4, 350 p. 404, 19 cur Teucris -etur Italia? AMBR. virg. 2, 4, 24 altera nobis (in nobis *l. v.*) -etur corona. AVG. civ. 15, 13 p. 82, 23 D. de -enda gentibus veritate. SIDON. epist. 3, 11, 1 *ad Simplicium*: ut etiam nunc nostris -aris obtutibus. *al.*

β *gen. partit.* (*v. Löfstedt, Synt. II 416; subauditur dat.*): HOR. sat. 2, 6, 84 neque ille *mus rusticus* sepositi ciceris nec longae -it avenae. HIL. in psalm. 2, 15 p. 48, 11 deus bonorum eorum, quae in se sunt aeterna, non -ens. **γ** *dat. (subauditur l. 27. 29. 30; v. et p. 191, 54. 193, 39) et abl.*: LIV. 2, 40, 11 non -erunt laude sua mulieribus viri ([laudes suas *l. v.*]. PLIN. epist. 2, 10, 2 quousque et tibi et nobis -bis, tibi maxima laude [maximas laudes γ], nobis voluptate? [voluptates γ]). SEN. dial. 7, 23, 3 quid ... est, quare illis *opibus* bono loco -at *sapiens*? 7, 24, 5 ut tibi rationem reddam, qua nulli mortalium -o. nat. 4 praef. 7 nec -bo (-o *l. v.*) ... vobis hac arte. LVCAN. 7, 798 *Caesar* -et igne rogi miseris (miseros, miserus *vv. ll.*). PLIN. nat. 8, 115 *cervi* latent amissis *cornibus* ... bono suo -entes (PLIN. epist. 1, 10, 12 neque ... -o aliis bono [bonum βγδ], quo ipse careo). TAC. Germ. 33, 1 *dei* ne spectaculo quidem proelii -ere (*i. -erunt*). ann. 1, 22, 2 ne hostes quidem sepultura -ent. PLIN. epist. 2, 20, 8 quid -etis bona morte (bonam mortem γδ, bona mortis β), cui dare vitam non potestis? 3, 8, 2 quem augere honoribus cupias, huic pietatis titulis -ere. 7, 28, 2 quid -ent mihi felicissimo errore? (errorem γδ). 9, 13, 5 non ita gloriae meae faverim, ut vobis societate (societatem *l. v.*) eius (ius γδ) -am. paneg. 86, 2 non quietis gloria (gloriam *codd. plurimi*) cuiquam -ere.

b *inf., acc. (nom. l. 38) c. inf.* (*hic illic etiam c. dat.; cf. p. 196, 28*): HOR. sat. 1, 2, 100 plurima, quae -ant pure adparere tibi rem. carm. 1, 37, 30 *Cleopatra* saevis Liburnis ... -ens privata deduci ... triumpho (PORPH. *ad l.* -ens ..., ne *eqs.*). OV. met. 4, 157 *nos*, ut quos ... amor ... iunxit, conponi tumulo non -atis eodem. OCTAVIA 904 -et ... cur in patria mihi saeva *regina* mori? VITA Anton. epil. p. 93, 16 contra nostrum propositum hoc *fecimus* ..., non quasi -entes facere, sed scientes *eqs.* AMBR. Tob. 10, 36 p. 538, 4 non -o ... pignus vestrum reservare. CE 1388, 2 (*a. 577*) impia mors ... -it meritis criscere (*i. crescere*) magna tuis. CIL VI 16709, 4 quod a t⟨e m⟩ihi fieri ... iniqua fortuna -it, hoc ego tibi feci mater. INSCR. Epigraphica 3, 1941 p. 162 -uit fatus, quod dederat, frui mecum. *al.*

c *sent. prohibitiva q. d. (sive c. dat. sive non) per*: ne (*cf. p. 193, 44. 194, 70*): VAL. FL. 3, 306 -ere (*i. -erunt*) dei, ne ... haec rursus adirem litora. PS. QVINT. decl. 10, 3 p. 191, 11 *pater* -it matri, ne filio frueretur. PORPH. *l. 39*. VVLG. deut. 28, 54 homo ... -bit fratri suo et uxori ..., ne det eis de carnibus filiorum (*cf. p. 194, 35*). AVG. civ. 9, 17 p. 392, 24 D. *al.* quominus: TERT. resurr. 15 p. 45, 13 *humana censura* nec parcens nec -ens illis *ministris facti*, quominus cum auctoribus ... communicent fructum. ut (ut non *l. 60*): VERG. Aen. 11, 269 -isse deos, ... ut ... coniugium ... et ... Calydona viderem? (CLAVD. DON. *ad l.* p. 450, 20 duo ... mihi -erunt dii, quae videre cupiebam, ut *eqs.*). AMBR. hex. 5, 18, 58 p. 185, 7 non ... his *filiis*, ut id communiter habeant ..., -ere (*gr. Basil. hex. 8, 6 p. 180A παρέχειν*). HIER. adv. Pelag. 1, 19 p. 513C cur -erit *deus* creaturis, ut non omnes eadem polleant maiestate. 1, 20 p. 514A quasi aut -erit aut non potuerit deus praestare imagini ... suae, ut in omnibus respondeat suo creatori. AVG. vera relig. 46, 86 p. 161in. non ... illi *proximo* ..., ut. *al.*

2 *c. sensu adversativo, i. q. maligne obsistere* (*loci manifestiores; transeunt huc e. g. p. 193, 14. 23. 36*): PLIN. nat. 18, 4 *hominum*, dirarum alitum modo, tenebris ... suis et ipsarum noctium quieti -entium gemitu. 35, 156 *Arcesilao traditur* a Lucullo ... signum Felicitatis locatum, cui mors utriusque -erit. TAC. ann. 13, 53, 3 -it operi Aelius Gracilis ... deterrendo Veterem, ne legiones alienae provinciae inferret (PETR. CHRYS. serm. 97 p. 473A nostro operi non potuimus -ere [*seq.* offensam ... comparare]). PS. APVL. Ascl. 12 nec sinit *animam* partem divinitatis agnoscere -ens inmortalitati (immortalitatem *Bradwardine*) malignitas. PACIAN. epist. 1, 5 p. 16 quis naufrago tabulam ... eripiet? quis sanandis vulneribus -bit? EPIST. episc. (a. 411) Aug. epist. 128, 3 p. 32, 26 cur domini aeternis lucris pro nostris temporalibus sublimitatibus -emus? AVG. serm. ad Caesar. 1 p. 168, 23 numquam ... ita honorem nostrum fovemus, ut unitati *ecclesiae* -amus. *al.*

III *respicit ad* ***affectum animi exacerbati*** *sim.: fere i. q. indignari, succensere (loci manifestiores; transit huc e. g. p. 193, 21): accedunt*: **A** *casus* (*passive l. 81*): HOR. ars 56 ego cur, adquirere pauca *nova verba* si possum, -or? (PORPH. *ad l.* '-or' posuit pro '-etur mihi'. SCHOL. Hor. *ad l.* dum de fingendis verbis loquitur, secundum Graecos ipse fincxit '-or'. -or idest invidiam patior, nam -or negatur posse dici, aut -or prohibeor [*sim.* epist. 1, 5, 21]). LIV. 5, 27, 12 *Falisci* victoriā, cui nec deus nec homo quisquam -at, victi (*sc. clementia Camilli*). STAT. Theb. 5, 649 *Lycurgus* angitur ad lituos perituisque -et armis *Argivorum*. IVV. 7, 93 haut ... -as vati, quem pulpita pascunt. PANEG. 12, 4, 4 te, Constantine, paterna pietas sequebatur, illum (*i. Maxentium Maximiani suppositum filium*), ut falso generi non -amus, impietas. HIL. in Matth. 21, 5 p. 1037A -ent ... puerorum clamoribus principes sacerdotum (*cf. Matth. 21, 15 ἠγανάκτησαν, Vulg.* indignati sunt). PRISCILL. tract. 3, 71 p. 54, 27 quomodo nos ... sanctorum respuimus profetationes et ... his, qui deum profetaverint, -emus? FAVST. REI. grat. 2, 4 p. 67, 10 tu ... divinae ne -as bonitati, si opus, quod a me illo adiuvante bene gestum est, ... perdiderim. *al.*

B *inf., acc. c. inf.* (*enunt. per* quod *l. 13. 14*): LVCAN. 2, 551 *Pompeius*: his *prostratis* te ... iungere, Caesar, -o nostrasque manus quod Roma furenti *tibi* opposuit (ADNOT. Lucan. *ad l.* id est -o, quod te ego sim perempturus). AVSON. 404, 23 p. 237 P. -bam devio ... loco opus camenarum tegi. SIGISM. Alc. Avit. epist. 94 p. 102, 10 licet, quidquid ad manus vestras pervenit, vergatur in pauperes atque idcirco ille vos forsitan dehortetur accipere, qui -et erogare. GREG. TVR. Iul. 7 p. 568, 8 columba ... circa eum (*i. Hillidium*) est visa decurrere. quod ne quis -at confictum *esse* de columba *eqs.*

verbum deponens:

i. q. livere, maligno animo esse (*i. q. maligne negare l. 28. exstat nonnisi in sermone vulgari [v. Heraeus, Kl. Schr. p. 126], cf.* zelor *l. 29. exempla certa praesentis temporis desunt; semidep.* -o, -sus sum *suspicatus est Hofmann, IF. 43, 1926, 110 [ad l. 32]. cf. p. 198, 84. 206, 15*): **1** *perf.*: CE 1590, 5 (= CIL XIII 6808, 13. *circa a. 160*) huic *puero* ... -sae *sunt* Parcae sollemnem celebrare diem (*i. natalem primum. seq.* invidiā superum). PS. PHILO antiq. 32, 1 zelati sunt eum *Abraham* omnes angeli, et -si sunt ei cultores miliciarum (*syn. 32, 2* zelarent). VITAE patr. 5, 7, 10 p. 894C daemones ... videntes fiduciam eius *Macarii* -si sunt (*gr. Cot. p. 535 ἐφθόνησαν*). CE 1170, 13 (= CIL XI 531, 11) *puer mortuus*: fortuna -sa (*v. p. 191, 25*) est, spes est frustrata parentes. **2** *praes.* (*loci dubii, v. l. 25; in falsa l. v. e. g.* CYPR. zel. 1 p. 419, 2 HIER. epist. 21, 34, 8 *et p. 192, 79. 193, 3. 194, 4*): MIN. FEL. 38, 7 quid ingrati sumus, quid nobis -emur? (*cod., quod def. Martin,* -emus *edd.; nota ὁμοιοτέλευτον*). COMM. apol. 154 *diabolus* qui, dum -etur homini, perit ipse (*cod.*, -et *Leimbach*; insidiatur *Rönsch, sed cf. 361* cum esset invidus). EPIT. Alex. 56 procul ... abesse ... et alias miserias spectare, non alteri -eri (*cod., quod fort. fluxit ex* alteri; -ere *edd., quod commendat ὁμοιοτέλευτον*).

gerund. **invidendus,** -a, -um *pro adi.* *i. q. dignus, cui invideatur* (*de rebus praeter l. 53; cf. e. g. p. 193, 73. 194, 40. dub.: p. 191, 19 et* EPIST. Alex. l. 467 H. [*v. app. crit.*]): HOR. carm. 2, 10, 7 auream quisquis mediocritatem diligit, ... caret -ā ... aulā (PORPH. *ad l.* id est invidiosa honorum sublimitate). 3, 1, 45 cur -is postibus ... moliar atrium? SEN. dial. 2, 13, 3 statum *regis* ... non magis habere quicquam -um quam eius, cui *eqs.* PS. QVINT. decl. 12, 12 p. 229, 3 o nimis -am huius legationis condicionem! SYMM. or. 5, 3 is ... rem publicam liberam tenet, sub quo aliquid -um ⟨in⟩ potestate senatus *est*. AMM. 17, 4, 3 ut opes exinde raperet -as *Cambyses* (29, 2, 17). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 20 p. 651fin. *Antipater ad Herodem*: quem (*i. me*) ... bonorum magnitudine reddideris -um (*gr. 1, 632 ἐπίφθονον*). PS. EVSEB. GALLIC. hom. p. 632C (= CAES. AREL. serm. 222, 1 p. 833, 2. *al. nota oxymoron*) *Rachel filios ab Herode interfectos* -is (inhibendis *Serm. Corp. Vind. 21 p. 239, 13*) luctibus ... adquisivit. p. 654F piorum animae in holocaustum ... assumi -a consummatione meruerunt.

part. praes. ***invidēns,** -entis *pro adi. (subst.).* *compar.: p. 197, 6. superl. deest.* *abl. sg.* -i: *l. 84.*

1 *i. q. fascinans oculo (cf. p. 192, 25): pro subst.*: PLIN. nat. 19, 50 horto ... et foro ... contra -ium effascinationes dicari videmus in remedio saturica signa.

2 *i. q. invidus, malignus* (*pendet dat. hic illic, gen. p. 197, 1*): **a** *pro subst.*: CIC. Tusc. 4, 16 invidentiam esse ... aegritudinem susceptam propter alterius res secundas, quae nihil noceant -i. 4, 59 alia est ... lugenti, alia miseranti aut i adhibenda medicina. SEN. contr. 1, 8, 14 pervenire ad se voces -ium. SEN. dial. 5, 31, 1 paucis -em quantum sequatur a tergo ... invidiae. 7, 2, 4 quam magnus mirantium tam magnus -ium populus est. TAC. dial. 31, 4 sive apud infestos sive apud cupidos sive apud -es ... dicendum habuerit *orator*. FIRM. math. 6, 16, 6 potentioribus viris ... -ium studio male *insinuatur* (*cf. gr. Anon. de planet. [Kroll, Catalogi cod. astr. II] p. 172, 19 ἐκ φθόνου*). COD. Theod. 1, 31, 1 volumus ... *non* aliquid ... -ium studiis derogari. *al.*

b *pro adi.* (*loci manifestiores*): LIV. 31, 47, 6 *triumphum* absente consule irato atque -e facilius impetrari posse ratus ⟨est⟩ *Furius*. VELL. 2, 73, 1 hic adulescens erat studiis rudis, ... speciosis -s, ut pareret humillimis. CVRT. 6, 9, 19 animi alienati a me et -is gloriae meae indicia (CLAVD. MAM. anim. 1, 1 p. 22, 6). APVL. apol. 51 *Theophrastus* in ... libro, quem de -bus animalibus conscripsit (*gr. Diog. Laert. 5, 43 περὶ τῶν ζῴων ὅσα λέγεται φθονεῖν. noli referre [cum editoribus vett., qui aut coniciebant* non videntibus *aut* -bus *hoc sensu dictum esse contendebant, cf. p. 190, 34] ad alterius libri titulum περὶ τῶν φωλευόντων ⟨ζῴων⟩* [*v. Hildebrand ad l.*]). PORPH. Hor. carm. 2, 2, 23 'oculo inretorto' hoc est oculo non -i (HIER. epist. 21, 40, 6). IVL. VAL. 1, 52

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 63, 26 quorum (*i. deorum*) te malo imitatorem potius quam -em fuisse. SERM. Arrian. frg. I 21 p. 630B angeli Satanae . . . -es. CLAVD. DON. Aen. 2, 400 p. 201, 23 dii . . . successibus nostris -es persistebant. 2, 740 p. 247, 22 uxor fatis -bus rapta. AVG. in Iob p. 523, 2 ut 'videntem' hic diabolum accipiamus -em. serm. coll. Morin p. 526, 7 *Saul* ille rex procerus et tanto -ior, quanto elatior. *al.*

p. p. p. ***invīsus,** -a, -um *pro adi. (subst.). de compar. et superl. v. Neue-Wagener II³ p. 233; adde*: -ior: VAL. MAX. 4, 7, 4 SEN. clem. 1, 13, 3 AMM. 26, 6, 8. *sed* magis -us *v. infra l. 30. p. 198, 39. 61. al.* -issimus: SEN. contr. 10 praef. 8. PLIN. paneg. 45, 3 (*e coni.*). SCHOL. Hor. sat. 1, 7, 6. *sed* maxime -us *v. p. 198, 20.*

I *sensu passivo:* *i. qui (quod) inimico animo spectatur, offensus, odiosus vel, sc. ubi respicit potius ad malos mores alicuius vel ad improbitatem alicuius rei (ad turpem aspectum p. 198, 26. 37, auditum p. 198, 51), fere i. q. odio dignus, detestabilis (syn. e. g. l. 72. p. 198, 22), infamis (syn. e. g. l. 35. p. 198, 20. 50)*:

A *pro adi.*: **1** *additur is, qui odit, fere per dat. (praep.* ad *l. 46.* apud *l. 38)*: **a** *-us animantibus*: ***α*** *hominibus (v. etiam l. 60)*: Ⓘ *animantia (cadaver l. 37)*: PLAVT. Merc. 79 (80) me . . . -um meo patri esse (*syn.* odio . . . esse). TER. Hec. 274 nos *mulieres* sumus inique aeque omnes -ae viris propter paucas. 328 -os omnīs nos esse illis. CIC. Font. 34 -us (*v. p. 192, 11*) suis omnibus (SALL. Catil. 51, 29 pessumum quemque et omnibus -um. SEN. Ag. 992. *al. v. et infra l. 36. cf.* VAL. MAX. 9, 2 ext. 5 *Ptolomaeus* Cleopatram miserabilem cunctis, se -um reddiderat [OCTAVIA 187. *al.*]). Sest. 125 cui *populo* nos offensi -ique fuerimus. POLLIO Cic. fam. 10, 31, 2 adeost . . . -us mihi. CATVLL. 62, 58 *virgo nupta* cara viro magis et minus est -a parenti. SALL. Catil. 17, 7 Iug. 111, 2. VERG. Aen. 6, 608 quibus -i fratres *erant*. OV. trist. 2, 345 haec tibi me -um lascivia fecit. LIV. 2, 42, 7 magis -um . . . plebi accusatione Sp. Cassi L. Valerium. 21, 63, 8 ne senatum -us ipse (*edd.*, ipsi *trad.*) et sibi uni -um videret *Flaminius*. 26, 39, 15 Nico . . . non publico modo, sed privato etiam odio -us atque infestus Romanis (*al., v. vol. VII 1, 1408, 42 sqq.; de mutuo odio ut* TAC. hist. 4, 70, 2 -us avonculo infensusque). 27, 20, 11 *Bibulus* infamem -umque plebei Claudium fecerat. *al.* SEN. contr. 7, 3, 5 sibi (SEN. Thy. 38 tam . . . omnibus quam sibi. clem. 1, 13, 3 *tyrannus* -ior sibi quam servientibus. *al.*). *al.* SEN. dial. 5, 43, 2 nulli cadaver nostrum iaceat -um! *al.* TAC. ann. 2, 44, 2 Maroboduum regis nomen -um apud populares, Arminium pro libertate bellantem favor habebat (IVST. 36, 2, 15). 14, 3, 3 libertus . . . mutuis odiis Agrippinae -us. *et saepe.*
Ⓘ *res*: TER. Hec. 788 eis fore meum conspectum -um hodie. Ad. 989 ob eam rem vobis mea vita -a . . . est (LIV. 28, 27, 10). CIC. Tusc. 2, 4 philosophia . . . ei *multitudini* . . . et suspecta et -a. 3, 1 animi . . . medicina . . . nec tam multis grata et probata, pluribus etiam suspecta et -a. off. 2, 2 ne quibusdam bonis viris philosophiae nomen sit -um (LIV. 2, 2, 3. 24, 32, 2 ad militare genus *Syracusanorum* . . . -um esse nomen Romanum. *al.*). fam. 9, 6, 3 erat . . . iis et tua -a voluntas et mea oratio. SALL. or. Phil. 2 *bellum atque arma* vobis (*opp.* placent). HOR. sat. 1, 7, 26 Canem . . ., -um agricolis sidus. epist. 2, 1, 90 si tam Graecis novitas -a fuisset quam nobis (*cf. p. 193, 24*). 2, 2, 64 quod petis, id sane est -um acidumque duobus *convivis*. OV. epist. 1, 3 Troia . . . Danais -a puellis. *al.* NVX 105 grando . . . colonis. 127 aliis . . . frigora. LIV. 1, 54, 1 superbiam regiam civibus. 5, 29, 2 consules, -us plebi magistratus. *al.* CVRT. 8, 8, 9 ne -am mihi liberalitatem meam faciam. QVINT. inst. 6, 4, 15 inprobitas, licet adversario molesta sit, iudici -a est. TAC. ann. 11, 16, 2 comitatem et temperantiam, nulli -a. PLIN. paneg. 67, 6 tibi salus tua. *et saepe.* -um est *c. inf.* (*cf. p. 198, 54*): HEGES. 1, 32. 3 Herodes . . ., cui -um est periculis alienis sese miscere.

β *deis (simul et hominibus l. 62. 70)*: CIC. Manil. 47 ne aut -a dis immortalibus oratio nostra aut ingrata esse videatur. Phil. 8, 10 Antoni . . . promissa cruenta, taetra, scelerata, dis hominibusque -a *sunt* (rep. 2, 48 *de tyranno*. SCRIB. LARG. praef. p. 2, 19 H. omnibus diis et hominibus. 199. *al.*). nat. deor. 2, 167 ut . . . eum, cui quid . . . acciderit, aut -um deo aut neglectum a deo iudicemus. VERG. georg. 4, 246 -a Minervae . . . aranea. Aen. 1, 387 *Aeneas* haut . . . -us caelestibus (SERV. *ad l.* litotes . . ., id est . . . 'carissimum'). 2, 647 *Anchises*: iam pridem -us divis . . . demoror. 8, 245 regna . . . pallida, dis -a (*i. sedes infernas. cf. Hom. Y 65 τά τε σνγέονσι θεοί περ et p. 198, 3. 29. 32. 42*). OV. epist. 19, 138 (140) *aemulus* -us superis cum superisque mihi (VAL. MAX. 7, 8, 8 e vita ad mortem transitum . . . superis dis [*syn.* detestabilem]. *al.*). trist. 5, 3, 6 *ad Bacchum*: non -a tibi pars *chori* . . . fui. *al.* LIV. 44, 1, 10 quam diis quoque -a essent *Persei facta. al.* STAT. silv. 5, 5, 3 *ego* -us Phoeboque gravis (*fig. ἀπὸ κοινοῦ; aliter ad praeced.* Castaliae . . . undis *refert Wiman, Eranos 35, 1937, 18*). *al.* TAC. hist. 5, 3, 1 id genus hominum (*i. Iudaeos*) ut -um deis alias in terras avehere. *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 5, 3 oppidum *Sodoma* . . . deo. *al.*

γ *bestiis*: VERG. georg. 2, 320 candida . . . avis (*i. ciconia*) . . . -a colubris (SCHOL. Verg. Bern. *ad l.* infesta). PLIN. nat. 4, 47 arx . . . a Terei nefasto -a hirundinibus (SOL. 10, 18). 10, 26 cunctis avibus.

b *-us rebus (fere per προσωποποιίαν; v. etiam l. 74)*: VERG. georg. 2, 189 filicem . . . aratris. 4, 324 *Aristaeus*: quid me . . . -um fatis genuisti? HOR. epist. 1, 15, 4 Antonius . . . illis (*i. Baiis*) me facit -um. VELL. 1, 12, 5 *Carthaginem* urbem magis invidiā imperii quam ullius eius temporis noxiae -am Romano nomini. PHAEDR. 4, 11, 6 *Religio*: malorum quamvis ista fuerint munere (munera *Pithou*) mihique -a. SIL. 13, 425 -us caelo specus *Stygius (cf. l. 42. p. 197, 68). al.*

2 *absolute (hic illic subauditur dat.; ponitur ἀπὸ κοινοῦ e. g. l. 13)*: **a** *in universum*: ***α*** *animantia (cadaver l. 19)*: Ⓘ *homines, corpus corporisve partes (anima l. 18)*: TER. Hec. 597 hic video me esse -am inmerito. CIC. Q. Rosc. 20 *lenonis* persona . . . lutulenta, impura, -a. dom. 65 Cato -us (invitus *Lambinus*) . . . Cyprum relegatur. off. 2, 34 quo . . . quis versutior et callidior, hoc -ior et suspectior *est*. NEP. frg. 10 (Gell. 6, 18, 11) eos . . . usque adeo intestabiles -osque fuisse. VERG. Aen. 1, 28 genus -um. 2, 574 (*vers. interpol.?*) *Helena* abdiderat sese atque aris -a sedebat (*pro 'non visa' putant pars commentt.*). 2, 601 *ad Aeneam*: non tibi Tyndaridis facies -a . . . has evertit opes (SERV. *ad l.* pulchritudo . . . odiosa. *falso v. p. 224, 47, item ad* 9, 734 faciem -am atque immania membra *Turni*). 9, 496 -um hoc detrude caput ([SERV. *ad l.* -um . . . et odiosum. SERV. auct. *ad l.* deest 'tibi']. OV. Ib. 50 SEN. Herc. f. 920 Thy. 188). *al.* HOR. carm. 3, 3, 31 nepotem. 3, 14, 23 per -um . . . ianitorem. OV. met. 9, 180 animam. Ib. 168 cadaver. trist. 1, 9, 24 quamlibet -o . . . in hoste. *al.* SEN. contr. 9, 4, 20 erat inter infames maxime et -os homines Turdus (*sic syn.*: TAC. ann. 12, 48, 2). SEN. Phaedr. 1158 corpus (*al.*). clem. 1, 18, 3 domini crudeles . . . -i . . . et detestabiles sunt (*sic syn.*: SVET. Tib. 63, 1). dial. 9, 11, 4 gladiatores, ut ait Cicero, -os habemus, si *eqs.* (*cf. Cic. Mil. 92* odisse solemus). *al.* LVCAN. 1, 9 gentibus -is Latium praebere cruorem. 2, 77 sanguinis. *al.* VAL. FL. 4, 758 *Amycus* -o (invito *Schenkl*) solvit . . . pectore poenas *Polluci*. MART. 7, 37, 5 turpis ab -o pendebat stiria naso. TAC. ann. 1, 55, 3 gener -us inimici soceri. *et saepe.*
Ⓘ *dei*: VERG. Aen. 7, 571 Erinys, -um numen. SEN. Herc. f. 664 Ditis -i (*v. p. 192, 8*) domus (*cf. Hom. Θ 368 σνγεροῦ Ἄϊδαο et l. 3. 32. 42. p. 197, 68*). Phaedr. 124 stirpem perosa Solis -i Venus. VAL. FL. 6, 468 *Iuno* requirens Colchida et -i genus . . . excindere Phoebi. CE 1031, 4 (= CIL VI 6592, 4; *s. I*) -i (*v. p. 191, 25*) noxsia regna dei *Ditis*. Ⓘ *bestiae*: HOR. carm. 3, 27, 71 *ad Europam*: cum tibi -us (*v. p. 192, 3*) laceranda reddet cornua taurus (*i. Iuppiter*). PLIN. nat. 29, 141 tertium genus *blattarum* . . . odoris taedio (*abl.*) -um *est.*

β *res*: NEP. Dion 9, 5 quam -a sit singularis potentia. VERG. georg. 3, 563 -os si quis temptarat amictus. Aen. 4, 631 *Dido* -am quaerens . . . abrumpere lucem (SEN. Tro. 939 dial. 6, 3, 3. OCTAVIA 20 lux es tenebris -a magis. *al. cf.* VERG. Aen. 12, 62 haec -a relinquam lumina). 11, 177 vitam moror -am (OV. Ib. 337 LIV. 26, 15, 14. 28, 27, 8. *al.*). HOR. sat. 2, 3, 262 amator . . . haeret -is foribus *puellae*? carm. 1, 34, 10 -i horrida Taenari sedes (*cf. l. 3. 29. p. 197, 68*). 2, 14, 23 cupressos. 3, 18, 15 terram. epist. 1, 7, 17 non -a feres pueris munuscula. 1, 14, 17 negotia. SVLPICIA Tib. 3, 14, 1 natalis. PROP. 3, 5, 3 *non* -o pectus mihi carpitur auro (OV. met. 11, 130. *al.*). 3, 7, 52 -am (*v. p. 192, 9*) . . . aquam. 3, 18, 7 -ae magno cum crimine Baiae. OV. epist. 18, 125 ab -o privignae nomine (IVV. 13, 248. TAC. hist. 2, 53, 1 -um memoriā delationum expositumque ad invidiam Marcelli nomen. *al.*). Pont. 4, 14, 5 ipsa . . . est -a (*v. p. 192, 2*) salus. *al.* LIV. 5, 20, 7 suspectam et -am semper eam pecuniam fore. 25, 3, 13 cum rem -am infamemque cernerent. *al.* SEN. dial. 4, 35, 5 si qua his (*i. sibilo mugituque sim.*) -ior vox est. *et saepe. per προσωποποιίαν*: SEN. Herc. f. 96 veniet -um Scelus. dial. 4, 35, 5 talem nobis iram figuremus . . . infestam pariter -amque. -um est *c. inf.* (*cf. p. 197, 57*): SEN. Tro. 909 dirum et -um et grave est servitia ferre?

b ***peculiariter in arte rhet. sim.***: -us *sc. auditoribus* (*cf. p. 197, 55*): ***α*** *homines*: SEN. contr. exc. 4, 3, 3 semper -um esse, qui reum alium pro se subiceret. VAL. MAX. 3, 8 ext. 1 quae *dicta* et ipsum *loquentem* commendatiorem et inimicum -iorem factura videbantur (QVINT. inst. 3, 7, 19 quosdam claritas ipsa notiores circa vitia et -os magis fecit. 5, 13, 38 quos -os facere volueris. 6, 2, 14. 6, 2, 16). ***β*** *res*: SEN. clem. 2, 5, 2 haec *dicta*, si per se ponantur, -a sunt. CVRT. 6, 10, 4 vincti hominis . . . -a defensio est. QVINT. inst. 6, 1, 11 quid invidiosum, favorabile, -um, miserabile aut sit in rebus aut videri possit. 6, 1, 34 ne sit -a securitas *rei*. 11, 1, 32 in isdem *iuvenibus* siccum . . . dicendi propositum plerumque adfectatione . . . severitatis -um est.

B *pro subst. (accedit dat. l. 76)*: **1** *masc.*: LIV. 1, 49, 5 occidere . . . non suspectos modo aut -os, sed *eqs.* VAL. MAX. 5, 2 ext. 2 ab -issimis circumiri. OCTAVIA 455 -um opprimit *vulgus*. PLIN. nat. 14, 51 -o alias et ostentaturo tradere palmam. QVINT. inst. 6, 1, 12 si contra inpotentem, -um, perniciosum suscepta causa est. TAC. hist. 2, 10, 2 quamvis -um ac nocentem more tamen audiendum *esse*. CLAVD. 22, 34 -os odisse palam. *al.* **2** *fem.*: STAT. Theb. 6, 182 auferte supremis -am (*i. Hypsipylen*) exsequiis *pueri*. **3** *neutr.*: CONC.S I 5 p. 160, 31 audiant qui -a omnibus sentiunt (*gr. I 1, 6 p. 137, 30 ἀπόβλητα, syn. I 5 p. 276, 33* quae omnibus respuenda sunt).

Γ *sensu activo* *(cf. p. 191, 46)*: **A** *laxius: fere i. q. infensus (licentia poetica derivatur ex iuncturis q. s. '-us hostis' sim., e. g. supra l. 19. 24)*: VERG. Aen. 11, 364 *Drances ad Turnum*: ego, -um quem tu tibi fingis, et esse nil moror, en supplex venio (SERV. *ad l.* non sum quidem inimicus, sed si velis esse, non recuso. SERV. auct. *ad l.* id est inimicum. CLAVD. DON. *ad l.* supplicem se efficit inimicus).
B *strictius: i. q. invidus (cf. p. 196, 22)*: CONC.S II 2, 1 p. 33, 16

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

diabolus -us studio atque proposito nostro (*syn. II 4 p. 143, 32* fascinans). ALC. AVIT. carm. 2, 187 *draco ad Evam*: pater -us (*i. deus*) sortem non contulit aequam nec vos scire dedit *eqs.* (*v. Goelzer, p. 485 adn. 2; pro 'non visus' putat Peiper, sed cf. 2, 160* invidet). *huc fortasse pertinent*: CE 748, 6 *sorores* noxia vincentes Christo medicante venena -i anguis (*i. diaboli*). 2199, 3 (*s. IV—V*) *Restutus* ex Africa venit, ut istam urbe videret. hec -a tellus istum voluit corpus habere.

iuncturae verbales notabiliores: -um efficere: LIV. 41, 24, 18 (*v. app. crit.*). 42, 42, 5 SEN. benef. 7, 19, 9 APVL. met. 8, 30, 1. -um facere *saepe, e. g. p. 197, 29. 35. 83. 198, 61 et* LIV. 3, 9, 10. 29, 8, 8; -iorem *p. 198, 59 et* VAL. MAX. 4, 7, 4; magis -um *p. 198, 61.* -us fieri: LIV. perioch. 71 p. 82, 2. -um (-issimum SEN. epist. 51, 13) habere *saepe, v. vol. VI 3, 2424, 46 et Thielmann, ALL 2, 1885, 382; Landgraf, ALL 12, 1902, 156. aliter p. 197, 38.* -us haberi: GREG. TVR. Franc. 6, 24 p. 291, 6. -um reddere: LIV. 6, 20, 5. *et v. p. 197, 25.*

deriv.: invidentia, invidia, invidus, invisor, invisus (-ūs). *compos.*: subinvideo; subinvisus, perinvisus.

invidia, -ae *f. ab* invidere. *scribitur*: -bicta (*pro* -bicia): INSCR. christ. Diehl 2388 B b (*secundo loco*). -bidia: INSCR. christ. Diehl 2388 A b. -bizia: INSCR. RevA. V 30, 1929 p. 379 n. 59 (*bis*). RevEAnc. 42, 1940 p. 488 n. 4. -bizsa: INSCR. christ. Diehl 2388 B b (*primo loco*). -vitia: TAC. hist. 1, 7, 2 preminuitiam (parem -am *Bezzenberger*). ADNOT. Lucan. 2, 54 (*C*). *notatur* ivd: SCHOL. Iuv. 15, 94. *de formis*: CONSENT. gramm. V 348, 7 *inter* nomina semper singularia. *plur.* (*dub.* [*cf. et l. 52 sqq. 60*]: CIC. rep. 1, 6 [-ae *legit Mau,* -a *edd.*]. HEGES. *p. 201, 44*): CIC. *p. 200, 31. 201, 1. 204, 74.* VATIN. *p. 204, 74.* ARNOB. *p. 202, 72.* FIRM. math. 3, 13, 9. AVG. *p. 204, 10; e gr. derivatur usus p. 204, 55 sqq. de genere*: CHAR. gramm. p. 454, 16 B. -a *φθόνος inter ea, quae apud Latinos feminina, apud Graecos masculina sunt.* NOT. Tir. 25, 50 -a. *al. de notione*: CIC. *v. p. 190, 39 sqq.* QVINT. inst. 6, 2, 21 duplicem intellegi volo ... -am: namque altera invidum, altera invidiosum facit; hoc autem hominis, illud rei est. SYNON. Cic. p. 429, 9 B. -a. livor. obtrectatio. detractatio. malivolentia. aemulatio. p. 435, 9 malignitas. livor. -a *eqs.* HIER. in Gal. 5, 21 p. 417^{B} -a, quam non putemus idem esse quod zelum, quia zelus et in bonam partem accipi potest, cum quis nititur ea, quae meliora sunt, aemulari; -a vero alienā felicitate torquetur et in duplicem scinditur passionem: cum aut ipse est aliquid in eo, in quo alium esse non vult, aut alium esse videns meliorem dolet se ei non esse consimilem ([*seq.* ANTH. 485^{b}]. *cf.* ISID. diff. 1, 610. 2, 165). AVG. in Gal. 52 p. 2142$^{med.}$ aemulatio est dolor animi, cum alius pervenit ad rem, quam duo pluresve appetebant ..., -a vero dolor animi est, cum indignus videtur aliquis assequi etiam quod tu non appetebas. in psalm. 104, 17 p. 1399$^{in.}$ -a est ... odium felicitatis alienae (serm. 353, 1, 1 p. 1561$^{in.}$). GLOSS. V 660, 17 ardet -ā. 662, 21 -am movit. GLOSS. zelum. *φθόνος.* sine -a *ἄφθονος, ὁ μὴ φθονῶν. ἀφθονώτερον. ἀνεπίφθονος. al. v. et p. 200, 60. legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem.*

[*it. vet.* inveggia, *prov.* enveja, *port.* enveja, *francog.* envie. *R.*]

[*variat in codd. saepius c.*: iniuria: FLOR. epit. 3, 18, 1 HIER. epist. 15, 2, 1. 39, 3, 4. *al. v. et l. 82. p. 201, 80.* insidia(e): SALL. Iug. 28, 5 -as (*codd. pauci et Fronto p. 102, 18 v.d.H. [= p. 109 N.], an recte?* ins- *cett.*). OV. met. 1, 131 -ae ([*plur.*] *U, v. Levy, Gnomon 4, 1928, 503*; ins- *cett.*). FIRM. math. 3, 11, 8 -as (ins- *V*). 5, 1, 11 -a (*A,* ins- *codd. plures*). *al.* iudicium: DON. Ter. Eun. 467 NOVELL. Marc. 1, 7. *al. v. et p. 201, 80 sq.* invidus: AVG. bapt. 4, 7, 10 p. 234, 3 AVELL. p. 6, 24. *al.* invius: PS. APVL. Ascl. 25 ADNOT. Lucan. 9, 505. *al. e coni.*: CIC. Att. 7, 12, 6 (invia, iniuria *trad.*, -a *Victorius*). SEN. contr. 10, 1, 9 in alienam iniuriam facere (*sic vel sim. trad.*, -am *Gronovius*). AMM. 14, 9, 2 (-as *Petschenig pro* ins-). *al. v. et p. 201, 41. e suppl. p. 203, 67 et* CIC. dom. 86 (*A. Klotz*). *al. falso trad. e. g.* CIC. Mur. 87 (*secundo loco,* iniuriam *Halbertsma*).]

I *passive: -a ea, qua premimur* *ab aliis invidentibus: sive i. q. livor sive i. q. indignatio, offensio sim. (sc. contracta), quae notiones saepe seiungi non possunt*:

A *in universum:* **1** *manifestius vigente superstitione -a est vis quaedam infesta felicitati* (*cf. προσωποποιΐαν p. 205, 71 et de -a deorum, fati p. 205, 32. hic illic [p. 200, 2 sqq.] subauditur mala vis oculi spectantis, cf. p. 192, 25*): **a** *usu vario*: LVCR. 5, 1126 e summo, quasi fulmen, deicit ictos -a. 5, 1131 -ā ..., ceu fulmine, summa vaporant. PROP. 1, 12, 9 -ae fuimus *amantes.* CE 963, 2 (*a. 12 a. Chr.*) o vitae ... voluptas, florenti si non succederet (surgeret *Buecheler*) -a. *ibid.* 4 invidus ... surrexit mihi Lucifer ..., cum miseram me urgeret -a (fati *add. Buecheler*). CVLEX 342 frangitur -ae telo decus (SEN. epist. 74, 4 -a, perniciosum optimis telum). OV. am. 2, 6, 25 raptus es -ā. met. 10, 584 *Hippomenes,* ne quis ... currat velocius, optat -amque (-āque *pars edd.* [*ad p. 204, 22 sqq.*]) timet. LIV. 8, 31, 7 -am tamquam ignem summa petere. 9, 19, 15 absit -a verbo (28, 39, 11. 36, 7, 7. CVRT. 9, 2, 29 si -a afuerit. 10, 2, 24. 10, 9, 6. CONC.^{S} II 3, 2 p. 176, 3 a vestro imperio [*in acclamatione; gr. II 1, 2 p. 155, 23 φθόνος*]. *al.*). 45, 35, 5 intacta -ā media sunt, ad summa ferme tendit. SEN. dial. 6, 16, 5 tantam turbam non potuisse sine -a (iniuria *dett.*) damnove praetervehi (PANEG. 9, 6, 3 quod sine -a dixerim. *al.*). STAT. Ach. 1, 146 superant tua vota modum placandaque multum -a est. QVINT. inst. 6 praef. 10 esse nescio quam, quae spes tantas decerpat, -am. AMM. 27, 6, 8 parcius -ae metu dicitur. *al.* **b** *remedia -ae*: CIC. Att. 1, 16, 11 missus est sanguis -ae (LIV. 3, 54, 4 dandus). SEN. dial. 6, 13, 3 si quid ob ... victoriam -ae dandum esset. PLIN. nat. 28, 39 *fascinus* medicus -ae. MACR. Sat. 1, 6, 9 *remedia* adversus -am valentissima. DAMIG. lapid. 14 p. 175, 6 *Sapphirus* resistit ... ad omnem -am (34 p. 190, 6 adversus -am et fascinum). *in phylacteriis ad -am avertendam factis* (*v. Merlin, RevEAnc. 42, 1940, 486 sqq.*): INSCR. RevA. V 30, 1929 p. 379 n. 59 -a inbiziosa: -a(m) patiatu(r) abis (*sc. meam vicem; v. et p. 199, 21. hinc explices* INSCR. christ. Diehl 2388 B b [*v. p. 199, 20. 22*]). VI 18, 1941 p. 339 n. 131 -a inviziosa, ngel (*i. nihil*) tibi ad anima pura (christ. Diehl 2388 A b [*v. p. 199, 20*]. RevEAnc. [*l. 8*] p. 488 n. 4 [*v. p. 199, 22*]).

b *usu speciali, deinde technico (v. Wistrand [ad p. 203, 43; vix recte Odelstierna ibid.] et cf. p. 209, 34)*: *α res*: Ⓘ *verba, criminationes, preces sim. (litterae l. 43.* -a, -iora *pro subst. l. 38. 55) ita vel ea mente prolatae, ut in eum, qui petitur oratione, commoveant indignationem (sc. auditorum sive praesentium sive qui subaudiuntur. syn.* criminosus *l. 43. 57* [*aliter l. 46*]): CIC. Verr. II 2, 113 cum ... magis -o crimine quam vero arcesseretur *Sthenius* (Cluent. 143 locus ... purgandi istius -i criminis. SEN. dial. 6, 1, 1 tam iniquo tempore, tam inimico iudice, tam -o crimine. *al.; aliter l. 14. p. 207, 42. cf.* APVL. apol. 67 -issima criminatio). part. 137 genus eius modi calliditatis ... trahatur in odium iudicis cum quadam -ā querellā (VAL. MAX. 6, 2, 6 pulsata ... est ... *Pompei* potentia hinc -ā querellā, hinc lamentatione miserabili. AMBR. epist. 18, 7 p. 973B. *al.*). LIV. 34, 7, 14 -is nominibus utebatur ... consul seditionem muliebrem et secessionem appellando. QVINT. inst. 9, 2, 38 sive ad invocationem aliquam convertimur ... sive ad -am inplorationem. 11, 3, 50 deinde quasi obiurgatio sui est ... tum -iora: 'tamen haec ... iudicii ... forma terret oculos' (*Cic. Mil. 1*). decl. 266 p. 88, 8 si istud -um iudicibus esset. TAC. dial. 41, 4 quid -is et excedentibus modum defensionibus *opus est*? SVET. Aug. 56, 1 *Augustus* iocis ... quorundam -is aut petulantibus lacessitus. FRONTO p. 120, 1 v.d.H. (= p. 126 N.) Adherbalis apud Cirtas ... ⟨o⟩bsessi -ae litterae (*syn.* criminosae, graves. *cf.* TERT. pudic. 14, 4 epistolam). TERT. adv. Marc. 2, 24 p. 367, 21 *deus* malum factum Saulis ... onerabat paenitentiae suae professione, quam ... consequens est -am potius intellegi, non criminosam (*i. crimen ipsi deo conciliantem. cf. antea* ad invidiam et exprobrationem). CYPR. mortal. 10 p. 302, 17 ut ... aliquid adversus deum querūla et -a voce loqueretur *Iob* (ZENO *v. p. 203, 12*. AVG. serm. 21, 7 p. 146in. coelum -is pulsas vocibus. *al.* COD. Theod. 9, 1, 12. *al.*). sent. episc. 35 p. 449, 16 quidam falso et -o verbo inpugnant veritatem. epist. 44, 2 p. 598, 9 conviciis (MOVS. Cypr. epist. 31, 8 p. 564, 14 querula ista et -a [*v. p. 206, 28*] ... convicia). IVST. 2, 8, 9 oratione. DON. Ter. Eun. 481 nihil dici potuit -ius. Ad. 403 haec translatio ... Aeschino -a est. *al.* Ps. AVR. VICT. epit. 10, 4 -a iactantes. AMM. 28, 6, 20 quos -a (-o *V*) quaedam locutos ... Palladius intimarat. Ps. ASCON. Verr. p. 228, 23 'ne quis *eqs.*' et Verris ... rapinis -um et apud iudices criminosum. CLAVD. DON. Aen. 10, 615 p. 372, 4 'nunc pereat *eqs.*' hoc -um est (*postea*: concitavit invidiam). *al. v. et p. 206, 64.* -um est *c. inf.* (*cf. p. 207, 63*): SERV. georg. 4, 321 'mater Cyrene mater' -um est nomine parentes vocare.

Ⓘⓘ *transfertur ad alias res pro argumento adhibitas (huc transeunt e. g. p. 207, 59. 61)*: CIC. Verr. II 1, 151 Hortensius ... me populariter agere atque invidiam commovere, quod puerum producerem, clamitavit. quid erat ... in illo puero populare, quid -um? *transit in notionem q. e. miserabilis (cf. p. 209, 38 sq.)*: TERT. pudic. 22, 15 cicatrices *eorum, qui Christum in tormentis negaverunt,* ... utique -ae apud Christum *sunt*, quia vicisse cupierunt, et sic quoque gloriosae, quia non vincendo cesserunt.

β transfertur ad ipsum loquentem, agentem (v. et supra l. 4): TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 437, 8 *Iesus daemonem increpuit* ut -um et in ipsa confessione petulantem, ut male adulantem, quasi haec esset ... gloria Christi, si ad perditionem daemonum venisset. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 10 p. 548B *Hieronymus* inter cetera, quae culpat in nobis, etiam hoc -us addidit.

II *-us est is, qui ipse invidet (res l. 78. p. 209, 5. falso ap. CIC. p. 206, 60 sq.): i. q. invidus*: PROP. 2, 28a, 10 prae se formosis -a dea est. Ov. met. 15, 234 tempus edax rerum, tuque, -a vetustas, omnia destruitis. CIL IV 3775, 3 (*s. I*) -e, qui deles *inscriptionem*, ae⟨g⟩rotes. 8259, 5 (*s. I*) -e, quia rumperes, sedare noli formonsiorem. IREN. 4, 38, 4 ne quis eum (*i. deum*) putet -um aut impraestantem. ANTH. 416, 4 famam temptasti nostram sermone maligno laedere ..., -e (-diore *trad., syn. postea* livide). FVLG. myth. 3, 5 p. 64, 6 tantum ... zeli succensa anus -a (*i. Berecyntia*) fraglavit. HIER. tract. in psalm. I p. 223, 6 si rixosus ...

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iracundus . . . detractor . . . -us (invidus *l. v.*) sum. VINDIC. epist. ad Pentad. p. 488, 14 cholera nigra facit homines subdolos . . ., somniculosos, -os (invidos *l. v.*). PETR. CHRYS. serm. 172 p. 648^{D} ianitor -us (*bis*). INSCR. EphEp. 3, 1877 p. 137 n. 111 ⟨i⟩nvidio⟨s⟩is mentula(m) (*c. imagine phalli. cf. p. 212, 14 sq.*). *al.* invidia -a *v. p. 200, 9 sqq.*

syntactica ad I: additur: **1** *is (id), in quem (quod) invidia commovetur, per: dat. saepissime. praep.*: adversum DON. Ter. Hec. 498. in *c. acc. e. g. p. 207, 59. 208, 15.* **2** *is (id), apud quem (quod) alicui invidia commovetur, per: dat. personae e. g. p. 207, 84; rei p. 207, 1. praep.* ad *p. 207, 66.* apud *e. g. p. 207, 80. 208, 21. 67.*

adv. ˣ**invidiōsē.** *compar. e. g. l. 25. 26. 61 sqq. superl. l. 47 et* AVG. adv. Don. 15, 19 p. 117, 26 epist. 209, 4 p. 349, 18 nupt. et concup. 1, 1, 1 p. 211, 9.

I *i. ita, ut invidia aliorum commoveatur*: **A** *respicit ad notionem invidiae, q. e. livor*: SEN. epist. 87, 7 tantum suburbani agri possidet, quantum -e in desertis Apuliae possideret.

B *respicit ad notionem invidiae, q. e. indignatio: fere i. q. odiose*: **1** *in universum: -e facere vel dicere aliquid, i. ita, ut indignatio commoveatur in facientem (dicentem. aliter l. 26, ubi res invidiosa conspicitur)*: RHET. Her. 4, 20, 28 vivis -e (*v. p. 206, 57*), delinquis studiose, loqueris odiose. CIC. ac. 2, 146 tu nunc Catule lucere nescis, nec tu Hortensi in tua villa nos esse. num minus haec -e dicuntur *quam illa tua?* (Ps. ASCON. div. in Caec. p. 188, 11 non videtur -e . . . dicere, quae Siculos dixisse commemorat). VELL. 2, 45, 3 neque . . . quisquam aut expulsus -ius aut receptus est laetius *quam Cicero.* IVST. 12, 3, 9 quae (*i. habitus regum Persarum*) ne -ius in se uno conspicerentur, amicos quoque . . . longam vestem . . . sumere iubet *Alexander.* ROMVL. fab. 27, 23 rec. gall. *Iuppiter ad ranas*: cum vos peteretis *regem*, nolui, cum vellem, -e (*v. p. 206, 56*) petistis (*rec. vet.* immensum petistis). COD. Theod. *v. p. 205, 64.* CAEL. AVR. acut. 1, 15, 135 -e iubet *Asclepiades*, siqua ante ipsum medicus adhibuit, repudianda; at si non adhibuerit, tunc probanda *esse.* chron. 2, 1, 62 *Thessalus* audaciter . . . atque -e acopa . . . probat excludenda *esse. al.*

2 *peculiariter et technice, praecipue in sermone forensi et rhetorico (cf. p. 208, 22), cum verbis dicendi (aliter l. 18) vel aliis ad orationem pertinentibus: i. ita vel ea mente, ut in eum, qui petitur oratione, commoveatur indignatio (sc. auditorum sive praesentium sive qui subaudiuntur. syn.* criminose *l. 44. 63; transit in notionem q. e. miserabiliter l. 64* [*cf. p. 208, 66*]): CIC. Mil. 12 quibus *contionibus* . . . meam potentiam -e criminabatur *tribunus.* QVINT. inst. 4, 2, 62 non magis proprium narrationis est magnifice dicere quam miserabiliter, -e, graviter, dulciter, urbane (4, 2, 120 atrocia -e et tristia miserabiliter. SERV. Aen. 2, 326 'ferus' . . . -e dictum est. *al.* Ps. ASCON. Verr. p. 219, 22 hoc magis -e quam vere dicitur [*syn. antea* criminose. *cf.* SALV. gub. 7, 13]. *al.*). SVET. Aug. 43, 2 Pollione . . . graviter -eque in curia questo . . . nepotis sui casum (*cf.* AVG. epist. 185, 35 p. 31, 26 -issime . . . conqueri). PORPH. Hor. carm. 1, 2, 35 *Martem* -e arguit genus suum . . . neglexisse. AQVILA rhet. 9 p. 25, 8 -e et M. Tullius . . . pro Roscio convertit orationem ad Chrysogonum. 11 p. 25, 24 haec . . . sic prolata minus -e proferentur (SCHEM. dian. 39). DON. Ter. Andr. 269 nec addidit 'a patre', sed -e, quasi et a Pamphilo sint constitutae *nuptiae.* Phorm. 365 B miserabiliter et -e positum 'senex'. *al.* OPTAT. 2, 18 p. 52, 14 quod contra nos -e loquimini (SERV. Aen. 1, 385. *al.* SCHOL. Cic. Bob. p. 159, 15 -ius . . . quosdam loqui, quam veritas ipsa patiatur. *al.*). SERV. Aen. 1, 39 l. 6 nunc de navigatione agitur, et bene -e. 2, 155 'ensesque nefandi' -e ad pluralem transit numerum (SCHOL. Ter. p. 57, 19. *cf.* SERV. Aen. 10, 848 -e 'vulnera' ait pro 'vulnus'). *al.* SERV. auct. Aen. 1, 40 *Iuno secum loquens* -e potentiam Minervae exaggerat. 1, 551 prope -e ostendit, quam sit res quam petit exigua. *al.* CLAVD. DON. Aen. 10, 15 p. 292, 27 officiis praeeuntibus -e conventionem patrem dixit *Venus. al.* RVFIN. apol. Orig. praef. 2 p. 543^{B} *illi* -ius etiam ista fingentes. AVG. epist. 43, 3 p. 87, 1 Felicis . . . causa multo prae ceteris -ius et criminosius ventilata est. *al.* AVELL. p. 17, 1 cum multo -ius et sanctius deum verbis fidelibus interpellat *Gregorius. al. v. et p. 202, 82. elliptice (sc. 'dictum est' sim.)*: DON. Ter. Andr. 281 p. 113, 13 'ut memor esses sui' -e quasi oblito *Pamphilo.* Eun. 466. 795. *al.* SERV. Aen. 10, 78. SERV. auct. Aen. 1, 38 l. 15 bene 'regem' -e. 4, 323 ibi -e, hic per miserationem. 4, 416 'Anna' prope -e. *al.*

II *i. q. maligne*: RHET. Her. 4, 32, 44 omnes -e eripuit bene vivendi casus facultates. VITR. 7 praef. 1 *maiores* non -e silentes praetermiserunt *cogitata tradere.* *Stiewe.*

ˣ**invidus,** -a -um. *retrograde ab* invidere, *v. Walde-Hofmann I 713. de origine*: PRISC. gramm. II 136, 27 in 'dus' tres sunt formae: una, quae . . . reliquam eiusdem syllabae . . . partem mutat in 'i' correptam et assumit 'dus' ut . . . invideo -us (GRAMM. suppl. 68, 4). 137, 15 haec . . . nomina demonstrant habere ea in se, ex quibus derivantur . . .: -us, qui habet invidiam. *de scriptura*: inbid-: *p. 212, 23. 31.* CE 1929, 1. inved-: *p. 211, 3. 212, 18.* INSCR. christ. Diehl 1076, 7 (*a. 632/3*). 2768, 5. 4729 (*a. 659?*). *de formis: gen. pl.* invidum: VARRO *p. 211, 61. compar. et superl. desunt, sed cf.* magis, maxime -us: AVG. *p. 210, 64. 77.* NOT. Tir. 25, 49. *de notione (v. et p. 206, 36 sqq.)*: SYNON. Cic. p. 434, 33. 437, 1 B. HIER. in Gal. 3, 1 p. 347^{C} *v. p. 192, 29.* ISID. orig. 10, 134 -us dictus ab intuendo felicitatem alterius. *al. cf. p. 199, 33.* GLOSS.^{L} II Philox. IN

39 φθονερός. *al.* GLOSS. II 312, 44 ἐπίφθονος. *de usu: saepe ponitur in initio versuum dactyl., praecipue casu vocativo. saepe in fig. q. d. litotes (cf. Weyman, FlJb., Suppl. 15, 1886, 508). legitur inde a* PLAVTO, TER., RHET. Her. *per totam latinitatem.*

[*variat in codd. c.*: invidiosus: CIC. dom. 44 *v. p. 211, 69.* Balb. 56 *v. p. 211, 72.* invitus: SEN. clem. 1, 13, 4 dial. 7, 19, 2 VAL. FL. 1, 509. *e coni.*: LYDIA 61 -a fata (*Heinsius*, impia vota *trad.*). MANIL. 1, 584 -a . . . munera flamma dat (*Scaliger*, inviaque *trad.*). SEN. benef. 6, 13, 5 (*Gruter*, vidus, vides, iniqus *trad.*). PORPH. Hor. epist. 1, 19, 44 -i verba (*Meyer*, in diversa *trad.*). *suppletur*: CIL I^{2} 2662, 9 (*a. 101 a. Chr.?*) in⟨vidus⟩ (*St. Dow, HarvSt. 60, 1951, 92; seq.* invid⟨ea⟩nt).]

qui (quod) alicui invidet (saepe accedit aut gen. aut dat.; adicitur praep.: circa *l. 41.* in *c. acc. l. 62. pendet acc. c. inf. l. 65*): **I** *pro* ***adi.***: **A** *de hominibus atque hominum animis sim. (sub imagine bestiae l. 17)*: PLAVT. Persa 409 (*obiurgando lenonem*) pecuniae accipiter avide atque -e. CIC. Verr. II 5, 182 eorum inimicitiae . . ., quorum animos iam ante habueris inimicos et -os, quam ullas inimicitias susceperis (PHYSIOGN. 4 p. 7, 8 femininus animus est . . . inmisericors atque -us. *cf.* Ps. AVR. VICT. epit. 14, 6 ingenium -um, triste, lascivum). Mur. 20 quantum neque ambitiosus imperator neque -us tribuere alteri in communicanda gloria debuit (PLIN. paneg. 14, 5 iners ipse alienisque virtutibus tunc quoque -us imperator, cum ope earum indigeret). de orat. 2, 210 plerique sunt -i maximeque hoc est commune vitium. Tusc. 4, 80 qui . . . natura dicuntur iracundi aut misericordes aut -i . . ., ei sunt constituti quasi mala valetudine animi. nat. deor. 1, 5 benivolos obiurgatores . . . et -os vituperatores. Att. 7, 17, 4 tantum mali ⟨est⟩ excitatum partim ex improbis partim ex -is civibus (CE 283, 1). Q. CIC. pet. 14. SALL. (?) rep. 2, 8, 7 ii, si virtute satis valerent, magis aemuli bonorum quam -i essent. NEP. Timoth. 3, 5 populus acer, suspicax . . ., -us. HOR. carm. 3, 19, 22 audiat -us dementem strepitum Lycus. 3, 24, 32 virtutem incolumem odimus, sublatam ex oculis quaerimus -i. PROP. 3, 1, 21 mihi quod vivo detraxerit -a turba. POMP. TROG. Plin. nat. 11, 275 supercilia . . . quibus in totum demissa, malivolos et -os *significant* (*Aristot. p. 491^{b}, 17 φθόνου sc. σημεῖον.* PHYSIOGN. 86 p. 116, 4). CVRT. 8, 12, 18 -os homines nihil aliud quam ipsorum esse tormenta (VVLG. prov. 23, 6. *al.*). LVCAN. 9, 359. CALP. ecl. 1, 27 procerum . . . dedit mater non -a corpus. 7, 19. STAT. Theb. 8, 281 Amphiaraus . . . haut -us artis gaudebat *Thiodamanta* dici similem. CE 1106, 2 (*s. I*) vivebat . . . -us ipse sibi. CYPR. Demetr. 10 es . . . livore -us aut libidine incestus. sent. episc. 28 aut circa fratres -us est et malignus . . . aut circa deum ingratus. ZENO 1, 6, 3 p. 314^{B} impatienter fraterni -us muneris in fratris Cain anhelat exitium (PRVD. ham. praef. 48 unitatis -us. *al.*). SCHOL. Cic. Bob. p. 93, 29 obtrectatores . . ., -os gloriae . . . Flacci (HIER. epist. 49, 7, 2). FVLG. aet. mund. p. 145, 23 Liam sororis -am. VVLG. Sirach 6, 1 omnis peccator -us et bilinguis ([*om. gr.*]. *al.*). 18, 33 eris . . . -us vitae tuae ([*om. gr.*]. SVLP. SEV. Mart. 27, 3 virtutis vitaeque eius). AVG. in epist. Ioh. 8, 8 p. 2040 si vis melior esse quam alius homo, invidebis ei . . ., si . . . vis semper habere discentem, -us eris doctor *eqs. al.* PHYSIOGN. 78 p. 104, 10 mendaces malivoli -i . . . sunt (*gr. I p. 406, 4 βάσκανοι*). PETR. CHRYS. serm. 163 p. 628^{B} quis sic . . . -us bonis suis, quis sic deliciis suis inimicus. *al.*

B *de potestatibus, quae supra humanam naturam sunt (cf. et p. 211, 35)*: **1** *deis, daemonibus, diabolo sim. (serpente l. 71)*: Ov. am. 1, 13, 33 -a, quo properas (*sc. Aurora*). CE 963, 3 (*a. 12 a. Chr.*) -us . . . surrexit mihi Lucifer . . ., cum miseram me urgeret invidia. SEN. Herc. f. 524 o Fortuna viris -a fortibus (*v. l. 74*), quam non aequa bonis praemia dividis (VAL. FL. 2, 473 CLAVD. 5, 194). epist. 73, 15 non sunt di fastidiosi, non -i. STAT. Theb. 9, 362 algentes rapuit Thetis -a nidos. TERT. apol. 14, 5 (= nat. 2, 14, 11) malus Iuppiter . . . impius in nepotem, -us in artificem. 27, 4 *diabolus* noster ob divortium aemulus et ob dei gratiam -us (AVG. civ. 14, 3 p. 8, 25 D. quis adversus eos contentiosior, animosior et magis aemulus atque -us invenitur? CAES. AREL. serm. 178, 2 *diabolus* aemulus atque -us hoc hominem terrenum accepisse). adv. Hermog. 38, 4 *deus* aut invalidus aut -us. IREN. 5, 4, 1 aut impotentem et infirmum . . . patrem . . . aut -um et lividum (*ibid.* -us et malignus). *al.* HIL. trin. 6, 21 p. 173^{B} ob id non -um te *deum* bonorum tuorum in unigeniti tui nativitate esse confido (PAVL. NOL. epist. 13, 10 p. 91, 22 non pietatis propensae -us). ZENO 1, 6, 3 p. 314^{A} -i . . . serpentis. AVSON. 118, 13 p. 421 P. Musa. HYMN. Ambros. I 2, 27 hostis -i (*i. diaboli*) dolo (*al.*). PRVD. perist. 4, 66 genus -orum daemonum. AVG. civ. 10, 21 p. 434, 29 D. *Iuno* inimica virtutibus et . . . viris fortibus -a (*v. l. 58*). 10, 24 p. 437, 28 subditus . . . -is potestatibus (10, 26 p. 443, 3 potestates et veris virtutibus et veri dei muneribus -as). 12, 1 p. 512, 18 *angeli mali* superbi, fallaces, -i effecti sunt (nat. bon. 33 p. 871, 25). 14, 3 p. 8, 15 diabolus . . . maxime superbus atque -us (*al.*). *saepe.*

2 *fato, morte sim.*: PHAEDR. 5, 6, 5 fato -o carbonem . . . pro thesauro invenimus (STAT. Theb. 10, 384 CE 1149. *al.*). LVCAN. 1, 70 -a fatorum series (CE 1206, 1 -a Parcarum series). 4, 503 abscidit nostrae multum fors (sors *v. l.*) -a laudi. MART. 10, 53, 3 Lachesis (AVSON. 188, 5 p. 47 P.). CE 974, 1 (*s. I*) -a sors fati rapuisti Vitalem (1339, 13 rerum). 1011 (*s. I*) -a mors rapuit fato crudelis iniquo (NEMES. ecl.

[Knauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 47 si florentes mors -a carperet annos [CE 1375, 1; *a. 533* ruperit annos]. AVSON. 184, 6 p. 45 P. ALC. AVIT. carm. 6, 191 natum praeripiat. CE 698, 18 abstulit [2202, 5; *a. 548 vel 621* inveda]. INSCR. christ. Diehl 1307, 7 [*s. VI—VII*]. *al.*). AVSON. 176, 10 p. 40 P. vis perculit -a fati. *al.*

C *de rebus, quae quodammodo sensu praeditae esse putantur*: **1** *corporalibus*: **a** *in corpore hominis* (*de lingua, i. sermone l. 11*): HOR. carm. 4, 3, 16 iam dente minus mordeor -o. PRIAP. 3, 4 cum tenet obsessas -a barba genas (*vix recte pro 'invisa' dictum esse putat Schönberger, Glotta 28, 1940, 95*). OV. am. 1, 14, 42 *non* minuit densas -a lingua comas. VAL. FL. 1, 509 nequa foret manus -a nato (*v. p. 210, 7*). PORPH. Hor. epist. 1, 14, 38 obliquo oculo ⟨id⟩ e⟨s⟩t -o oculo. SER. SAMM. 142 -a si maculat faciem lentigo decoram. CE 883, 1 -a sidereo rumpantur pectora visu. PRVD. cath. 5, 45 rex . . . -o fervens felle.
b *oppidis, domo sim.*: HOR. epod. 7, 5 superbas -ae Carthaginis . . . arces. epist. 1, 15, 7 vicus (*i. Baiae*) gemit, -us aegris qui caput et stomachum supponere fontibus audent. STAT. silv. 3, 2, 110 cur -a *sit* Memphis (*cf. Vollmer p. 402 ad l.*). MART. 4, 64, 27 *domus* tam non -a tamque liberalis, tam comi patet hospitalitate. CIL XIV 3565 b 9 mors ad domu⟨s⟩ trahet -a⟨s Aver⟩n⟨i⟩. **c** *rebus variis*: OV. am. 3, 2, 27 -a vestis eras, quae tam bona crura tegebas *eqs.* met. 4, 73 -e . . . paries, quid amantibus obstas? VAL. FL. 4, 100 duris regio non -a tauris. STAT. silv. 2, 3, 38 stagna -a et -a tela *Dianae*. PALLAD. ins. 55 germine cana pirus niveos haud -a flores commodat. AVSON. 103, 1 p. 350 P. -e, cur properas, cortex, operire puellam *Daphnen*. 391, 6 p. 257 amnis. PRVD. perist. 4, 133 -us quamvis obitum supremum persecutoris gladius negarit *eqs.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 336 non aqua Tantaleis subducitur -a labris. carm. min. 53, 1 terra parens quondam caelestibus -a regnis. CE 339 (*tabula lusoria, cf. et p. 212, 17*) -a puncta iubent felice ludere doctum. *paulo audacius*: OROS. hist. 4, 6, 35 derivatio est -i ulceris ut, quidquid sub exsecrabili agitur, atrocius esse videatur.

2 *incorporalibus*: CIC. orat. 64 oratio philosophorum . . . nihil iratum habet, nihil -um, nihil atrox, nihil miserabile. LVCR. 1, 321 -a praeclusit speciem natura videndi (OV. trist. 2, 531 SIL. 11, 186. AVIEN. Arat. 1288 -a veri. CE 783, 9). HOR. carm. 1, 11, 7 fugerit -a aetas. 4, 5, 9 *iuvenem* notus -o flatu . . . distinet a domo. 4, 8, 24 si taciturnitas obstaret meritis -a Romuli (*al.*). epist. 1, 10, 18 divellat somnos . . . -a cura. OV. epist. 18, 120 quo . . . minus venias, -a pugnat hiems. met. 9, 486 nox . . . fuit . . . coeptis -a nostris. 10, 331 quod natura remittit, -a iura negant. 10, 642 detulit aura preces ad me (*i. Venerem*) non -a blandas. VITR. 7 praef. 3 -is moribus aliena violantes gloriantur (APVL. met. 3, 20, 1). SEN. Herc. O. 398 -o voto. CALP. ecl. 4, 156 -a paupertas. STAT. silv. 2, 1, 165 ignis -us (*cf.* CE 2126, 4 eripuit miseras -a flamma preces). MART. 8, 68, 3 -a . . . urat ne bruma racemos. CYPR. epist. 76, 2 p. 829, 23 crudelitas. zel. 7 zelus. VOPISC. Tac. 1, 1 hoc . . . inter senatum exercitumque Romanum non -o, non tristi, sed grato reli⟨gi⟩osoque certamine . . . factum est. FIRM. math. 4, 6, 4 -o stridore semper impatiens (*al.*). PRVD. cath. 10, 102 iam nulla . . . senectus frontis decus -a carpet. psych. 668 tempestas placidae turbatrix -a pacis. AVG. civ. 10, 26 p. 443, 15 D. audes istam -am non potentiam sed pestilentiam et . . . ancillam potius -orum . . . levare in caelum? c. Cresc. 1, 7, 9 p. 331, 15 iactantia. lib. arb. 3, 45 -a infirmitas. NOVELL. Valent. 1, 3, 1 obstitit -a . . . subreptio. INST. Iust. 1, 7 *legem* quasi libertatibus impedientem et . . . -am. *al.*

II *pro* ***subst.***: **A** *masc. et fem.* (*fere de hominibus; de diabolo p. 212, 8*): **1** *in universum*: PLAVT. Trin. 285 turbant . . . mores *homines* mali, rapax, avarus, -us (RHET. Her. 4, 51, 65 naturam . . . -i aut tumidi aut avari). TER. Hec. 469 istos -os di perdant, qui haec libenter nuntiant. VARRO Men. 373 omni opstat in mysterio -um (*i.* -orum, *cf. p. 212, 9 sqq.*) tabes. CIC. Catil. 3, 29 ut . . . invidia . . . laedat -os, mihi valeat ad gloriam. Mur. 17 mihi neque inimici neque -i defuissent (Sull. 84 Sest. 121. 138 Planc. 1. rep. 3, 40 si aut ingrati universi aut -i multi aut inimici potentes suis virtutem praemiis spoliant. Att. 3, 7, 2. 3, 9, 2. *al.* TAC. dial. 5, 5. *saepe. cf. opp.* CIC. Lael. 14 vereor, ne -i magis quam amici sit). Flacc. 2 beneficii . . . obtrectator aut virtutis hostis aut laudis -us (Planc. 57. rep. 1, 31 obtrectatores . . . et -i Scipionis. fam. 1, 4, 2 ad Q. fr. 1, 4, 2. *al. cf.* PLANC. Cic. fam. 10, 8, 7 ab obtrectatione -orum). dom. 44 explevi animos -orum (*v. p. 210, 5*), placavi odia improborum, saturavi etiam perfidiam . . . proditorum (off. 1, 77. *al.*). p. red. ad Quir. 21 ulciscar . . . -os virtuti et gloriae serviendo. Balb. 56 ut . . . malivolorum, iniquorum, -orum (*v. p. 210, 6*) animos frangeremus (Tusc. 4, 28. *al. cf. opp.* HIER. praef. Vulg. par. p. 9, 12 librum benivolis placiturum . . . -is displiciturum). orat. 140 reperiri non -os solum . . ., sed fautores etiam laudum mearum (*cf.* TAC. dial. 34, 5 auditorium . . . ex -is et faventibus). fam. 1, 7, 8. 3, 10, 1. 5, 12, 6. 7, 2, 3. *al.* SALL. Iug. 85, 3 agere inter -os, occursantis, factiosos. HOR. epist. 1, 1, 38 -us, iracundus, iners, vinosus, amator. 1, 2, 57 -us alterius macrescit rebus opimis *eqs.* PROP. 1, 5, 1 -e insane . . . infelix (*al.*). 2, 22, 20 numquam ad formosas *puellas*, -e, caecus ero. OV. Pont. 4, 16, 1 -e, quid laceras Nasonis carmina? (CE 1929, 1 *v. p. 209, 78*). LIV. 23, 15, 11 multos eum -os inter populares habere. CVRT. 9, 7, 16 -i malignique increpabant. *al.* MART. 4, 27, 2 (*syn.* lividus). ITALA Sirach 18, 18 (Hier. in Gal. 3, 1 p. 347^{C}) donum

-i cruciat oculos (*gr. βασκάνου, Vulg.* indisciplinati. HIER. *ad l.* qui apud nos -us, in Graeco significantius ponitur 'fascinator' *eqs. sic resp. gr.* MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 3 p. 240 [*gr. p. 17 βάσκανον*]). PHYSIOGN. 31 p. 48, 1 oculi cavi parvi: subdoli sunt atque -i (*gr. I p. 324, 6 ζήλῳ καὶ φθόνῳ τετηκότα*). RVFIN. Basil. hom. 4, 5 p. 1758^{B} vultu . . . -i declarantur (*gr. 11, 5 p. 380^{D} οἱ φθονοῦντες*). AVG. c. Petil. 2, 92, 205 si christianitatis -us haec audit. *saepe.* CASSIOD. anim. 12 p. 1307^{C} vince in nobis -i (*i. diaboli*) potestatem (invidiae pestem *l. v.*). *al.*

2 *in inscriptionibus, quae ponuntur ad invidiam (i. oculum fascinantem) avertendam* (*de re v. Herter, RE XIX 1733, 14 sqq. Cagnat, Mél. P. Thomas, 1930, 82 sqq.; adponitur phallus [i. ἀποτρόπαιον]: l. 15. 16. 24. 25. 29. cf. l. 14 sq. at fere eadem verba sollemnia etiam sine phallo occurrunt, neque in paganis solum, sed etiam in christianis titulis* [*add. monogr. Christi l. 26*]): CIL III 10189 Dindari vivas et -is ment⟨u⟩la⟨m⟩ (*cf. et p. 209, 4*). 14599[1] (*c. phallo*) -i (*i.* -e) qui[i] civis hoc (*i.* huc) cacafit, anus eris. 14964 (*in phallo lapideo*) -is hoc. 15131 (*in fibula*) -i crepen⟨t⟩ (*cf.* INSCR. RM 6, 1891, 215 [*in tabula lusoria; cf. et p. 211, 29*] cresco percrepas . . ., invede morere). VI 24800, 3 tibi, -e, opto . . . vivas aeger inops. VIII 8188 -e, in faciem (INSCR. Afr. Gsell I 3709 -e f. i. [in faciem *solvit Gsell*]. *cf. Cagnat* [*v. l. 11*] *85 adn. 3*). 8696 (*a. 322*) -e, vide. 18003 -e, veni et vide. 23131 -e, livide, titula tanta quem adseverabas fieri non posse, perfecte sunt. XIV suppl. Ost. 4757 inbide, calco te. CE 2065 (*in parte sup. praefracta fuisse fascini signum coni. Huelsen*) -e, qui spectas, hec tibi poena manet. 2066 (*c. duobus phallis*) -e, vive, vide (INSCR. Afr. Gsell I 113 [= CIL VIII 17460] pa⟨t⟩e⟨r⟩ne, vivas cum tuis [*monogr. Christi*], in⟨vid⟩e, vive et vide. INSCR. christ. Diehl 2388^{E} -e, vive ⟨et vide, intra, exibis⟩ melior. INSCR. Nouv. Arch. des miss. scient. 17, 1909, 180 [*c. phallo*] -e, vive et vide, u⟨t⟩ plura po⟨ss⟩is vider⟨e⟩. INSCR. RevA. VI 8 [1936] p. 294 n. 138. Tun. Merlin 818 -e, vive et vide plura. 984 [= CIL VIII 24670] ⟨in⟩bide, vive e⟨t⟩ bide, ⟨ut⟩ possas plurima bid⟨ere⟩ [*cf. CE 1928*]). *huc pertinere videtur* CIL IV 1222 add. p. 205 amamius (*i. amavimus*): -e va(le).

B *neutr.*: STAT. silv. 5, 3, 233 parentis -a Tarpei (*i. invidiam Iovis victoriam in certamine Capitolino negantis*).

adv. **invidē.** *fere i. q. maligne*: AVG. c. Iulian. 5, 2, 7 p. 786 *membra* pudenda non essent, nisi legi mentis lex peccati -e repugnaret. in psalm. 99, 12 p. 1278 tu -e vituperas *clericos*. *Knauer.*

invigilantia, -ae *f.* *ab* in (*neg.*) *et* vigilantia. GLOSS. *v. vol. VII 1, 1080, 73.*

? **invigilātio,** -ōnis *f.* *ab* invigilare. SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 219 (*ad vocem* insomnia) vigil⟨iae⟩, invig⟨ilatio⟩. *v. et Form. Marculfi I 6 p. 46, 24.*

***invigilo,** -āvī, -ātum (*v. p. 213, 62*), -āre. *ab* in *et* vigilare. *scribitur*: -gel-: NOT. Tir. 63, 71 -at. -gul- (*cf. Heraeus, Kl. Schr. p. 141 adn. 1*): INSCR. Dessau 5615 invigul(antes). *v. et l. 69. de notione*: CHAR. gramm. p. 412, 1 B. clam me fieri non potest, . . . -o rei. *legitur inde a* CINNA (*?*), CIC., VERG. *per totam latinitatem.* [*variat in codd. saepius c. simpl.; c.* evig-: COD. Iust. 1, 27, 2, 4 (*Q*). in vigilia *falso pro* -a: COD. Theod. 2, 25, 1, 2 AVELL. p. 151, 14.]

I ***intransitive,*** *fere i. q. vigilem, sine somno esse (opp.* dormire *l. 55), et inde sensu laxiore i. q. intentum esse alicui rei (homini v. p. 213, 17. 33. 35. 45) aut agendae, curandae aut cavendae*: **A** *absolute*: CELS. 1, 2, 10 facilius concoquit *aliquis*, si . . . paulisper -at, deinde bene dormit. COLVM. 10, 159 -ate viri, tacito nam tempora gressu diffugiunt. SIL. 1, 558 nox . . . terras . . . tenebris condidit . . .; at durae -ant mentes molemque reponunt. PS. QVINT. decl. 14, 8 p. 272, 1 non ego alicuius matrimonii corruptor -o. ITALA Matth. 26, 41 (Aug. serm. coll. Morin p. 719, 7) -ate et orate (*γρηγορεῖτε, Vulg.* vigilate). AVG. serm. 161, 7, 7 p. 881$^{fin.}$ quantumcumque -veris . . ., non fallis febrem. COD. Theod. 7, 18, 4, 3 (= Iust. 12, 45, 1, 3) *desertor* per eum, in cuius domo fuerit, -antibus forinsecus quoque officiis publicis . . . *iudici* offeratur. 9, 3, 5 adiutorem *custodis* . . . pari iubemus -are cura. *al.* OROS. hist. 1 prol. 5 *canes* ex conscientia solliciti amoris -ant (*syn.* vigilant). PETR. CHRYS. serm. 32 p. 290^{C} amatores criminum -ant (*syn.* observabant solliciti, insidiantur). CASSIOD. Ios. antiq. 3, 50 *milites* tota . . . nocte erant praeparati . . .; -bat autem et Moyses docendo (-ando *l. v.*) Iesum, quemadmodum exercitum collocaret (*διηγρύπνει*). *al.* CIL III 13621 ⟨in⟩vicilante Dom(etio) Eutropio v. c. praeside (*syn. 13619* curante, *13620* insistente). *saepe.*

B *accedunt*: **1** *casus*: **a** *dat.*: ***α rei***: CIC. Phil. 14, 20 memoria tenent . . . me ex Kalendis Ianuariis ad hanc horam -asse rei publicae (*cf.* PLIN. paneg. 66, 2 publicis utilitatibus. GRILL. rhet. p. 28, 22 M. rei publicae gubernaculis -ans). VERG. georg. 4, 158 *apes* aliae victu -ant. Aen. 9, 605 venatu -ant pueri (*al.*). PROP. 4, 4, 86 omnia praebebant somnos, sed Iuppiter unus decrevit poenis -are tuis. OV. fast. 4, 530 quam sit . . . filius aeger nec capiat somnos -etque malis (STAT. Theb. 8, 263). Pont. 1, 5, 58 Pieriis -ate choris. MANIL. 5, 172 *is, qui in signo Leporis ortus est,* -at curis, somnos industria vincit ([somnis curas *trad., corr. Bentley, Housman*]. SIL. 10, 330 *Hannibalis* mens -at curis noctisque quietem ferre nequit). PERS. 3, 55 quae . . . docet *Stoa* . . ., insomnis quibus . . . iuventus -at. VAL. FL. 2, 374 *Hercules* rati -ans (*i. navem custodiens*). SIL. 4, 18 *civium arma parantium* pars arcu -ant. 14, 187 *Marcellus* intentior ipse -at cautis . . .

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

armis. Stat. Theb. 8, 623 curam -are quieti claraque per somnos animi simulacra reverti? Vlp. dig. 29, 2, 25, 8 hereditati delatae. Schol. Cic. Bob. p. 123, 20 *Cicero* -at partibus coniecturae duplicis, ne quid ... adversarii promoverent. Prvd. c. Symm. 2, 334 aeternae ... -are saluti. Consvlt. Zacch. 2, 19 p. 92, 18 voluminibus strenuus lector -es. Physiogn. 72 p. 91, 4 -antem dolis hominem (*Adamant. p. 356, 2 πολυπράγμονος*). Leo M. epist. 136, 2 (Conc.^{S} II 4 p. 90, 39) *Anatolius* defensioni ... fidei indesinenter -et (*syn.* praetendat excubias). Evgipp. Sev. 30, 3 muris. Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 14 p. 368^{A} ea ... corporis virtus, quae nutrimentis -at (*gr. Migne 44, 169^{A} θρεπτικὴ ... δύναμις*). *saepius.* *c. gerund.*: Paneg. 2, 28, 1 exercendis -bat metallis. Lact. inst. 4, 17, 19 *canes* custodiendis domibus -ant. Avg. contin. 13, 28 p. 178, 7 delectationibus ... coercendis atque sanandis -at officium continentiae. doctr. christ. 2, 14, 21 p. 46 codicibus emendandis. mor. eccl. 1, 33, 71 p. 1340$^{med.}$ Macr. Sat. 1 praef. 2 haec ..., quibus ediscendis ipse naviter -as. *al.*

β homini, animo: de curis, somniis, quae vigiles alicui instant: Lvcan. 7, 766 -at cunctis *militibus dormientibus pugnamque somniantibus* saevum scelus. Stat. Theb. 3, 3, 4 *Eteocles non* otia somni accipit, -ant animo ... curae. *de hominibus, qui pro aliis aut pro se solliciti sunt, curam gerunt*: Symm. epist. 3, 47 liberis remissus -a. Ps. Orig. in Iob 2 p. 478^{D} ego assistens tibi -ans et sperans, si *eqs.* Ps. Avg. serm. ed. Caillau 2, 57, 7$^{med.}$ pastorali moderamine sibi et his, quibus praeest, -are satagat.

b *abl.* (*per errorem grammatici*): Arvs. gramm. VII 484, 11 -o hac re pro -o huic rei: Verg. (*v. p. 212, 75 [bis]*).

2 *praepp.*: **ad**: Cypr. domin. orat. 31 p. 289, 11 -are et incumbere ad preces toto corde debemus. Avg. doctr. christ. 3, 36, 54 p. 88 nisi ad intellegendam recapitulationem sensus legentis -et. Avell. p. 692, 16 ad hanc ... partem -are debebitis, ne ... Aristides ... ordinetur. Ennod. opusc. 6, 16 p. 407, 17. Epist. Austras. 1 p. 112, 27 ad salutem. Greg. M. moral. 2, 70 p. 588^{B}. *al.* **adversus**: Conc.^{S} II 3, 1 p. 110, 9 peto ... regularum ... -are potentiam adversus accusatum (*gr. II 1, 1 p. 129, 9 ἐπαγρυπνήσῃ, syn. II 2, 1 p. 7, 9* evigilet). Cassiod. var. 9, 24, 10. *al.* **circa**: Avell. p. 493, 11 circa *haereticos* ... cura et sollicitudo nostra, ne subrepere possint, semper -at. **contra**: Ps. Avg. c. Iud. pag. Arr. 20 p. 1129 contra ... diaboli laqueos ... fortiter -are. **de**: Boeth. in Porph. comm. sec. 1, 3 p. 141, 15 *ethica* de moribus -at. Conc. Arel. a. 554 p. 118, 16 Theod. Mops. in I Tim. 6, 16 p. 185, 14. **in** *c. abl.*: Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 166^{C} in describendis schedis. Novell. Valent. 36, 9 in ministerio urbis. *al.* **pro**: Ov. trist. 1, 5, 43 -es ... nostris pro casibus, oro. Arnob. nat. 2, 16 p. 61, 12 cura *animalibus* ... est ... necessario -are pro victu. Val. Cem. hom. 17, 3 p. 744^{D} quatenus *patronus* pro nobis apud dominum peculiaris intercessor -et (Caes. Arel. reg. virg. 72 p. 123, 27). Max. Tavr. hom. 90 p. 460^{A} pro civium salute (Cassiod. var. 6, 7, 3. *al.*). Inscr. Dessau 5615 pro vicin(ia). *al.* **propter**: Avg. civ. 8, 3 p. 323, 19 D. *vita beata*, propter quam ... philosophorum -asse ac laborasse videtur industria. epist. 265, 8 p. 646, 14.

3 *inf.*: Val. Fl. 5, 257 *Aeetes* omnes prohibere minas ... -at. Isid. epist. 6, 11 p. 905^{A} *haeretici* -ant te in praecipitium erroris demergere. *al.*

4 *enuntiatum per* **ut**, **ne** (quo *l. 55*): Epist. pontif. 110 (Cypr. epist. 50 p. 613, 8) -etur ..., ut omnibus coepiscopis ... innotescat. Dict. 5, 15 *duces* custodiam sui augere et, quo tutiores essent, summa ope -are. Schol. Cic. Bob. p. 84, 29 orator ... praecavet et -at, ut iudicibus ... incutiat verecundiam. p. 100, 6 sollertissime -vit, ne quid Graeci ... firmarent. p. 174, 23. *al.* Cod. Theod. 1, 16, 7, 1. 2, 25, 1, 5. Avell. p. 151, 14 pro tuendis ... synodi constitutis vehementer -a, ne per neglegentiam ... subrepat ... dispendium. *al. v. et l. 30. 36.*

II ***transitive:*** **A** *c. obi. effectus, fere i. q. elucubrare* (*?*): Cinna carm. frg. 11, 1 haec ... Arateis multum -ta lucernis carmina (*cf. Callim. epigr. 27, 4 Ἀρήτου σύμβολον ἀγρυπνίης*. vigilata *Sonnenburg, RhM. 66, 1911, 477 sqq., recte, ut vid.*). **B** *c. obi. externo q. d., fere i. q. accurate tractare*: Avien. orb. terr. 1316 *Indorum* pars ... procurat segmina dentis atque ebur -at (*gr. aliter*).

deriv.: *?* invigilatio.

invilēsco, -uī, -ere. *ab* in et vilescere, *cf.* evilesco. Gloss. II 303, 16 *ἐξευτελίζω* -o, extenuo. Not. Tir. 39, 83 -uit. 39, 84 -it.

invilic- *v. s.* umbilic-.

invilio, -īre. *ab* in *et* vilire. Gloss. III 453, 7 -o *εὐτελίζω* (483, 14).

invilito, -āre. *ab* invilire. Gloss.^{L} II Philox. in 727 -at *εὐτελίζει*. *Hi.*

invincibilis, -e. *ab* in *et* vincere (*v. Leumann, Adj. auf -lis p. 82. 133*). Gloss.^{L} III Abstr. in 72 ineluctabile insuperabile vel -e (V Abba in 61). Gloss. invicti potentes -es. *legitur inde a* Tert. *fere ap. eccl.* [*variat in codd. c.*: inconvincibilis: *v. vol. VII 1, 1022, 41.* vincibilis: Apvl. apol. 35. *e coni. pro*: inbeccilis: Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 60, 21. invisibilis: *v. p. 214, 12.*]

i. q. insuperabilis, invictus, qui vinci non potest: **1** *res* (*imprimis incorporeae, corp. p. 214, 9*): Tert. adv. Hermog. 11, 3 -e et insuperabile erit malum. Zeno 1, 3, 2 *avaritia* -e ... calamitatis ... genus. Fvlg. aet. mund. p. 154, 1 excipit Samson -em criniti muneris palmam. myth. 3, 6 p. 67, 25 caritatis -is ardor. Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 12 p. 1146$^{med.}$ ut *arx dogmatis* -is cluat possessione victoriae. Ps. Avg. quaest. test. I 109, 9 p. 261, 14 dei substantia beata ... est securitate -is aeternitatis suae. Leo M. epist. 120, 5 (Conc.^{S} II 4 p. 81, 4) *dei* -is veritas. Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 148, 30 *domini* virtutem (Verec. in cant. 6, 4 p. 77^{a}, 21 fortior et -is surrexit. Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 71 p. 943^{D}). Conc.^{S} I 5 p. 149, 13 *haeretici* mendacium tamquam inexpugnabile et -e munimentum (*gr. I 1, 6 p. 119, 17 δυσκαταγώνιστον*). Cassiod. hist. 1, 14, 47 *ecclesia.* Ios. antiq. 9, 11 p. 275$^{fin.}$ turres (*gr. 9, 237 δυσαλώτους*). in psalm. 135, 12 p. 971^{C} ad -em ... actionem.

2 *deus, dei filius*: Itala Iudith 16, 16 (Sangerm. 15) domine magnus es ... et -is (invisibilis *cod., corr. Thielmann ALL 1, 1884, 73. ἀνυπέρβλητος*, virtute invictus *Corb.*, quem superare nemo potest *Vulg.*). Op. imperf. in Matth. 49 p. 911^{C} adversus omnia -is filius dei.

adv. **invincibiliter.** *ita ut refelli aut vinci non possit*: Apvl. flor. 18 p. 89 ratio conclusa iudicibus acriter et -r videbatur. Verec. in cant. 9, 31 p. 123^{b}, 42 hostes -r superare. Pass. Secund. Theb. (BHL 7568) 8$^{fin.}$ adversus ... tyrannum -r decertantes.

Imhof.

[invinctus, -a, -um. *falso, ut vid., trad. pro* vinctus: Call. dig. 48, 15, 6, 2 (*lex Fabia*) qui hominem ... -um habuerit (*antecedit* invitum; vinctum *Mommsen ex Vlp. coll. Mos. 14, 3, 4*).]

invindicābilis, -e. *ab* in *et* vindicare. *qui (quod) vindicari non potest*: Op. imperf. in Matth. 1 p. 621$^{p.med.}$ quidquid **a** multis peccatur, plerumque manet -e, paucitas autem magistra est disciplinae.

invindicātus, -a, -um. *ab* in *et* vindicatus. *legitur apud gramm. in explicatione vocis q. e.* inultus: Serv. Aen. 11, 847 'famam ... inultae', id est ... -ae ignominiam. Schol. Hor. gloss. *Γ* epod. 6, 16 puer -us. Gloss.^{L} I Ansil. in 2022 -i. V Abba in 268 -um.

invīnius, (-a, -um). *ab* in *et* vinum, *cf. ἄοινος*. *i. q. vini abstinens*: Apvl. met. 11, 23, 2 *Isidis sacerdos* praecipit, ... -us essem.

1. invio, -āre. *ab* in (*praep.*) *et* viare. [*cf. francog.* envoyer, *prov.* enviar, *hisp.* enviar, *port. vet.* emviar, *raet.* enviar, *it.* inviare. *i. q. mittere. R.*] *i. q. inire*: Sol. 2, 4 haud absurdum videtur ... parcius depasta levibus vestigiis -are (inire *Lachmann ad Lucr. 6, 349*).

2. invĭō *adv. v. s.* invius. *Hi.*

***inviolābilis**, -e. *ab* in *et* violare. *de notione*: Synon. Cic. p. 432, 5 B. incolumis ... inviolatus, -is. Gloss.^{L} II Philox. in 725 -e *ἄθραυστον* (*ad* Verg. *p. 215, 21?*). Gloss. II 254, 30 *ἄχραντος* -is, intemeratus. *graece resp.*: *ἀβίαστος p. 215, 77. ἀδέκαστος p. 215, 54. ἀκήρατος p. 215, 27. 82. ἀκίνητος p. 216, 3. ἄμεμπτος p. 215, 12. ἀμώμητος p. 215, 40. ἀρραγής p. 215, 39. ἄρρηκτος p. 215, 36. ἄσπιλος p. 216, 4. ἀστασίαστος p. 215, 59. ἄσυλος p. 215, 62. 216, 6. ἄχραντος p. 215, 9. 45.* *legitur adi. inde a* Lvcr., Verg. *singulis locis, saepius inde a* Sen. *philos.; adv. inde a s. IV.* [*variat in codd. c.* violet *c.*: immobilis: Clavd. 24, 242 (*falso*). *cf. p. 216, 1.* invocabilis: Vict. Vit. 2, 28. *v. et p. 215, 11. v. et p. 215, 36. e coni.*: *v. p. 215, 33.*]

qui violari non potest, incorruptibilis (saepe syn.), necnon i. q. inviolatus, integer (*accedit abl. instr. l. 55. 56. 58. 60, dat. l. 56*):

I *de integritate corporali*: **A** *proprie* (*in philosophia, fere i. q. aeternus, immortalis l. 54*): Lvcr. 5, 305 solem lunam stellasque putandum⟨st⟩ ... primum quicquid flammarum perdere semper; -ia haec ne credas forte vigere (*opp. 248* mortalia). Sen. benef. 5, 5, 1 si in materiam incidit -em flammis *ignis.* Sil. 3, 127 serva caput -e Teucris (16, 16 velut -e telis ... sacrumque). Tac. hist. 2, 61 feris obiectus quia non laniabatur, stolidum vulgus -em credebat *Mariccum.* Vopisc. Aurelian. 41, 5 principes ferro -es. Ps. Lact. Plac. fab. Ov. 12, 4 (*Ov. met. 12, 496* inperfossus). Ambr. epist. 1, 19, 32 p. 993^{A} *Samson* (spir. 2 prol. 5 morsu -is, fortitudine insuperabilis [*cf. l. 64*]). hex. 6, 4, 16 p. 213, 10. 6, 6, 38 p. 229, 21 -is mansit *Paulus* excussa ... vipera. Hier. adv. Iovin. 2, 7 p. 296^{B} quodcumque *animal* coluerint *Aegyptii*, hoc -e et sacrum putant. *per imag.*: Avson. 319, 55 p. 23 P. ne fortunatae spatium -e vitae fatali morsu stringeret ulla dies. Ambr. hex. 3, 14, 59 p. 101, 8 hoc (*i. invocatio dei*) ... -e tegimen, inpenetrabile munimentum est. Pavl. Med. vita Ambr. 41 *Christus* qui ... petra est ... -is manens (Leo M. serm. 4, 2 p. 150^{B}. *al.*).

B *c. respectu virginitatis, castitatis sim. (cf. et p. 215, 18) vigente vi corporali (per imag. de igni l. 70) accedit ad sensum translatum*: Lact. inst. 1, 12, 5 virginem putant Vestam, quia ignis -e sit elementum (*v. p. 215, 26*) nihilque nasci possit ex eo. Gavdent. serm. 9, 11 G. per -em feminam mundi huius intravit hospitium, claustrum virginei pudoris ... conservans *Christus* (*ad rem*: Greg. M. moral. 18, 85 p. 90^{A} partu -i). Clavd. 24, 242 *de comitibus Dianae*: socias ... pudicas et ... -e (*v. l. 47*) ... concilium. Ennod. dict. 16, 6 p. 472, 28 -is ... pudor *matrum. saepius.*

II *sensu mere translato*: **A** *de deis* (*de ore dei l. 79 sq.*): **1** *generatim*: Sen. benef. 4, 3, 2 *natura deos* plenos ... et tutos et -es praestat (frg. 31 sacros, immortales, -es). Stat. Theb. 6, 384 os fletu paene -e tinctus *Apollo.* **2** *apud Christianos* (*saepe syn.* impassibilis): *deus*: Zeno 1, 4, 1 *pudicitiae* sanctificatori -i ... deo. Rvfin. Clement. 3, 9$^{fin.}$ non ... maneret -is et impassibilis. Avg. conf. 7, 1, 1 te incorruptibilem et -em et incommutabilem ... credebam (*opp.* violabili. *seq. ibid.*: corporeum ... aliquid ... -e). c. Fort. 9 p. 89, 4

[Reichmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

si poterat ei noceri, non est -is. *ibid. saepius.* in psalm. 140, 10 p. 1822med. impenetrabilem, -em, incontaminabilem, incommutabilem et incorruptibilem. *al.* *Christus* (*verbum l. 8*): Avg. serm. 214, 7 p. 1069med. oportebat ..., ut in homine assumpto ... incontrectabilis ... insuperabilis ... -is clavis configeretur (*sic per paradoxon*: Fvlg. Rvsp. ad Tras. 3, 8 p. 275C incomprehensibilis in cruce, -is in vulnere, impassibilis in passione, immortalis ... in morte). Leo M. serm. 46, 2 p. 293A verbo. *al.* *trinitas*: Avell. p. 115, 3. 168, 1 (*ἀχράντου*). *al.* *spiritus sanctus: v. l. 30.*

B *de hominibus* (*cf. et p. 214, 68*): **1** *sacrosanctis*: Itala Esth. 16, 13 (p. 60, 20 Motzo) -em (-is *M*, invocabilem *C*) regni participem (*gr. 8, 12n ἄμεμπτον, om. Vulg.*). Heges. 1, 32, 6 p. 63, 11 -es legati (*ibid.* l. 19). Rvstic. Conc.S I 4 p. 33, 17 a divino et -i vertice (*i. imperatore*). **2** *innocentibus* (*de anima l. 18*): Ps. Orig. in Iob 1 p. 378A oportet nos esse ... sanctos atque immaculatos, pios ac religiosos, charitatem amplectentes atque perfectos, -es atque illibatos in medio generis pravi ac perversi (*cf. Vulg. Phil. 2, 15*). CE 656 (= Inscr. christ. Diehl 3458), 12 (*ante a. 304*) animam castam pudicam et -e(m) semper (*puellae* [*cf. p. 214, 68*]).

C *de rebus* (*loci selecti; imprimis de legibus, pactis, rebus sacris*): Verg. Aen. 11, 363 *Laviniam* poscimus ... pacis solum -e pignus (Clavd. Don. *ad l.*: aeternae atque -is. *v. et p. 214, 40*). Sen. dial. 2, 5, 4 *virtus* libera est, -is, immota, inconcussa *eqs.* epist. 58, 18 *ideae* inmortales, inmutabiles, -es sunt. Tac. ann. 3, 62, 1 uti Dianae ... perfugium -e foret. Gell. 10, 6, 1 Romanae disciplinae dignitas -is (*al.*). Apvl. mund. 1fin. aether ... elementum ... genere divinum et -e (*περὶ κόσμ. p. 392a, 9 ἀκήρατον. cf. p. 214, 70*). Min. Fel. 38, 1 omne quod nascitur, ut -e dei munus, nullo opere corrumpitur (Avg. civ. 13, 22 p. 587, 3 D. certo et omni modo -i munere inmortalitatis. Consvlt. Zacch. 2, 18 p. 88, 12 -e [-is *l. v.*] sancti spiritus). Arnob. nat. 2, 26 p. 69, 23 numerus sine corporibus constitutus ... intactus et -is. 2, 70 p. 105, 8 -i religione sanciri (2, 73 p. 107, 22 [*Axelson, Eranos 40, 1942, 182*; memorabili *trad.*]). 7, 7 p. 242, 23 *leges* -i obsecutione servari. Lact. inst. 5, 8, 6 divinae necessitudinis sacro et -i vinculo (Evstath. Basil. hex. 2, 2, 11 -bus cuiusdam concordiae vinculis [*gr. p. 33A ἀρρήκτῳ*]). Ivvenc. 2, 223 donum -e (inrevocabile *l. v.*) vitae (*ad Vulg. Ioh. 3, 16* vitam aeternam). Hil. in Matth. 16, 4 p. 1008C vera et -is fides (Avell. p. 91, 16. Rvstic. Conc.S I 4 p. 56, 30 [*gr. I 1, 7 p. 70, 9 ἀρραγοῦς*]. Conc.S II 3, 2 p. 152, 26 sanctam et rectam et -em [*gr. I 1, 2 p. 140, 36 ἀμωμήτου. syn. Rustic.* immaculatam]. CE 795 [= CIL V 6725], 14 puro ... corde Christo servavit -em fidem. *saepe*). trin. 11, 4 p. 402A naturae ... inaccessae, inconspicabilis, -is *eqs.* (Pavl. Nol. epist. 12, 6 p. 78, 25 -em inpassibilemque. Leo M. epist. 15, 13 p. 687A -em et inconvertibilem. Rvstic. Conc.S I 4 p. 15, 15 [*Isid. Pel. epist. 4, 166 p. 1260A ἄχραντον*]). Ambr. hex. 1, 6, 23 p. 21, 19 diversae ... elementa naturae simplicem et -em motum habere non possunt (*opp. antea*: corruptibilibus). Rvfin. Clement. 4, 9 foedus -e. Prvd. cath. 10, 19 iter -e ... quo perdita membra resurgant. Avg. pat. 8, 7 p. 669, 7 corpori per dolorem et mortem -is sanitas et felix inmortalitas comparatur. trin. 12, 6, 6 p. 1001 -em atque incommutabilem caritatem. *al.* Carm. adv. Marc. 1, 236 homo ... *in anastasi* -e et ingens vestitus lumen *dei* (*cf. 230*). Consvlt. Zacch. 2, 17 p. 87, 5 iudicii mei -em formam (*cf.* Mvtian. Chrysost. hom. 24, 1 p. 383fin. iudicium -e, quod numquam corrumpi valeat [*ἀδέκαστον*]). Cod. Theod. 6, 4, 18 legem ... fixam at⟨que in⟩violabilem. Cassian. inst. 6, 15, 2 p. 124, 13 auctoritatem (Leo M. epist. 117, 1 Conc.S II 4 p. 69, 19. *al.*). Petr. Chrys. serm. 31 p. 289B ut *utres* saporem vini possint -em custodire. Alc. Avit. epist. 20 p. 53, 24 sacramenti ... veram et -em puritatem. Cassiod. Ios. antiq. 4, 292 deus ... *rei publicae* decorem -em conservabit (*ἀστασίαστον*). Cod. Iust. 1, 40, 6 (*a. 385*) -i observatione sancimus (Apring. in apoc. 1, 11 p. 9med.). *n. pl. pro subst.*: Conc.S I 2 p. 58, 31 in -bus suae habitans inpassibilitatis (*gr. I 1, 7 p. 95, 16 ἐν ἀσύλοις. syn. I 3 p. 127, 32* in suae impassibilitatis septa. *I 5 p. 96, 1* manens intactus. *cf. et p. 216, 18*).

adv. ***inviolābiliter.** *i. q. sine violatione, integre*: **1** *respiciuntur res variae, quae iure aut religione tuta habentur:* **a** *c. verbis variis*: Avell. p. 20, 4 (*a. 383 vel 384*) ut ... fidem integram r possideret *ecclesia.* p. 231, 24 quaecumque in omnibus gestis ... concilii ... disposita sunt, inconcusse, -r, inreprehensibiliter atque inretractabiliter ... nos promittimus secuturos. Avg. c. Faust. 23, 10 p. 717, 2 nulla sui commutatione in natura propria -r permanens *deus homo factus* (Greg. M. epist. 7, 12 p. 455, 18). c. Parm. 2, 16, 36 p. 91, 6 dominus ... ita -r facit sanctos suos versari inter malos (*seq.* nulla contagione ... pollutus est). serm. 117, 4, 6 p. 664 verbum dei, ... incorporaliter, -r, incommutabiliter ... natum. *al.* Conc.S II 2, 2 p. 108, 26 si tricennali anno -r retinentes aedificaverunt *episcopi rurales* paroecias (*gr. II 1, 2 p. 161, 19 ἀβιάστως διακατέχοντες. syn. II 2, 2 p. 37, 22* inviolate. *p. 58, 16* absque vi. *p. 90, 28* sine violentia. *p. 101, 23* sine vi). Boeth. cons. 3, 10, 11 W. vide, quam id sancte atque -r probes. Cassiod. inst. concl. 4 p. 160, 15 quod si modo fixe atque -r credimus. *al.* **b** *frequentius iungitur c.*: servare: Avell. p. 33, 14 (*a. 383 vel 384*) fidem (Cassiod. hist. 7, 3, 1 [*Theodoret. 4, 2, 3 p. 212, 4 ἀκήρατον*]. Cod. Iust. 1, 1, 8, 28 [*syn.* inconcusse]). p. 350, 9 Prosp. c. coll. 21, 2 p. 271B Cassiod. var. 8, 2, 9. *al.* custodire: Cassian. inst. 4, 14 p. 56, 10 *virtutem* ad finem usque perfecte atque -r (inmobiliter *H*) custodire. Novell. Valent. 17 pr. Marc. 4, 4. Epist. imp. Theod. Conc.S II 3, 1 p. 16, 5 (*gr. II 1, 1 p. 7, 15 ἀκίνητα*). Cassiod. hist. 5, 29, 6 (*Theodoret. 2, 22, 9 p. 149, 6 ἀσπίλως*). *al.* conservare: Cassiod. hist. 7, 16, 11 doctrinam apostolicam -r conservantes (*Theodoret. 4, 15, 4 p. 236, 5 ἄσυλον*). Greg. Tvr. Franc. 9, 20 p. 436, 4. Conc. Turon. a. 567 p. 123, 6 ut pontificalis affectus inter consacerdotes -r conservetur (*cf. p. 218, 24*). *al.* Pap. Tjäder 18/19 B 2 me haec omnia ... inviolaviliter cons⟨erv⟩are atque adimplere pro⟨mitto⟩. 20, 48.

2 *respicitur virginitas, castitas sim.* (*simul inviolabilitas Christi e virgine nati l. 12. 13*): Ps. Evseb. Gallic. hom. p. 620G *Christus* salva materni pudoris fide -r procreatur. p. 647B *Christus* ita -r sinum virginis pertransivit sicut reverenter implevit. Hist. Apoll. rec. A 27 (*cf. rec. B*) virgines -r servabant castitatem (40; *antea opp.* polluta, *syn.* innocens). Vigil. Thaps. c. Arrian. 1, 4 p. 182D.

deriv.: inviolabilitas, violabilis (*retrogr.*).

inviolābilitās, -ātis *f.* *ab* inviolabilis. *i. q. status inviolabilis*: Conc.S II 3, 1 p. 210, 28 in -e (*ed. Rust.*; integritate *vers. antiqua*) propriae impassibilitatis permanens *deus* (*gr. I 1, 7 p. 95, 16 ἐν ἀσύλοις.* Rvstic. c. aceph. p. 1249C in propriae impassibilitatis -bus permanens. *cf. p. 215, 61 sqq.*).

inviolandus, -a, -um. *ab* in *et* violandus, *cf.* inviolatus. *i. q. illaesibilis, intemerandus*: Novell. Theod. 23, 2 quia nulla paene res adeo tuta atque -a (*ΓΔ*, -ata *O*, *Pithoeus*) est, contra quam hominum naturalis aviditas non umquam aliquid existimat moliendum.

inviolāns, (-antis) *adi.* *ab* in *et* violans, *cf.* innocens. *i. q. inviolatum (matrimonium) servans*: CE 1289, 1 casta bona -s *uxor* (*cf.* inviolabilis *p. 214, 76.* inviolatus *p. 217, 11. 18. 31*).

deriv.: *?* inviolantia.

? **inviolantia,** -ae *f.* *ab* inviolans, *cf.* impeccantia. *e coni. i. q. inviolabilitas, incorruptibilitas*: Itala I Cor. 15, 53 (Victorin. Poetov. in apoc. 1, 7 p. 30, 8) oportet hanc fragilitatem -am (*sic Haussleiter*, inviolentiam *trad.*, *cf. p. 218, 51*) et mortale hoc vestiri immortalitatem (*ἀφθαρσίαν, Vulg.* incorruptionem).

inviolātē *v. p. 218, 53.*

***inviolātus,** -a, -um. *ab* in *et* violatus. Not. Tir. 53, 41. *de notione*: Synon. Cic. p. 443, 25 B. salvus ... -us. *v. et p. 214, 39.* Gloss.L I Ansil. in 1992 -ae, incorruptae, inmaculatae. II Abav. in 348 -um, integrum, intactum, intemeratum, inlibatum (III Abol. in 39). Gloss. V 367, 5 inviola⟨tum⟩ inpraesumptum. Gloss.L II Philox. in 13 *ἀβίαστος, ἄφθαρτος.* 14 *ἀρραγές, [τ]ἀδιάφθορον.* Gloss. II 254, 31 *ἄχραντον. al.* *graece resp.*: *ἁγνός p. 217, 24. ἀκέραιος p. 218, 28. ἀκήρατος p. 218, 33. ἀμώμητος p. 218, 10. 41. ἄμωμος p. 218, 41. ἀνέγκλητος p. 218, 39. ἄνοσος l. 72. ἄτρωτος p. 218, 8. cf. p. 215, 77.* *de usu: nota in enallage vocem transire ad sensum activum p. 217, 65. saepe ponitur in abl. abs. n. pro subst. p. 218, 49.* *legitur inde a* Cic., Varrone, Sall.

[*variat in codd. c.*: illibatus: Cod. Theod. 16, 11, 3. immolatus: Petron. 137, 3 (*F*). innovatus: Itala II Petr. 3, 14 (cod. c). inviolentus: Ivnil. 2, 12. involutus: Vvlg. II Petr. 3, 14. violatio (*falso*): Liv. 36, 9, 15 (*B*). violatus (*falso*): Sall. Iug. 26, 1 (*P*, in *suprascr.* P^1). *al.* *v. et p. 217, 15.* *e coni.*: Liv. 41, 23, 5 violatum *V* (44, 27, 3. *cf. l. 51*). epit. Oxyrh. 5, 129 (*Kornemann, cf.* Obseq. 19). Sen. contr. 1, 2, 3 (*W. Müller*, invisa *trad.*).]

i. q. non violatus, integer (*indicatur, a quo quis non violetur, per abl. e. g. p. 217, 10. 75. 218, 37. 46.* [*potius dat. in locutione q. e.* '*-um esse*' *sim., e. g. l. 80. p. 217, 51. 218, 3*]. ab *p. 217, 2. 68. 69. 218, 18. 45. 47.* *add. acc. gr. p. 217, 55*):

B *spectatur is qui indefensus, non vindicatus vel se ipse non defendens patitur*: **1** *mortem, vulnera, fugam sim.*: Rhet. Her. 4, 54, 67 -i iacent Gracchi ([*v. p. 240, 69*]. Liv. 25, 37, 10 ne -os imperatores suos iacere sinerent. Lex Burg. lib. const. 46, 3 servus ... sagittatus ... iacebit -us). Sall. Catil. 58, 21 cavete -i animam amittatis (*v. l. 79*). Iug. 31, 2 quam foede quamque -i (*v. p. 240, 66. 68*) perierint vostri defensores (Cvrt. 4, 4, 12 Tyrii ... ruunt in hostem haud -i tamen perituri. Flor. epit. 3, 21, 20 ne -i [*v. p. 240, 68*] perirent *Marius et Carbo. al.*). 67, 2 iuxta boni malique, strenui et inbelles -i (*v. p. 240, 68*) obtruncari. hist. frg. 3, 24 dedecores -ique (*v. p. 240, 68*) terga ab hostibus caedebantur (Cvrt. 5, 3, 19 quod -i, quod ferarum ritu ... caederentur). 4, 41 *Spartacus* haud impigre (impune *V*^{2} *in ras.*) neque -us occiditur ([*v. p. 240, 68*]. Flor. epit. 3, 3, 18 *Boiorix* inpigre nec -us occubuit). Verg. Aen. 2, 670 numquam omnes hodie moriemur -i (4, 659 *Dido*: moriemur -ae [*cf.* Serv., Clavd. Don. *ad l.*; Gloss.^{L} I Ansil. in 2021 indefensae]. Hor. sat. 2, 8, 34 Ov. met. 9, 131 fast. 2, 233 Cvrt. 9, 5, 2. *al.*). 10, 739 non me ... -o, victor, nec longum laetabere (Serv. *ad l.* indefenso). 11, 847 neque ... famam patieris -ae (Serv. *ad l.* invindicatae. Clavd. Don. *ad l.* indefensum ... defendit). Liv. 3, 43, 4 haud -um interfecere *milites Siccium* (*seq.* repugnantem). 3, 51, 4 filia -a (*dett., v. p. 240, 67*) *Verginia*. 4, 28, 4 hic praebituri ... vos telis hostium estis indefensi, -i? 4, 39, 4 *equites* ... nequaquam -i. 4, 58, 5 milites non ... -i fuere (Lvcan. 10, 529 Magnus -us erit. Avson. 438, 2 p. 388 P. nec -um amicum *Patroclum* fore. *al.*). 25, 16, 19 utrum ... pecorum modo -i trucidentur an ... agentes audentesque ... cadant (*sim.*: Veg. mil. 1, 21 more animalium -i cadunt. 3, 21 -i more pecudum trucidantur. *v. et l. 39*). Sen. Herc. O. 282 *Deianira*: non ibo -a (*ibid.* 345). Oed. 643 pater -us (Phoen. 91 Flor. epit. 4, 6, 2. *al.*). Octavia 463 *Nero*: an patiar ultra sanguinem nostrum peti, -us et contemptus ut subito opprimar? (*v. p. 240, 74*). Cvrt. 4, 16, 24 nec Persae -i cadebant (6, 1, 2. Tac. hist. 3, 77, 2 resistentes neque -i. *v. et l. 54*). 7, 7, 37 ne -us occideret. *al.* Sil. 13, 685 *umbra Scipionis*: non segnis nobis nec -is, nate, peracta est illa suprema dies. Tac. hist. 4, 77, 3 legiones, quae neque me -um neque vos impunitos patiantur (Plin. epist. 9, 13, 5 maritum tuum non -um pati). ann. 14, 44, 2 possumus ... si pereundum sit, non -i inter nocentes (*sc. servos*) agere (*antea*: tuti). Amm. 24, 3, 14. Heges. 1, 1, 2 p. 5, 5 *Hebraei* -i occubuere (Svlp. Sev. chron. 1, 28, 6 *Samson* non -us occubuit. *v. et l. 41*). Coripp. Ioh. 6, 410 quonam usque necabit agmina -a fames? *al.* *de dis manibus sim.* (*v. etiam l. 55. 60*): Sen. contr. 7, 2, 5 di manes Popilli senis et -ae ... patris ... animae (umbrae *exc.*). Octavia 600 manibus nostris ... adhuc -is (Amm. 23, 5, 17 manes ... *Gordiani* -i. 30, 2, 9 legatorum ... manes -os). Lvcan. 1, 11 cum ... umbra ... erraret Crassus -a (Amm. 19, 2, 1 -a [*v. p. 240, 70 sq.*] unici pignoris [*sc. filii*] umbra. 23, 5, 18 -ae caesorum exercituum umbrae. *v. et l. 68*).

2 *iniuriam, damnum sim.*: Cic. Sest. 50 *Marius* vitam suam, ne -us (*v. p. 240, 70*) esset, ... reservavit (Ov. ars 1, 366 facies ..., ne sit -a *uxor a coniuge laesa*. Sen. contr. 1, 5, 6 non eris -a, nam raptor non erit inpunitus. 7, 8, 10 puellam -am [invitam *l. v.*] esse. Sen. Herc. f. 1187 ut -us ego sim? [*syn.* segnis]). Verg. georg. 3, 227 quos amisit -us amores *taurus* (*cf. supra l. 33*). Hor. epod. 6, 16 an ... -us ut flebo puer (Clavd. 20, 209). sat. 1, 8, 44 *Priapus*: ut non testis -us horruerim *eqs.* (*sim. de teste*: Clavd. 26, 523 numquam haec opprobria linguae turpia Danuvius ... ferret -us). 2, 3, 297 posthac ne compellarer -us. carm. 2, 1, 26 Iuno et deorum quisquis amicior Afris -ā cesserat inpotens tellure ([Schol. Hor. *ad l.*: ad vindictam Africae]. *sic de terris, urbe*: Tac. ann. 3, 73, 2 Spartaco ... -am Italiam urenti. Hier. epist. 60, 15, 3 -am patriam derelinquens *Valentinianus*. Clavd. 20, 215 Epirum ... populatus -am [adultam, inermem, opimam *vv. ll.*] *Alaricus*. Sidon. carm. 2, 455 *Roma*: nec -a remansi. *v. et l. 10. 12*). Ov. met. 8, 280 *Diana*: non impune feremus quaeque inhonoratae, non et dicemur -ae. fast. 4, 595 *Ceres Iovi*: verum impune ferat *Pluto*, nos haec patiemur -ae ([invitae *l. v.*]. Sen. Med. 399 regias egone ut faces -a patiar? Stat. Theb. 11, 271 *Creon*: neque te ulterius ..., pessime, ... patiemur -i. *aliter refertur ad obi.*: Liv. 25, 38, 6 *Marcius: Scipiones me agitant* neu se neu ... milites suos ... neu rem publicam patiar -am. Homer. 82 *Achilles matrem* invocat ..., ne se Plistheniden contra patiatur -um. Clavd. 15, 204 nec te, Roma, diu nec te patiemur -am [-as *l. v.*], Africa). Stat. Theb. 3, 389 nec te (*Polynice*) germanus -o sceptra geret. 3, 653 sileamus -i Tydeos ... perfossum pectus? Ach. 1, 91 nec -a dolebis (*sc. Thetis filio amisso*). Qvint. decl. 362 p. 394, 20 cum ... uterque metueret, ne -um haberet patrem, iurasse in ultionem magis parentum quam iniuriam. Clavd. 20, 513 si ... vicinus laribus ... suis proturbet -os *pueros*. Avg. civ. 20, 2 p. 407, 19 D. *nescimus cur* exeat de iudicio *dei* non solum -us, verum etiam damnatus innocens (*seq.* impunitus, vindicatus *scelestus adversarius*). *al.* *m. pro subst.*: Sen. Thy. 178 ignave, iners, enervis et ... -e.

II *de rebus* (*nota abl. abs. l. 44.* -um est, si: *l. 52; c. inf. l. 59*): **A** *strictius de rebus malis*: **1** *quae hominibus inferuntur*: **a** *de sceleribus rebusque improbis, quae quis committit*: *α fere i. q. impunitus*: Ter. Andr. 610 -um numquam id auferet *servus* (*cf.* Haut. 918 ne illud haud -um [*v. p. 240, 66*], si vivo, ferent *filius et meretrix. hos locos spectat* Gloss. V 535, 39 -um [inlutum *trad.*] inpunitum). Cic. div. in Caec. 53 ut ... iniuriae sint impunitae atque -ae (Lvcan. 5, 260 quidquid multis peccatur, -um est. Plin. nat. 7, 146 sceleratam ... audaciam semper fuisse -am [*aliter p. 243, 8*]. Ivst. 24, 3, 10 nec Ptolemeo -a scelera fuerunt. *al.*). Verr. II 5, 149 possemus hanc iniuriam ignominiamque ... -am impunitamque dimittere (*al.*). Sall. Iug. 106, 6 neque ... tantum scelus -um relinquendum (Vlp. dig. 47, 10, 15, 35. *v. et p. 243, 2. al.*). Ov. met. 7, 762 Themis nec talia liquit -a (*v. app. crit.*). Liv. 2, 9, 2 ne orientem morem pellendi reges -um sineret (Tac. ann. 3, 38, 3 popularium iniurias. Svlp. Sev. chron. 1, 51, 2 insolentiam. *v. et p. 243, 7*). 5, 16, 3 passuros -am eam iniuriam Romanos (Plin. epist. 1, 23, 2 *convicia*. Heges. 1, 36, 2 p. 73, 4 nihil occultum nihilque -um. *v. et l. 62. 69. 72. p. 243, 1*). Val. Max. 9, 7 mil. Rom. 2 tantum ... scelus ... -um abiit (Vvlg. Iob 24, 12). *al.* Sen. Ag. 220 victrix -um Graecia hoc facinus feret? (*al. aliter l. 26*). Val. Fl. 6, 531 furtis adsuetus -is. Tac. ann. 4, 47, 3 *sagittarii* crebra et -a vulnera fecere. 16, 23, 1 *Barea Soranus* vim ... civitatis Pergamenae ... -am omiserat (*v. et l. 71*). *al.* Avr. Vict. Caes. 9, 3 coniurationum multas scelere -o abscedere patiebatur *Vespasianus*. Synod. Hil. coll. antiar. p. 121, 10 non oportuit ... -as retinere falsitates *eqs.* Clavd. Don. Aen. 3, 625 p. 344, 12 Vlixes ... talia -a remanere non passus est (*ad Verg. v. 628* impune. *al.*). Ambr. in psalm. 118 serm. 7, 23, 3 cum filii *Absalom* adhuc parricidium -um maneret (*antea*: vindicaret). *al.* Cod. Theod. 8, 10, 2, 1 (= Iust. 12, 61, 2, 1) nec iniurias -as transire permittant *iudices*. *al.* Greg. M. moral. 5, 35 p. 698^{D} *deus* -a mala non deserit (*al. v. et p. 243, 11*). *v. et l. 69. al.* -um est, si: Leo M. epist. 16, 6 p. 702^{B} quia -um post haec esse non poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas. *β fere i. q. nulla poena dignus, innocens*: Ambrosiast. in Rom. 7, 7 p. 109^{A} simplex ... videbatur causa concupiscere aliquid proximi, hoc autem lex prodidit esse peccatum: saecularibus namque hominibus nihil tam -um videtur et placidum quam voluptas. Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 138, 3 hoc ... nimis est impium et mercenarii potius quam pastoris est opus, nec -um tot prodere animas, sed eversionem cunctorum, quae prius mirabiliter operatus es, habens. **b** *de morte (sc. violenta) sim.* (*cruore l. 75*): Cic. div. 1, 57 ut ... mortem suam ne -am esse pateretur (Liv. 1, 41, 2 ne -am mortem soceri, ne socrum inimicis ludibrio esse sinat *Servius*. Sen. dial. 6, 16, 4 et acerbam mortem filii et -am. Tac. ann. 4, 12, 2 mortem Drusi -am [*v. p. 240, 72*] interfectoribus ... esse. 4, 25, 3. Gaivs dig. 29, 5, 9 cum fisco caduca bona defuncti addicantur propter -am mortem. *al.*). Ov. met. 9, 415 ne ... necem sinat esse diu victoris (*M, sed v. app. crit.*) -am *Iuppiter* (Qvint. inst. 12, 7, 2 neque sociorum querelas nec amici ... necem nec erupturas ... conspirationes -as patietur orator. Tryph. dig. 37, 14, 23 pr. Cod. Iust. 6, 35, 1 pr. [*a. 204*] heredes quos necem testatoris -am omisisse constitit). Liv. 24, 33, 5 nec caedem nefandam sociorum -am Romanos passuros (Flor. epit. 4, 6, 6 ne, si -a fuisset, etiam iusta ... *patris* caedes haberetur. Ivst. 39, 5, 1. *al.*). Val. Max. 9, 2 ext. 3 *Mithridates* hospitalis deos iniusto, sed non -o cruore respersit. Tac. ann. 4, 50, 1 erant qui non -um exitium, sed eruptionem suaderent. **c** *de laboribus, siti, dedecore, quae quis indefensus patitur*: Prop. 4, 9, 70 Herculis aeternum ne sit -a sitis. Cypr. Demetr. 17 p. 363, 3 fidentes, quod -um non remaneat quodcumque perpetimur, quantoque maior fuerit persecutionis iniuria, tanto iustior fiat et gravior pro persecutione vindicta. Schol. Cic. Gron. p. 312, 2 ut celaret dedecus -um (*Stangl*, vitium *trad.*) *fugae Vlixes*.

2 *de motibus animi, doloribus, gemitu, qui iniurias sequuntur*: Hor. epist. 1, 2, 61 *iracundus* dum poenas odio per vim festinat -o. Ov. met. 4, 426 nil poterit Iuno nisi -os flere dolores? Val. Fl. 4,

[Reichmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

14 *Iuppiter*: dabit ... poenas *Medea* ... nec Aeetae gemitus patiemur -os. DON. Ter. Andr. 199 ne quid relinquat -um (*om. A V* [*schol. Paris*]) iracundiae *dominus servi dolosi.*

B *laxius*: **1** *de precibus, quae ad ultionem frustra tendunt*: HOR. carm. 1, 28, 33 (*verba mortui*) precibus non linquar -is. **2** *de vita, rei bene gestae audacia, coniugio, quae indefensa pereunt*: SIL. 10, 292 nec Paulus -um, quod superest de luce, sinit. AMM. 31, 6, 3 eminens ... aliquorum *Gothorum* audacia peribat -a (*v. p. 240, 71. aliter p. 242, 30*). 31, 13, 6 conabantur modis omnibus vitam impendere non -am *pedites*. CONST. Sirmond. 8$^{med.}$ nullius -os toros remisso adulteriorum ... supplicio deseremus (*cf. p. 242, 51*).

adv. **inultē.** *i. q. impune*: GREG. M. epist. 5, 53 a, 1 p. 354, 15 *sacri altaris ministerium* sub ecclesiae colore susceptum est, quod, si -e liceat, iterum fugiendo deflectatur. moral. 1, 37 p. 544^{B} quia eo ipso peccat, quo peccare vellet, si -e potuisset *ecclesia* (25, 6 p. 322^{C}. 25, 27 p. 338^{A}. 26, 46 p. 376^{D} [= past. 2, 6 p. 36^{C}]). 25, 6 p. 322^{C} quando violentus iste omne malum quod poterat -e perpetrabat.

adv. **inultō** (*abl. abs., cf. p. 240, 78. 242, 44*). *i. q. impune*: CHAR. gramm. p. 410, 17 B. non -o feret *adversarius.*

deriv.: inulcisci.

? **2. inultus,** -a (-um). *p. p. p. ab* inolesco (*v. vol. VII 1, 1738, 7*), *cf.* adultus *ab* adolesco. NOT. Tir. 54, 13 -us (inoletus *Kopp*). 54, 14 -a. *Reichmann.*

***inulus,** -ī *m.* *de origine cf.* inuleus. *de scriptura*: in-: AMBR. Isaac 5, 38 p. 664, 17 (*V*), *v. et* p. 674, 10 *adn.* EVCHER. form. 4 p. 26, 11 sqq. (*cf. p. 240, 39. 41*). ISID. orig. 12, 1, 21 (*CTX*). GLOSS.^{L} Corp. I 464 -us hindcaelf (*anglosax.*). GLOSS. II 92, 45 -i *νεβροί*. II 583, 24 *v. p. 240, 27.* en- (*cf. p. 240, 20*): AMBR. Isaac 4, 31 p. 661, 13 (*APV*). 5, 38 p. 664, 17 (*AP*). ORIBAS. syn. 9, 29 Aa p. 333. ISID. orig. 12, 1, 21 (*BFO*, een- *K*). GLOSS.^{L} II Philox. EN 24 enulum *νεβρόν. al.* hin(n)- (*cf. p. 240, 22. 26. 27*): SCRIB. LARG. 13 p. 10, 18. 188 p. 77, 5. ITALA *v. l. 42*. AMBR. Isaac 6, 50 p. 674, 10 (*AE*). *al.* in psalm. 118 serm. 6, 12, 1. *al.* HIER. *v. l. 55 sqq.* VVLG. *ubique*. RVFIN. *v. l. 53 sq.* GLOSS. Vatic. reg. 203 p. 265, 72 (ed. Merchie) hinnulus est foetus cervae. *et saepius. legitur inde a* SCRIB. LARG. (ORIBAS.) *et in* ITALA, VVLG. (*ECCL.*).

i. q. inuleus: **1** *in re med.*: SCRIB. LARG. 13 ad rem *medendi* pertinere occidi -um cultro (*antea bis* inuleus, *v. p. 240, 23*). 188 coagulum leporis, -i et porci (ORIBAS. syn. 9, 29 Aa p. 333 -i cervini [cervolino *La, gr. 9, 29, 3 νεβροῦ*] *cf. p. 240, 35*).

2 *apud eccl., respicitur* -us cervorum (*in comparatione v.* VVLG. cant. 2, 9. 17 *l. 52 sqq. al., cf.* -us capreae *l. 55*): ITALA Iob 39, 3 (Aug. in Iob p. 617, 6) nutristi -os earum (*i. cervarum*) sine metu (*παιδία, Vulg. aliter*). AMBR. Isaac 4, 31 p. 661, 13 quasi -us cervorum, qui desiderat ad fontes aquarum, descendit ad Paulum (*cf. psalm. 41, 2*). 5, 38 p. 664, 17 exilit ... sicut -us cervorum (6, 50 p. 674, 10 quasi capreolus aut cervorum -us, dum adfatur dilectam, exsiluit. *cf.* in psalm. 118 serm. 6, 13, 1 p. 114, 18 salientem ... -um. 6, 18 p. 117, 11). in psalm. 118 serm. 6, 12, 1 p. 114, 8 videbis ... Iesum similem capreolo aut -o cervorum (*cf. l. 53. 58*). 6, 12, 2 p. 114, 13. 14 -us quasi filius (ISID. orig. 12, 1, 21 -i filii sunt cervorum). VVLG. prov. 5, 19 cerva carissima (*i. virgo amata*) et gratissimus -us. cant. 2, 9 similis est dilectus meus capreae -oque cervorum (2, 17. *cf.* 8, 14. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 214, 6 sponsa comparare videtur 'fraternum' suum -o cervorum). 4, 5 duo ubera tua sicut duo -i capreae gemelli (7, 3. *cf.* HIER. in Ezech. 16, 4/5 p. 127^{A} virginis in cantico canticorum duae mamillae sunt, quasi duo -i gemini capreae). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 214, 10 '-us cervorum' est quia parvulus 'puer natus est' *eqs.*

fem. **inula,** -ae. *i. q. vitula cervorum*: ARNOB. nat. 5, 39 p. 209, 6 Ceres ... Nebridarum familiam pellicula cohonestavit -ae (hinn- *trad.*). *I. Kapp.*

? **inum,** -ī *n. v. vol. VII 1, 806, 8.*

inumbrāculum, -ī *n.* *ab* inumbrare, *cf.* adumbraculum (*Hier. nom. hebr. p. 20, 26*), obumbraculum, umbraculum. GLOSS.^{L} II Abav. LV 13 lucus -um vel locus amoenus (*cf. l. 82 sqq.*).

inumbrātio, -ōnis *f.* *ab* inumbrare. *inde a* FIRM., HIL.

A *i. q. actus inumbrandi, umbra*: **1** *de cutis colore fusco*: FIRM. math. 1, 10, 11 illius *hominis* candor ex aliqua parte nigri coloris tenui -e sordescit. **2** *spectantur res lucem arcentes* (*acced. vi tuendi a periculis l. 73*): SERV. auct. Aen. 12, 408 -em ... ex eo (*sc. continuo pulvere*) solis et caeli factam (*seq.* obducto semel caelo et quasi ab oculis intercluso). THEOD. MOPS. epit. in psalm. 56, 2^{b-c} ad p. 369, 14 a similitudine avium, quae pullos alarum -e (*Bulhart*, in umbratione *ed.*) communiunt (*gr. l. c. ὑπὸ τὰς πτέρυγας φυλάττουσιν, ad Vulg.* in umbra alarum tuarum. *cf. p. 244, 39*). *de nube divina sim.*: HIL. in psalm. 67, 27 p. 302, 12 *cum Iudaeos* -o nubis ... in spe euangelicà fideque concluderet (*ad rem cf. p. 245, 31*). trin. 2, 26 ut ... substantiam corporalem divinae virtutis -o temperaret (*antea*: obumbravit. *cf. p. 245, 41*). **3** *de umbra inferorum*: MART. CAP. 1, 78 *fratrum Iovis* alter maritima semper inundatione viridior, alius lucifuga -e pallescens.

B *i. q. res inumbrans*: SERV. Aen. 1, 164 p. 95, 7 scaena -o. et dicta scaena *ἀπὸ τῆς σκιᾶς*. apud antiquos enim theatralis scaena parietem non habuit, sed de frondibus ⌊umbracula quaerebant⌋ (⌊ ⌋ opaca umbracula faciebant *cod. B; ad Verg.*: silvis scaena coruscis desuper horrentique atrum nemus imminet umbra. *cf. l. 76*).

***inumbro,** -āvī, -ātum,- āre. *ab* in *et* umbra, *cf.* umbrare. *perfecti act. nonnisi formae breviores*: -arit: Ps. CYPR. laud. mart. 21 p. 44, 2. -asset: SOL. 11, 18. -asse: CONC.^{S} I 5 p. 120, 34. NOT. Tir. 104, 92 -at. *de notione*: SYNON. Cic. p. 416, 10 B. abditum ... -tum. SERV. Aen. 1, 607 'lustrabunt' -bunt, unde lustra ... ferarum cubilia ... dicimus, quia parum inlustrantur. *v. etiam l. 26 sqq.* GLOSS.^{L} I Ansil. IN 2030 -atur tenebratur (GLOSS. -tus tenebratus). III Abstr. IN 273 -atur occultatur vel obscuratur (*inde* I Ansil. IN 2028 -tus occultatus. 2029 -tus obscuratus). GLOSS. *ἐπισκιάζω* adumbro, -o, obumbro. *legitur inde a* VARRONE, LVCR., VERG., VAL. MAX. [*it.* inombrare. *prov.* enombrar. *R.*] ⌊*variat in codd. c.*: umbrare: QVINT. inst. 12, 10, 60 *l. 72*. PLIN. epist. 8, 17, 3 (*MV*). obumbrare: VERG. georg. 4, 20 *l. 63*. CLAVD. rapt. Pros. 2, 26.⌋

I *transitive* (*v. et p. 245, 32. 46 sq.; accedit acc. q. d. graecus l. 31*): **A** *adumbrando (? cf. vol. I 885, 32. v. et p. 245, 49), delineando efficere* (*in aliqua re*): VARRO ling. 6, 4 solarium dictum id, in quo horae in sole inspiciebantur, quod Cornelius in basilica Aemilia et Fulvia -vit (*post* inspiciebantur *aliquid excidisse putant Goetz-Schoell [v. adn. ad l. p. 260 sq.], ita ut sensus esset 'in umbra, sc. sub tecto basilicae, posuit'*).

B *fere i. q. tegere, obscurare*: **1** *proprie* (*in imag., alleg. l. 43. 70. 81*): **a** *generatim*: LVCR. 3, 913 tenent ... pocula saepe homines et -ant ora coronis. VERG. Aen. 11, 66 toros (*i. feretrum*) obtentu frondis -ant (CLAVD. DON. p. 417, 1 sqq. *ad l.* -bant frondis obtentu, hoc est tegebant et -bant interiora ...; quam pulchre posuit -ant! non enim illis aut penitus adempta lux fuerat aut ad plenum tenebrarum crassitudo congesta. *cf. l. 41. p. 245, 34*). PLIN. nat. 19, 24 *Marcellus* velis forum -vit (*syn. 23* intexit). APVL. met. 9, 12, 3 dorsum ... plagosum scissili centunculo magis -ti quam obtecti *homunculi.* 10, 31, 1 *puella designans Venerem* nudo et intecto corpore perfectam formonsitatem professa, nisi quod tenui pallio bombycino -bat spectabilem pubem. flor. 1 p. 4 aut ara floribus redimita aut spelunca frondibus -ta. ITALA exod. 38, 8 (Monac.) ut -rent arcam testamenti et placatorium *Cerubin* (*σκιάζοντα, Vulg. 37, 9* tegentes, *cf. Italam* [*Lugd.*] adumbrantes). SOL. 52, 29 monocolos ... qui ... resupinati plantarum suarum magnitudine -entur (-antur *l. v.*). HIL. in psalm. 56, 3 p. 169, 21 avibus naturae est infirmitatem pullorum alis -are (*ad psalm. 56, 2* in umbra alarum tuarum. *cf. et p. 243, 73*). CLAVD. rapt. Pros. 2, 26 stridentia colla Gorgonis obtentu pallae fulgentis -at (*v. l. 15*) *Minerva* (*cf. l. 26*). EPIGR. Bob. 21, 2 Liberum hedera ... -antem caput. *in imag.*: AVG. epist. 167, 14 p. 601, 22 si ... ita sunt animae intentiones ut corporis membra, non quod videantur locis, sed quod sentiantur affectibus, et aliud inluminatur amplius, aliud minus, aliud omnino caret lumine et tenebroso -atur obstaculo *eqs.*

b *speciatim*: *α spectatur umbra nubium, noctis*: LVCR. 5, 289 terra ... -atur, qua nimbi cumque feruntur. SOL. 11, 18 cum novem et amplius mensibus diem continua nox -asset (*seq.* inluminatam). MART. CAP. 6, 663 regio caligantibus tenebris -ta ([-at *B*^{1}]. *cf. Plin. nat. 4, 88* densa mersa caligine). *al.* *apud Christianos de virtutibus divinis, quae velut nubes apparent*: ITALA Matth. 17, 5 (cod. e, *sim. al.*) ecce nubes lucida -vit illos (*ἐπεσκίασεν, Vulg.* obumbravit). act. 5, 15 (cod. d, *sim. al.*) ut ... Petri ... umbra -ret quemcumque *aegrotorum* (*ἐπισκιάσῃ τινί, Vulg.* obumbraret [umbraret *D*]. *cf.* PAVL. NOL. epist. 23, 36 p. 194, 5 -ando). AVG. in psalm. 139, 12 p. 1810$^{med.}$ -atur in die belli *homo a diabolo temptatus*: desiderium enim aestus facit, umbraculum autem domini temperat desiderium (*ad psalm. 139, 8* obumbrasti super caput meum in die belli). *huc spectare videtur* HIL. in psalm. 68, 29 p. 337, 22 *terra* supernis (*i. caelestibus*) -ta naturis. *v. et p. 245, 31 sqq. 41.*

β spectatur umbra arborum vivarum sim.: VERG. georg. 4, 20 vestibulum *alvarii* ... ingens oleaster -et (obumbret *cod. Gud. 2; Colum. 9, 5, 4; Serv. georg. 4, 61* [*l. v.*]). VAL. MAX. 1, 7 ext. 5 *Astyages* existimaverat genitali parte Mandanes natam vitem eo usque crevisse, donec cunctas dominationis suae partes -ret (*cf. Iust. 1, 4, 2* obumbraretur). CVRT. 3, 4, 9 *Cydnus* multa riparum amoenitate -tus. COLVM. 4, 14, 2 dum *solum* ... incremento suo vites -ent. 10, 168 mollem ... sinum *telluris* staphylinus -et. LVCAN. 4, 456 ruitura ... semper stat ... moles et silvis aequor -at. QVINT. inst. 12, 10, 60 (*per imag. de medio genere dicendi*) ut amnis et lucidus quidem, sed virentibus utrimque silvis -tus (sibi sim umbratus *HMV*). FRONTIN. aq. 93 *Anio* imminentium ... nemorum opacitate -tus. PLIN. epist. 5, 6, 20 areolam, quae quattuor platanis -atur. 8, 17, 3 nemora, quibus -atur (*v. supra l. 14*) *Anio*. Ps. CYPR. laud. mart. 21 p. 44, 2 Christi locus, ubi ... arborum densior coma vestit quicquid curvantibus ramis scena deiacens -arit (inubraret *S*^{1}, in umbra erit *P*). SOL. 35, 5 *balsama* tenacibus foliis sempiterno -antur. PALLAD. ins. 49 degeneris ... comae vestigia mitis -at pampinus. HIER. epist. 58, 3, 5 *locum, ubi Christus natus est*, lucus -bat Thamuz. ISID. Goth. 1^{a} chron. II p. 267 tu *Spania* ... segete vestiris, oleis -aris (inubr- *l. v*), vite praetexeris. *per allegoriam*: HIL. in Matth. 13, 4 p. 994^{B} apostolos ... mundum -antes in ramis intelligemus (*ad Matth. 13, 32* ut volucres ... habitent in ramis). in psalm. 1, 16 p. 31, 10 *folia* ad custodiam fructuum *nascuntur* ...:

[Reichmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

doctrina ergo verborum dei, quae promissos nobis fructus convestit, significatur in foliis; his enim verbis spes nostrae -antur, horum ... munimine conteguntur. *v. etiam l. 35. 38.*

γ spectatur umbra barbae: APVL. met. 5, 8, 4 iuvenem ... commodum lanoso barbitio genas -antem. CLAVD. 1, 69 ante genas dulces quam flos iuvenilis -et oraque ridenti lanugine vestiat aetas.

2 *translate* (*vigente hic illic vi imaginis, cf. et p. 244, 23*): **a** *i. q. claritate superare*: PLIN. paneg. 19, 1 ut parva *sidera* ... validiorum exortus obscuret, similiter imperatoris adventu legatorum dignitas -atur. CASSIOD. or. frg. p. 467, 17 tantum est praesentis boni publici decus, ut feliciter maiores suos -et fortunata successio. **b** *i. q. tenebris involvere* (*per imag. obscuritatis significatur res infamans l. 16. 21, difficultas intellegendi l. 19, tristitia l. 20. 23, desuetudo l. 25*): ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 4 p. 493[in.] concessit deus et latrones cum salvatore crucifigi et ... seductores aliquos apparere ...; nihil enim Christi gloriam potuit -are (*gr. συσχιάσαι, seq.* obscurare). AVG. (?) un. eccl. 10, 25 p. 259, 13 dicant *Donatistae* ea testimonia ... obscura esse et figurate dicta etiam aliter posse intellegi ..., numquid et hoc obscure dictum aut aenigmatis velamento -tum est, quod *eqs.* CONC.[S] I 5 p. 356, 22 tristitia mentem ita -at et valde conturbat, ut *eqs.* (*gr. I 1, 7 p. 123, 34 καταθολῶσαι*). CASSIOD. var. 3, 39, 1 quia -at famam publicam in consule tenacitatis (*i. avaritiae*) obscuritas. COD. Iust. 1, 17, 2, 6b ne luctuosum monumentum laeta saecula -are concedatur. INST. Iust. de inst. promulg. 5 breviter expositum est et quod antea obtinebat et quod postea desuetudine -tum ab imperiali remedio illuminatum est.

II *intransitive et absolute* (*aliter l. 32. 46*): **A** *i. q. cum umbris, tenebris incedere, propinquare*: TAC. hist. 3, 19, 1 -ante vespera ... exercitus robur advenit.

B *i. q. umbram iacere* (*acced. dat. l. 40 sqq., per alleg. l. 35. 39*): ITALA num. 10, 36 (Lugd.) nubs facta est -ans super illos (*σκιάζουσα ἐπ' αὐτοῖς, om. Vulg.; hunc locum respicit transitive vertens* CYPR. GALL. num. 240 *Moysen* dicentem nubs clara tegit agmenque refertum ... obtentu [*cf. p. 244, 25 sq.*] vestis -at. *v. et p. 243, 76*). HIL. myst. 1, 37 p. 27, 8 septuaginta praedicatoribus pro tempore -antibus et duodecim apostolis in aeternum fluentibus (*ad exod. 15, 27* duodecim fontes aquarum et septuaginta arbores palmarum). VEN. FORT. carm. 5, 1, 1 p. 101, 10 ipse vir factus paradisus inter perspicui cordis ... plateas et vernantis operis -antes corymbos ... inambulantis in se beati redemptoris ... vestigia *coercet*. *acced. dat.*: ITALA Luc. 1, 35 (codd. a q *al.*) virtus altissimi -bit tibi (*ἐπισκιάσει σοι, Vulg.* obumbrabit tibi. *hunc locum respiciunt*: HIL. trin. 2, 24 p. 66[B] [= LEO M. epist. 104 Conc.[S] II 4 p. 120, 1] -ante virtute [obumbrante *Leo l. v.*]. 2, 27 p. 68[B] -ans virtus [CONC.[S] I 5 p. 90, 9; *gr. I 1, 2 p. 39, 25 ἐπισκιάσασα. syn. I 2 p. 53, 39 et I 3 p. 122, 12* obumbrans]. CONC.[S] I 5 p. 120, 34 -asse [*gr. I 1, 7 p. 38, 23 ὅτι ... ἐπισκιάσας eqs.*]. *transitive*: ITALA *l. c.* [Cypr. testim. 2, 10 p. 75, 12] -bit te [*M*, ob- *cett.*]. PAVL. NOL. carm. 27, 279 -ta ... virgine).

p. p. p. pro adi. **inumbrātus**, -a, -um. *i. q. adumbratus (cf. vol. I 886, 2 sqq.), non verus*: CELS. dig. 41, 2, 18, 1 (*interpol. ?*) furioso, quem suae mentis esse existimas, eo quod forte in conspectu -tae quietis fuit constitutus.

deriv.: inumbraculum, inumbratio. *Reichmann.*

inūmectus, -a, -um. *ab* in (*neg.*) *et* umectus. *i. q. non umectus, siccus* (*syn.*): CAEL. AVR. acut. 2, 37, 207 cum ... -um (*scrib.* -hum-) atque siccum fuerit corpus.

inūmigo, -āre. *ab* in *et* umigare. *fere i. q. umidum facere*: LIV. ANDR. trag. 18 confluges ubi conventu campum totum -ant.

inūnātus, -a, -um. *ab* in unum, *cf.* adunatus. [*variat in cod. c.* inviolatus: CYPR. sent. episc. 49 *v. p. 217, 15.*] GLOSS.[L] I Ansil. GL 63 globata agmina: -a.

inunco, -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* uncus. NON. p. 124, 16 -are quasi unco invadere et arripere: Lucilius (*v. l. 75*). GLOSS.[L] III Abstr. IN 279 -vit manu: adprehendit, vim manu intulit (*cf. adn.*). *legitur inde a* LVCILIO.

fere i. q. unco capere: **1** *hamis*: APVL. apol. 30 *instrumenta magica* hamis -anda (*ironice de piscibus*). PAVL. NOL. carm. 23, 272 *oculum* diducebat -ans subfixo clavus cilio (*antea: vir saucius* uncino quasi piscis inhaeserat hamo). *per similitudinem*: COLVM. 7, 3, 10 *lana* obnoxia est rubis, quibus velut hamis -ta pascentium tergoribus avellitur (SIDON. epist. 7, 9, 11 semper hic ... bonarum partium mores pungentibus linguis maledicorum veluti bicipitibus hamis -buntur). **2** *unguibus sim.*: *de ave rapaci*: APVL. flor. 2 p. 9 *aquila e caelo cuncta cernens*, unde unguibus -et vel agnum ... vel leporem ... vel *eqs.* *inde metaphorice de homine avaro*: LVCIL. 492 qui nummos tristis -at (*v. l. 63*). *Hi.*

***inūnctio**, -ōnis *f.* *ab* inung(u)ere. *scrib.* -unt-: CELS. 7, 7, 14F COLVM. 6, 33, 2 THEOD. PRISC. log. 56. GLOSS. *ἔγχρισις.* *legitur inde a* CELSO *apud medicos et eccl.* [*variat in codd. c.*: iniunctio: COLVM. 6, 33, 2 PLIN. nat. 28, 117 GREG. TVR. glor. mart. 30 p. 506, 7. iunctio: THEOD. PRISC. log. 31 GREG. TVR. Franc. 6, 35 p. 306, 5. unctio: PLIN. nat. 28, 171 VEG. mulom. 3, 27, 7 THEOD. PRISC. log. 31. 56.]

i. q. actus inunguendi, necnon de ipsa re, i. q. unguentum (*e. g. t. 29. 34. 37. 40*): **A** *ad medendum morbis* (*fere apud medicos et in eis scriptis, quae a medicis pendent, praeter l. 26. 32*): **1** *in medicina oculorum* (*per gen. accedentem indicatur medicamen l. 5. 6. al., pars aegra l. 16 sq. 19, vitium l. 14 sq., tempus l. 13*): CELS. 7, 7, 14 opus est ... lenium medicamentorum -bus. COLVM. 6, 33, 2 omnis ... dolor oculorum -e suci plantaginis ... levatur ([*inde* PELAGON. 437 -em ... desiderat]. PLIN. nat. 20, 39. PS. APVL. herb. app. 116, 3 l. 4 herbae rutae ... sucus ... caliginem oculorum -e detergit). SCRIB. LARG. 20 cum combiberint oculi ad singulas -es, vaporare eos *oportet*. 29 qui non sufferunt -em (*syn. Marcell. med. 8, 118* unctionem). PLIN. nat. 28, 37 *arceri* lippitudines matutina cottidie velut -e. 28, 117 *chamaeleontis* felle glaucomata et suffusiones corrigi ... creditur tridui -e (MARCELL. med. 8, 67. 8, 155 PLAC. med. 11, 3 rec. *β*. 22, 1 rec. *β* facis -em). 29, 125 accipiter decoctus ... efficacissimus ad -es omnium vitiorum putatur. 29, 132. VEG. mulom. 3, 27, 7 -bus utilitatem animalibus praestat. MARCELL. med. 8, 7 perunctiones oculorum lippientium sive -es. 8, 68 lupi fimus ... -e (-i *Helmreich, sed v. adn. crit.*) adhibitus oculorum ypochysis discutit (8, 105. *saepe*). 8, 89 anagallidos herbae flos ... -i caligantium oculorum ... prodest. 8, 144 utere ad -em collyrio (8, 154 -e adversum glaucomata ... uteris. ORIBAS. syn. 8, 40 La p. 250 sic -is [*pro* -bus] uteris [*gr. p. 262, 17 ὑπαλείψεσι*]. *ibid.* Aa uteris ... -em). *al.* VINDIC. epist. ad Valent. 9 cum neque -o neque incisio ... inundationem lacrimarum reprimere potuerit. PLAC. med. 14, 8 rec. *β asinae lactis* -o cicatrices tollit. 17, 1 rec. *β*. ORIBAS. syn. 7, 48 La p. 190[in.] lepras ... tollit animones -o ..., vitis alba radix, item -o (*gr. aliter*). *in comparatione*: AVG. in euang. Ioh. 44, 8 p. 1717[in.] sic ponamus ..., tamquam illam -em in animo habuerit *caecus sanatus*.

2 *ad alios morbos*: CHIRON 855 incantatio eiusdem -is (*antea 853* unctio ad venas calefaciendas). THEOD. PRISC. log. 31 omnibus ... tensionibus ... -em adhibebo. CAEL. AVR. chron. 2, 8, 116 -bus utendum *est* circa thoracem. GREG. TVR. glor. mart. 30 p. 506, 7 ex hoc *oleo* seu -es factae sive potiones datae ... languentibus commodum praestant. ORIBAS. eup. 4, 3 p. 531 *ad emicraniam* optima[m] ... est -o calefaciens (*gr. p. 439, 19 χρῖσμα*).

B *usu magico* (*cf. et l. 29*): GREG. TVR. Franc. 6, 35 p. 306, 5 reus protulit ... se -is et potionis, quae ei regis ... gratiam praeberent, ab his mulieribus suscipisse.

C *ad altaria consecranda*: MAX. TAVR. serm. app. 25 p. 900[B] in ... altaribus a pontificibus sacra -e inunctis (*syn. p. 898[D]* chrismatis unctione).

inūnctūra, -ae *f.* *ab* inung(u)ere. *i. q. inunctio*: DIOSC. 5, 103 p. 208, 10 *aerugo vermiclosus* post -a fomento calido compescendus est (*gr. 5, 79, 10 p. 52, 8 ἔγχρισιν*).

inūnctus, -a, -um *v. s.* inunguo.

inundantia, -ae *f.* *ab* inundare. *i. q. inundatio*: ITALA Luc. 6, 48 (codd. b l q r) -a (innund- *b*, inundatione *l corr.*) ... facta allisit (inlisit *l r*) flumen domui illi (*πλημμύρης ... γενομένης, Vulg.* inundatione). SACR. Gelas. p. 588 rore caelesti et -a pluviarum (p. 746 SACR. Greg. 138, 4. *cf. ibid.* 220, 2 imbrium). *in imag. fere i. q. abundantia*: VEREC. in cant. 6, 14 p. 82[b] 25 qui potaverit aquarum -as, abundabit.

***inundātio**, -ōnis *f.* *ab* inundare. GLOSS.[L] II Abav. IN 352 -o diluvium (*al.*). III Abstr. AD 39 adluvione (ab- *?, sed cf. l. 71*): -e (mun- *?, sed cf. p. 247, 61*) sordium (*al.*). II Philox. IN 739 *κατακλυσμός*. GLOSS. -o fluminis *ἐπιρροή. ἐξυδάτωσις. ἐπίκλυσις. πλήμμυρα.* *legitur inde a* PAVL. FEST., VAL. MAX., SEN. *philos.* [*variat in codd. c.*: emendatio: RVFIN. hist. 11, 32 p. 1036, 18. inmundatio: SOL. 32, 9 *v. et p. 247, 35.* innodatio: *p. 247, 42.* invitatio: SCHOL. Iuv. 3, 249. mundatio: *p. 247, 42. al. cf. l. 55.* redundatio: SEN. nat. 6, 30, 3. undatio: HIER. chron. a. Abr. 11 p. 17, 19. *v. et p. 247, 35.*]

i. q. actus inundandi (*et inde i. q. status inundatus*): **I** *proprie inundant res liquidae*: **A** *strictius de aquis* (*acced. gen.: subi. saepe, obi. l. 73. p. 247, 2. 5. 9, explicativus l. 82. 83. 84; praep. ex l. 80*): **1** *generatim: i. q. actus super ripas fluendi et terram operiendi*: CIL XIV 85 (*a. 46*) Claudius ... urbem -is periculo liberavit. PAVL. FEST. p. 17 Ambrones ... subita -e maris cum amisissent sedes suas (SEN. epist. 71, 15 repentina maris -o. PLIN. nat. 2, 200. *al.*). SEN. dial. 6, 26, 6 *fatum* -bus quidquid habitatur obducet. nat. 6, 8, 3 enarratur Nili aestiva -o (PLIN. nat. 9, 179. *al.*). COLVM. 3, 11, 8 valles quae fluminum adluvie et -bus concreverint (POMPON. dig. 41, 1, 30, 3. *al. cf.* PLIN. paneg. 30, 5 *amnis*). PLIN. nat. 3, 112 *Vmbrorum gens* ⟨in⟩ (*add. Mayhoff*) -e terrarum imbribus *superfuit* (5, 69 [*inde* SOL. 34, 1]). 6, 146 molientes incursionem Parthos ... -e arceri. 6, 166 ultra *ducere fossam* deterruit -is metus. 36, 73 -bus Tiberis (TAC. hist. 1, 86, 2 pavor subita -e Tiberis. SVET. Otho 8. *al. v. l. 78*). FRONTIN. strat. 3, 7, 3 *hostes* subita -e turbatos. SVET. Aug. 30 ad coercendas -es alveum Tiberis laxavit (*cf.* INSCR. NSc. 1908 p. 476 pontem arcendae -is gratia fecit). LIV. perioch. 5 p. 10, 1 cum -o ex lacu Albano facta esset (*Liv. 5, 15, 2* lacus ... in altitudinem insolitam crevit. *cf. p. 247, 11*). GAIVS dig. 41, 1, 7, 6 -o speciem fundi non mutat. SCAEV. dig. 18, 6, 11 cum ... -e aquarum ... pars fundi interierit (CIL X 6876 [*a. 212*] viam -e aquae interruptam restituit. AVG. civ. 18, 12 p. 270, 7 D. *al.*). PORPH. Hor. carm. 1, 2, 11 sq. diluvii

[Imhof]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-e (Hier. hom. Orig. in Ezech. 4, 1 p. 362, 31. *al.*). Chalc. transl. p. 22B post ... -em mundi. p. 22C multae ... neces hominum partim conflagratione partim -bus vastantibus acciderunt (*ὕδατι; sic 23B κατακλυσμόν*). Hil. in psalm. 128, 10 firma sunt, quae ... fluviis, ventis, -bus non moventur. Veg. mil. 4, 5 *fossarum* altitudine et -e. Rvstic. Conc.S I 4 p. 39, 35 validissima facta -o pluviarum (*gr. I 1, 5 p. 125, 19 ἐπομβρία. al.*). Arnob. in psalm. 103 p. 478C tactu dei montes fumigant ad -em nubium, quae pluvia dantes *eqs.* Cassiod. var. 12, 24, 3 reciproca -e camporum. *al.*

2 *speciatim*: **a** *fere i. q. abundans affluentia fluctus sim.* (*v. p. 248, 29*): Val. Max. 1, 6, 3 subito ... Albanus lacus neque caelestibus auctus imbribus neque -e ullius amnis adiutus solitum stagni modum excessit. Cypr. epist. 73, 10 (*in imag.*) *ecclesia* arbores *paradisi* rigat quattuor fluminibus, id est euangeliis quattuor, quibus baptismi gratiam salutari et caelesti -e largitur. Sol. 18, 1 *maris mediterranei* esse originem ... ⌊-em aestuantis⌋ oceani (⌊ ⌋ *SA*, eliquia inrumpentis *cett. cf.* Macr. Sat. 7, 12, 35 -o ... per Hispaniense ... *litus* in Tyrrhenum prodit). 32, 9 fontem ... tantam -is habere substantiam, quantum pabuli ... nubila subministraverint. Cosmogr. 2, 2 *Maeotidis* inmensa -o ... Euxinum Pontum late ingreditur (*ex Oros. hist. 1, 2, 5* exundatio). Greg. M. moral. 16, 45 p. 1143D obtenebrescit contra ... *peccatorem* -bus (*i. pluviis*) caelum. **b** *fere i. q. aestus, perturbatio fluctuum*: Itala Ion. 1, 4 (Ps. Fulg. Rusp. serm. 16 p. 879B) facta est -o maxima in mari (*κλύδων, Vulg.* tempestas. *sic gr.*: Ion. 1, 12 [*ibid.* p. 879D]. Luc. 8, 24 [cod. e]). Schol. Hor. carm. 1, 8, 8 *Tiberim* flavum ... -e turbidum dixit *Horatius*. **c** *fere i. q. copia, abundantia*: Mart. Cap. 1, 78 *Neptunus* maritima ... -e viridior. Max. Tavr. serm. 105 p. 740B abundans ... est aqua et ipsa sui -e vilissima. Cassiod. hist. 9, 46, 4 quia aquae -o prorupisset (*Sozom. 7, 26, 5 ἄφθονον ἀναβλύσαι ὕδωρ*). **d** *fere i. q. aspersio*: Ambr. Hel. 17, 65 elefantos ... ferunt ... in momentariis -bus inrigare eius tabernam de quo se putaverant vindicandos. Rvric. epist. 1, 17 nos ... -o roris aspergit.

B *laxius de -e sanguinis, lacrimarum, umorum corporis sim.*: Flor. epit. 1, 13, 17 ut omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis -e (inmundatione, undatione *ll. vv.*) deleret (Clavd. Don. Aen. 4, 660 p. 416, 9 ferrum spumare -e sanguinis. *al.*). Firm. math. 3, 1, 16 p. 96, 5 corpus ... laxatum umorum -bus (4, 19, 8. *cf.* Marcell. med. 5, 3 umores oculorum ab omni -e *siccantur*). Vindic. epist. ad Valent. 9 cum neque inunctio ... neque conbustio -em lacrimarum reprimere potuerit (Sedvl. op. pasch. 2, 10 p. 211, 3 vastum pelagus lacrimarum -e collectum. *al.*). Cassiod. var. 10, 29, 1 podagrae subita -e (mundatione, innodatione *ll. vv.*) completus.

II *translate* (*saepe in comparatione aut vigente imagine fluvii sim.*): **A** *de magna copia animantium*: Tert. adv. Marc. 4, 3 p. 428, 14 *euangelium* ut cataclysmo quodam ita -e falsariorum obliteratum. Vvlg. Is. 60, 6 -o camelorum operiet te ([*ἀγέλαι*]. *cf.* Ezech. 26, 10 -e equorum [*πλήθους*]). Oros. hist. 3, 6, 1 terribilis Gallorum -o iuxta Anienem fluvium ... consedit.

B *incorporaliter* (*corpus pro eius illecebris l. 54*, diaboli *l. 58*): Tert. nat. 2, 2, 6 facta est argumentationum -o de stillicidio veritatis. Chalc. transl. p. 19E verborum agmine atque -e sermonis ([*gr. aliter*]. Arnob. in psalm. 35 p. 373B). Favstin. trin. 2, 8 p. 57B divinae dilectionis -e. Vigil. Trid. ad Ioh. 1 p. 553A -o meritorum. Ambr. fug. saec. 4, 21 ne ... -e corporis ... et saeculi mersentur animi interiora vestigia (*cf.* Avg. c. Iulian. 1, 5, 15 p. 649med. corporeae -is). Vvlg. Sirach 21, 16 scientia sapientis tamquam -o abundabit. Rvfin. Greg. Naz. orat. 7, 9, 3 spiritus sancti -bus rigans (Avg. serm. 32, 6, 6 p. 198fin. *al.*). Ps. Orig. in Iob 1 p. 446D diaboli. 3 p. 486A maligni. Avg. gen. c. Manich. 2, 6, 7 p. 200in. veritatis. serm. 32, 9, 9 p. 200in. gratiae (*cf. l. 15*). Ps. Avg. serm. 83, 2 p. 1907in. fons aeternus ... -e sua abluit universos (*cf. p. 246, 54sq.*). Greg. M. moral. 33, 63 p. 714A *mens* huius fumi (*i. terrenarum cogitationum*) -bus premitur. *al.*

inundātor, -ōris *m.* *ab* inundare. *qui inundat*: CIL VI 9484 -es (*nomen officii cuiusdam, de quo nihil certi constat, cf. Waltzing, Ét. sur les corporations professionnelles 1, 276; 4, 26*). Lib. geneal. chron. I p. 176, 330 *filiorum Levi tertius* Merari, id est amarus (Merarii ... -r *cod. T, cf. Wutz, Onomastica sacra p. 549*).

inundātus, *abl.* -ū *m.* *ab* inundare. *i. q. inundatio*: Ps. Rvfin. (Ivlian. Aecl.) in Am. 9, 5 p. 1100A *Nilus* -u annuo Aegyptia arva *contegit.*

***inundo,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* undare. Prisc. gramm. II 433, 17 *derivatur* ab unda ... -o. *inter verba act. coniug. primae*: Char. gramm. p. 473, 10 B. *v. et p. 248, 1.* *formae breviores*: -arunt: Amm. 31, 5, 12. 31, 15, 10 Salv. gub. 6, 67. -arit: Adnot. Lucan. 4, 16 p. 121, 20 (-ret *l. v.*). -asse, -asset *sim. semper. v. et Neue-Wagener³ IV 189.* Not. Tir. 76, 57a -at. *de notione*: Serv. Aen. 10, 24 -ant implent et -are faciunt (*v. p. 249, 4*). 12, 280 -ant more undae fluunt (*v. p. 249, 68*). *v. et l. 83.* Gloss.L II Abav. in 353 -ta inrigata terra (*v. p. 248, 31*). III Abstr. in 272 -at plenum est. II Philox. in 736 *ἐπικλύζει.* Gloss. *κατακλύζω* diluo proluo -o. *πλημμυρεῖ* undat torret redundat (-at *l. v.*) exuberat abundat. -ta terra *βεβρεγμένη γῆ ἤτοι ποτισθεῖσα.* *de usu*: Prisc. gramm. II 394, 9 -o modo absolutam modo activam habere significationem invenitur, ut Virgilius (*11, 382 v. p. 250, 20*). Dosith. gramm. VII 431, 13 verba quae passive tantum efferuntur, ex quibus quaedam etiam activa sunt: ... -or *πλημυρῶ* (*sic deponens v. p. 250, 9*). *medio-passive l. 55. refl. p. 249, 14.* *legitur inde a* Cic., Verg., Ov., Liv. *per totam latinitatem.* [*it.* inondare, *francog. vet.* enonder, *prov.* enondar. *R.*]

[*variat in codd. c.* mundare: Petron. 118, 3 Tert. apol. 18, 2. *saepe. falso*: Vvlg. I Macc. 2, 30 (*ed. Ven. 1474, Sixto-Clem.*, induraverunt *cett.*).]

I *transitive, i. q. superfundere*: **A** *obi. (subi. in struct. pass.) est id, cui aliquid superfunditur*: **1** *-ant res (sim. homines l. 56) se effundentes (in struct. pass. saepe om. abl., ubi agitur de aqua sim. inundante)*: **a** *liquidae*: **α** *aqua sim. (in script. sacra et ap. eccl. saepe in imagine vel in comparatione* [*v. e. g. l. 23. 34*]): Ⓘ *fere i. q. submergere*: Cic. nat. deor. 1, 103 ut terram ... -et (-at *l. v.*) aqua (Cvrt. 9, 9, 24 cum rursus mare terras -asset). Liv. 8, 24, 7 imbres continui campis ... -tis cum interclusissent ... exercitum (Lvcan. 4, 116 campos Rhenus -et. Veg. mil. 1, 22 torrentibus -ari). 24, 9, 6 Tiberis agros -vit (35, 21, 6 Gaivs dig. 41, 1, 7, 6. *al.*). Sen. nat. 4, 2, 1 *Nilum* natura ... ita disposuit, ut eo tempore -ret Aegyptum, quo maxime usta fervoribus terra undas altius traheret. *al.* Plin. nat. 5, 3 insulam ... aestus maris non -ant. 17, 15 umor ... alit omnia, quae (quia *Mayhoff* [*v. p. 249, 30*]) non -at. Ps. Qvint. decl. 6, 18 -ta sentina vincula (navicula *l. v.*). *al.* Itala cant. 8, 7 (Ambr. in psalm. 118 serm. 19, 28) flumina non -bunt *caritatem* ([undabunt *l. v.*]. *συγκλύσουσιν, Vulg.* obruent). Is. 43, 2 (Cypr. Fort. 10 p. 333, 8) flumina te non -bunt (*συγκλύσουσίν σε, Vulg.* operient). Edict. imp. Diocl. I 22 *non* perpeti posse ... -ari superis imbribus arva felicia. Firm. math. 1, 10, 4 *zonae* atris ... imbribus (*Bentley*, nivibus *trad.*) -antur. Inscr. RevA. V 26, 1927, 394 n. 165 circum ... aquis -ari disposuit. *al.* Ⓘ *fere i. q. augere, sc. se infundendo* (*cf. p. 247, 10*): Amm. 23, 6, 26 fluvii aequoream multitudinem -antes. 31, 2, 16 mare ... australe. Ⓘ *fere i. q. irrigare* (aspergere *l. 32*): Iavol. dig. 19, 2, 57 terra adsiduis pluviis -ta. Sol. 50, 2 aquarum aspergine -tis (-antis *l. v.*) frondibus. Paneg. 3, 9, 4 quae ... arida ... visebantur, ea ... perlui -ari madere. Rvfin. Orig. princ. 4, 3, 12 p. 343, 7 Iordanes videri potest ... rigare et -are animas sitientes. *al.* Ⓘ *fere i. q. adluere*: Amm. 23, 6, 57 *Bactriani* crebris fluminibus -antur. Prvd. c. Symm. 2, 605 Romanos ... omnes fieri ..., quos ... -at Hiberus. Mart. Cap. 6, 687 *civitatem* Hylas -at lacus (*syn. Sol. 42, 2* perspergit [aspergit, adluit *ll. vv.*]). *al.*

β *eae, quae e corpore animantis proveniunt* (*aliter l. 47*): Ov. met. 14, 195 o si quis referat mihi casus Vlixen ..., cuius mihi sanguis -et guttur (Liv. 24, 38, 5 aut vestro aut Hennensium sanguine Henna -bitur. Clavd. carm. min. 27, 66 *Phoenicis* venas recidivus [redivivus *l. v.*] sanguis -at. *cf.* Sen. Phaedr. 499 non cruor largus pias -at aras. Cvrt. 9, 2, 23 Cilicia -ta cruore Persarum). Petron. 113, 9 -vere pectus *meum* lacrimae dolore paratae. Firm. math. 4, 1, 5 humanum corpus ... crescentis Lunae complementis ... -atur. Marcell. med. 1, 10 linguam ... siccam et aridam sternutatio -at. Cassiod. hist. 9, 35, 3 omnis ecclesiae plebs fletibus -atur (*Sozom. 7, 16, 6, δακρύων ἐμπίμπλαται*).

γ *vinum sim.* (*c. vi implendi*): Petron. 21, 6 gustatione mirifica initiati vino ... Falerno -amur (Tert. ieiun. 6 p. 280, 8 domicilium interioris hominis escis stipatum, vinis -um). Avson. 411, 12 p. 270 P. patinas implebo meas, ut ... apalaria sucus -et. Pomer. 2, 23, 2 p. 469C qui ... diversorum poculorum potionibus -antur (*v. l. 2*).

b *homines* (*de invasione hostium. vi imaginis servata l. 62*): Pomp. Trog. Iust. 38, 4, 15 Cimbros ... more procellae -asse Italiam (Amm. 31, 5, 12 Teutones ... cum Cimbris). Cvrt. 4, 12, 20 multitudo *hostium* -verat campos. 5, 7, 8 *exercitibus* Europa -ta est. Sil. 15, 552 fulgentibus armis Poenus -vit campos. Ps. Qvint. decl. 3, 4 dirempta frigoribus plaga gens ... Italiam -vit. Hier. in Is. 23, 1 p. 200B gentes ..., quae -bunt Tyrum sicut mare fluctuans. Oros. hist. 7, 37, 4 Radagaisus ... repentino impetu totam -vit (invadit *l. v.*) Italiam (*inde* Marcell. chron. II p. 68, 406, 2).

c *incorporaliter (vigente imagine e. g. l. 69. 73. 81. 82): affectus hominum*: Petron. 101 3 -tus ... Eumolpus invidia. Rvfin. Orig. in num. 15, 1 p. 130, 17 si quis rheumatibus libidinis -atur. Pavl. Nol. carm. 27, 177 *laetitia* placidum mihi pectus -at. Mar. Merc. Conc.S I 5 p. 60, 19 angorum imbribus -tus. Ps. Orig. in Iob 3 p. 502B non ... tanta multitudo dolorum -erunt Iob. *mala saeculi sim.*: Arnob. nat. 4, 36 p. 171, 1 *malis* -atur et premitur ... mortalitas. Ambr. Iac. 1, 7, 27 etiamsi *vita* multis periculis -etur (-emur *l. v.*). Ps. Orig. in Iob 3 p. 486A flumina ... et inundatio maligni ... extinguere vel -are ... caritatem Iob ... non potuerunt (*cf. supra l. 23*). *spiritus sanctus, gratia sim.*: Tert. apol. 18, 2 viros ... spiritu divino -tos (mundatos, mandatos *ll. vv.*) *in saeculum emisit dominus* (Victorin. Poetov. fabr. mundi 9 p. 8, 12 spiritum sanctum Mariam virginem -asse. *cf.* Hier. epist. 14, 9, 1 dono spiritus sancti. *al.* Greg. Ilib. [?] de arca 76 spiritus agnitionis). Prvd. apoth. 880 animam lapsam Christique inopem nova gratia -at. Avg. in Iob p. 520, 6 misericordia ... -vit me. Ps. Prosp. vocat. gent. 1, 9 p. 659C divinorum eloquiorum fontibus -ti. *varia*: Petron. 118, 3 mens ... flumine litterarum -ta (-anter, mundetur *vv. ll.*). Homer. 122 sopore corpus -tum. Tert. apol. 25, 13 ingenia Graecorum ... urbem -verant. Paneg. 4, 37, 1 tuum ... pectus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-vit gratulatio. AMBR. hex. 5, 18, 58 alius *filius* totius paternae sortis ascriptionibus -atur.

2 *pro subi. sunt homines (dea l. 15) aut res (flumen l. 13, terra l. 14, fistulae l. 15, volumina l. 23), qui faciunt, ut aliquid aut abundet aut superfundatur aliqua re (quae indicatur per abl. plerumque, per praep.* de *l. 23; non indic. l. 14. 15. 22*): **a** *rebus liquidis: sanguine sim.*: VERG. Aen. 10, 24 *Teucri* -ant sanguine fossas (fossae *l. v. e versu 11, 382 falso, ut videtur, hic recepta: v. Marouzeau, RevEL 9, 1931, 160. ad l. v. p. 247, 76sq.*). VAL. MAX. 9, 2, 1 *Sulla* omnes Italiae partes civilis sanguinis fluminibus -vit. LACT. inst. 1, 18, 10 qui ... cruore campos -verit, ... in caelum admittitur. *aqua sim.* (*auro [i. aqua aurum ferente] exemplo primo*): SEN. Phoen. 605 qua ... Pactolus -at auro rura (*cf. p. 248, 13sqq.*). nat. 3, 29, 4 maximam ... causam ad se -andam terra ipsa praestabit (*v. p. 248, 2*). PROC. dig. 8, 5, 13 *fistulae* -ant parietem tuum. MART. CAP. 1, 67 *Iuno* sudans ima subiecta roscidis videbatur -are fluoribus. *lacrimis*: TERT. adv. Marc. 4, 18 p. 480, 15 cum pedes domini ... lacrimis -ret *peccatrix femina*. DRAC. Romul. 8, 107 natum fletu gaudentis -at ... pater. *vino*: RVFIN. Orig. in lev. 9, 7 p. 432, 12 *carnem* vino nimio -as.

b *rebus incorporeis*: AMBR. off. 1, 48, 233 p. 92^{C} etsi ... *peccator* -et aures meas contumeliis. MIRAC. Steph. 1, 4 p. 837$^{fin.}$ notiora eligimus, ut neque fastidientium aures -emus *eqs.* PROSP. epist. 2, 5 p. 80^{A} *Augustini volumina coeperunt* de fontibus divini eloquii praesentium animos -are.

B *obi. est id quod profluit, emanat*: VVLG. Is. 10, 22 consummatio abbreviata -bit iustitiam. CHRYSOST. repar. laps. p. 393^{a}, 5 *deus* poterat ... imbrem caelitus -are. VEN. FORT. vita Albin. 1, 1 p. 27, 33 consulta, quae sensus vester torrentis more mihi visus est -are. ARATOR act. 2, 61 saxa vomunt latices et -ant nubila panes.

II *intransitive: i. q. superfundi, superfluere, abundanter effluere*: **A** *subi. est id quod effluit* (*fluit l. 36. 37. 61*): **1** *res liquidae* (*petra liquefacta l. 46; ager se dilatans l. 50*): **a** *aqua sim.*: *α proprie*: LIV. 22, 2, 2 Hannibal ... viam per paludes petit, qua fluvius Arnus ... -verat. OBSEQ. 68 Padus. MANIL. 1, 44 *gentes*, in quas et Nilus -at (SEN. nat. 4, 2, 9. *al.*). PLIN. nat. 2, 212 aestus maris ... *luna* ad caeli ima ... accedente -antes (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 8, 20 p. 117, 9 maris dicuntur aestus, cum ultra naturam suam ... tollitur aut -at). SOL. 18, 2 fluorem aiunt a Ponticis faucibus -are. AVR. VICT. Caes. 32, 3 Tiberis ... diluvii facie -vit (PS. AVR. VICT. epit. 13, 12 magna clade aedium. *al.*). HIER. epist. 51, 5, 7 (*Epiphan.*) legimus ... aquas -asse (-are *l. v.*) diluvii (*spectat ad* VVLG. gen. 7, 6 diluvii aquae -verant super terram [*ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο ὕδατος*]). *al.* VVLG. I par. 12, 15 quando *Iordanes* -are consuevit super (per *l. v.*) ripas (*gr. aliter*). psalm. 77, 20 fluxerunt aquae et torrentes -verunt (*κατεκλύσθησαν*). Ezech. 13, 11 erit ... imber -ans (*κατακλύζων*). VITA Maxent. (BHL 5973) 1$^{fin.}$ aquarum (*i. pluviarum*) dicitur -asse copia. *al.* *petra liquefacta*: AMBR. Hel. 7, 21 contra suam mutata naturam et fluctus obriguit et petra -vit. fid. 2, 2, 22 cum umor rigesceret, petra -ret.

β in imagine vel comparatione: PS. QVINT. decl. 13, 2 proximos ... revellendo terminos ager ... latius -vit. *in sacra script. et ap. eccl.*: ITALA Is. 66, 12 (Aug. civ. 20, 21 p. 456, 29 D.) declino in eos (*i. filios Sion*) ... ut torrens -ans gloriam gentium ([*ἐπικλύζων*, VVLG. -antem]. VVLG. Is. 30, 28 spiritus ... velut torrens. *cf. l. 84. al.*). OPTAT. 5, 3 p. 124, 22 aqua sancta ... de trium nominum fonte -at (AVG. in euang. Ioh. 22, 1 -antis fontis *largitas*). HIER. in psalm. 31 p. 40, 8 angustiae quasi aquis -antibus comparantur. AVG. in psalm. 113 serm. 1, 11 p. 1480 donec scripturis apertis *Christus* influeret atque -ret in eos (*antea*: seipsum ... liquefecit ad irrigandos fideles suos). GREG. M. moral. 17, 36 p. 27^{C} si ... -ans aquae huius (*i. scientiae sanctae*) immensitas emanasset. *al.*

b *umores corporis humani, qui: abunde fluunt*: PS. CYPR. singul. cler. 39 *in castitate* franguntur impetus ... sanguinis -antis (inmundatis *l. v.*). AVG. serm. 277, 4, 4 p. 1259$^{fin.}$ *in corpore nostro* non -at humor et premit. *effluunt*: SCHOL. Ov. Ib. 531 (cod. C) percussus est ... in vena, unde incessanter -ante sanguine mortuus est.

c *temetum*: MART. CAP. 8, 804 Silenus ... -antis se temeti infusione proluerat.

2 *homines* (*imprimis hostes, aliter l. 72* [*bis*]): VERG. Aen. 12, 280 densi ... -ant Troes (*ad l. v. p. 247, 77*). ITALA Dan. 11, 22 (Weing., Sangall., Wirc.) bracchia -antis -bunt (*κατακλυσθήσονται, Vulg. aliter*). AMM. 19, 5, 5 urbs circumventa copiis -antibus. 19, 11, 12 stipatores ... ignis more -antes. *al.* HIER. epist. 107, 1, 4 -ans populus ante delubra ... currit. VVLG. Is. 8, 8 rex Assyriorum ibit per Iudam -ans (*gr. aliter*). Dan. 11, 10 rex Austri ... veniet properans et -ans (*κατακλύζων*).

3 *res incorporeae* (spiritus sanctus *p. 250, 1*): **a** *usu generali*: AMM. 16, 3, 3 *Iulianus* bellorum -antium molem umeris suis vehens (*cf. p. 250, 13*). CHIRON 257 si in una parte cerebri haec corruptio (*i. cephaloponia*) venit (*Niedermann*, venisset *codd.*) et -verit.

1 *crinis umeris -at: fere i. q. circumfundi*: Hor. carm. 4, 10, 3 cum ..., quae nunc umeris -ant, deciderint comae. Prvd. perist. 3, 152 crinis ... ut in iugulos fluxerat -ans umeris. **2** *deus, sanctorum animae sim., fere i. q. volitare in aliqua re* (*paulo aliter 'superis -are', i. in caelo volitare*): Prvd. perist. 13, 100 *Cyprianus* tenet ... regna caeli nec minus -at terris. tituli 29 sentibus -ans deus igneus ... conpellat *Moysen.* Pavl. Nol. epist. 32, 6 p. 281, 21 tu non hac qua corpus sede teneris, qui meritis superis spiritus -as.

involn- *v. s.* invuln-.

***involo,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* volare. *de origination*: Non. p. 32, 31 -are ... aut a volatu (*sim.* Don. Ter. Eun. 859 ab avibus tractum est) aut a vola, id est media manu, dictum (Serv. georg. 2, 88 volema ab eo, quod manum impleant, dicta sunt, unde et -are dicimus. Aen. 3, 233 -are dicimus intra volam tenere [Isid. orig. 17, 7, 67]. Clavd. Don. Aen. 6, 200 p. 536, 5 -are dicimus, cum aliquid furtim vola manus subtrahitur, et -are rursum, cum violentae manus in aliquem diriguntur. Gloss.[L] III Abol. in 229). *scribitur*: inb-: Colvm. 8, 3, 5. imbol-, imbul-: Ps. Cypr. cena 215 Lex Sal. 2, 7. 2, 9. 2, 15. *et saepe.* embol-: Lex Sal. capit. 6, 3, 1 B. (4, 3, 1 G.). *scriptura retrograda* (*in tab. magica*): Tab. devot. Audollent 104, 1 tivalo·ni (*i.* in⟨v⟩olavit). *de formis*: induvol-: Enn. ann. 416. *formae breviores*: -asti: Catvll. 25, 6 Petron. 58, 10. *al.* -vere: Tac. hist. 4, 33, 1 Amm. 16, 12, 36. 24, 2, 5. *al.* -arunt: Hyg. fab. 125, 15[a]. *al.* -asset: Serv. auct. ecl. 8, 55 Hyg. fab. 201, 3. *cf. et l. 67. part. gen. pl.* -antum: Sidon. epist. 9, 7, 5. Not. Tir. 75, 95 -at. *de notione*: Pavl. Fest. p. 62 concipilavisti dictum ... pro corripuisti et -asti. p. 108 in non semper abnuitionem significat, sed interdum etiam pro adnuendo ponitur, ut -ando. Char. gramm. p. 391, 19 B. 'furtim' cum incipit, 'furaciter' ... a consuetudine -andi. p. 395, 25 '-at', qui in die venit, 'subripit' clam, id est furtive. Non. p. 12, 21 suppilare est -are vel rapere. p. 128, 17 -are: inruere, evolare vel insilire (*al.*). Schol. Ter. p. 106, 26 abstulisse: -asse. Gloss.[L] V Ps. Plac. I 17 -ant invadunt arripiunt. Gloss. V 301, 45 -erunt adcucurrerunt. 343, 38 abacta -ta (*al.*). 536, 45 -em invadam. Gloss.[L] II Philox. in 737 -at κλέπτει (Gloss.). *legitur inde a* Plavto, Ennio, Ter. *per totam latinitatem* (*non in versibus herois nisi* Enn. *l. 77 et* Lvcan. *p. 259, 45*). [*it.* involare, *raet.* ingular, *francog.* embler, *prov.* emblar. *R.*] [*variat in codd. c.*: invado: Apvl. met. 2, 32, 5. inviolo (*falso*): Sol. 33, 14 Optat. 4, 6 (*G quater*). *al.* invoco: Plavt. Mil. 1400. involvo: Itala Is. 11, 5 (Ps. Ambr. serm. Sess. 3, 10 p. 138[A]) -tus (*falso trad. pro* involutus). Sol. 27, 53. *al.*]

I *vigente notione per aëra volandi*: **A** *de eis, quae in aliquem coniciuntur (vi praep. adversativa), fere i. q. immitti*: Enn. ann. 416 induvolans secum abstulit hasta insigne. Afran. com. 405 cum ad me spectas et fabulare incipis, ex ore et (*Buecheler*, in *trad.*) oculis tuis bibones -ant.

B *de animalibus volatilibus sim., fere i. q. intro volare* (*opp.* evolare. *paulo aliter c. vi praep. adversativa i. q. advolare p. 259, 11*): **1** *generaliter*: Varro rust. 3, 7, 1 (*in imag.*) *Appius* foras exit e villa; at in villam intro -ant columbae. Colvm. 8, 3, 5 *gallinae*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non debent ipsis nidis -are, ne, dum adsiliunt, pedibus ova confringant. APVL. met. 5, 24, 2 deus ... -vit proximam cupressum. SOL. 27, 53 aedem ... alites. 33, 14 Aegyptum phoenix (*ex Plin. nat. 10, 5* devolavisse in Aegyptum). HIL. in Matth. 2, 6 p. 927^{C} cognosceremus ... de coelestibus portis sanctum in nos spiritum -are (*sc. specie columbae*).

2 *de avibus rapacibus (adiuncta notione praedandi, cf. infra l. 41) necnon de culicibus, muscis*: VARRO rust. 3, 9, 15 *rete gallinas* prohibeat ... extra saepta evolare et in eas -are extrinsecus accipitrem aut quid aliud. 3, 11, 3 ne eo -are aquila possit neve ... evolare anas. COLVM. 1, 5, 6 *palus* aculeis armata gignit animalia, quae in nos densissimis agminibus -ant. 8, 4, 6 *aviarii vestibulum* sit retibus munitum, ne aquila vel accipiter -et. 8, 15, 1 ne aut evolandi sit potestas domesticis avibus aut aquilis aut accipitribus -andi. APVL. met. 10, 15, 2 *non* cellulam suam tam immanes -are muscas ut olim Harpyiae fuere.

II *notione volandi debilitata, fere i. q. invadere*: **A** *proprie*: **1** *animo laedendi (fere de hominibus in hostes inimicos eorumve res impetum facientibus; de bestiis l. 28* [*cf. l. 21*]): PLAVT. Amph. 245 equites ... cum clamore -ant impetu alacri foedant ... hostium copias (APVL. met. 9, 9, 3). Mil. 1400 iamne in hominem -o? Most. 203 vix comprimor, quin -em illi in oculos stimulatrici (TER. Eun. 648 unguibus. *cf.* LVCIL. 1096 canino ritu oculis). TER. Eun. 859 vix me contineo, quin -em in capillum; monstrum (*ad l. v. p. 258, 45 sq.*). BELL. Alex. 52, 4 Longinum ... Squillus -at iacentemque ... sauciat. TAC. hist. 4, 33, 1 *hostes* adeo ... improvisi castra -ere, ut *eqs.* APVL. met. 2, 32, 5 gladium ... adripio nec cunctatus medios latrones -o. 6, 10, 1 *Venus* -at eam vestemque ... diloricat *eqs.* IVL. VAL. 3, 8 cum *Porus* ... avertisset ... os ..., -at Alexander (*Ps. Call. 3, 4, 4 ἐπήδησεν εἰς αὐτόν*). 3, 21 *nyctalopices* homines -ant (*syn.* invadunt, *gr. aliter*). AMM. 16, 12, 36 properantes ... cursu Germani ... -ere ... equitum turmas. 19, 2, 6 exercitus ... -at (-anti *trad.*, -at in *Castelli*) muros. 21, 4, 8 *hostes* celeriter. 24, 2, 5 fortissime. 25, 3, 10 quanto ... ardore miles ... -bat ⌞hostes⌟ (⌞ ⌟ hastis *Kiessling*) ad scuta concrepans. SERV. auct. ecl. 8, 55 in quem (*i. Ariona*) cum coniuratorum manus -asset. HEGES. 3, 4, 1 Iudaei ... urbem diruere cupientes collecta manu -ere. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 12 p. 798$^{fin.}$ *viri* raptis facibus in machinas -arunt (evol- *ed., gr. 5, 474 προεπήδησαν* [*προσ- l. v.*]).

2 *animo supplicandi, salutandi sim.*: AFRAN. com. 245 mulier -at in collum, plorat, orat. IVL. VAL. 1, 33 Alexander ... -at statim ⟨in⟩ statuae complexum ac parentem salutat (*Ps. Call. 1, 34, 6 ἀνάλλεται ἐπὶ τοῦ ἀνδριάντος*).

3 *animo iniuste usurpandi, rapiendi (cf. l. 6); praecipue in sermone vulgari pro verbo furandi (nota structuram transitivam excepto exemplo primo)*: CIC. de orat. 3, 122 possessio, in quam homines quasi caducam atque vacuam ... -erunt. CATVLL. 25, 6 remitte pallium mihi meum, quod -asti, sudariumque *eqs.* LVCAN. 6, 588 quos Caesaris -et artus *maga* (*syn.* rapiat). PETRON. 43, 4 *ex hereditate* plus -vit quam illi relictum est. 58, 10 anulos ..., quos amicae tuae -asti. 63, 8 puerum strigae -verant. PLIN. nat. 9, 181 *piscator pisces* singulos -at verius quam capit, ... rapiens ita, ne ceteri *pisces* sentiant. ITALA gen. 40, 15 (Ambr. Ios. 6, 29 p. 94, 1) furto -tus sum de terra Hebraeorum (*κλοπῇ ἐκλάπην*, *Vulg.* sublatus). exod. 21, 17 (Lugd.) quicumque -verit aliquem de filiis Istrahel et vendiderit (*κλέψῃ*, *Vulg.* furatus fuerit). 22, 1 (Coll. Mos. 11, 1, 1. *al.*) vitulum aut ovem (*κλέψῃ*, *Vulg.* furatus fuerit). 22, 12 (Wirc.) si *iumentum* ... -tum fuerit ab eo (*κλαπῇ*, *Vulg.* furto ablatum fuerit). lev. 19, 11 (Monac.). Matth. 28, 13 (Hier. tract. in psalm. I p. 188, 1) discipuli illius venerunt nocte et -erunt eum (*ἔκλεψαν*, *Vulg.* furati sunt). Ioh. 10, 10 (cod. d). *al.* DON. vita Verg. l. 97 Br. Montanum poetam solitum dicere -turum se Vergilio quaedam, si et vocem posset et os et hypocrisin. OPTAT. 4, 6 p. 109, 22 (*syn.* subducto, ablatae). p. 110, 5 possessio dei est turba fidelium, ex qua cotidie fur diabolus cupit aliquid -are (*syn.* rapere). p. 111, 4 (*syn.* tollere). *al.* HYG. fab. 125, 15^{a} pecus (201, 2. 201, 3). FVLG. myth. 2, 3 p. 42, 5 -antem dum negat agnoscat. 2, 6 p. 45, 8 flamma potuit -ari *a Prometheo*. SIDON. epist. 9, 7, 5 aucupabimur nundinas -antum. LEX Burg. lib. const. 70, 3 si ... minora furta *fecerit*, id est porcum, vervecem, capram, apem -verit (91). 94, 1. 97. *al.* LEX Visig. 7, 2, 3. 6. 10. 11. *al.* LEX Sal. 2, 7 (*syn.* furaverit). *al.* CIL II 462 quisquis mihi imudavit -vit minusve fecit eas ⟨res⟩ q(uae) i(nfra) s(criptae) s(unt). *saepe*. *paulo aliter de mari*: CALL. dig. 47, 9, 6 cum ... vela conscinduntur aut ancorae -antur de mare.

B *translate*: TAC. ann. 1, 49, 3 truces ... animos cupido -at eundi in hostem.

structurae: antiquior est usus absolutus et intransitivus; transitive c. notione furandi (cf. l. 42) occurrit inde a CATVLLO, *c. ceteris notionibus inde a* BELLO Alex., TAC. *a verbo intransitivo pendet: dat.: l. 1. 20. 21.* in *c. acc.: l. 5. 8. 10. 19. 20. 22. 33. 35. 38. 43. p. 258, 84 (dub. l. 30. 39). adv.*: eo *l. 9.* intro *p. 258, 84.*

deriv.: involator, involatus (-ū). *compos.*: subinvolare.

Hi.

GLOSS. Accipe (ed. Thilo) C 301 conabula panni **involtāria** (*cf. p. 260, 26. 264, 1 et Theander, Eranos 23, 1925, 168: 'vocabulum sive recte se habet sive fortasse potius in* involutaria *emendandum est' eqs.*).

involucer, -cris, -cre. *ab* in *et* volucer, *cf.* semivolucer. GELL. 2, 29, 5 frumentis flavescentibus *cassitae* pulli ... *non iam plumantes* -es *in nido* erant (*cf. Enn. sat. 21 sqq. 32. 39*).

involūcre, -is *n.* *ab* involvere, *cf.* involucrum. **1** *i. q. linteum, quo tonsores, ne vestes sordidentur, umeros tondendorum involvunt*: PLAVT. Capt. 267 nunc senex est in tostrina, ... ne id quidem -e inicere voluit, vestem ut ne inquinet. **2** *i. q. textum, vestis*: VVLG. Ezech. 27, 24 negotiatores tui multifariam -is hyacinthi et polymitorum *apportaverunt* (*cf. gr. ἔμποροί σου φέροντες ἐμπορίαν ὑάκινθον*).

1.* involūcrum, -ī *n.* *ab* involvere, *cf.* involucre. *scribitur in* GLOSS. involugi-, inbulucl-, inburucl-. *litteris gr. ἐμβουλοῦχλον, ἐμβόλοχλον* (*v. Psaltes, Gramm. d. byz. Chron. p. 28*). *cf. et p. 261, 48.* *restituitur* -clum (-culum), *quod per dissimilationem q. d. transierat in* -crum: Ps. AVG. serm. ed. Caillau 2 app. 17, 1$^{med.}$ vilia patitur deus -cula (*Cas.*, involuta *Laur.*) pannorum (*cf. l. 31 sqq. p. 264, 1*). *v. et l. 8 sq.* *de prosodia (cf. Solmsen, Stud. z. lat. Lautgesch. p. 2): corripitur* u *littera ap.* PRVD. cath. 5, 36 ham. 921 c. Symm. 1 praef. 54. NOT. Tir. 75, 99 (*post* volat, volucrum). *de notione*: ISID. orig. 20, 9, 6 -um dictum, quod aliquid in se tenet involutum. GLOSS. *ἐνείλημα. cf. gr. l. 8. 73. 83. p. 261, 9. 22.* *legitur inde a* VARRONE, CIC., PLIN. nat.

I *quod paratum est ad involvendum, tegendum, circumdandum sim.: de tegumentis*: **A** *animantium*: **1** *de vestimentis, pannis (l. 26 sqq.), calceis (l. 33)*: **a** *proprie*: VARRO Men. 314 Cynicis -um et pallium luteum non est. PANEG. 4, 3, 6 nec sensim ac lente indicium promit boni, cum -a infantiae (*aliter l. 30*) viridum ru[m]pit ingenium. AMBR. myst. 7, 34 p. 102, 35 accepisti ... vestimenta candida, ut esset indicium quod exueris -um peccatorum (*syn.* velamina). ORIENT. comm. 1, 124 mollibus -is algida membra tegis. *de pannis infantum aut Christi aut hominum (quorum mortalitatem deique indigentiam indicant)*: TERT. adv. Marc. 4, 21 p. 491, 7 apud Marcionem *Christus infans* nec pannis iam sepulturae -um initiatus *eqs.* HIER. in Ezech. 16, 4 p. 128^{A} salvator pannis est involutus infantiae et omnis qui nascitur per -a pannorum protectione indiget dei. hom. Orig. in Ezech. 6, 6 p. 384, 8 oportet ... eum, qui renascitur ... in Christo, ... pannorum -is colligari. *de calceis*: PRVD. cath. 5, 36 felix qui meruit ... visere principem, iussus nexa pedum vincula solvere, ne sanctum -is pollueret locum.

b *in imag. et per alleg.*: *α in universum*: AMBR. hex. 5, 13, 42 p. 174, 4 merito quos (*i. parvulos nostros*) tam sollicite induimus ..., exuimus eos clementiae caelestis -o. AVG. serm. 95, 7 p. 584$^{in.}$ *bis: de veste nuptiali (cf. Matth. 22, 11 et serm. 90, 6 p. 562$^{med.}$* vestis nuptialis caritas). PETR. CHRYS. serm. 24 p. 267^{B} non retardat ab occursu dei caro ..., si ... pendula et sinuosa -a eius tu providus viator astringas. GREG. TVR. Thom. p. 124, 14 involutus *es* in sindone, ut nos quodam virtutis tuae -o vestires. *β respiciuntur animi, mentis -a quasi vestes exuenda: sunt -a*: ⓘ *corpus, caro*: AMBR. Cain et Ab. 2, 9, 36 p. 407, 12 cum huius corporis anima deposuerit -um *eqs.* (inst. virg. 3, 18 p. 310^{A} mens hominis ... quasi -o quodam corporis tegitur. PRVD. ham. 921. AVG. c. acad. 1, 8, 23 p. 21, 7 sapiens ... ab omnibus -is corporis mentem, quantum potest, evolvit. ORIENT. comm. 1, 260 *post obitum* animas ... crede recepturas corporis -um). GREG. M. moral. 29, 21 p. 488^{D} quia de corpore dum spiritus vocatur, quodam quasi -o suae carnis exuitur (*cf. p. 261, 57*).
ⓘⓘ *errores, sordes, vitia sim.*: CIC. ad Q. fr. 1, 1, 15 multis ... simulationum -is tegitur ... unius cuiusque natura (AMBR. parad. 13, 63 p. 322, 24 mens humana velatur). AMBR. Abr. 2, 10, 75 p. 628, 19 anima ... dum vero se erroris -is exuerit *eqs.* (*sim.* bon. mort. 5, 16 p. 717, 18 -is perturbationis. Cain et Ab. 2, 6, 21 p. 396, 12. Isaac 8, 78 p. 696, 23 -is sordidioribus). in psalm. 118 serm. 22, 24, 2 quomodo ... vivit anima operta mortis -o? (*cf. p. 261, 9*). PS. HIER. epist. 6, 20 p. 104^{B} (= PS. MAX. TAVR. epist. 2, 17 p. 957^{B}) stultitia mundialis falsae sapientiae -is denudata (*syn.* velamentis).

2 *de tegumentis corporis naturalibus*: PLIN. nat. 11, 181 cor ... praemolli firmoque opertum membranae -o *eqs.* ARNOB. nat. 4, 23 p. 160, 1 omnis illa proluvies intestinorum sub -is constituta.

3 *fere i. q. latibulum animalis*: PRVD. c. Symm. 1 praef. 54 *serpens* occultabat se prius ... contentum -is atque cubilibus *eqs.*

B *rerum*: **1** *corporearum*: **a** *quae -is teguntur, operiuntur, conservantur (fere i. q. tegimen, stratum, στρῶμα sim. l. 69, i. q. segestre l. 75, i. q. ἔλυτρον clipei, θήκη sim. l. 72)*: CIC. Verr. II 4, 65 *candelabrum* attulerunt -isque reiectis constituerunt (*sim.* CYPR. GALL. gen. 996 incoctos ... fornace penates ... -is cohibebat ... Rachela [*cf. gen. 61, 34* abscondit idola subter stramenta]). nat. deor. 2, 37 clipei ... -um, vaginam ... gladii (*cf.* PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 11$^{in.}$ prolatis armis ex -is et vaginis, *gr. 5, 350 ἀποκαλύψαντες τὰ ὅπλα θήκαις ἐσκεπασμένα*). PLIN. nat. 13, 76 *charta* emporitica, inutilis scribendo -is chartarum merciumque segestribus (*v. app. cr.*) usum praebet.

b *i. q. subtemen, quod stamini texendo involvitur*: NON. p. 149, 17 panus, tramae -um.

c *de aliquo -o, quatenus circumdat, colligat, continet res qualescumque, fere i. q. sarcina, sacculum, arca, θήκη, σάγμα, ἐνείλημα sim.*: PAVL. dig. 47, 2, 21, 8 si -um, quod tollere non potuit *fur*, solvit, ut contrectet (*ibid. iterum*). APVL. apol. 53 quae fuerint in illo -o, nescire se. ITALA prov. 7, 20 (Ambr. Cain et Ab. 1, 4, 14 p. 350, 4) abiit viam longissimam -o pecuniae accepto in manu (*ἔνδεσμον ἀργυρίου*, *Vulg.* sacculum pecuniae). AVG. civ. 22, 24 p. 616, 7 D. haec ... si

[I. Fipp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vellem velut conligata -a solvere atque discutere *eqs.* SIDON. epist. 1, 7, 8 pretiosa quaeque trapezitarum -a rimari et quasi mercaturus inspicere *eqs.* 9, 9, 7 *comperi monachum* mysticae gazae clausis -is clam ferre thesauros (*i. scripta papae Fausti*). *nota et fig. etym. p. 264, 65.*

2 *incorporearum* (*hic illic alleg. vel in imag.*): **a** *in universum* (*syn.* integumenta *l. 7*): CIC. de orat. 1, 161 in oratione Crassi divitias atque ornamenta eius ingenii per quaedam -a atque integumenta perspexi (*i. Cotta*). ITALA Iob 26, 6 (Ambr. hex. 1, 6, 22 p. 19, 22) nuda inferna in conspectu eius (*i. dei*) et non est morti -um (*περιβόλαιον τῇ ἀπωλείᾳ, Vulg.* operimentum perditioni. *cf. p. 260, 58*). AVG. serm. 7, 1 p. 63[in.] magna ... sunt tamquam -a mysteriorum dei quae si ... conemur evolvere *eqs.* (160, 3 p. 874[med.] hoc -um [*sc. fere sapientiae Christi et scientiae*] ... vobis ut evolvatur, orate. *al.*). 160, 4 p. 875[med.] *v. p. 268, 46.*

b *de velaminibus, tegumentis (cf. syn. l. 32. 36), quae sermone, verbis fiunt*: PS. QVINT. decl. 3[b], 1 p. 58, 12 pudicitiae claritatem intricatis sermonum -is ... obscurare. DECL. in Catil. 64 lucem clarissimam rationum ... nullis -is tenebrarum suarum obruituros esse nec M. Laecam ... nec ipsum ... Catilinam. ARNOB. nat. 3, 12 p. 120, 5 per quos (*antea*: altioris intellegentiae doctores) possitis addiscere, quibus modis conveniat litterarum ... nubes atque -a relaxare. ANIAN. Chrysost. hom. 4, 6 p. 1012[ex.] rem ipsam -o verborum tegens (*gr. τὴν ὑπόθεσιν αἰνιξάμενος*). AVG. beat. vit. 1, 4 p. 91, 23 putabam ... *Manichaeos* magnum aliquid tegere illis -is, quod essent aliquando aperturi. catech. rud. 3, 2 mirabiliora ... tamquam in -is ostendere ... oporteat, ... et inspicienda ... offerre animis auditorum (*non recte Christopher ad l., cf. Wijdeveld, Aug. de mag. p. 169*). mag. 10, 31 ne quid in tantis -is lateat *eqs.* c. Parm. 1, 14, 21 cum -um ... similitudinis (*v. Matth. 13, 30*) ... discipulis explicaret *eqs.* in psalm. 30, 2 serm. 2, 9 l. 29 ubique Christus aliquo -o sacramenti praedicatus est a prophetis *eqs.* in psalm. 126, 11 l. 21 (*cf.* l. 18) excute -um: propheta (*cf. Is. 1, 3*) nescio quid his velaminibus nominum texit *eqs.* 127, 2 l. 3 propheta (*cf. I Cor. 2, 13 sq.*) tamquam -um nobis constituit, -um hoc nescio quid habet intus. *ibid.* l. 15 ne per -a fallamur. serm. 350, 2 p. 1534 -a sermonum evolvere. un. eccl. 5, 10 p. 242, 23 quae hoc modo de talibus tamquam -is interpretando solvuntur (*syn.* tegmine). CASSIAN. Nest. 6, 2, 1 *hi quinque libri* despicabilibus -is salutiferas opes contegant.

II *quod involvitur, inclusum est: de re invisibili tamquam germine in semine inclusa*: AVG. civ. 22, 24 p. 611, 25 D. *deus* facit, ut numeros suos explicent semina et a quibusdam latentibus ... -is in formas visibiles ... evolvant (gen. ad litt. 6, 6 p. 176, 18 *in mundi creatione*: quidquid ex illis tamquam -is primordialibus in tempore evolvitur).

2. involūcrum, -ī *n.* *ab* involvere. *scribitur litt. gr., cf. p. 260, 8.* *i. q. herba quaedam parasitica* (*v. André, Lex. des termes de botanique s. v.*): PS. DIOSC. Vind. 4, 177 p. 327, 14 *ἐπίθυμον· οἱ δὲ κέδρωστις, Ῥωμαῖοι ἰνονολούκρουμ.*

involūculum *v. p. 260, 10.*

involūmen *ἐνείλημα* GLOSS. II 298, 34. *cf.* involumentum.

involūmentum, -ī *n.* *ab* involvere. *legitur ap. Christianos.* *fere i. q. involucrum* (*v. p. 260, 19*): **1** *fere i. q. pannus infantum* (*quo Christus homo declaratur, cf. p. 260, 26 sqq.*), *σπάργανον*: FAVSTIN. trin. 2, 2 p. 51[A] hominis ... in se fidem dei filius ipse signabat ... per infantiae vagitum, per cunas et -a. VVLG. sap. 7, 4 in -is nutritus sum (*de Salomone in Christi documentum*). VIGIL. THAPS. c. Eutych. 4, 11 p. 125[A] deum verum infantem natum ... et -a carnis (*cf. p. 260, 51*) suscepisse ... propter nos. si enim -a nostrae naturae suscepit, nostrae ... naturae veritatem habuit. *seq.* pannorum -is.

2 *fere i. q. foliorum involucrum, indumentum*: AVG. civ. 4, 8 p. 155, 32 D. praefecerunt ... Proserpinam frumentis germinantibus ... -is folliculorum deam Volutinam *eqs.*

3 *fere i. q. vinculum* (*in imagine*): GREG. M. moral. 14, 16 p. 1048[B] (*cf. Iob 6, 18*) pedes ... si involuti fuerint, gressus liberos habere non possunt ..., quia sua eos (*i. iniquos peccatis illaqueatos*) -a retinent. *I. Kapp.*

involuntāriē *v. p. 262, 1.*

***involuntārius,** -a, -um. *ab* in *et* voluntarius. *de notione v. l. 76. 77. 80 sq.* [*e coni. pro* volunt-: HEGES. 4, 9, 4 -a mors (*Bulhart*). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 66 (*Drabkin, ClPh. 52, 1957, 57*).]

qui fit sine voluntate, ἀκούσιος: PS. SORAN. quaest. med. 203 *spasmus est* rigor aut contractio nervorum vel musculorum immoderatus et -us motus (CAEL. AVR. chron. 2, 1, 11). CAEL. AVR. acut. 2, 3, 18 *fit* -a urinae vel stercorum emissio (chron. 1, 4, 65). 2, 5, 24 -o exitu stercorum sive urinae (chron. 2, 1, 12). 2, 5, 25 -am egestionem ... non solutionis ratione, sed mentis occupatione fieri. 2, 32, 169 -a lacrimatio, hoc est sine ulla ratione (3, 5, 50). 2, 32, 170 morsibus. 3, 6, 63 tensio (3, 6, 65 sq. distentio est ... -a tensio ...; raptus vero posterganeus ... est -a refractio ...; pronus ... raptus ... inclinatio colli in anteriores partes -a ...: sed -a haec dicta sunt ad discretionem eorum, qui voluntate sua colla hoc schemate componunt). 3, 11, 103 seminis -o iactu (3, 18, 177 chron. 1, 4, 104). chron. 2, 1, 13 -us fiet seminis lapsus (CASS. FEL. 46 p. 117, 4). *al.* ORIBAS. syn. 9, 37 Aa p. 339 seminis labsus est involuntarius fluxus (*gr. p. 299, 17 ἀκούσιος*).

adv. **involuntāriē.** *i. q. sine voluntate*: CASS. FEL. 46 p. 116, 6 aut paulatim urina ... insensibiliter excluditur ... aut -e simul exclusa ostenditur. BOETH. top. Arist. 4, 2 p. 945[A] in iis, quae -e locum ex loco permutant, dicitur 'latio' (*gr. p. 122[b], 33 ἀκουσίως*). *Hi.*

***involvo,** -vī, -ūtum, -ere. *ab* in *et* volvere. *scribitur*: inb-: TRACT. in Luc. 1, 2 p. 191. -uvit: ITALA Luc. 2, 7 (cod. a). *de prosodia*: involuisse (*in altera parte pentametri*): OV. epist. 9, 86. *de notione*: NON. p. 90, 13 conglomerare, -ere, superaddere (*v.* NON. *etiam l. 37. p. 263, 35. 264, 73*). GLOSS. implico. operior. (*v. et p. 264, 9. 268, 10*). *ἀνειλῶ. ἐγκαλύπτομαι. ἐνειλῶ. v. et gr. δήσασα p. 263, 61. ἑλίξασα p. 264, 27. ἐμπεπλεγμέναι p. 266, 44. ἐμπεφυρμένοι p. 267, 34. ἐνείλησεν p. 264, 15. ἐνετύλιξεν p. 264, 16. 23. κάλυψον. p. 263, 17. περιβεβλημένον p. 263, 53. περιπλεκόμενα p. 266, 6. σπαργανούμενος p. 264, 6. 7. συμπλέκων p. 266, 14. 267, 40. συντροχάσῃ p. 265, 76. cf. p. 266, 20. 268, 41.* *legitur inde a* VARRONE (Men.), CIC., LVCR., CAES., VERG., AETNA, HOR., OV. *per totam latinitatem.* [*val.* învólb, *it.* involgere, *sard.* imbórvere, *catal.* envoldre, *prov.* envolver, *francog. vet.* envoudre. *R.*]

[*e coni.*: CIC. har. resp. 62 terrae motus horribiles cum quibusdam inv⟨o⟩l⟨u⟩tis (multis *trad.*) metuendisque rebus, *Fr. Walter, RhM. 91, 1942, 5.*]

i. q. volvendo movere, circumdare, tegere sim.:

I *valente vi varii motus volvendi, rotandi sim.*: **A** *fere i. q. alqd. (alqm.) volutando movere*: **1** *in universum*: **a** *varia* (*syn. l. 33. 34*): CAES. civ. 2, 11, 2 *Massilienses* cupas taeda ac pice refertas incendunt easque ⟨de⟩ muro in musculum devolvunt; -tae labuntur *eqs.* LVCAN. 9, 485 *auster* super ingentes cumulos -it harenae atque operit tellure viros. *passive fere i. q. ruere*: VERG. Aen. 12, 292 ruit ille recedens et miser ... -itur ... in caput inque umeros. CHALC. transl. 23 aedes ... procumbunt -taeque litteris publicis cum antiquioris historiae memoria dissipantur. PRVD. psych. 272 *Superbia* prona ruentis equi cervice -itur. **b** *de serpente, fere i. q. convolvere* (*aliter p. 265, 42 sqq.*): PRVD. ham. 200 -ens nitidam spiris torquentibus alvum (*syn.* complicat). MART. CAP. 4, 328 in laeva *Dialecticae* ... serpens gyris immanibus -tus. **2** *fere i. q. inicere, imponere sim.*: VERG. georg. 1, 282 *titanes* sunt conati ... Ossae frondosum -ere Olympum ([NON. p. 328, 18 *ad l.* -ere significat volutum superimponere]. CLAVD. 8, 108 Pelion). OV. met. 12, 507 saxa trabesque super totosque -ite montes, *ut Caeneo animam elidatis.* **3** *c. not. tegendi*: **a** *fere i. q. inundare*: SIL. 6, 143 extendere latius ... undas et ... patulos -ere campos (12, 622). IVVENC. 4, 165 *in diluvio* terras undae -ēre furentes (CYPR. GALL. gen. 243 fluctibus). **b** *fere i. q. operire*: SIL. 9, 448 Mavors ... clipeo campum -ens.

B *fere i. q. -endo secum ducere, auferre, provolvere sim.*: **1** *per vim aut aquarum (interdum fere i. q. demergere e. g. l. 47. 51. 54. 56. 58 sq. v. syn. l. 69. cf. l. 52), aut venti* (*fere i. q. -endo turbare l. 59*): VERG. Aen. 6, 336 quos ... per aequora vectos obruit auster, aqua -ens navemque virosque. LVCAN. 3, 631 *navis* repleta ... descendit in undas vicinum -ens contorto vertice pontum. VAL. FL. 6, 142 fractas -unt aequora puppes (AVIEN. Arat. 420). STAT. Theb. 3, 323 volat *fulmen* ... saeva *Iovis* ... mandata ferens ... aut ... aut ponto miseros -ere nautas (*cf.* AVIEN. orb. terr. 793 *de maris monstris, syn.* absorbent). 5, 419 praecipites vocem -ēre procellae. TAC. ann. 1, 70, 3 cuncta ... *undarum* violentia -bantur. TERT. adv. Marc. 1, 7 p. 299, 25 (*in imag.*) utrimque te fluctus veritatis -unt (*proprie*: AMM. 16, 12, 57 vorari quosdam fluctibus -tos. VVLG. exod. 14, 27 -vit eos *Aegyptios* dominus in mediis fluctibus. PELAG. in Rom. prol. p. 6, 8 *Aegyptios* gravissimi fluctus -rent). HEGES. 3, 20, 2 p. 223, 18 flatus ... undis impellentibus scaphas ... -vit. p. 224, 19 quod ... conspirantibus ventis mare -retur, ne Iudaei evaderent. MART. CAP. 1, 15 non ... fortunas (*i. fata*) omnes illi ... -tas gurgites (*i. planetarum cursus, sc. fluviis similes*) rapiebant. *al.* **2** *per impetum varium*: VERG. Aen. 12, 689 fertur in abruptum ... mons ... silvas virosque -ens secum. STAT. Theb. 2, 593 corpora turbā -i prolapsa suā (*i. mortui ab ipsis sociis proruentibus secum rapiuntur*). HEGES. 5, 13, 2 p. 316, 22 alium ... propter adstantem saxi -vit immanis ruina. AVG. in psalm. 131, 25 p. 1727[in.] ceciderunt illi, de quibus praesumpserunt, et -erunt eos, qui de se praesumpserunt. CAES. AREL. serm. 55, 4 p. 233, 4 non sufficit ... ebrioso, in volutabro ebrietatis se ipsum demergere (*cf. l. 46*), nisi et alios secum conetur -ere.

C *fere i. q. rotando (syn. l. 74), torquendo movere (refl. l. 72. 78. 79. med.-pass. l. 80. 81. 83)*: LVCR. 6, 443 fit ... ut -at venti se nubibus ipse vertex (*cf. in imag.*: SEN. dial. 7, 28, 1 nunc turbo quidam animos vestros rotat et -it. VAL. FL. 4, 264 *Amycus Pollucem* velut ... turbo rapax ... praeceps agit ... cursibus -ens, *i. fere circumcurrens*). AETNA 325 spiritus -ens ... suo sibi pondere vires *eqs.* (*i. -endo adaugens, amplificans* [*cf. Sudhaus ad l.*]. CAEL. AVR. acut. 3, 17, 138 spiritus ... *in intestinis* clausus sese -ens ... tormenta efficiat). SIL. 8, 635 nec densae ... apium se -ere nubes cessarunt aquilis (*i. signis*). AVIEN. Arat. 1853 sus horrida caeno, gurgitis inluvie si saepius -atur. orb. terr. 510 qua Tyrrheni praeceps -itur aestus. HIER. in Am. 2, 4 p. 1024[C] sicut lebes ferventissimus minutos pisces pariter -it, ita *eqs.* PHYSIOGN. 21 p. 33, 9 cum ... modo -untur modo recurrunt oculi modo requiescunt (*cf. antea* in gyrum agantur). MART. CAP. 8, 810 globus lucis ...

[I. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

miti vertigine sensim -tus. 8, 879 *Veneris circuli* ut oriri subinde occidereque videantur, mundani motus raptibus -untur.

D *fere i. q. rotando plicare* (*librum claudere sim. [syn. l. 17], testamentum l. 10, sermones [gr. λόγους, προστάγματα] l. 15; vigente not. velandi e. g. l. 17*): Vvlg. Ezech. 2, 9 in qua *manu* erat -tus liber. apoc. 6, 14 caelum *terrae motu* recessit sicut liber -tus (*ἑλισσόμενον*. Victorin. Poetov. in apoc. 6, 5 p. 77, 15 [rec. Hier.] caelum -i: ecclesia de medio fit; *cf. ibid. p. 76 Tyconii interpretam.*). Novell. Theod. 16, 21 (= Cod. Iust. 6, 23, 21 pr.; *a. 439*) licere . . . signatam vel ligatam vel tantum clausam -tamve (-que *Cod. Iust.*) proferre *testamenti* scripturam . . . simul offerre . . . subscribendam *eqs.* Vict. Vit. 3, 17 p. 79, 26 carta eis (*i. viris dei*) ostenditur -ta. Act. Petr. 20 p. 66, 30 *Petrus* vidit euangelium legi. -e⟨n⟩s eum dixit *eqs.* *in comparat. c. libro*: exordia, *fere i. q. retro -ere, evolvere*: Sil. 7, 435 tunc . . . -ens (evolv- *Heinsius*) repetita exordia retro incipit *Proteus* . . . reseratque futura. sermones (*v. l. 4*): Hier. in Dan. 12, 4 p. 576^{D} praecepit ut -at sermones (*cf. Vulg.* claude *et gr. κάλυψον*).

E *fere i. q. -endo complere, efficere* (*acced. obi. effectūs*): **1** *varia*: Sen. nat. 3, 27, 9 Danubius . . . non inveniens exitum . . . in orbem redit, ingentemque terrarum ambitum atque urbium uno vertice -it. Lvcan. 4, 74 *nubes* vetitae transcurrere densos -ēre globos. Sil. 15, 624 casso . . . labore exiguum -unt frustratis gressibus orbem *Hasdrubalis milites* (Apvl. Plat. 1, 10 dies . . . cum noctibus mensuum spatia complere, menses vicissim annorum orbes -unt). Fronto p. 243, 4 v.d.H. (= p. 263 N.) *homines* extincto . . . lumine impudentibus tenebris nexus infandae cupiditatis -unt. **2** *tempus, annos* (*cf. et l. 24*): Mar. Victorin. in Eph. 2, 1 p. 1253^{B} in mundo motus rerum tempus faciens et -ens. Ps. Anatol. pasch. 9 p. 329, 9 annorum circulum cum lunae cursibus ponemus, computatis ante diebus, quibus reciprocis cursibus -itur annus (11 p. 325, 27).

II *vi alicuius motus ob-, circum- volvendi, circumdandi, circumplicandi aut plus minus valente aut evanida*: **A** *fere i. q. obvolvendo (syn. l. 34, cf. l. 77) occupare, comprendere* (*v.* Non. *l. 35*): **1** *de igni sim.*: Varro Men. 486 (*ex Enn. trag. 63* obvoluta) adest fax -ta incendio (*affert vs.* Non. p. 328, 27 *ad lemma* -tum, occupatum, comprehensum). Verg. georg. 2, 308 *ignis* totum -it flammis nemus (Val. Fl. 7, 74 *Iasonem* -i flammis *taurorum*. Sil. 6, 716 monumenta [*sc. picta, cf. vs. 655*]. 14, 448. 16, 120 -ere visa est mitis flamma comam. Heges. 5, 44, 2 p. 394, 21 urbem . . . et templum). Aen. 7, 77 virgo visa . . . *igni* -i (Sil. 5, 511 rapido . . . -itur aesculus igni. Tac. ann. 14, 30, 2 *milites Romani hostes* igni suo [*i. facium ab ipsis hostibus prolatarum*] -unt. Prvd. ham. 764 Sodomorum incendia iustis ignibus). **2** *de noctis obscuritate*: Ps. Qvint. decl. 6, 16 p. 126, 6 nox oritur et aequam temporum portionem -it obscuritas.

B *fere i. q. circumdare, obvolvere, tegere: de tegumentis variis*: **1** *animantium eorumque corporis partium*: **a** *generatim*: *α de vestibus sim.*: Ⓘ *fere i. q. induere, vestire*: Ⓐ *usu generali*: Varro ling. 5, 132 circumiectum . . . quo vestitas se -unt. Bibac. frg. Char. gramm. p. 161, 25 B. duplici toga -tus (Apvl. apol. 88 qua *die* hic puerulus toga est -tus). Petron. 28, 4 *Trimalchio* -tus coccina gausapa. Sil. 7, 461 assuetum casside crinem -i tunc compta *Minerva*. Itala I Macc. 10, 64 (rec. B) *Ionathan* -tum . . . veste purpurea (*περιβεβλημένον*, *Vulg.* opertum). Mythogr. 2, 147 p. 126, 19 Agamemnon . . . cum vellet -ere *vestem* et capitium non invenire posset *eqs.* Vvlg. Soph. 1, 11 disperierunt omnes -ti argento (*i. vestibus quas argenti laminae ornant, v. Blümner, Technol. 4, 249. cf. p. 268, 36*). Mart. Cap. 5, 426 peplo quodam circa umeros -to. Mvtian. Chrysost. hom. 3, 2 p. 253$^{med.}$ sicut quilibet amictum -it atque permutat, sic . . . *deus* mundum . . . mutaturus est (*cf. gr. p. 29$^{p. med.}$ et psalm. 101, 27*). Pallad. hist. mon. I 21 p. 299^{C} -tum pannis . . . caput (*gr. p. 98, 7 B. ῥάκος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς δήσασα*. p. 300^{C} panno frontem . . . -tam [*cf. gr. p. 99, 12*]). Conc. Antiss. (*c. a. 573—603*) p. 181, 1 non licet diacono de vela vel pallas (*v. p. 264, 30*) scapulas suas -i. *al.* Ⓑ *de rebus quibuscumque tamquam vestis loco circumdatis, indutis*: Lvcr. 5, 971 *homines noctu* membra nuda dabant terrae . . ., circum se foliis . . . -entes. Phaedr. 4, 2, 12 mustela . . . -vit se farina, ut mures deciperet (Romvl. fab. 72, 2 [rec. Gall.] in farinam). Mart. Cap. 9, 918 candidus nivosis olor -tus alis. *per imaginem vel in comparatione*: Serv. Aen. 8, 307 *de homine aetatis signis, rugis sim. quasi induto*: 'obsitus aevo' aetate -tus. Arnob. nat. 2, 28 p. 70, 24 *animae* terrenis . . . corporibus -tae (Ambr. obit. Theod. 30 l. 12 homo -tus est mortis corpore. *cf.* Lact. inst. 7, 5, 13 spiritum suum terreno corpore induit et -vit). Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 8 p. 547^{A} *in resurrectione non* rursus cum eā *naturā* carnis vitia pariter -amus. Avg. serm. 180, 3, 3 p. 973 homo . . . carne -tus. Ⓘⓘ *fere i. q. velare, tegere* (*sc. causa rationeque diversa. cf. et p. 264, 73 sqq.*): Cic. Verr. II 5, 72 cives Romani ne cognoscerentur capitibus -tis (*V*, obv- *αβ*) . . . ad necem rapiebantur (*al.* Val. Max. 8, 11 ext. 6 caput Agamemnonis -endo *maerorem* arte non posse exprimi *a pictore. al.*). Liv. 1, 21, 4 flamines . . . iussit manu . . . ad digitos usque -ta rem divinam facere (Veg. mulom. 2, 79, 16 animalia a collo usque ad pedes -antur de sagis). Cels. 2, 17, 8 curiose . . . vestimentis -endus est. Lvcan. 8, 614 *Pompeius* ut vidit comminus enses, -vit voltus. Qvint. inst. 11, 3, 146 laevam -ere toga *oratorem non decet. al.*

β de pannis, fere i. q. circumvolvere (*cf. p. 265, 40 et p. 263, 60*): Ⓘ *de incunabulis infantum* (*de pannis infantulae l. 10*): Ⓐ *Christi*: Ivvenc. 1, 157 puerum veteri cunabula textu -unt. Hil. trin. 2, 27 p. 68^{B} magi -tum pannis adorant (Avg. serm. 200, 1, 1 p. 1029$^{in.}$ infantilibus. *al. cf.* Vvlg. Luc. 2, 7 pannis eum -vit et reclinavit eum in praesepio [*ἐσπαργάνωσεν*]. Hier. epist. 21, 2, 5. *al.* Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 10, 22 [*gr. I 1, 2 p. 42, 4 σπαργανούμενος*]. *al.*). Avg. serm. 293, 5 p. 1330$^{med.}$ in praesepi ponendus cunis -endus. *al.* Ⓑ *aliorum*: Gloss.^{L} V Aa C 1055 cunabula: initia infantum, ubi -untur (*al.*). *nota* (*v. l. 2*): Hier. epist. 24, 2 *Asella* adhuc infantiae -ta pannis vix annum decimum . . . excedens. Ⓘⓘ *de linteis, quibus in sepultura corpus defuncti circumdatur* (*sim. de cineribus l. 24, sanguine l. 25*): Ⓐ *Christi* (*aliter de sudario i. q. convolvere l. 22, cf. p. 265, 41*): Itala Marc. 15, 46 (cod. k) deposuit eum et -vit in palla (*ἐνείλησεν*, *Vulg.* sindone). Itala Luc. 23, 53 (Rufin. Adamant. 5, 12 p. 199, 9; *sim.* cod. e) -ens in sindone nova (*ἐνετύλιξεν ἐν σ.*, *Vulg.* sindone. Tert. adv. Marc. 4, 42 p. 565, 11 *Christus* si caro non fuit, . . . nihil sindone -tum, nihil sepulcro . . . conditum. Hil. in Matth. 33, 8 p. 1075^{B} *corpus* a Ioseph . . . sindone -itur *eqs.* [*cf.* Vvlg. Matth. 27, 59 -vit . . . in sindone munda]). Avg. in euang. Ioh. 50, 13 p. 1763$^{p. med.}$ quod de cruce depositus, quod linteis -tus (*al.*). *al.* *nota* (*v. l. 13*): Vvlg. Ioh. 20, 7 sudarium . . . non cum linteaminibus positum sed separatim -tum in unum locum (*ἐντετυλιγμένον*). Ⓑ *hominum* (*fere sanctorum*): Svlp. Sev. epist. 3, 17 *Martinum* quis in cineribus crederet -tum. Petr. Chrys. serm. 40 p. 314^{B} *martyres* -ti sanguine sepeliuntur. Pallad. hist. mon. I 2 p. 261^{A} corpore -to in linteo et sepulturae tradito ([*gr. p. 31, 7 ὀθονίοις τὸ σῶμα ἑλίξασα, sc. femina*]. II 5 p. 351^{A} sepelivit, sindone corpus -ens, *gr. v. l. 27*). Conc. Antiss. (*c. a. 573—603*) p. 180, 22 non licet mortuis . . . de vela vel pallas (*v. p. 263, 63*) corpora eorum -i. Pass. Tarach. 7 p. 466 reliquias . . . mulierculae in linteamine -ant.

γ de rebus variis, fere i. q. circumdare sim. (saepius acced. notione protegendi, tutandi): tegumentum: Ⓘ *corpori ipso adhaeret* (*v. syn. l. 38*): Cic. nat. deor. 2, 143 somno coniventibus . . ., ut *oculi* tamquam '*vallo pilorum*' -ti quiescerent (*cf.* Prvd. ham. 868 -it vitreo *oculos* . . . lucida palla obice). Pavl. Fest. p. 369 qua *membrana* nascitur -tus *vitulus* (Plin. nat. 11, 208 membrana . . . qua cerebrum aut cor -itur). Sen. dial. 6, 24, 5 haec quae vides circum⟨data⟩ nobis, ossa, nervos . . . cutem . . . et cetera quibus -ti sumus *eqs.* Ⓘⓘ *extrinsecus applicatur*: Caes. civ. 1, 75, 3 repentino periculo exterriti sinistras sagis -unt. Petron. 63, 6 stricto gladio . . . procucurrit -ta sinistra manu curiose (Ivst. 15, 3, 8 manum amiculo. Ps. Avr. Vict. orig. 13, 1 *Troiani* veste aut pellibus . . . sinistris manibus -tis. *al.*). Ivv. 6, 607 Fortuna . . . *infantes nudos* fovet omni (omnes *l. v.*, ulnis *Markland*) -itque sinu. Dares 34 p. 41, 12 brachio sinistro chlamydes.

b *speciatim: peculiari tam usu (sc. per imag. quae fere ad not. circumdandi alqm. aliqua re [occultandi cf. l. 50] pertinere videtur) quam structura* (*ubique refl. vel med.-pass.*): Cic. epist. 9, 20, 3 mane . . . ubi *virorum multorum* salutatio defluxit, litteris me -o (*cf. epist. 7, 33, 2* me totum in litteras abdere). Hor. carm. 3, 29, 55 resigno quae dedit *fortuna* et mea virtute me -o. Plin. epist. 7, 3, 4 ut te magis ac magis otio -as (Amm. 19, 11, 6 diuturno otio -ti). Ambr. fid. 1, 15, 99 p. 551^{C} sed non me -o libris, ne tractatus videatur esse diffusior.

2 *rerum: spectantur*: **a** *res ipsae quae -untur*: Varro ling. 5, 166 qui lecticam -bant (*sc. segete*) . . . segestria appellarunt (*cf.* frg. Non. p. 11, 14). Cic. Verr. II 4, 65 Antiochus . . . imperat suis, ut id (*i. candelabrum*) in praetorium -tum quam occultissime deferrent. Lvgd. 1, 9 lutea . . . niveum -at membrana libellum (*cf.* Vlp. dig. 28, 1, 22, 7 linteo quo tabulae *testamenti* -tae sunt). Liv. 38, 24, 9 praecisum caput . . . veste -tum ferens. Vitr. 10, 13, 7 corium . . . quo ea machina erat -ta (*sim.* 10, 15, 6. 7). Cels. 1, 3, 10 in balneo . . . -to sedere (*cf. Hiltbrunner, Latina Graeca, 1958, 186*). Sen. nat. 2, 27, 4 ut inclusus aer . . . extenuatus diffundatur, . . . dum maiorem sibi locum quaerit, a quibus -tus est, sonum patitur. Ivst. 18, 4, 12 compellit *ministros* onera harenae pro pecunia involucris (*v. p. 261, 4*) -ta in mare deicere. Serv. auct. Aen. 3, 549 antemnae -tae sunt velo. Hier. epist. 29, 3, 7 gladius Goliath . . . -tus est in vestimento. Vvlg. num. 4, 5 -ent . . . *velo* arcam testimonii. *al.* **b** *res quae ad -endum usui sunt*: Pavl. dig. 33, 10, 5, 1 *vehiculorum tapeta et lintea* potius instrumenti viatorii . . . esse, sicut pelles quibus -untur vestimenta *eqs.* Svet. frg. 103 p. 132, 6 *carta* emporetica, quod ea merces -untur (Porph. Hor. epist. 2, 1, 270 amicitur [*sc. cartis ineptis*]: -itur).

C *fere i. q. velare, obtegere* (*cf.* Non. p. 328, 21 -ere tegere, *ad l. 76*), *operire* (*sc. ita ut alqd. oculis eripiatur, cf. l. 79 sq. p. 265, 3*), *celare, abscondere sim.*: *-untur*: **1** *corporea, naturalia*: Verg. Aen. 2, 251 nox -ens umbra . . . terramque polumque Myrmidonumque dolos ([*v. p. 265, 5*]. Stat. Theb. 3, 416 nox . . . nigro . . . polos -vit amictu. *cf. in imag.*: Rvfin. Clement. 3, 34 cum aberraverit a via veritatis . . ., noctis atrae tenebris -tus). 3, 198 -ēre diem nimbi ([*syn.* abstulit. Serv. auct. *ad l.* aspectum ademerunt]. Sen. nat. 2, 30, 1 -tus est dies pulvere. 5, 18, 7 nubilo. Avien. orb. terr. 237 prona dies atris -itur umbris). 8, 253 *Cacus* -it . . . domum caligine. Ov. met. 2, 232 *Phaethon* -itur . . . fumo. Manil. 1, 870 *sol* -it . . . suo flammantes igne cometas. Val. Max. 1, 7 ext. 1 lucem . . . caligino sis -tam tenebris

[I. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Lvcan. 4, 490 non . . . cadendum est . . ., cum permixtas acies sua tela tenebris -ent. *al.*). Sen. Thy. 624 quis me . . . atra . . . nube -et, ut . . . nefas eripiat oculis? (Sil. 1, 311 *Poeni* -unt atra telorum moenia nube). Sil. 4, 442 tempestas . . . turbida nubila torquens -it terras. *al.*

2 *incorporea* (*cf. et p. 264, 77. syn. v. l. 9. 10 bis. 16. 17. 26 bis. 36*): Cic. Pis. 12 nequi sit, qui istius insignem nequitiam frontis -tam tegumentis nondum cernat. ac. 1, 15 Socrates mihi videtur . . . primus a rebus occultis et ab ipsa natura -tis . . . avocavisse philosophiam (Tim. 1. *cf.* div. 1, 35 *causa* latet . . . obscuritate -ta naturae. Arnob. nat. 2, 56 p. 92, 14 res submota et abdita et caligine -ta naturae. *al.*). Verg. Aen. 6, 100 Sibylla . . . canit ambages . . . obscuris vera -ens (*inde* Lvcan. 1, 638 Qverol. p. 21, 31 R.). Ov. Ib. 57 historiis -am carmina caecis. Fest. p. 310 rem . . . Varro et Euhemerus ineptis mythis -ere maluerunt. Val. Max. 1, 7, 5 ne illud quidem -endum silentio (5, 4 ext. 2). *al.* Phaedr. app. 5, 17 consulto -vit veritatem antiquitas (Sen. benef. 7, 1, 5 -ta veritas in alto latet. *al.* Lact. inst. 1, 11, 30; *syn.* tegitur. *al.*). Sen. epist. 95, 61 quaedam . . . philosophia . . . -ta sunt vixque . . . subtilitate aperiuntur. Plin. nat. 2, 62 luminum . . . ratio . . . multis . . . -ta miraculis. Qvint. inst. 8 prooem. 4 neque obscura neque . . ., quae scriptores diversis opinionibus . . . -erunt. Fronto p. 132, 10 v.d.H. (= p. 114 N.) Heraclitus obscurus -ere omnia. Min. Fel. 27, 1 oracula . . . falsis . . . -ta. Cypr. idol. 7 p. 24, 10 *daemones* falsa veris . . . -unt. Arnob. nat. 2, 9 p. 54, 17 omnia caecis obscuritatibus -ta (2, 51 p. 88, 11. *cf.* Hier. epist. 53, 8, 16. *al.* Evcher. instr. 1 p. 131, 19 summis. Cod. Ivst. 1, 17, 2, 16; *syn.* latitabat). Lact. inst. 2, 10, 12 poetas . . . figuris -ere et obscurare quae dicant (*cf.* Ps. Avg. un. eccl. 5, 9 p. 240, 7 obscure posita et figurarum velaminibus -ta). Firm. math. 4, 22, 1 p. 264, 18 doctrinae . . . secreta . . . -ta obscuritatis ambagibus (7, 7, 4 p. 229, 27. *al. cf.* Avson. 396, 21 p. 251 P. numerum . . . doctis -tum ambagibus). Serv. auct. Aen. 11, 357 bene -vit, quod turpe esset . . . dicere. Clavd. Don. Aen. 7, 370 p. 61, 21 responsa *divina* . . . dubiis -ta verbis (Svlp. Sev. chron. 2, 43, 1 fidem *haereticorum* . . . verbis fallentibus). *al.* Ambr. apol. Dav. II 8, 42 p. 387, 6 nihil *Christo* . . . tectum, nihil est -tum. Hier. in Hab. 1, 2 p. 1290^{D} scribi . . ., ut nullo -atur nubilo (*syn.* obscuretur). *al.*

3 *dei* (*cf. Mart. Cap. 1, 75* opertanei. *8, 810* si quos *deos* clausa telluris operiunt): Sen. nat. 2, 41, 2 adhibitis *a Iove* in consilium diis, quos superiores et -tos vocant (*an adi.?*).

D *fere i. q. circumvolvere, circumplicare, circumplecti sim.* (*circumfundere l. 61, convolvere, syn. l. 79. opp. deplicare l. 71*): *-untur*: **1** *animalia*: **a** *homines, quos serpentes* (rigor *l. 50*) *constringunt, vinciunt* (*aliter p. 262, 32*): Ov. epist. 9, 86 hydros infantem caudis -uisse manum. Clavd. Don. Aen. 7, 350 p. 57, 12 coluber . . . se collo Amatae -erat tamquam aurum tortile (*in imag.*: Avg. de duab. anim. 11 p. 65, 23 familiaritas . . . tamquam . . . vinculum multipliciter collo -tum). Serm. Ps. Hier. epist. 27, 2 p. 223^{B} quasi serpens lubricus nostros -ere pedes, ne *eqs.* Avg. civ. 18, 12 p. 271, 21 D. inventus est puer dracone -tus. *sim.*: Prvd. perist. 1, 71 nexibus manus *martyrum* utrasque flexus -it rigor. **b** *bestiae*: Ov. fast. 4, 705 captivam *vulpem* stipula faenoque -it et ignes admovet. Plin. nat. 11, 84 *aranei* lacertarum catulos venantur, os primum telā -entes. **c** *partes animantium corporis* (laquei *l. 57*), *ut aut curentur aut tegantur*: Cels. 8, 10, 3^{B} brachium *fractum* . . . -tum mitella (Colvm. 7, 5, 18 fracta . . . crura sanantur -ta lanis. *cf.* Petron. 54, 4 brachium . . . contusum . . . -erat lana. *al.*). 8, 12, 2 *medici* digiti pollices linteolis . . . -ti in os *aegri* . . . coniciendi . . . sunt. Colvm. 6, 2, 4 laquei, quibus *cornua iuvencorum* capulantur, lanatis pellibus -ti sunt. 6, 12, 3 linamentis pes *bovis* -tus (6, 15, 1). *al.*

2 *res: quae fere pertinent ad*: **a** *negotia domestica varia*: Liv. 40, 29, 6 duo fasces candelis -ti (*i. fere circumfusi. cf.* Ser. Samm. 917 -es cerā . . . grana cumini). Colvm. 12, 16, 3 uvam passam foliis ficulneis -unt et assiccant (*al.* Pallad. 3, 25, 25 cydonea . . . fici foliis -ta custodiunt. *al. cf.* 5, 4, 3 poma . . . servantur . . . sua fronde -ta). Pallad. 2, 15, 13 si . . . nucleum sanum tollas . . . stercore -tum reponas (*sim. al.*). 4, 10, 3 arboris florentis truncum . . . corio anguis -ere. *al.* Pelagon. 88 ventrem *pulli* . . . -is in melle (Apic. 7, 1, 6 vulvam . . . in cantabro. 7, 3, 2. 9, 10, 1 sarda . . . in charta. *al. cf.* Macr. Sat. 3, 13, 12 altilia ex farina. Apic. 6, 2, 2 de sabano calido -es gruem). Clavd. 18, 276 niveam dominae pensis -ere lanam (*cf.* Greg. M. moral. 8, 26 p. 816^{C} quo inferius texta [*i. tela*] -itur, eo superius texenda deplicatur. Vita Mauril. 20 [BHL 5730] ita ut glomus -i solet). **b** *opera technica*: Vitr. 9, 8, 8 in . . . axi aenea . . . catena est -ta (*sic* 10, 4, 4. *cf. ibid.* in axem). 10, 2, 2 funis ⟨se⟩ -endo circum suculam (*cf.* 10, 2, 7 circa tympanum. 10, 2, 14). *al.* Itala eccles. 12, 6 (Hier. tract. in psalm. I p. 55, 21) -itur . . . rota super lacum ([*aliter* συντροχάσῃ, *Vulg.* confringatur]. *cf. Hier. in eccles. 12 p. 1112*^{A} rota per quam de lacu . . . levantur aquae, si confracta fuerit vel ut septuaginta interpretes voluerunt, in suo funiculo convoluta *eqs.*). *al.* **c** *suppellectilem medici et artem*: Cels. 2, 17, 9 exstincti titiones -tique panniculis (3, 12, 4). 6, 7, 9^{A} specillum lana -tum (6, 8, 1^{B}. *al. cf.* Scrib. Larg. 230 auriscalpium. *al.*). Plin. nat. 20, 155 pulei ramum lana -tum in tertianis . . . dari (Ps. Apvl. herb. 93, 18. 40. *cf.* Svet. Galba 3, 1 cognomen Galbae . . ., quod . . . galbeo, id est remediis lana -tis . . . uteretur).

Caes. Arel. serm. 64, 1 p. 263, 25 vulnus . . . medicamentis adpositis -tum. *al.* **d** *incorporea*: Arnob. nat. 1, 8 p. 9, 4 quid si prima materies . . . miseriarum omnium causas suis continet in rationibus -tas? *al.* **e** *herbam crescentem*: Diosc. 4, 36 Aelsine . . . habet . . . hastas longas, quae si proxima fuerit arbori -at (*gr. Diosc. 4, 39 κλωνία μακρὰ περιπλεκόμενα ὅπου ἂν τύχῃ*).

E *fere i. q. inserere, immiscere sim., inde includere, continere*: **1** *fere i. q. inserere (syn. v. l. 10): spectat ad*: **a** *incorporea*: Cic. Phil. 7, 19 nec ego pacem nolo, sed pacis nomine bellum -tum reformido (*cf.* Non. p. 328, 25 -ere implicare. M. Tullius ad Caesarem iuniorem [= frg. IV 9 Sj.]. Heges. 4, 6, 9 p. 250, 20). Sen. epist. 25, 4 *Epicuri* aliquam vocem huic epistulae -am (Cassiod. hist. 5, 13, 10 fecit *Aetius* epistulas ad imperatorem Constantium . . . contentiones -ens [*Socr. 2, 35* ἐρεσχελίας συμπλέκων]. *cf.* Apvl. met. 8, 1, 4 gesta . . . quae . . . possint merito doctiores . . . in historiae specimen chartis -ere). Tac. ann. 3, 63, 1 ut *consules* . . . perspecto iure et si qua iniquitas -retur, rem . . . ad senatum referrent. Tiberian. carm. 4, 11 *deus* spectans . . . vitas (*sc. nascentium*) -ier aevo. Rvfin. Adamant. 5, 17 p. 211, 16 abicientes haec, quae ex superfluo -untur, ad rem venite (*cf. gr.* ἐάσαντες . . . τὰ ἄκυρα). Caes. Arel. serm. 125, 1 p. 496, 16 observate, ne . . . vobis . . . Manichaeorum errorem -at. **b** *corporea*: Pavl. Fest. p. 112 (*refl. fere i. q. se insinuare, intorquere v. p. 269, 12*). Avson. 419, 74 p. 372 P. iam nubibus fumus ⟨se⟩ (*add. Acidalius*) -erat.

2 *fere i. q. includere, continere: de incorp.*: Sen. contr. exc. 6, 3, 2 circumscriptio semper crimen sub specie legis -it. Ps. Qvint. decl. 8, 15 p. 159, 23 *ars medica* verba tantum desperationis -it. Rvfin. Orig. in Rom. 3, 2 p. 930^{B} sermo eius omnes, sive Iudaei sunt sive gentiles, videtur -ere. Avg. epist. 194, 4 p. 178, 21 ubi una eademque massa damnationis et offensionis -vit, ut liberatus de non liberato discat. *de corpor.*: Ps. Rvfin. (=Ivlian.) in Os. 4, 15 p. 987^{C} quid uno tumulo genus omne vis -i?

F *fere i. q. implectere, innectere sim. (interdum c. notione turbandi e. g. l. 48. 50. syn.* implicare *l. 37. 44. v. et l. 46): spectat ad*: **1** *corporea*: Vitr. 3, 5, 8 *de* volutarum descriptionibus, uti ad circinum sint recte -tae *eqs.* (*cf.* Damig. lapid. 50 sculpis in eum [*lapidem Sardium*] vineam et hederam -tam). Cels. 7, 31, 1 si varix curva est et velut in orbes quosdam implicatur, pluresque inter se -untur *eqs.* Sen. Herc. f. 683 *ne* remeandi . . . pateat facultas, flexibus multis gravem -it amnem (*i. Lethen*). Plin. nat. 8, 39 labrum ei (*i. achli bestiae*) superius praegrande, ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens -atur (*med.-pass.*). Arnob. nat. 4, 25 p. 161, 19 *Martem* haesisse in laqueis -tum. Firm. math. 2, 30, 4 p. 86, 11 haruspices . . . exta . . . venarum ordinis -ta confusione conturbent. Serv. georg. 4, 481 *angues* implexae, -tae, implicitae, ἐμπεπλεγμέναι. Vvlg. Iob 6, 18 -tae sunt semitae gressuum eorum (Greg. M. moral. 7, 36 p. 786^{A}; *syn.* innodatis). Avg. serm. coll. Morin p. 572, 18 palmitem vitis crescendo ire in sepem et -ere se in spinis. Macr. Sat. 7, 9, 4 *motus* qui gyros efficit, crebro conversu turbat et umoribus capitis -it spiramentum, quod animam cerebro . . . ministrat.

2 *incorporea: fere i. q. confundere, perturbare sim.*: **a** *varia*: Sen. epist. 114, 4 (*de Maecenate*) videbis . . . eloquentiam ebrii hominis -tam et errantem *eqs.* Plin. nat. 2, 25 quae *superstitiones* . . . improvidam mortalitatem -unt. 2, 62 haec est luminum occultationumque ratio, perplexior motu multisque -ta miraculis. Sidon. epist. 1, 7, 6 ut adversarium incautum . . . professione responsi praecipitis -rent. *al.* **b** *in sermone (refl. et med.-pass.) fere i. q. dicendo, disserendo se perturbare, impedire sim.* (*syn. v. l. 65*): Plin. epist. 1, 5, 7 nec me laqueis tam insidiosae interrogationis -eram (*in imag.* Firm. err. 60, 8. *cf.* Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 24 p. 562^{C} *disserendo* tantis te -is nodis, ut evolvere te *non* . . . possis). Hier. epist. 58, 10, 2 p. 539, 19 Hilarius Gallicano coturno adtollitur et . . . longis interdum periodis -itur *eqs.* 121, 10, 2 p. 41, 20 *Paulus* se ipsum interpretari cupiens -itur. Avg. anim. 1, 8, 8 p. 308, 11 quaestionem frustra se putans . . . posse dissolvere adhuc sese -it et dicit *eqs.* (*cf. antea*: se ipse implicuerat). Grill. rhet. p. 85, 16 M. obscuritas . . . fit . . . ab oratore, si aut minus dicat, aut multa dicendo se -at. *al.*

nulas occupantur. Cod. Iust. 1, 17, 2, 22 sciat -is se esse codicis dominum. *al.* β *de iis rebus, quae existunt in rerum natura* (*per comparationem l. 5. fere c. respectu rei amatoriae l. 29*): Verg. georg. 1, 88 exsudat -is umor *e terra*. Hor. carm. 3, 17, 10 algā litus -i ... tempestas ... sternet (*cf.* Ov. Pont. 2, 1, 15 *de poeta*: nos quoque ... sentimus, -is herba, numen). epod. 2, 13 -es ... ramos amputans (*cf.* Pallad. 3, 13, 2 ramulis. *al. sim.*: Colvm. 3, 10, 21 pampinarium et sagittam velut -es. 5, 5, 16 -ia sarmenta decidunt). Liv. 22, 28, 5 ager ... -is insidiatori (Pallad. 1, 6, 13 silvis -bus tectus. Clavd. Don. Aen. 11, 315 p. 460, 30. *cf. infra l. 35*). Phaedr. 1, 2, 23 *ranae* alium rogantes regem misēre ad Iovem, -is quoniam essēt qui fuerat datus (*sc. tigillus*). Colvm. 2, 10, 35 cicera ... hominibus non -is. 11, 3, 57 nec arida *cepa* -is ad pulmentaria condenda. *al.* Plin. nat. 16, 105 cornus ... ligno ... fungosa et -is (*sc. ad usum, fabricam. cf.* 36, 166 tofus aedificiis -is est ... mollitiā. Pallad. 12, 15, 2 alnus fabricae -is). 20, 20 radix ad omnia -is. 23, 73 nigra oliva stomacho -ior, ventri facilior (26, 86. 31, 98 *sal* stomacho tantum -is praeterquam ad excitandam aviditatem. *saepe* [*v. et p. 279, 34*]. *cf.* Mart. 3, 47, 9 pigro ... ventri non -es betas). 37, 120 sappiri ... -es scalpturis. *al.* Mart. 13, 22, 1 -is uva Lyaeo (*i. vino*). Ps. Qvint. decl. 13, 19 flores tuos *veneno* -es fecisti. Iren. 5, 10, 2 oleaster, si non percipiat insertionem, perseverat -is suo domino. Ps. Orig. tract. 15 p. 164, 22 nullum ... aliud remedium -ium aquarum, nisi *eqs.* (Hil. myst. 1, 34 p. 25, 21. *al. cf. Vulg. exod. 15, 25*). Pallad. 11, 11, 2 vetus semen -e est vel sationi vel usui. *al.* Clavd. Don. Aen. 1, 540 p. 108, 30 terra ... -is et deserta (*cf.* Mvtian. Chrysost. hom. 20, 3 p. 363$^{p. med.}$ educet nos de Aegypto infructuosa et -i [*gr. p. 146$^{a. med.}$ ἀνονήτου καὶ ματαιοπόνου*]). Ps. Orig. hom. in Matth. 4, 4 p. 266, 21 multae ... arbores ... ferunt ... malum et -em fructum. *al.* *nota* (*v. l. 3. cf. p. 274, 67*): Hor. sat. 1, 8, 1 olim truncus eram ... -e lignum, cum faber ... maluit esse deum *Priapum eqs.* (Priap. 73, 3. *cf. de tabellis, epistulis ab amica spretis*: Ov. am. 1, 12, 13). Ov. am. 3, 7, 15 truncus iners iacui, ... et -e pondus (*cf. p. 277, 31*).

b *sensu speciali ap. ICTos (v. p. 276, 47): qui fructum, reditum non praebet possessori*: Cod. Theod. 10, 3, 4 ager ... -ior (*ibid. iterum. cf.* Tab. Albertini 23, 5 [*a. 495*] -elem agri f[i]rustellum. *ad rem v. Rostovtzew, Röm. Kolonat, p. 394, 1 fundi -iores. p. 395, I*). 11, 1, 4 (= Iust. 11, 59, 2) *emptor* earum possessionum onera subiturus est, quae penes distractores -es permanebunt. Cod. Iust. 3, 34, 14, 1 *v. p. 280, 31*. 6, 61, 8, 4^{c} *res* immobiles, steriles quidem, non tamen -es. Inst. Iust. 2, 4, 1 *ne omnino* -es essent proprietates semper abscedente usufructu.

2 *incorporeis: afferuntur*: **a** *varia et generalia*: Ter. Andr. 287 nec clam te est, quam illi *puellae forma et aetas* ... -es ... ad pudicitiam ... tutandam sient. Cic. inv. 1, 12 quaeritur ... iustum an iniustum, utile an -e *factum sit* (*al.*). 2, 77 de facto turpi (*opp.*) ... aut -i aut utroque. Att. Cic. Att. 9, 10, 6 praecipitem profectionem ... tibi ... -em et periculosam puto. Hor. carm. 1, 14, 13 *navi* et genus *Ponticae pinūs* et nomen -e. Ov. epist. 13, 27 officium ... pium, sed -e nobis (*cf.* Sen. Oed. 853 -e isti [*pastori seni*] munus infantis dedi. benef. 4, 15, 4 beneficia). Sen. epist. 82, 24 nihil est acutius arista; quaedam -ia et inefficacia ipsa suptilitas reddit. Gell. 15, 2$^{tit.}$ Plato ... invitatiunculas vini non -es esse existimabat (*cf.* Vita Melan. 29$^{in.}$ [BHL 5885] sobrietatem ita dilexit, ut ... iuvenes et adulescentulas ... de -i conversatione huius saeculi converteret [*gr. BHG 1241 ὡς ... πεῖθειν ἀφίστασθαι τῆς ἀχολασίας καὶ ἀσέμνου πολιτείας*]). Iren. 3, 12, 6 superfluus ... et -is adventus domini parebit. Hil. in psalm. 118 thet 7 p. 437, 22 lac ... -i sapore amaroque corrumpitur. *al.*

b *specialia, quae spectant ad*: α *doctrinam, argumentationes cogitationesque, disciplinas, artes, opuscula sim.* (*saepius subest doctrina philos., rhet. sc. boni divisio in* utile *et* honestum, *mali vel rei usu carentis in* -e *et* inhonestum *sim., cf. et l. 44 sq. p. 276, 35. 278, 60. 83*): Lvcil. 1330 virtus, scire, homini rectum, utile quid sit, honestum, quae bona, quae mala item, quid -e, turpe, inhonestum. Rhet. Her. 2, 12, 17 ratio refelletur ... aut falsa ... aut -is aut turpis aut iniuriosa (Apvl. apol. 8 rationem ... neque -em neque iniucundam. *cf.* Rhet. Her. 3, 10, 18 argumentationes ... neque -es ad dicendum. *aliter l. 70*). Cic. de orat. 2, 67 de rebus ... honestis aut turpibus, utilibus aut -bus ... dicendum. fin. 1, 12 *de disputatione ad iuris controversiam pertinente* quod et acutum genus est et ad usus civium non -e. Vitr. 10, 9, 1 transfertur ... cogitatio scripturae ad rationem (*sc. agendi*) non -em. Qvint. inst. 9, 4, 58 verba ... dure inter se commissa potiora sunt -bus. 11, 3, 57 vitium *oratoris* ... cantandi, quod -ius sit an foedius nescio. Fronto p. 48, 4 v.d.H. (p. 52 N.) sine istis artibus omnem orationem absurdam et agrestem ..., inertem atque -em puto. Lact. epist. 31, 5 p. 707, 10 *quae Epicurus docet*, delira et -ia. Hil. in Matth. 5, 8 p. 947^{A} ineptiam -issimae quaestionis deus arguens (Serm. Arrian. frg. I 6 p. 608^{C} quaestiones vanissimas et -issimas. Vvlg. Tit. 3, 9 -es et vanae [ἀνωφελεῖς]). 12, 19 p. 991^{A} otiosi, id est inepti et -is dicti. Avson. 338, 1 p. 156 P. technopaegnion ... -e opusculum (*cf.* Cassiod. hist. 5, 42, 16 *nefandae epistulae* abiciantur, eo quod vehementer -es sint [*Theodoret. 2, 28, 2 διὰ τὸ ἄχρηστον καὶ ἀνωφελές*]). Ps. Soran. quaest. med. 50 p. 253, 36 cetera ... omnia -ia *ad empiricam medicinam* et superflua sunt. Conc.^{S} I 3 Rustic. p. 44, 24 neque contemnas causam sciente diabolo ... multas -es causas ad culmen evehere ..., ita ut eas inemendabiles faciat (*gr. I 1, 1 p. 93, 37 οὐ χρηστῶν πραγμάτων*). Cael. Avr. acut. 3, 19, 191 quorum (*malorum sim.*) ... intellectus aptus rationi est ob causarum scientiam, -is vero ac ⟨non⟩ (*add. Bendz*) necessarius curationi.

β *eruditionem, studium sim.*: Cic. inv. 1, 27 quod ... non -i cum exercitatione dicitur (*cf.* Qvint. inst. 2, 4, 26 neque -i et nobis etiam iucundo genere exercitationis). de orat. 3, 61 discidium ... quasi linguae atque cordis (*i. mentis*) absurdum ... et -e et reprehendendum, ut alii nos sapere alii dicere docerent. fam. 1, 9, 23 libros ... 'de oratore' ... arbitror Lentulo tuo fore non -es (Qvint. inst. 1 prooem. 6 erudiendo *puero* ... non -es fore libri). Ov. trist. 4, 10, 21 studium (*i. poesin*) quid -e temptas (*opp. rhetoris. cf.* Sen. dial. 10, 13, 1 qui litterarum -ium studiis detinentur). Vell. 1, 14, 1 non -i rerum notitia. Sen. epist. 94, 39 philosophia ... nec ... -is et formandis animis inefficax est (Ps. Varro sent. 80 philosophiam -em mentientes. *cf.* Sen. epist. 108, 36). Gell. 2, 29$^{tit.}$ apologus Aesopi ... memoratu non -is (*c. supin.*: Ambr. fid. 5, 18, 220 p. 694^{B} cognitu -ia. *v. et p. 278, 83*). Inst. Iust. de inst. promulg. 3 tam aures quam animae vestrae nihil -e nihilque perperam positum ... accipiant. *al.*

γ *animi motus et affectus, indolem sim.*: Liv. 3, 33, 8 consensus *iudicum* privatis interdum -is est (*cf.* Conc.^{S} I 5 p. 370, 38 ut mutua eorum conspiratio non habeatur -is [*gr. I 1, 7 p. 73, 11 ἄχαρπος ... σύμφραξις*]). 3, 71, 8 -i pudore. 25, 37, 10 in muliebres et -es se proiecissent fletus (*cf.* 37, 7, 4 Aetolos ... complorantes -i lamentatione fortunam gentis. *cf. et p. 277, 26*). 31, 32, 2 paenitentiam seram atque -em. Vvlg. I Tim. 6, 9 qui volunt divites fieri, incidunt ... in laqueum diaboli et desideria multa -ia et nociva (*ἀνοήτους καὶ βλαβερὰς*). Svlp. Sev. dial. 1, 22, 5 ne quem ... incerta mobilitas -i levitate compellat semel coepta deserere. *al.*

δ *rem publicam: de iis*: Ⓘ *quae bello vel pace aguntur* (*cf. p. 277, 62 sqq., v. e. g. p. 275, 9 et similia exempla suis locis allata necnon p. 278, 64 sqq.*): Rhet. Her. 2, 14, 22 accusator utetur loco communi in eum, qui -e utili praeposuerit. Cic. Flacc. 16 bella -ia suscipiebant (*al.*). Manil. 71 simultates ... mihi non necessarias, vobis non -es. Phil. 5, 50 potentiam. 11, 21 dicam, cur -e rei publicae, sed prius, quam turpe consulibus sit, videte. div. 2, 11 quaeritur, ... quae leges, qui mores aut utiles aut -es *sint* (Liv. 34, 6, 5 nullam *legem* abrogari debere ..., nisi quam ... status ... rei publicae -em fecit. *cf. p. 278, 67*). Att. 1, 20, 2 ratio mihi ... non -is, sed ... rei publicae multo ... utilior quam mihi. Liv. 6, 40, 9 rogationes ... seu utiles, seu -es. 31, 29, 3 experta -i societate Romana *Aetoli* pacem cum Philippo *fecerant. al.* Sen. contr. 2, 1, 20 adoptionem -em esse (*ibid. saepius*). Sen. dial. 9, 46 numquam -is est opera civis boni. Stat. Theb. 6, 552 *cursus* nec -e bellis subsidium, si dextra negęt. Tac. hist. 3, 40, 2 -i cunctatione agendi tempora consultando consumpsit. Clavd. Don. Aen. 12, 235 p. 583, 6 -is foederis murmur. Svlp. Sev. dial. 1, 22, 2 -em militiam cum vano honore contemnere. *al.* Ⓘⓘ *quae ad ius pertinent* (*v. et p. 275, 34. 279, 79. 84*): Ⓐ *quae utilitatem non habent, sc. sensu generali*: Ivlian. dig. 45, 1, 56, 1 -e pactum ... coheredibus ... erit. 46, 8, 22, 8 domino ... propter exceptionem actio -is esset. Cod. Theod. 1, 11, 2 ad hanc ... -em praecepti novitatem. Cod. Iust. 7, 25, 1 -es legis antiquae dispositiones. 7, 31, 1, 5 -bus ambiguitatibus et differentiis sublatis. 8, 15, 1 (*a. 194*) non -is erit exceptio *eqs.* Ⓑ *notione speciali inde (v. e. g. l. 56) derivata, quae fere est i. q. irritus, vanus, abolitus, nihil valens*: Gaivs dig. 28, 2, 30 filio ... praeterito -e est testamentum (inst. 2, 147 non ... per omnia -ia sunt ea testamenta, quae *eqs.* 2, 248 alioquin -e est testamentum. Inst. Iust. 2, 12 pr. *al.*). Papin. dig. 20, 6, 1, 1 donationem ... -em esse (*ibid.* Cod. Iust. 8, 53, 35, 5^{b}. 8, 56, 4 neque *donatio* propter hoc ... inefficax esse atque -is videatur. *al.*). Vlp. dig. 37, 11, 6 nec ad bonorum possessionem -is institutio proficit (Cod. Iust. 6, 38, 4 pr. Inst. Iust. 2, 14, 12 ignorantia ... testantis -em institutionem non facit. *al.*). 45, 1, 1, 5 *stipulatio* una utilis, alia -is, neque vitiatur utilis per hanc -em (Gaivs inst. 3, 103 pro altera ... parte -em esse. Cod. Iust. 5, 13, 1, 1^{a} [*opp.* valida]. Inst. Iust. 3, 19$^{tit.}$ *al.*). *al.* Gaivs inst. 2, 196 legatum (2, 198 iure civili. Cod. Iust. 3, 33, 14, 1 quidam -e legatum esse existimabant. Inst. Iust. 2, 20, 10. *al.*). 3, 158 mandatum. *al.* Cod. Iust. 1, 14, 5, 1 (*a. 439*) ea quae lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum -ia, sed pro infectis etiam habeantur (*affert* Greg. M. epist. 9, 197 p. 186, 31). 5, 5$^{tit.}$ de ... -bus nuptiis. 6, 27, 5, 3 sive utilis esset talis substitutio ... sive -is *eqs. al.* Inst. Iust. 3, 19, 12 verborum obligatio inter absentes concepta -is est.

B *de animantibus: fere i. q. ad usum non sufficiens, nihil efficiens, debilis, invalidus sim.*: **1** *de hominibus (deis p. 277, 13): cum respectu*: **a** *muneris, officii, negotii* (*de militibus sim. v. p. 277, 62 sqq.*): Plavt. Pseud. 794 coquom ... duco ... multiloquom, gloriosum, insulsum, -em. Lvcil. 579 servus neque infidus domino neque -is quaquam (Pavl. dig. 11, 3, 14, 9. Cod. Iust. 2, 18, 10 [*a. 222*] non -em domino. Pelag. in Eph. 6, 5 p. 381, 1 providet ... apostolus, ne doctrina dei ... blasphemetur, si credentes servi suis dominis -es fiant). Cic. Att. 2, 22, 7 neglegentis hominis et non boni poetae, sed tamen non -is. Colvm. 3, 10, 6 -issimus quisque ..., qui nullum alium laborem ferre queat, huic officio applicatur. Apvl. met. 9, 11, 5 rebar (*i. Lucius ut asinus scilicet*), ut minus aptum et huius

[I. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

modi ministerio satis -em me ad alium ... laborem legatum iri. IREN. 5, 26, 1 alii *reges* ... pigri et -es erunt (*opp.* fortes et agiles). PETRON. BONON. serm. 2, 58 (RevBén. 14, 1892, 5) nescio, fratres ..., qua ratione me -em rebus arduis *episcopum ordinavistis*. COD. Theod. 16, 2, 11 clerici, qui ... patrimonio -es sunt, ad munera curialia minime devocentur. COD. Iust. 1, 26, 3 (*a. 389*) si quos iudices vel propter adversam ... corporis valetudinem (*v. l. 30*) vel propter neglegentiam aut ... simile aliquod vitium sublimitas tua -es esse reppererit *eqs.* PS. ORIG. hom. in Matth. 4, 4 p. 266, 17 operarios ... malos et infideles, ... iniquos atque -es. CAES. AREL. serm. 1, 1 p. 3, 13 velut -is negotiator margaritas dominicas ... offerre praesumpsi. VITA Caes. Arel. 2, 22 p. 493, 1 in quo ministerio (*sc. baculi portandi*) -is ego serviebam. *al.*

de deis: IREN. 5, 4, 1 qui alterum affingunt patrem praeter demiurgum ... infirmum et -em et neglegentem inferentes eum *eqs.* AVG. civ. 3, 17 p. 123, 22 D. diis -bus populus ... *pestilentia* fatigatus ... lectisternia *exhibuit*.

b *corporis nec non aut partium eius aut functionum sim.* (*cf.* GLOSS. *p. 274, 73 et ea, quae l. 62 sqq. inserta huc pertinent*): CIC. nat. deor. 2,145 umorem *nares* ... habent ad pulverem multaque alia depellenda non -em. OV. epist. 4, 7 ter -is haesit lingua. met. 12, 344 corpus (SEN. epist. 58, 34 -e ministeriis. 101, 12 corpore fracto et -i). SEN. contr. 7, 4, 5 *filios* aegros, -es. 10, 4, 16 multos patres exponere solitos -es partus (*cf.* CVRT. 9, 1, 25 aliqua parte membrorum -es ... necari iubent). 10, 5, 17 senem -em, expiraturum (10, 5, 18 elegisse vilissimum et maxime -em). CELS. 7, 2, 6 *cutem* -em futuram. 8, 10, 2^{D} ne ... -e brachium efficiant. SEN. dial. 12, 5, 4 lacrimis. PLIN. nat. 21, 158 sanguinem. 28, 97 *pilos* palpebris -es tolli (32, 70. 75. *al. cf. p. 278, 43*). MART. 2, 90, 3 vivere quod propero pauper nec -is annis (*cf.* 7, 64, 5 qua ... arte graves tolerabis -is annos?). MOD. dig. 48, 19, 22 in metallum damnati si valetudine ... -es operi faciundo deprehendantur *eqs.* (COD. Iust. 1, 26, 3 *v. l. 7*). IVVENC. 2, 585 iuvenem ... cui pondus -e (*cf. p. 275, 33 et Verg. Aen. 10, 341*) palmae pendebat. FIRM. math. 5, 3, 51 p. 46, 12 uxores ... erunt -es et tales quae *eqs.* HIPPOCR. aer. 10 p. 23, 24 *feminae* -es infantes generant (*ἀχρατέα*). PS. SORAN. quaest. med. 190 initium aegritudinis, cum -is efficitur homo gravatus passione. MARCELL. med. 33, 48 -es mares. CAEL. AVR. acut. 3, 8, 87 *vinum dulce* inflat ... etiam sanos et indigestos atque -es ... facit. ORIBAS. syn. 7, 22, 21 La p. 159$^{med.}$ incisum nervum periculus nullus sequitur, locus autem -is (insensibilis *Aa; gr. p. 227, 25 ἀνάπηρον*). COD. Iust. 11, 48, 22, 3 -is *pater* ... et ruri non idoneus. ACT. Petr. 12 p. 60, 5 vocem ... infirmem et -em emittere contra ... apostolum. VITA Maxent. 9 (BHL 5973) *mulieris die dominico laborantis* manus ... sunt -es factae. *al.*

c *eruditionis, indolis* (*salutis l. 45*): CIC. off. 3, 31 ut ab homine inerti atque -i ad sapientem ... transferantur res *eqs.* OV. met. 13, 38 *Palamedes* sibi -ior ... commenta *Vlixis* retexit. SEN. benef. 4, 16, 2 hominem sibi ipsum (ipsi *l. v.*) -em. QVINT. inst. 12, 3, 5 *oratorem* nec -em ... neque ... imperitum velim. VLP. dig. 47, 10, 17, 17 is ... segnitior (*sic*) vel -is admodum, qui non sufficiat ... ad actionem. HIL. in Matth. 13, 1 p. 993^{C} hi, qui extra (*ecclesiae fere navem*) sunt et arenae modo steriles atque -es adiacent. PRISCILL. tract. 1, 15 p. 14, 10 sapientia saeculari ... adhuc -es. PASS. Macc. 6, 17 non ita -es et imbecilli Hebraeorum filii sumus, ut *eqs.* (*μὴ οὕτως κακῶς φρονήσαιμεν*). VVLG. psalm. 13, 3 (= 52, 4) omnes declinaverunt, simul -es facti sunt (*ἠχρεώθησαν*). sap. 2, 12 *iustus* -is est nobis (*δύσχρηστος*). *al.* PS. ORIG. in Iob 2 p. 488^{B} ex insipientibus *mulieribus* ... -bus, stultis, imperitis. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 140, 17 facti ... sumus neque his qui hic sunt -es (*gr. I 1, 3 p. 43, 10 ἄχρηστοι*). ORIG. in Matth. ser. 69 p. 163, 7 iste ... non solum quasi malus et piger arguitur, sed quasi -is *punitur*. PS. ORIG. hom. in Matth. 4, 7 p. 269, 9 audite desides, ... neglegentes, ... -es. CAES. AREL. serm. 61, 2 p. 257, 1 quis hodie invenitur ita -is vel ignavus, qui non omni die domum suam scopis mundari faciat? *al.*

d *belli rerumque civilium* (*cf. p. 276, 30*): CIC. inv. 1, 1 si quis omissis ... honestissimis studiis *in dicendo tantum se exercet* ..., is -is sibi, perniciosus patriae civis alitur (*cf.* 1, 91 malus atque -is. *al.*). CAES. Gall. 2, 16, 5 qui ... per aetatem ad pugnam -es viderentur (*cf.* 7, 77, 12 ad bellum [LIV. 23, 34, 12 ad belli munia sustinenda]. 7, 78, 1 valetudine ... -es ... bello [LIV. 5, 40, 9. INSCR. Rev. Arch. V 36, 1932, p. 204 n. 27 (const. veteran. a. 70) qui bello -es facti. SIL. 7, 105]. *al.*). civ. 3, 43, 3 *ut Pompei* equitatum ... ad rem gerendam -em efficeret. VERG. Aen. 2, 647 *Anchises* -is annos demoror. 10, 794 *Mezentius* -is ([SERV. auct. *ad l.* -is pro 'vulnere debilitatus']. *de sauciis*: LIV. 21, 53, 9. 43, 19, 10. *al.*). OV. epist. 1, 105 Laertes ... -is armis. LIV. 10, 24, 12 quin alter consul pro supervacaneo atque -i habeatur. 22, 51, 9 manibus ad capiendum telum -bus (SEN. contr. 1, 6, 2 obtritas catenis et -es. VAL. MAX. 3, 2, 11 ad retinenda arma). 29, 1, 6 segnes atque -es milites (PLIN. nat. 6, 138. *cf.* QVINT. decl. 225 p. 45, 27 *transfugae* -e ... militum genus). 31, 39, 12 una cohors non -is erat. 39, 26, 12 levium et -ium sociorum. 40, 15, 7 legatus pro patre non -is fui. *al.* VELL. 2, 80, 2 *Lepidus* -is ... *Caesaris* victoriae comes. SIL. 5, 31 -e Marti lixarum vulgus (IVV. 15, 126 imbelle et -e vulgus). SPART. Ael. 5, 2 *fuit Aelius* in re publica ... non -is. EPIST. Alex. l. 180 H. *bestia multos Macedones* calcatos -es fecit (l. 420). LACT. inst. 5, 20, 6 p. 469, 7 ut eos *qui sacrificare nolunt* ... aut perdant aut -es (*i. fere mutilos*) faciant. RVFIN. Clement. 9, 38 p. 220$^{ex.}$ multos ... -es reddidit, alios ... peremit. SVLP. SEV. chron. 1, 53, 4 turba -is servitio. COD. Theod. 7, 22, 1 si ad militiam -es resectis digitis indicentur *eqs.* 7, 22, 5, 2 veterani filius -is sacramento *non* cingatur. *al.*

2 *de bestiis* (*de hostia l. 21 sqq.*): VARRO rust. 2, 5, 17 *vituli* qui ... *sero* castrantur, duri et -es fiunt. 2, 7, 7 (*de equis*) quae post tempus nascuntur, fere vitiosa atque -ia existunt (PORPH. Hor. sat. 1, 2, 86 reges ... capti pulchritudine -es equos mercentur. IVST. 12, 1, 2 equorum maior pars ... amissa, -es etiam, qui superfuerant, facti. PELAGON. 269 etsi evaserit ..., -is viribus erit [*gr. Hippiatr. I p. 190, 13 ἄχρηστος*]. CHIRON 747 *gemini* erunt ... ambulare -es). 3, 16, 18 -es (*an i. noxii? cf p. 279, 44*) ... fiunt *plures apium reges* propter seditiones. SEN. epist. 121, 24 quae *animalia* aliis -ia sunt, sibi ipsa non deesse. CVRT. 9, 7, 16 saginati corporis ... -em beluam (*per iocum de Dioxippo pugile*). COLVM. 6, 7, 2 vires carpit operique *bovem* -em reddit. PLIN. nat. 11, 238 quae *animalia* plures quaternis mammas habent caseo -ia. MART. 11, 69, 7 non me (*canem*) longa dies nec -is abstulit aetas. POMPON. dig. 7, 1, 69 (⌊ ⌋ *Vlp. dig. 7, 1, 68, 2*) ⌊debebit ex adgnatis gregem supplere, id est in locum capitum *animalium* defunctorum⌋ vel -ium alia summittere. CHIRON 285 (*de iumento insano*) si -is fuerit aut senes aut novellus, *medicamento* exiguo uteris. *al.* *nota* (*v. l. 4*): MVTIAN. Chrysost. hom. 18, 1 p. 351$^{ex.}$ ostendit -es esse hostias ad integram mundationem ([*gr. p. 133$^{ex.}$ ἀνωφελεῖς*]. *ibid.* p. 353$^{in.}$ quod non eas acceptabiles habeat deus veluti infructuosas et -es [*gr. p. 135$^{in.}$ ἀνονήτους καὶ ἀνωφελεῖς*]).

C -e est (*sim.*: arbitror *l. 36*, existimo *l. 38*) *c. inf., acc. c. inf.; c. ut* (*l. 41*): RHET. Her. 2, 15, 22 non -e fuisse rem in iudicium venire. 4, 5, 8 -e est ei ... putare *eqs.* CIC. inv. 1, 25 (*seq.* non incommodum est). 2, 90 hoc *reo* ... utile fuisse facere, -e autem non facere. 2, 135 aut -e aut turpe aut nefas esse ... non ... legi optemperare. off. 1, 32 *v. l. 80*. 3, 57. *al.* LIV. 45, 14, 4 *Masinissam* Africa excedere praeterquam quod illi -e esset, non esse e re publica. VAL. MAX. 7, 2 ext. 7 stultum et -e sit eas obtrectare vires. CELS. 4, 6, 5 COLVM. 2, 18, 1. 8, 14, 8. *al.* PLIN. nat. 23, 45 misceri plura *vini* genera omnibus -e (*an ad II?*). QVINT. inst. 1, 8, 15. 2, 3, 11. *al.* FRONTO p. 42, 4 v.d.H. (p. 46 N.) non -e erit eadem nos ... retractare. p. 109, 22 (p. 105 N.) tua ... tempora meis ... orationibus legendis occupare non -e tibi arbitraris nec infructuosum. PLIN. epist. 10, 31, 3 damnatos ... a re publica pasci otiosos -e, non pasci ... periculosum existimabam. VLP. dig. 16, 3, 1, 4. LACT. inst. 6, 18, 33 naturae repugnare impossibile est et -e. EPIST. Orcist. (CIL III 7000) 1, 37 ⟨es⟩t indignum ..., ut tam o⟨pp⟩ortunus locus civitatis nomen amittat, et -e commanentibus, ut *eqs.* (LEO M. epist. 12, 10 p. 655^{A} -e est, ut sacerdotalis dignitas ... minuatur). ORIBAS. eup. 4, 20, 1 Aa p. 542$^{fin.}$ ebellere pilos de oculos -e est (*gr. aliter*). NICET. vigil. 9 p. 66, 5 valde -e est oculis vigilare animo dormiente. ORIG. in Matth. 16, 19 p. 111, 29 -e ... est ... *Iesum* praedicare, crucem ... tacere. *al.*

D *n. pro subst.* (*gr. v. l. 55. 57. 60 sq. aliter v. p. 279, 53*): RHET. Her. 2, 14, 22 qui -e utili praeposuerit. CIC. Tusc. 5, 114 utilia -ia (*in serie oppositorum*). SEN. dial. 3, 15, 2 *de fetibus monstrosis sim.*: ratio est a sanis -ia secernere. epist. 59, 13 multa -ia ..., nocitura optem (COD. Iust. 1, 17, 2, 16 multis -bus permixtum. *ibid.*). PLIN. nat. 37, 172 *lapis* politur ..., ut -ia exterantur. QVINT. inst. 3, 8, 33 nec tantum -bus comparantur utilia. PAVL. dig. 18, 1, 1 pr. olim ... *non nummis sim. emendo vendendoque*, sed unusquisque ... utilibus -ia permutabat. ITALA Is. 44, 9 (Iren. 3, 6, 3) sculpunt -ia (*οἱ πλάσσοντες ... πάντες μάταιοι, Vulg.* plastae idoli omnes nihil sunt). Ier. 2, 8 (Lucif. non conv. 8 p. 16, 17) post -ia abierunt (*ὀπίσω ἀνωφελοῦς ἐπορεύθησαν, Vulg.* idola secuti sunt). COD. Theod. 16, 2, 42 pr. inter cetera ... legationis -ia hoc etiam ... scribtum est. EVGRAPH. Ter. Andr. 306 p. 31, 14 ille dissuadet ab inhonesto et ab -i. PSALT. Cas. 55, 8 super -ia (*ὑπὲρ τοῦ μηθενός, Vulg.* pro nihilo). *al.*

II *fere i. q.* ***noxius*** *(cf. p. 279, 22),* ***perniciosus*** *(syn. e. g. p. 279, 20, aucta vi notionis l. 71), damnosus, malus sim.*: **A** *de rebus*: **1** *incorp.* (*cf. et p. 279, 13*): **a** *c. respectu rerum forensium, negotiorum civilium et publicorum, belli* (*v. et p. 279, 44 sq. 47*): CIC. inv. 2, 134 quodsi haec cum summe -ia tum multo turpissima sint, legem ... in praesentia conservari ..., post ... corrigi (*cf.* 2, 138 nullam ... legem, quae aliquam rem -em aut iniquam fieri velit [part. 135 iniqua lex aut -is futura]. Brut. 136 agrum publicum vitiosa et -i lege vectigali levavit. or. frg. A VII 21 [= 20 M.] legem Liciniam ... non modo -em, sed perniciosam rei publicae fuisse). off. 3, 101 potest ..., quod -e rei publicae sit, id cuiquam civi utile esse? NEP. Them. 7, 4 Athenienses ... neque ... quod -e esset Graeciae fecisse *eqs.* LIV. 4, 31, 2 plurium imperium bello -e. 5, 5, 11 videte, quot res quam -es sequantur illam viam consilii. 42, 14, 9 orationem ... invisam senatui -emque sibi. VELL. 2, 47, 4 Clodius ... exemplo ⌊-i, sed⌋ (*Ursinus*, -ter *AP*) facto salutari rei publicae ... iugulatus est. AMPEL. 20, 8 Regulus ... tormenta ... maluit pati quam ⟨ut⟩ -is pax ... fieret.

b *usu vario*: CIC. off. 1, 32 potest ... accidere ..., ut *promissum* ... effici sit -e vel ei ..., vel ei *eqs.* ([*ibid.* promissa ... -ia, ... si plus tibi ... noceant, quam illi prosint]. *cf. acc. c. inf. l. 25. p. 279, 18*). 1, 88 ne ... in morositatem -em et odiosam incidamus. HOR. sat. 1, 4, 124 an hoc (*quod pater vetuit*) inhonestum et -e factu (*cf. p. 276, 16 sq.*) necne sit, addubites (VAL. MAX. 3, 3 ext. 1 inhonesto atque -i affectu).

[I. Kapp]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ov. Pont. 2, 8, 59 quod ... nobis invidit -e fatum. Liv. perioch. 48 p. 57, 6 theatrum ... tamquam -e et nociturum publicis moribus ex s. c. destructum est. Val. Max. 3, 6 pr. me ... revocabo, ne ... aliqua -i relatione implicer. Qvint. inst. 9, 2, 79 faciebant illis *figuris* locum ..., ubi -es ac nefariae essent. *al.* Apvl. Plat. 1, 18 nihil adpetunt ... quod -e duxerit ratio. Pavl. dig. 49, 14, 47, 1 hoc (*sc. plus exigi*) iniquum et -e fisco videbatur. Primas. in apoc. 8, 9 p. 858^{A} noxia traditione et -is imitatione doctrinae (Theod. Mops. in psalm. 2, 4 p. 10, 25 non solum inrita, quae egerunt, sed et -ia illis et noxia comprobantur). Caes. Arel. serm. 1, 19 p. 18, 17 gubernatores navium, si nimia somnolentia -i securitate torpescant ..., cito naufragium patiuntur.

2 *corporeis*: **a** *usu vario* (*corporea afficiuntur l.15.16.18.19*): Hor. carm. 3, 24, 48 aurum ... -e, summi materiem mali. Manil. 4, 473 *pars* quinta in Chelis ... -is aestu (*cf.* Lact. inst. 7, 16, 6 p. 630, 1 aër ... vitiabitur ... modo importunis imbribus modo -i siccitate). Sen. nat. 6, 27, 3 aquae ... -es pestilentesque in abdito latent. Plin. nat. 17, 24 quibusdam ... propius admoveri salis halitum -e (*syn.* noxii). 17, 257 omnium annorum trucidatio -issima *est arboribus*. 18, 185 evolsis -bus herbis. Hil. in Matth. 33, 3 p. 1073^{B} ex rebus perniciosis atque -bus (*i. spinis, sc. peccatis gentium capiti Christi circumdatis*).

b *spectat ad rem medicam et valetudinem* (*nota transitum, quamvis facillimum, notionis prioris in alteram hac articuli parte fortasse cum medicorum Graecorum doctrina arte cohaerere*): Sen. contr. exc. 3, 9 -es cibos *aegroto* desideranti negavit (Cels. 3, 22, 2 inusitatos et -es. *al.* Oribas. syn. 9, 56, 7 Aa p. 390, 15 qui nimium sunt edaces et -es utuntur cibos [*gr. p. 310, 26 κακῶς διαιτωμένους*]). Cels. 1, 2, 8 numquam utilis est nimia satietas, saepe -is nimia abstinentia. 1, 3, 6 frigida potio ... itinere fatigatis -is. 1, 5, 2 -is ... post cibum aut contentio aut agitatio. 2, 16, 1 quod (*i. iuxta inediam protinus satietatem esse*) si sanis quoque corporibus -e est, ... quanto -ius est ... in corpore aegro? 2, 17, 6 -e est eo die balineum (2, 17, 7. 4, 12, 7 *stomachi vitio* -issimum balineum est). 5, 27, 12^{C} fungos. *al.* Plin. nat. 20, 42 *cepas* -es esse ... concoctioni. 20, 119 ocimum ... -e stomacho (22, 112 *vinum* -issimum nervisque contrarium. 27, 79. *saepe. v. et p. 275, 16*). Qvint. inst. 5, 10, 82 nec, si capitis dolorem facit, -is hominibus sol est. Philvm. 2 p. 120, 23 M. caseus omnino -is est febrientibus (*cf.* 2 p. 126, 4 carnes ... desintericis). Diosc. 2, 87 p. 213, 14 *medicinae* sunt renibus -es (*gr. 2, 104, 2 βλάπτουσι ... νεφρούς*). 2, 164 p. 244, 8. 3, 119 p. 427, 10 fomentum vulneribus adhibitum -is est et dolorem commovet (*om. gr.*). 4, 146 p. 68, 2 de elaterio: ... viridis et colori -i (*cf. p. 275, 2 sqq.*) ... -is est (*gr. 4, 150, 5 τὸ ... θολερὸν τῇ ὄψει ... ἐστὶ ... φαῦλον*). *al.*

B *de hominibus* (*de bestia cf. p. 278, 11*): Cic. off. 2, 49 seditiosum et -em civem. 3, 84 nihil ... -ius ei, qui id (*sc. regnandi potestatem*) iniuste consecutus sit, invenio. Bell. Afr. 54, 4 mihi (*Caesari*) reique publicae -is fuisti. Qvint. decl. 315 p. 241, 1 lex occidi ... desertorem voluit tamquam -issimum, ... inimicissimum. 328 p. 288, 25 *non* est quisquam tam perditus, tam -is sibi, ut *eqs.* (Bened. reg. 48$^{a.fin.}$ frater ... non ... intentus lectioni ... non solum sibi -is est, sed etiam alios distollit. *v. et p. 277, 46*). Amm. 14, 6, 15 homines ... eruditos ... ut infaustos et -es vitant. Vvlg. Iob 15, 16 abominabilis et -is homo.

C *n. pro subst.* (*cf. p. 278, 47*): Psalt. Cas. 54, 4 quoniam derivata sunt super me -ia (*ἀνομίαν, Vulg.* iniquitates). 124, 5 perversos abducat dominus cum operantibus -ia (*ἀνομίαν, Vulg.* iniquitatem).

adv. ***inūtiliter.** *compar.* -ius: *p. 280, 15. 18.* *saepe in figura litot.* Gloss. *ἀνωφελῶς. ἀσυμφόρως. v. et gr. l. 78.* [Vell. 2, 47, 4 *v. p. 278, 76.*]

I *fere i. q. sine utilitate vel commodo, frustra, ad usum non apte, non sufficienter sim.*: **A** *usu generali*: Cic. top. 30 *εἶδη* ... nostri ... species appellant, non pessime ... sed -r ad *eqs.* ad Brut. 2, 1, 2 *non* minus ... reprehendendum, si -r aliquid senatui suaserim quam si infideliter. Liv. 3, 51, 1 responsum ..., quamquam non -r, fortuito tamen ... consensu ... esse. Sen. suas. 5, 6. Cels. 6, 6, 38 medicamentis non -r uti. Sen. benef. 2, 10, 1 homo -r (*i. fere praeter commodum suum*) verecundus. Colvm. 4, 33, 6 haec ... non -r et abunde disserui (12 praef. 7). Qvint. inst. 1, 7, 26 nec -r Claudius Aeolicam ... litteram adiecerat. 11, 1, 12 Africanus ... -r sibi videtur consuluisse. Hil. in psalm. 57, 4 p. 178, 17 *peccatores* sine ... spe ... manendi -r defluentes *sicut aqua*. Avg. civ. 6, 11 p. 270, 12 D. *Seneca* reprehendit ... Iudaeorum ... sabbata, -r eos facere (*cf. l. 83. p. 280, 10*) adfirmans, quod *hoc modo* ... septimam fere partem aetatis suae perdant (Boeth. arithm. 2, 32 p. 125, 25 non ... -r neque improvide ... hanc ... divisionem fecerunt. c. Eut. 5, 83 stulte fieri puto, quod -r factum est. *al.*). c. Cresc. 1, 29, 34 p. 353, 27 *deum* praeter ecclesiam ignoranter atque -r colebant. epist. 164, 13 p. 534, 1 apud inferos -r atque infructuose credunt, qui ... hic credere noluerunt. *al.* Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 48, 23 ne hic forsitan -r conteramur (*gr. I 1, 5 p. 131, 29 εἰς οὐδὲν δέον*). Verec. in cant. 3, 19 p. 48^{a} non -r ... dici. *al.* *ap. ICT^{os}* (*cf. l. 84 sqq. p. 276, 47 sqq.*): Cod. Iust. 2, 3, 2 (*a. 202*) exceptione taciti pacti non -r defenderis. 3, 1, 2 (*a. 210*) non -r replicatione doli mali uteris. 3, 28, 26 (*a. 304*) non -r a patre fieri substitutionem. 8, 12, 1, 1 (*a. 485/6?*) -r facto opere (*i. aedificio*). *al.*

B *usu speciali apud ICT^{os} (cf. l. 79 et v. p. 276, 47 sqq.),*

fere i. q. inefficaciter, frustra, irrite sim.: Iavol. dig. 31, 37 *servus* testamento -r manumissus (*opp.* utiliter). Ivlian. dig. 30, 18 quamvis ... -r ei legatum fuisset (Gaivs inst. 2, 229 -r legatur. *al.* Inst. Iust. 2, 20, 26. *saepius*). Venvl. dig. 7, 9, 4 ipso iure -r agi. Papin. dig. 50, 15, 5 pr. Vlp. dig. 37, 11, 6 -r heres ... institutus. Gaivs inst. 2, 118 alioquin -r iure civili testabitur (2, 123 Inst. Iust. 2, 13 pr. *al.*). 2, 261 (= Inst. Iust. 2, 24, 1) -r relinquitur (*al.* Cod. Iust. 6, 42, 2 [*a. 215*] -r fideicommissum relictum). 3, 181 -r intendo. Cod. Iust. 4, 36, 1 pr. (*a. 293*) qui mandat, ut a se res comparetur, -r mandat. 5, 13, 1, 1^{a} si -r facta (*cf. p. 279, 71*) est stipulatio (8, 25, 5 [*a. 241*]). 5, 28, 7 (*a. 294*) curatorem ... -r in testamento dari non ambigitur (5, 29, 3 [*a. 228*] si ... pater -r testamento tutores dedit [Inst. Iust. 1, 14, 1 *bis*]). *al.* Inst. Iust. 3, 26, 8 -r te acturum. *saepius; cf. V. i. R.*

II *fere i. q. male, nocenter, perniciose sim.*: Varro rust. 3, 5, 2 aqua ... inquinatur facilius et bibitur -ius. Bell. Alex. 65, 1 multa Romae male et -r administrari. Val. Max. 7, 2 ext. 18 -r (*i. ut damno sit*) ... aliquid concupiscere *eqs.* Avg. c. Cresc. 2, 1, 1 p. 360, 20 illa sancta ... ab eis (*i. malis*) -ius poenaliusque tractantur. epist. 151, 8 p. 388, 32 quod -r nesciebat (*opp.* salubriter sciebat). in psalm. 140, 2 p. 1816$^{med.}$ si ... male te diligis et -r. *al.*

deriv.: inutilitas.

inūtilitās, -ātis *f.* *ab* inutilis. [*del.*: Cic. inv. 2, 77. *dub.*: Arnob. nat. 2, 61 p. 97, 15.]

1 *i. q. qualitas ea qua indicatur alqd. usui non aptum esse* (*fere i. q. infirmitas [syn. l. 30], infecunditas, sterilitas l. 32*): Lvcr. 5, 1274 fuit in pretio magis aes, aurumque iacebat propter -em hebeti mucrone retusum. Plin. nat. 24, 106 oculorum et vulnerum -bus maxime conveniunt *cummium genera* (*cf.* Ps. Apvl. herb. 97 l. 7 ad aurium -em et qui minus audiunt. *item*: 99 l. 20). Vvlg. Hebr. 7, 18 reprobatio quidem fit ... mandati propter infirmitatem eius et -em (*τὸ ... ἀνωφελές*). Cod. Iust. 3, 34, 14, 1 nemini licere sic aedificare ..., ut ... inutilem domino aream et fructuum -em faciat. Act. Archel. 20 (18), 8 ita in hac parte -em hominis designas.

2 *fere i. q. utilitatis defectus, vitium sim., quo quid damno detrimentove afficitur*: Cic. inv. 2, 158 ex his ... conficitur, ut petendarum rerum partes sint honestas et utilitas, vitandarum turpitudo et -s. Mar. Victorin. rhet. 2, 24 p. 282, 21 loci communes ab accusatore erunt duo, ... et alter ipsius -is et turpitudinis expressio cum indignatione. Hil. in psalm. 51, 16 p. 108, 22 *incredulus vel fructibus carens* eradicabitur, aut ob infidelitatem aut ob -em fructuum negatorum. Lex Visig. 8, 4, 28 si ... aliquid damni fuerit per hanc neglegentie sue -em perpessus.

inūtiliter *v. p. 279, 56.* **inuu** *v. p. 185, 63.* *I. Kapp.*

invulgo (-volg-), -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* vulgare. Gloss.^{L} II Philox. in 47 -ans *διαθρυλῶν.* [*var. lect. v. l. 52 (bis). e coni. falsa*: Cic. Att. 2, 1, 3 (*cf. Schmalz, Antibarb.*^{7} *s. v.*).]

fere i. q. divulgare: Gell. praef. 14 ut *lectores* ..., quae pridem scierint, non aspernentur quasi nota -olgataque (Schol. Cic. Bob. p. 135, 33 Clodii infamiam et dedecora ... plurimae orationes Ciceronis iam nota et -ta fecerunt). 4, 9, 9 '*religiosa*' *sunt* templa ... ac delubra ..., quae non volgo ac temere ... adeundum et reverenda et reformidanda sunt magis quam -olganda (divolg- *R*). 11, 7, 1 verba ... -olgata (vulg- *l. v.*) et sordentia (*syn.* obsoletis exculcatisque, *opp.* nova incognita). 18, 2, 6 decreti cuiuspiam ex philosophia perperam -ti purgatio. 20, 5, 7 quod *Aristoteles* disciplinas acroaticas, quibus *Alexander* ... eruditus foret, libris foras editis -olgasset.

***invulnerābilis** (-vol-), -e. *ab* in *et* vulnerare, *cf.* vulnerabilis. -vol- *trad.*: Sen. benef. 5, 5, 1 dial. 11, 13, 2. *qui vulnerari non potest, inviolabilis* (*necnon i. q. invulneratus, e. g. l. 65. 74. acced.* adversum *l. 73.* ab *l. 74, eodem sensu abl. [vix dat.] l. 83. aliter c. abl. respectus l. 69. 72. 75*): Sen. benef. 5, 5, 1 cum -i me hoste committis. dial. 2, 3, 3 -e est non quod non feritur, sed quod non laeditur. 11, 13, 2 animum (epist. 9, 2 aut -em a. dicere aut a. extra omnem patientiam positum). Itala II Macc. 10, 30 (cod. P) *viri* Macchabeum ... protegentes ... suis armis -em conservabant (*ἄτρωτον, Vulg.* incolumem. *cf. p. 281, 4*). Paneg. 4, 24, 5 qui -es habebantur. Serv. Aen. 3, 242 *Harpyias* fuisse -es, quia de Styge erant natae (*sim. in mythologiis*: 6, 448 *Caeneus.* 7, 691 *Messapus.* Schol. Stat. Ach. 1, 134 *Achilles* toto corpore -is fuit. *al. v. et l. 77. 80*). Vvlg. II Macc. 8, 36 Iudaeos ... ob ipsum -es esse, eo quod sequerentur leges (*ἀτρώτους*). Orig. in I reg. 16 p. 24, 6 cum ... per *scutum fidei sim.* ... homo dei -is manserit (in Matth. ser. 35 p. 65, 19 -is animo. Rvfin. Basil. hom. 5, 11 p. 1774^{A} adversum nequitiae tela. Orig. in psalm. 37 hom. 1, 1 p. 1370^{B} ab omnibus telis ... diaboli ... -e [*v. l. 59*] permanere *corpus*). Pavl. Nol. epist. 13, 21 p. 102, 26 *Iob* -is corde nec labiis peccat. Avg. civ. 8, 5 p. 329, 16 D. caro (epist. 166, 3 p. 550, 5 non Achillea tantum ..., sed omnis). c. Secundin. 9 p. 918, 4 sqq. hoc modo ... cunctorum ... animantium corpora -ia dicerentur, si abesset ictus et casus, quibus eis vulnus posset infligi, sed ... propterea solius Achillis corpus ... -e dictum est, quod etiam tela cum ingruerent non penetrabatur *eqs. ibid.* (Isid. ord. creat. 10, 9 immortale et -e et illaedibile. *v. et l. 74*). Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 223 p. 1240 nos esse -es peccatis ... et vitiis adnitamur. Oros. hist. 4, 8, 14 *serpens* tot iaculis -is obstitit. *al.*

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

invulnerātus, -a, -um. *ab* in *et* vulneratus. *fere i. q. sine vulnere, inviolatus* (*syn.*): CIC. Sest. 140 ceteri *Gracchorum adversarii* ... omnino -i (-vol- *P*) inviolatique vixerunt. ITALA II Macc. 10, 30 (codd. BM) *viri* Machabeum ... protegebant armis suis et -um conservabant (*cf. p. 280, 65*). IVL. VAL. 3, 60 *Alexander* nullo proelio -us. ARNOB. nat. 5, 31 vos ..., qui vindices *deorum esse* ... contenditis ..., unum ex his quempiam praeteristis ... vestris maledictionibus -um? AVG. in psalm. 33 serm. 2, 3 p. 309 quando ... salus ... -a et incorrupta persistit. CONC.S II 2, 1 p. 23, 6 *fides et decreta* patrum ut per omnia et in omnibus tempestatibus rerum inlibata et -a serventur (*gr. II 1, 1 p. 38, 17 ἄτρωτα, syn. II 3, 1 p. 9, 17* inviolata).

invultuo, (-ātum), -āre. *ab* in *et* vultus. *i. q. facere, ut aliquid vultum, figuram accipiat*: MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 7 p. 20, 1 W. excitatus ... in anima *ὁ νοῦς* intellectualem potentiam animae inlustrat et inluminat et -at ac figurat (*syn. 8 p. 20, 17* figuratum et vultuatum [-tum *l. v.*]. *cf. Du Cange*).

? **inuxōrus,** -a, -um. *ab* in *et* uxor. *i. q. caelebs*: TERT. castit. 9 l. 36 immaculatae (*A*, iunxere etiam *NFR¹ unde edd. primi* -ae etiam [inuxorie etiam *Rhenanus³*]) virginitatis.

1. *iō *exclamatio invocantis, gaudentis, ἐνθέου. e gr. ἰώ, v. Walde-Hofmann s. v. duas esse syllabas explicat* TER. MAVR. 532. -o *non eliditur, hiatum admittit l. 38. breviatur apud scaenicos per correptionem iamb. q. d. l. 33. 66; in versu hexametro post penthemimeren pro pyrrhichio* MART. 11, 2, 5 (*an longum monosyllabum ?*). *vox geminata l. 33. 38. 68. 74. 76. p. 282, 1. 5. legitur inde a* PLAVTO. [*variat in codd. saepius c.* o *vel* oh, *e. g.* PLAVT. Truc. 118 (oh *A recte*, io *P*). io *falso trad. pro* o *e. g.* CATVLL. 61, 125 *v. l. 82.* o *falso trad. pro* io *e. g.* VARRO ling. 6, 68 PETRON. 58, 2. *loco dubio*: STAT. Theb. 11, 607 vincis, io (*PN²*, me *cett.*), miserum, vincis, natura, parentem (io *dolori vix congruit*).]

A *generatim*: **1** *vox eius, qui magna voce aliquem quaerit, hortatur, in auxilium advocat*: PLAVT. Pseud. 702 sq. magnufice hominem compellabo: ... io io, te te, turanne, te te ego ... quaero (*cf. 707* ut paratragoedat). HOR. ars 460 succurrite ..., clamet, io cives. TIB. 2, 4, 6 uror, io remove, saeva puella, faces. OV. ars 3, 742 labor, io cara lumina conde manu. met. 3, 442 ad circumstantes tendens sua bracchia silvas 'ecquis, io silvae, crudelius' inquit 'amavit?' 5, 625 *Alpheus* bis 'io Arethusa, io Arethusa' vocavit. fast. 4, 447 *Proserpina rapta* clamabat: 'io carissima mater, auferor' (CLAVD. rapt. Pros. 2, 267). BVC. Eins. 1, 19 pergite, io pueri, promissum reddere carmen. VAL. FL. 6, 29 hostis, io, ... agite ite, propinquat (*sim. ad milites*: SIL. 5, 634 quid ... restat, io, profugis ?). MART. 12, 3, 2 ibis, io, Romam nunc, ... liber. AVR. Fronto p. 62, 4 v.d.H. (= p. 68 N.) io, inquis puero tuo, vade quantum potes *eqs.* QVEROL. p. 49, 19 R. io Querole. **2** *invocatio deorum variorum* (*v. etiam l. 59 sqq.*): TIB. 1, 1, 24 agna cadet *Laribus* ..., quam circum rustica pubes clamet: io messes et bona vina date. LAVS Pis. 93 qualis, io superi, qualis nitor oris amoenis vocibus (STAT. silv. 1, 4, 1 estis, io superi [*gratulatur poeta de valetudine amici restituta, cf. infra l. 55*]). **3** *vox furentis vel vaticinantis*: OV. epist. 5, 118 *Cassandra*: Graia iuvenca venit, ... io prohibe; Graia iuvenca venit (*sim. clamant vates*: VAL. FL. 1, 221 quantus, io, ... ignis. STAT. Theb. 3, 211 io, quanti ... rubebitis amnes). met. 4, 513 *Athamas* furibundus ... clamat: io comites, his retia tendite silvis. *cf. infra l. 59 sqq.* **4** *vox eius, qui alicuius salutem vel optat vel cum gratulatione accipit*: CIL IV 9158 hospes, salve, salv(u)s sis, quisquis es, io, valis (*i.* valeas. *fortasse pertinet ad vota Saturnalicia p. 282, 6*). MART. 5, 25, 3 sq. ecquis, io, revocat ..., ecquis, io, largas pandit amicus opes? 11, 36, 2 Gaius ... io, votis redditus ecce meis. *cf. l. 48.*

B *speciatim*: **1** *vox bacchantium et ipsius Bacchi* (*cf. et l. 71*): VERG. Aen. 7, 400 *Amata* clamat: io matres, audite, ... Latinae ..., capite orgia mecum. HOR. sat. 1, 3, 7 io Bacchae. OV. met. 3, 713. 3, 728 Agaue ... clamat: io comites *eqs.* (STAT. Theb. 4, 678 [*verba Bacchi*]). SIL. 4, 779 *Imilce* Edonis ut ... suspirat pectore Bacchum; ergo ... clamat: io coniux ..., huc signa refer. STAT. Theb. 10, 889 gemit ... Liber ...: fulmen, io ubi fulmen? *nota per lusum*: APRISS. Varro ling. 6, 68 io bucco. :: quis me iubilat? :: vicinus tuus antiquus (*alludit sc. ad verba sollemnia 'ἰὼ Βάκχε'*). PLIN. epist. 3, 9, 13 (*verba Caecilii Classici*) io io, Liber ad te venio (*ambigue, sc. liber ab aere alieno*).

2 *vox triumphantium* (*nota triumphum a Varrone aliisque coniungi cum Baccho* [*v. Goetz-Schoell ad Varronem l. 72*]): **a** *verba sollemnia* 'io triumphe': VARRO ling. 6, 68 HOR. epod. 9, 21. 23 carm. 4, 2, 49. 50. TIB. 2, 5, 118 miles 'io' magna voce 'triumphe' canet (*versum imitatur* OV. am. 1, 2, 34. trist. 4, 2, 51 sq. ioque miles io *eqs.*). LIV. 24, 10, 10. INSCR. numm. Cohen VIII² p. 268 n. 1 (*tessera Domitiani*) io io triump. *huc pertinere videtur* INSCR. christ. Diehl 2388 B b io tonfian. **b** *non addito casu vocativo*: OV. am. 1, 7, 38 i nunc, ... molire triumphos ... quaeque tuos currus ... turba sequetur clamet: io, forti victa puella virost. MART. 7, 6, 7. 8, 4, 1. *dub. trad.*: STAT. Theb. 11, 391 (*verba Eteoclis praematurae triumphantis*) io (o *l. v.*) patria, ... nunc certe victoris eris.

3 *in carmine nuptiali*: CATVLL. 61, 124 [i]o Hymen Hymenaee, io, [i]o Hymen Hymenaee (io *add. G*). *sic in eodem carmine saepius. cf. Lucian Mueller, De re metr.² p. 369.*

4 *in formula gr. q. e. ἰὼ Παιάν*: OV. ars 2, 1 dicite 'io Paean' et 'io' bis dicite 'Paean!' (CLAVD. 2, 11).

5 *vox Saturnalicia*: PETRON. 58, 2 ⟨i⟩o Saturnalia! (CIL IV 2005a MART. 11, 2, 5 INSCR. Rostovtzew, Tesserarum syll. 504. *al.*). INSCR. Rostovtzew, Tesserarum syll. 502 Satur(nalia) io. 506 io Sat-(urnalia) io (507). 511 io (512).

2. io *v. s.* eo *vol. V 2, 626, 55.*

iōbēlaeus, iōbēlēus *v. s.* iubeleus.

iocābundus, -a, -um. *ab* iocari, *cf.* ludibundus. *fere i. q. iocos, ludos faciens*: VAL. MAX. 1, 8 ext. 8 *sophista* cum -us quasi delusa ... fide *oraculi Delphici* reverteretur. 2, 4, 4 iuventus rudi ... motu corporum -a. 3, 2 ext. 6 *Theramenes* veneni potionem ... hausit quodque ex ea superfuerat -us inlisum humo ... edere sonum coegit renidensque ...: 'Critiae' inquit 'propino'. LACT. inst. 2, 7, 11 cum ... unus ex militibus ... *simulacrum Iunonis Veiens* -us ac ludens interrogaret, utrumne Romam migrare vellet. AVG. gen. ad litt. 12, 22 p. 413, 19 *adulescens* inter saltandum ... -us et ridente multitudine circumseptus. MART. CAP. 6, 576 Satura -a ... inquit.

iocālis, -e. *ab* iocus. [*hisp. dial.* chocallas (*iocalia, *i. crotalia, ornamenta mulierum*). *R.*] *fere i. q. iocularis, ridiculus*: PS. HIER. epist. 32, 6 p. 241D an putamus ..., quod iocando praedicent prophetae, ridendo loquantur apostoli? ... timeo, ne fides nostra magis -is sit quam fides et verba illorum. MART. BRAC. form. vit. 4 p. 243, 32 B. (*add. cod. B*) -is urbanitates (*glossa inter verba* urbanitas *et* sales). *cf. Du Cange.*

adv. **iocāliter.** *e coni. i. q. ioculariter*: PORPH. Hor. sat. 1, 7, 28 *vindemiatores* salse -rque (salsi loco aliterque *trad.*) viatores insectantur. AMM. 15, 12, 3 nec ... quisquam ... munus Martium pertimescens pollicem sibi praecidit, quos -r (localiter *trad., cf. Heraeus, ALL 12, 1902, 272 adn.*) murcos appellant. *v. et p. 286, 4.*

[iocāmentum, -ī *n. e coni.*: AVG. c. Faust. 13, 6 p. 383, 26 (*ed. pr., recte* avocamentum).]

iocātio, -ōnis *f. ab* iocari. *fere i. q. oratio iocosa*: RHET. Her. 3, 13, 23 sermo dividitur in partes quattuor: dignitatem, demonstrationem, narrationem, -em. *ibid.* -o est oratio, quae ex aliqua re risum pudentem et liberalem potest conparare. 3, 14, 25 sin erit sermo in -e (locat-, locut- *vv. ll.*), ... cum parva significatione risus ... leniter oportebit ab sermone serio torquere ⟨verba⟩ ad liberalem iocum (3, 15, 26 vultu quandam debebimus hilaritatem significare [invocatione *l. v.*]). CIC. Att. 2, 8, 1 sin nihil *in epistula fuit* praeter -em, redde id ipsum. fam. 9, 16, 7 venio ad -es tuas. CATVLL. 61, 127 ne diu taceat procax fescennina -o (*Heinsius*, loc- *trad.*). POMER. 3, 6, 4 p. 482B *mens recordando* audit sine voce, quidquid cantilenae suavis ac -is obscenae per ... aurium meatus influxit.

iocātor commatulus (*σκωμματικός Goetz*) GLOSS. V 495, 18. *ab* iocari. *cf. Du Cange.*

1. iocātus, -a, -um *v. s.* iocor.

2. iocātus, (-ūs) *m. (an* iocātum, [-ī] *n. ?). ab* iocari. *e coni. i. q. iocose dictum*: VOPISC. Aurelian. 23, 3 -um (*Salmasius*, voc-, vot- *trad.*) principis ... totus exercitus *laetus* ... accepit.

iociner *v. s.* iecur *vol. VII 1, 244, 46.*

iocinerōsus, (-or-), -a, -um. *ab* iocur. *scrib.* -or- *ap.* MARCELL. (*cod. L*) *l. 57. 58.* [*dub. trad.*: SCRIB. LARG. 105 lienosis ... et -is (iocineris *Marcell.*) duritiam habentibus ... convenit *medicamentum.*] *i. q. iecorosus* (*masc. pro subst.*): MARCELL. med. 20, 128 -is qui iecur graviter dolebunt ... dabis *remedium.* 22, 2 sanguis ... cibatui datus ieiuno -o mederi traditur. 22, 3 viverra ... cibo data ieiuno mire -o succurrit. 22, 9 (*syn.* epatico). 22, 10.

iocinus, -eris (-oris) *n. v. s.* iecur *vol. VII 1, 244, 46.*

iocista qui verbis iocatur GLOSS.L Corp. I 477. *cf. Du Cange.*

1. *iocor, -ātus sum, -ārī *et* ioco, -āvī, -āre. *ab* iocus. *ap. gramm. enumeratur inter*: verba activa quae passiva voce primi ordinis efferuntur: CHAR. gramm. p. 465, 7 B. *al.* verba quae media appellantur: CHAR. gramm. p. 479, 18 B. verba deponentia: PS. ASPER gramm. suppl. 51, 2. *formae act.* (*falso* PLAVT. Cas. 846 -bo *P*, luca bos *A recte*): EPIST. Austras. 2 p. 113, 29 -a. ISID. reg. monach. 17, 1 qui -verit (17, 3). *? p. p. p. sensu pass. (n. pro subst.) v. l. 48. de notione*: NON. p. 92, 18 cavillantur ut -antur. DOSITH. gramm. VII 431, 14 -or *εὐτραπελίζομαι.* GLOSS.L II Philox. IO 7 -atur *παίζει.* GLOSS. III 132, 5 sq. geliazo -or, geliazis -aris. *p. praes. m. pro subst. v. p. 283, 26. legitur inde a* PLAVTO, TER. [*val.* juca, *it.* giocare, *prov.* jogar, *hisp.* jugar, *port.* jogar, *sard.* giogare. *R.*]

[*variat in codd. c.*: iudicare: CIC. ac. 2, 137 VOPISC. Aurelian. 2, 1. laetari: PRVD. perist. 2, 567 CLAVD. 12, 38. locare: PLAVT. Men. 317. 825 Poen. 163 POMPON. Atell. 17 CIC. Att. 10, 11, 5 fam. 5, 20, 9. 9, 14, 4 LVCR. 4, 582. *saepe. cf. l. 79.* loqui: CIC. de orat. 1, 27 fam. 9, 14, 4 OV. trist. 2, 497. 5, 1, 20 PLIN. epist. 2, 18, 2. *al. cf. l. 80 sq.* vocare: SEN. contr. 9, 4, 21 SVET. Nero 37, 2. *al. e coni. pro*: loca-: FEST. p. 286 (GLOSS.L IV p. 388). MELA 2, 13 AMM. 27, 3, 7. locuti: PHAEDR. 4, 1, 9 (*Heinsius*). loqueretur: ARNOB. nat. 6, 21 p. 232, 26 (*Ursinus*).]

i. q. iocos facere: **A** *strictius: verbis sim., fere i. q. ridendi, irridendi causa sermonem facere*: **1** *intransitive*: **a** *nude vel c. adv.*: PLAVT. Men. 825 ludit te hic ... :: iam vero, Menaechme,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

satis -tu's. Most. 1081 ludis me . . ., scio, -aris tu nunc ⌊tu⌋ (*desunt ACD,* ⌊⌋istuc *Schoell* [*ad l. 74*]). Poen. 163 -are (*i.* -aris). Ter. Eun. 378 -bar equidem. Varro ling. 6, 72 non spondet ille, statim qui dixit 'spondeo', si -andi causa dixit (Cic. div. 2, 40 deos . . . -andi causa induxit Epicurus perlucidos. *al.*). Cic. inv. 1, 25 si rei dignitas adimet -andi facultatem. S. Rosc. 60 animadverti *accusatorem* . . . -ari atque alias res agere. Scaur. 6 ne quem inridendi nobis daret et -andi locum (*al. v. et l. 47 sq.*). de orat. 1, 27 ea . . . iucunditas et tantus in -ando lepos. 2, 10. 2, 231 explicare . . . genus hoc -andi quale sit et unde ducatur (2, 233 [*syn.* facetiis]. off. 1, 103 non profusum nec immodestum, sed ingenuum et facetum. 1, 104 duplex . . ., unum inliberale petulans flagitiosum obscenum, alterum elegans urbanum ingeniosum facetum. *al.*). 2, 234. 2, 238. 2, 239 est . . . deformitatis et corporis vitiorum satis bella materies ad -andum. 2, 248 eisdem verbis et laudare frugi servum possimus et, si est nequam, -ari. 2, 290. Brut. 293 bella ironia, si -remur; sin adseveramus *eqs.* orat. 27. ac. 2, 63 -ansne an ita sentiens. nat. deor. 2, 46 hic quam volet Epicurus -etur, homo non aptissimus ad -andum. Att. 7, 5, 5. 7, 17, 1. 14, 18, 1. fam. 7, 11, 2 per litteras. 7, 13, 2 alias -bimur (9, 25, 2 coram [*syn.* ludimus]). *al.* Catvll. 21, 5 -aris una. Lvcr. 4, 582 *faunorum* noctivago strepitu ludoque -anti . . . silentia rumpi. Ov. trist. 3, 2, 6 nec mihi, quod lusi vero sine crimine, prodest, quodque magis vita Musa -ta mea est (5, 1, 20 [*v. p. 282, 77*]. *sic de carminibus levioris generis*: Phaedr. 1 prol. 7 fictis -ari . . . fabulis. Mart. 2, 26, 2 in charta. Plin. epist. 4, 14, 3 his *hendecasyllabis* -amur, ludimus, amamus. *al. v. etiam l. 72*). Sen. benef. 3, 26, 1 excipiebatur ebriorum sermo, simplicitas -antium (*sic pro subst.*: Mela 2, 13 inter -antis [*v. p. 282, 79*]. Petron. 26, 2. 52, 7 excipimus urbanitatem -antis. *al.*). Petron. 27, 1. 80, 1. 117, 2. Mart. 6, 44, 1 festive. 10, 101, 3. Qvint. inst. 6, 3, 31 nec patronum in *causa* miserabili -antem feret quisquam. 6, 3, 102 de usu . . . et modo -andi (*syn.* salse dicendi). 9, 2, 78. Apvl. met. 4, 8, 5 *latrones* clamore ludunt . . ., conviciis -antur. Vopisc. Car. 14, 3 Diocletiane, -ari noli (*antea*: ioco, non serio . . . respondisse). *al.* Amm. 27, 3, 7 *Traianum nomen suum passim aedificiis inscribentem* herbam parietinam -ando cognominarunt (*v. p. 282, 79*). Serv. Aen. 1, 78 latenter paene -atur poeta. Avg. gen. c. Manich. 2, 15, 23 salsi dicuntur, qui -ari amant. lib. arb. 1, 63 *quaedam* cadere in feras non videntur nec tamen in homine ipso summa sunt, ut -ari et ridere. in psalm. 5, 7 p. 86 *mendacium* in -ando . . . non est perniciosissimum, quia non fallit (*cf.* soliloq. 2, 9, 16, 4 omnes fere, qui -antur, mentiuntur). *al.* Macr. Sat. 2, 1, 15 Cato . . . argute -ari solitus est (*syn.* cavillaremur). Mvtian. Chrysost. hom. 17, 4 p. 349$^{p. med.}$ -aris magis (*gr. p. 132$^{med.}$ παίζεις*). CE 85, 3 -eris ludas hortor, hic summa est severitas (*sic pro epitaphio*: CIL II 2262 lude -ari [*i.* -are] veni. XIII 2216 lude -are veni). *et saepe. nota interrogatione aut negatione uti eos, qui serio loqui se aliumve affirmant*: Ter. Haut. 729 tu hanc -ari credis? faciet (*cf.* Cic. Att. 16, 5, 3 -ari me putas? moriar, si *eqs.*). Cic. div. 2, 25 in rebus tam severis non est -andi locus (Att. 5, 5, 1 Sen. epist. 48, 8). Sen. suas. 2, 17 credatis mihi velim non -anti. Petron. 62, 6 nolite me -ari putare (*v. et l. 77*). *al.*

b *accedunt praepp.*: cum: Plavt. Men. 317 solet -ari saepe mecum illoc modo; quamvis ridiculus est (Apvl. met. 6, 30, 6). Rhet. Her. 2, 24, 37 *amicos* quibuscum -ari possis (Cic. Att. 1, 18, 1 neminem . . . quocum aut -ari libere aut suspirare familiariter possimus. *al.*). Cic. fin. 4, 74 non ego tecum iam ita -bor ut isdem his de rebus, cum *eqs.* (fam. 1, 10 coram. 2, 4, 1 per litteras. 7, 11, 3 de re severissima. Pollio Cic. fam. 10, 31, 6). Att. 2, 1, 5 iam familiariter cum ipso cavillor ac -or. 10, 11, 5 cum eo (*al.*). Cass. Cic. fam. 15, 19, 1 videor . . . cum praesente loqui et -ari. Cic. fil. Cic. fam. 16, 21, 3 *Cratippus* sublata . . . severitate . . . humanissime nobiscum -atur (Avg. c. acad. 2, 9, 22 p. 39, 5). Qvint. inst. 11, 3, 131 cum sodalibus. *saepe.* de (*v. et l. 54. 55. 80*): Tert. apol. 50, 6 o philosophi magnanimitatem, qui de tali exitu suo etiam -batur. Porph. Hor. sat. 1, 6, 22 Plautus cum de anu ebria -retur. Clavd. Don. Aen. 9, 740 p. 279, 27 de nominibus. *al.* in *c. acc.* (*v. etiam l. 79*): Liv. 32, 34, 3 Philippus . . . -tus in valetudinem oculorum Phaeneae. Sen. contr. 7, 3, 9 Cicero in utramque rem. 7, 6, 12 inter . . . fescenninos in crucem generi nostri -bantur. Sen. benef. 7, 21, 1 in Pythagoricum. dial. 2, 16, 4 quid est illud quod contumelia dicitur? in capitis mei levitatem -tus est *eqs.* 5, 22, 4 epist. 29, 5. Porph. Hor. sat. 1, 7, 33 in nomen Regis. *al.* in *c. abl.*: Sen. contr. 9, 4, 21 ne in declamationibus -retur, qui -batur in miseriis ac periculis suis, in quibus -ari eum . . . potuisse quis credit? Avson. 18, 3 p. 327 P. falso . . . in amore (*sc. carmine*). *al.* inter: Pomer. 3, 1, 4 p. 475^{B} ridet ac -atur inter quos vult.

2 *transitive*: **a** *c. obi. interno q. d.* (*sc. neutr. pron. [v. et supra l. 2] aut adi.*): Cic. Att. 14, 17^{A}, 4 (= fam. 9, 14, 4) haec . . . -tus sum (fam. 5, 20, 9 haec [hoc *l. v.*] -tum me putato, ut ego te existimo. 7, 14, 2. 9, 15, 4 hoc nolim me -ari putes). Catvll. 2, 6 cum desiderio meo . . . carum nescio quid libet -ari. Hor. sat. 1, 5, 62 *Messius* Campanum in morbum, in faciem permulta -tus (*cf.* Sen. suas. 1, 5 multum -atur *Cassius* de stultitia Cn. Pompei. Colvm. 1, 8, 15 ut *servos* familiarius adloquerer et . . . nonnumquam etiam -rer et plus ipsis -ari permitterem). Ov. trist. 2, 497 si scripsissem mimos obscena -antes. Sen. contr. 2, 4, 11 ut aliquid -emur. Qvint. inst. 6, 3, 57 qualia (*Spalding,* qua iam *P*^{2}) veteres illi -bantur.

b *pendet acc. c. inf.*: Qvint. inst. 5, 13, 46 *respondentes* cum modo 'se vero nihil dixisse neque tam stulte dicturos', modo 'bene admonitos ab adversario et agere gratias . . .' -antur. Svet. Nero 33, 1 *Nero* '*Claudium* morari . . . desisse inter homines' producta prima syllaba -batur. Ivst. 24, 6 4 *Brennus* scurriliter -tus locupletes deos largiri hominibus oportere.

B *laxius: factis, fere i. q. ludere* (*acced. dat. eth. l. 15*): Sen. contr. 9, 2, 9 vestri fasces, vestrae secures in quantum . . . dedecus reciderunt! istis obscenae puellae -antur. Ivv. 3, 40 quales ex humili magna ad fastigia rerum extollit, quotiens voluit Fortuna -ari (Clavd. 18, 24 quaenam ista -andi saevitia? *cf.* Ennod. carm. 2, 10, 11 fors . . . sine lege -atur). Avson. Mos. 217 innocuos ratium pulsus pugnasque -antes naumachiae. Vvlg. gen. 26, 8 rex . . . vidit eum -antem cum Rebecca uxore sua (*cf. p. 289, 37*). Greg. M. dial. 3, 33 p. 210, 13 M. diabolus sibi cum illis sororibus -batur, at vero ubi ad servos dei ventum est, . . . accedere non praesumpsit. Gloss. II 595, 12 tesserator, tesseris -ans. *dub. an huc pertineat* Pompon. Atell. 17 metuo illum: -ari (*loc. l. v.*) nescit, ludit nimium insaniter.

deriv.: iocabundus, iocatio, iocator, 2. iocatus (-ūs). *compos.*: adiocor.

2. iocor *v. s.* iecur *vol. VII 1, 244, 37.*

iocōsē *v. l. 82.*

iocōsitās, (-ātis) *f. ab* iocosus. *fere i. q. status iocosus*: Philo quaest. in gen. 4, 188 p. 225 R. -s, cuius elongantur malivoli mores tristem vitam petentes et anxiam (*ad gen. 26, 8 v. l. 13*). *cf. Du Cange.*

***iocōsus,** -a, -um. *ab* iocus. Not. Tir. 75, 31. *de notione*: Isid. orig. 10, 125 iocundus eo, quod sit semper iocis aptus et hilaritati . . .; -us iocis usus. Gloss.^{L} II Abav. co 341 cornices: aves lascivae, ⟨id est⟩ -ae. Gloss. -us iocare desiderans. *γελοιώδης. εὔστομος. εὐτράπελος. ἡδύστομος. σκώπτης. pro subst.: masc. v. l. 39. neutr. v. l. 69. legitur inde a* Cic., Catvllo, Varrone, *adv. a* Cic., Catvllo, Nep. [*in codd. saepe confunditur c.* loc-. *e coni. v. l. 79.*]

1 *de animantibus (fere hominibus [sim. urbe l. 41], deis l. 41. 43 sqq. v. etiam l. 59; bestiis l. 29): qui amat iocos*: Varro rust. 2, 5, 1 Lucienus senator, homo quamvis humanus ac -us. Hor. epod. 3, 20 -e Maecenas (Porph. *ad l.* oportune -um appellat, cui videlicet iocos suos commendatos esse vult). epist. 1, 18, 89 oderunt hilarem tristes tristemque -i. Tib. 2, 1, 85 turba -a. Priap. 83 (Tib. 2), 24 puella nec -a *penem* . . . manu fovebit. Mart. 1 praef. vs. 1 -ae . . . sacrum Florae festosque lusus et licentiam vulgi. 1, 61, 9 -ae . . . Gades. CE 29, 13 (*s. II*) Vrsum . . . senem hilarem -um pilicrepum scholasticum. *al. metonymice ponuntur dei*: Hor. carm. 3, 21, 15 arcanum -o consilium retegis Lyaeo (*cf.* 4, 15, 26 -i munera Liberi. *v. etiam l. 72*). Priap. 83 (Tib. 2), 45 Venus -a. Ov. trist. 1, 2, 80 ut . . . delicias videam, Nile -e, tuas. *v. etiam l. 59.*

2 *de rebus*: **a** *verbis sim.: fere i. q. iocorum plenus*: Cic. fam. 2, 4, 1 epistolarum genera duo . . ., unum familiare et -um, alterum severum et grave. 7, 10, 4 una . . . nostra vel severa vel -a congressio (*i. colloquium*) pluris erit quam . . . fratres nostri Haedui. Hor. sat. 1, 10, 11 sermone opus est modo tristi, saepe -o. carm. 1, 12, 3 cuius recinet -a nomen imago ([*i. ἠχώ, aliter l. 79*]. 1, 20, 6). Ov. fast. 6, 692 verba (Sidon. epist. 5, 17, 5 dulcia -a fatigatoria). Liv. 40, 7, 3 -a dicta in adversarios . . . iactabantur (Val. Max. 1, 1 ext. 3. Qvint. inst. 6, 3, 106 alia seria, alia -a, alia media *eqs. ibid.*). Pavl. Fest. p. 45 cavillatio est -a calumniatio. Sen. contr. 2, 2, 7 ius iurandum -um fuisse (*i. non serio dictum*). Mar. Victorin. in Eph. 5, 4 p. 1283^{C} scurrilitas *est* -a oratio et alterum laedens ioci causa ac propterea contumeliosa. *al. peculiariter de carminibus* (Musa [*metonymice*] *l. 61*): Hor. carm. 3, 3, 69 non hoc -ae conveniet lyrae. Priap. 41, 2 versus mihi dedicet -os. Ov. trist. 2, 354 vita verecunda est, Musa -a (iocata *l. v., cf. p. 283, 22*) mea (Mart. 2, 22, 2). 2, 422 Romanus habet multa -a liber. Fest. p. 363 Tapulam legem . . . conscripsit -o carmine Valerius Valentinus (Sen. contr. 7, 4, 7 Mart. 1, 35, 10).

b *variis, quae vel ioci causa aguntur vel ridendi, ludendi materiam praebent*: Cic. off. 1, 134 videat . . . quibus de rebus loquatur; si seriis, severitatem adhibeat, si -is, leporem (Catvll. 56, 1 o rem ridiculam . . . et -am [56, 4 nimis]. *al.*). Catvll. 8, 6 ibi illa multa cum -a fiebant, quae tu volebas nec puella nolebat (*sic n. pro subst.*: Porph. Hor. carm. 3, 3, 69 lyrico carmine, cui -a conveniant, severiora). Hor. carm. 1, 10, 7 *Mercurius callidus,* quidquid placuit, -o condere furto. Lvgd. 6, 20 qui *Liberum* . . . quique una vina -a colunt (*cf. supra l. 44*). Ov. rem. 387 mea materiae respondet Musa -ae. met. 3, 332 de lite -a ([*cf. 318 sqq.* Iovem . . . agitasse . . . cum Iunone iocos]. Ib. 263 Mart. epigr. 20, 3. *cf.* Hyg. fab. 75, 2 -a altercatio). fast. 5, 183 *Flora* ludis celebranda -is (*cf.* CE 1935 unctor . . . ti⟨bi⟩ carus lusuque -o adsuetus). Plin. nat. 35, 114 *Antiphilus* -is *tabellis* nomine Gryllum deridiculi habitus pinxit. 36, 12 Hipponacti notabilis foeditas voltus erat: quam ob rem imaginem eius lascivia -am (*O. Jahn,* iocorum *vel* locorum *trad.*) hi *sculptores* proposuere ridentium circulis. *v. et p. 286, 20.*

adv. ***iocōsē.** *compar. v. l. 84. p. 285, 4. i. q. per iocum, ioci causa*: Cic. de orat. 2, 289 is qui -e volet dicere. fam. 9, 24, 4 cave . . . existimes me, quod -ius scribam, abiecisse curam. ad Q. fr. 2, 10

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(11 Sj.), 2 eum ... lusi -e (*syn.* sum ... magno hominum risu cavillatus). CATVLL. 36, 10 hoc ... -e lepide vovere divis. NEP. Alc. 2, 3 in ... amore ... multa delicate -eque fecit. HOR. sat. 1, 4, 104 liberius si dixero quid, si forte -ius. PORPH. Hor. carm. 3, 19, 1 sodalem adloquitur -e eum corripiens. *al.*

deriv.: iocositas.

ioculāns *v. p. 286, 35.* **ioculanter** *v. p. 286, 38.*

***ioculāris,** -e. *ab* ioculo (*adv., v. Leumann, Adj. auf -lis 36*). GLOSS.^{L} I Ansil. HI 256 histriones, mimi, id est -es (II Abav. SC 14 scenici). IO 26 -e⟨s⟩ per o: -ium rerum mimi. III Abstr. PE 17 pegaso, homo -is. SA 39 saetigeri, cilicio vestiti -es. GLOSS. II 584, 38 -is, hilaris, ridens. GLOSS.^{L} II Philox. IO 8 -is *γελοιώδης*. GLOSS. II 262, 5 *γελοῖος* -is. *legitur inde a* TER., CIC., HOR., *adv. a* PLIN. nat., SVET. [*francog. vet.* jogler, *prov.* joglar, *hisp.* juglar, *it.* giullare. *R. cf. Gröber, ALL 3, 1886, 269. Bréal, MSL 16, 1909, 65.*] [*variat in codd. c.* ioculatorius *e. g.* DIOM. gramm. I 488, 24 (= SVET. frg. p. 9, 10) -latria *AB*, -latoria *recc.* DON. Ter. Eun. praef. 1, 6. *e coni.*: TREB. Gall. 17, 9 -ia saepe dicebat (*Hohl*, iocari se d. *trad.*).]

1 *de rebus: qui sive per iocum sive ioci causa fit* (*saepe accedit notio vilitatis, fere i. q. deridiculus, mimicus, indignus homine gravi*):

a *cum subst.*: TER. Phorm. 134 -em audaciam (EVGRAPH. *ad l.*: quae ex ioco veniat in periculum). CIC. fat. 15 o licentiam -em. SEN. dial. 2, 11, 3 quanta ... dementia est ... rem ab amico dictam maledictum vocare, a servulo -e convicium. PLIN. nat. 26, 2 -i ... lascivia *morbum 'mentagram' appellaverunt*. QVINT. inst. 8, 6, 73 in quodam -i libello. SVET. Nero 42, 2 *Nero* -ia in defectionis duces carmina lasciveque modulata ... etiam gesticulatus est (AVSON. 398, 10 p. 227 P. meis -i carmine nugis). FRONTO p. 195, 2 v.d.H. (= p. 205 N.) castrensi cognomine ⟨et io⟩culari (*cf.* AVSON. 164, 3 p. 32 P. nomen huic -e datum). AVR. Fronto p. 1, 20 v.d.H. (= p. 4 N.) me ... -bus istis tuis ac lepidissimis verbis a cura amovere (GREG. TVR. virt. Mart. 4, 7 p. 651, 15 *mimus* per verba -ia laetitiam solitus erat excitare. CAES. AREL. serm. 127, 1 p. 501, 20 infantum). DIOM. gramm. I 490, 2 (= SVET. frg. p. 14, 13) Atellanae argumentis dictisque -bus similes satyricis fabulis Graecis (LACT. inst. 2, 4, 16 [*syn. Val. Max. 1, 1 ext. 3* iocosis]). GELL. 12, 12, 1 ut *crimen turpe* ... responsione -i eludas et rem facias risu magis dignam quam crimine. TREB. trig. tyr. 10, 7 -is astutia. ARNOB. nat. 2, 8 p. 53, 15 ridere nostram fidem ... atque ... credulitatem facetiis -bus lancinare (2, 65 p. 100, 20. 6, 21 p. 232, 15. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 21 animi laxatio *fit* ... aut ludicris rebus aut -i facetia). 4, 36 p. 170, 23 cavillationibus. LACT. inst. 4, 14, 20 in opere (*i. libro*) non -i. FIRM. math. 6, 31, 37 decretum -e (*sc. genitura Thersitae*). IVL. VICT. rhet. 27 p. 448, 16 epistola, si superiori scribas, ne -is sit. DON. Ter. Eun. 235, 2 hoc -i vultu dicitur. SYMM. epist. 5, 37 animus ... -bus ineptiis absolutus ad negotia seria conferatur. HIER. epist. 31, 2, 1 -is sermo (SIDON. epist. 2, 9, 9 salsis -busque. *al.*). in Gal. 2, 11 p. 340^{B} ut *causidici* ... -i se invicem dente morderent. MART. CAP. 8, 806 -is laetitiae alacritate. *al.*

b *n. pro subst. vel c. n. pron. aut adi. positum: sg.*: CIC. leg. 1, 53 -e istuc quidem ... et a multis saepe derisum. PHAEDR. 4, 2, 1 -e tibi videtur, et sane levi ... calamo ludimus, sed ... intuere has nenias (*v. Krischan, WSt. 67, 1954, 90 sqq.*). PLIN. epist. 4, 17, 5 nihil ..., non -e non serium, non triste non laetum. SPART. Hadr. 21, 3 illud ... prope -e de servis. *pl.*: HOR. sat. 1, 1, 23 ut qui -ia ridens percurram (*opp. 27* seria). LIV. 7, 2, 5 *iuvenes* inconditis inter se -ia fundentes versibus. PLIN. epist. 4, 25, 1 in ... tabellis multa -ia atque etiam foeda dictu ... inventa sunt (*al.*). SVET. Nero 27, 1 *Nero* -ia et latebras omisit *et* ... ad maiora palam erupit. FRONTO p. 202, 26 v.d.H. (= p. 213 N.) -ia austere, fortia h⟨ilari⟩ter dicenda. AVR. Fronto p. 61, 15 v.d.H. (= p. 67 N.) pro istis -bus. PANEG. 12, 19, 1. DON. Ter. Eun. 864, 1 'haec' scilicet -ia et futilia. Ps. AVR. VICT. epit. 9, 3 *Vespasianus* contumeliis *amicorum* ..., ut erat facetissimus, -bus respondens. SIDON. epist. 1, 9, 8 tetrica sunt amoenanda -bus. *al.*

2 *de hominibus: qui iocos facit* (*v. et l. 9 sqq.*): CANON. Caes. Arel. ed. Morin II p. 94, 37 clericum scurrilem et verbis turpibus -em ab officio retrahendum (*cf. p. 286, 30*). *m. pro subst.*: Ps. AVR. VICT. epit. 2, 2 *Claudius Tiberius Nero* eleganter a -bus Caldius Biberius Mero ob vinolentiam nominatus est.

adv. ***ioculāriter.** *fere i. q. per iocum, ioci causa*: PLIN. nat. 22, 80 Aristophanes Euripidi poetae obicit -r. SVET. Iul. 49, 2 carmina, qualia *milites in triumpho* ... -r canunt. Aug. 75 sollemnes dies ... tantum -r celebrabat. PORPH. Hor. carm. 1, 22, 1 utrum -r dicantur an vere (4, 12, 16. MAR. VICTORIN. gramm. VI 56, 4 in comoediis. AVR. VICT. Caes. 33, 11 NECTAR. Aug. epist. 103, 2. VITAE patr. 3, 27 p. 756^{A} [*gr. Cot. p. 506^{B} χαριεντιζόμενος*]. *saepe*). 3, 21, 1 -r ad amphoram ... loquitur (DON. Ter. Andr. 955, 2). epist. 2, 1, 147 -r (*Meyer*, iocularium *trad.*) lusit (AVSON. 396 p. 249 P. *cf.* AVG. conf. 11, 12, 14 -r eludens *quaestionem*). *al.* SPART. Hadr. 12, 4 Hispanis ... vocatis dilectumque -r ... retractantibus 'Italicis' (*sc. incolis 'Italicae' municipii*). DON. Ter. Ad. 26, 1 -r nomen imponit. Phorm. 86, 2. PHILARG. Verg. ecl. 6, 32 -r ei (*i. Sileno*) ferula adtributa. Ps. ASCON. div. in Caec. p. 197, 4 -r irrisit. AVG. anim. 4, 16, 24 p. 403, 21 in re tanta -r atque inridenter, non serio graviterque agere (bapt. 7, 53, 102 p. 374, 15 *in baptizando* ludicre et mimice et -r [ioculanter *l. v.*]). civ. 6, 1 p. 244, 6 D. ne absurditate ..., qualis -r in mimo fieri solet, peteretur a Libero aqua. SIDON. epist. 7, 7, 1 -r plura garrirem. GREG. TVR. Franc. 3, 15 p. 114, 12 hoc quasi ioco ... dixit; similiter et ille -r respondens *eqs.* (iocabiliter, iocaliter *vv. ll.*). *et saepius.*

deriv.: iocularitas, iocularius.

ioculāritās, -ātis *f. ab* iocularis. *i. q. iocularis facetia*: HIER. in Eph. 5, 4 p. 520^{A} scurrilitas ..., quam nos -em alio verbo possumus appellare. SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 60 ⟨sale nigro:⟩ amara -e. GLOSS.^{L} I Ansil. SA 187 sales, urbanitas, honesta -s. *cf. Du Cange.*

ioculāriter *v. p. 285, 69.*

ioculārius, -a, -um. *ab* iocularis. *de notione*: PORPH. Hor. epist. 2, 2, 60 an ... intellegemus 'salsum' ... facetum et -um? GLOSS.^{L} I Ansil. SA 521 sa⟨e⟩tigeri: cilicio vestiti, -us (*cf. p. 285, 11*). II Abav. CO 339 c⟨h⟩oraula, -us. III Abol. CA 66 calabrum: genus versuum malorum quasi colobon vel -um. GLOSS. thimelici: -i, mimici, vel qui in spectaculo ludunt. *v. et l. 21.* [*vix recte trad. p. 285, 77.*]

quod iocis materiam praebet (*aliter l. 20*): TER. Andr. 782 -um in malum insciens paene incidi (ioculare *Eugraph. Ter. Phorm. 134. cf. ad l.*: DON. -um ... e contrario pro gravi et molesto ac nimio; iocosum e⟨r⟩go *κατὰ ἀντίφρασιν*. GLOSS. V 535, 48 -um *ἀντὶ τοῦ* magnum).

ioculātor, -ōris *m. ab* ioculare. *de notione*: SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 2, 7, 15 scurra: -r. GLOSS. II 565, 52 alipilarius, -r pilae (*de errore cf. Loewe, Gloss. Nom. p. VI*). V 622, 24 planipes est -r. 623, 38 sp⟨ha⟩eristae erant -es, qui ... omnigenos dabant ludos. [*it.* giocolatore, *francog. vet.* jogleour, *prov.* joglador, *francog.* jongleur. *R.*] *i. q. homo iocularis*: CIC. Att. 4, 16, 3 huic *technologiae* -em (ioculatori(a)e *l. v.*) senem illum (*i. Scaevolam*) ... interesse nolui (*cf. antea:* Cephalum ... festivum senem). CANON. Caes. Arel. ed. Morin II p. 59, 21 clericum scurrilem et verbis turpibus -em (*cf. p. 285, 65*). *cf. Du Cange.*

inde ? **ioculātōrius,** -a, -um *v. l. 28. p. 285, 16 sq.*

1. ioculo, -āre (*et* ioculor*?*). *ab* ioculus, *cf.* 1. iocor. GLOSS.^{L} II Philox. IO 9 -are *εὐτραπελίσαι, προπηλακίσαι*. [*it.* giocolare, *prov.* joglar. *R.*] *p. praes.* -ans, *fere i. q. iocans* (*transit.*): LIV. 7, 10, 13 inter ... incondita quaedam militariter -antes Torquati cognomen auditum (*cf. p. 288, 68*).

adv. ? **ioculanter.** *in variis lect. variat c.* ioculariter: AVG. bapt. 7, 53, 102 *v. p. 285, 84.* SIDON. epist. 1, 2, 7 *lusor* tesseras ... mittit instanter, -r compellat, patienter exspectat (-r *commendatur per homoeoteleuton*).

deriv.: ioculator.

2. ioculō *adv. v. l. 47.*

ioculus, (-ī) *m. ab* iocus. *ap.* PLAVT. [*e coni.*: PLAVT. *l. 48; cf. l. 82.* VITR. 4, 1, 9 -is (*Salmasius*, poculis *trad.*, pupulis *Krohn*).] *fere i. q. iocus levis*: PLAVT. Truc. 104 *fures* obludiant, qui custodem oblectent per -um et ludum. *peculiariter: abl.* -o *pro adv.*: PLAVT. Merc. 993 si ... adeo -o (lo- *Pal.*, *deest A*) dixisset mihi se illam amare. Most. 923 egone te -o modo ausim dicto aut facto fallere? Rud. 729 occipito modo illis adferre vim -o pausillulum. Stich. 23 -o istaec dicit neque *faciet.*

deriv.: iocularis, 1. ioculo(r).

iōcund- *v. s.* iucund-. **iocur** *v. s.* iecur.

1. *iocus, -ī *m.* (*pl.* -ī *m. et* -a *n.; sg.* -um *n. l. 67*). *cf. c. osc.* iúkleí, *umbr.* iuku, iuka; *v. Walde-Hofmann s. v. scribitur c. apice* -ís: CE 996, 2. 1064, 2. -g-: *l. 71. de formis: n. et acc. pl.* -a *inde a* LAEVIO, CIC. *saepius, cf. Neue-Wagener³ I 808 sq. 812 sq.* NON. p. 209, 23 -us genere masculino: Cicero ...; neutro Laevius (*v. p. 287, 11*). DON. gramm. IV 375, 31 sunt ... nomina in singulari numero alterius generis et alterius in plurali, ut ... locus, -us. CHAR. gramm. p. 41, 21 B. sunt quaedam, quae ... in plurali mutant genera velut anomala ...: hic -us et pluraliter haec -a et hi -i (DIOM. gramm. I 327, 2 sqq.). SERV. Aen. 1, 306 -us ... et -a facit et -i. gramm. IV 432, 2 sqq. in numero plurali e masculino et neutro genere declinantur ..., in numero autem singulari tantum masculino (DVB. NOM. gramm. V 581, 17 -us generis masculini). POMP. gramm. V 163, 1 CONSENT. gramm. V 345, 14. *et saepe.* *ex pl.* -a *per retrogradam q. d. derivationem fingitur sg.* -um (*falso*: NIGID. Gell. 19, 4, 6 i *vocalis non est* in his: ... [-um] iocundum [*ex dittographia*]. NON. p. 64, 3 [locum *falso trad.*]): EXC. Bob. gramm. I 551, 28 hoc -um, pluraliter hi -i et haec -a (*cf. l. 61 sq.*). TRACT. Priscill. 3, 38 (RevBén. 24, 1907, 325) *in inferno non est* letitia nec iocunditas nec iogum. VIRG. gramm. epit. 5 p. 41, 19 et neutrali genere 'locum' est ..., item '-um', et facit '-a' (*cf. Beda gramm. VII 276, 9*). NOT. Tir. 75, 30 -us. *de notione*: QVINT. inst. 6, 3, 21 -um ... id accipimus, quod est contrarium serio; nam et fingere et terrere et promittere interim -us est. SYNON. Cic. p. 426, 21 B. lusus. gestus. -us. risus. lascivia *eqs.* GLOSS.^{L} II Abav. CA 11 cacinnus: -us, ridiculum, lusus, nimius risus. IO 1 -us: lascivia, lusus, cachinnus. Philox. IO 6 -us *παίγνιον*. GLOSS. *γελοῖον*. eutrapelia. *al.* *de usu: pro nom. proprio: dei v. p. 289, 65. hominum v. Onom.* *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO, CATONE, TER. *per totam latinitatem.* [*val.* joc, *it.* giuoco, *hisp.* juego, *port.* jogo, *prov.* joc, *francog.* jeu. *R.*] [*variat in codd. passim c.* loc- (*etiam in inscr.* CE 996, 2 [*s. I*] l- *et* i- *non internoscitur; saepe* ioc- *e coni. restituitur*). *nota* HOR. carm. 4, 12, 28 -o (*Porph.*, loco *codd. Hor.*

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

recte). *c.* logus *e. g.* PLAVT. Bacch. 519 logos (*A*, iocum *Pal.*). *v. et s.* logus.]

A *in universum* (*passim opp.* '*res seria*' *sim., praecipue n. pl. pro subst.* '*seria*'): **1** *sensu artiore: i. q. iocose dictum, vox sententiave, quae non serio, sed ridendi causa profertur* (*obscena dicta fabulaeque e. g. l. 12. 38. 40. 48. 49. 75. cf. p. 289, 29. ubicumque -us in aliquem [alqd.] dicitur, accedit notio derisionis, fere i. q. convicium, probrum ridiculum*): **a** *exempla varii usus selecta*: ENN. ann. 239 *amicum*, cui res audacter magnas parvasque -umque eloqueretur. CATO or. frg. 40, 5 cantat . . ., Graecos versus agit, -os dicit, voces demutat. LAEV. carm. frg. 14 cachinnos -a dicta risitantīs (*sic syn.* OV. fast. 3, 695 -i veteres obscenaque dicta canuntur [*syn. 676* probra]. MACR. Sat. 2, 1, 14 -os . . . veteres nostri 'dicta' dicebant; testis . . . Cicero [*epist. frg. 2, 1 Sj.*] . . .; Novius vero Pomponiusque -os non raro 'dicteria' nominant. *al. cf.* LAVS Pis. 115 superborum . . . dicta -orum. *v. et l. 49. 80. p. 288, 72*). RHET. Her. 3, 14, 25 *v. p. 282, 38.* CIC. Phil. 2, 7 quam multa -a solent esse in epistulis, quae . . . inepta videantur, quam multa seria. 2, 39 -is . . . quibus me in castris usum esse dixisti. 2, 40 idem maestitiam meam reprehendit, idem -um. de orat. 2, 216 suavis . . . est et . . . saepe utilis -us et facetiae (*sic syn.* 2, 229 ne quid -us de gravitate decerperet. 2, 262. 3, 30. *cf.* Att. 14, 14, 1 -a tua plena facetiarum de haeresi Vestoriana . . . risisse. *al.*). 2, 221 defensio tota redundavit hilaritate quadam et -o. 2, 236 odiosas . . . res saepe . . . -o risuque dissolvit (*sic iuxta positum* fin. 2, 65. HOR. sat. 1, 5, 98 Gnatia . . . dedit risusque -osque. *al.* LYGD. 6, 34 difficile est tristi fingere mente -um nec bene mendaci risus componitur ore. LIV. 7, 2, 11 QVINT. inst. 6, 3, 10 PLIN. epist. 6, 15, 2. PALLAD. hist. mon. I 22 p. 303A cum risu . . . et -is dixit [*cf. gr. p. 104, 8 B. χαριεντιζόμενος*]. *saepe. cf. et p. 288, 35*). 2, 239 ne aut scurrilis -us sit aut mimicus (GELL. 4, 20, 6 APVL. met. 8, 25, 3. *al.*). 2, 248 gravitas honestis in rebus severisque, -us in turpiculis et quasi deformibus ponitur. off. 1, 103 *non* ita generati . . . sumus, ut ad ludum et -um facti esse videamur . . .; ludo autem et -o uti . . . licet . . . tum, cum gravibus seriisque rebus satis fecerimus (*al. cf.* MART. 2, 4, 6 lusum creditis hoc -umque? *v. et p. 288, 30. 76. p. 289, 13*). *ibid.* in ipso -o aliquod probi ingenii lumen eluceat. 1, 104 distinctio ingenui et inliberalis -i: alter est, si tempore fit . . ., ⟨severissimo⟩ homine dignus, alter ne libero quidem, si rerum turpitudo adhibetur et verborum obscenitas. Att. 10, 5, 3 rescripsi ei stomachosius, cum -o tamen familiari. fam. 9, 26, 4 non multi cibi hospitem accipies, multi -i (OV. fast. 6, 320 fabula [*v. l. 5*]). *al.* LVCR. 5, 1397 tum -a, tum sermo, tum dulces esse cachinni consuerant. SALL. Catil. 25, 5 ingenium *Semproniae* . . . haud absurdum: posse versus facere, -um movere, sermone uti vel modesto . . . vel procaci *eqs.* VERG. catal. 13, 17 quid palluisti . . .? an -i dolent? HOR. carm. 2, 12, 18 certare -o. 3, 21, 2 seu tu (*i. amphora*) querellas sive geris -os seu rixam et . . . amores. epist. 1, 19, 20 ut mihi saepe bilem, saepe -um . . . movere tumultus *imitutorum*. 2, 1, 149 in rabiem coepit verti -us *Fescenninorum*. OV. met. 3, 320 Iovem . . . agitasse remissos cum Iunone -os. fast. 2, 304 antiqui fabula plena -i. trist. 2, 444 turpes (PAVL. NOL. carm. 4, 10 obscenaque dicta [*cf. l. 12*]. POMER. 3, 17, 2 p. 500C). 2, 566 a salibus suffusis felle refugi, nulla venenato littera mixta -o est (*sic syn.* SEN. dial. 7, 27, 2. IVV. 9, 10 -o mordente facetus et salibus vehemens. APVL. flor. 16 p. 63 multos sales . . ., -a non infra soccum, seria non usque ad cothurnum. *al.*). 3, 1, 6. *al.* LIV. 36, 14, 4 *Philippus rex Philippum Megalopolitanum* 'fratrem' haud sane decoro maiestati suae -o appellavit. *al.* SEN. contr. 3 praef. 17 cum quantum volebam -orum ⟨con⟩viciorumque effudissem. 4 praef. 10 res in -os abiit (*cf.* QVINT. inst. 1, 5, 71 *verba nova* repudiata . . . in -os exeunt). *al.* SEN. nat. 4 praef. 12 quasi ille aliquid -orum aut doli suspicatus sit *in verbis blandis. al.* PLIN. nat. 28, 260 frivolo. STAT. silv. 4, 6, 13 hilares. MART. 4, 14, 12 lascivis (*v. et l. 75*). 10, 48, 21 sine felle -i. *al.* QVINT. inst. 2, 5, 8 in -is urbanitas. 6, 3, 33 adversus miseros . . . inhumanus est -us. 9, 3, 69 quod etiam in -is frigidum (*cf.* SVET. Claud. 21, 5 frigidis et arcessitis -is). *al.* TAC. Germ. 22, 3 licentiā -i. PLIN. paneg. 49, 8 liberales (APVL. met. 2, 19, 4. *al.*). SVET. Aug. 56, 1 invidiosis aut petulantibus. 98, 4 cachinnum sustulit atque in -os effusus est (MACR. Sat. 2, 4, 12). Cal. 9 castrensi. 27, 4 ambigui. Nero 28, 1 non inscitus. Dom. 10, 2 innoxios. *al.* POMP. gramm. V 153, 16 comico. APVL. met. 1, 17, 7 adficto ex tempore absurdo -o. 8, 23, 5 ridiculos. *al.* SPART. Hadr. 17, 6 balnearis. 20, 8 -a . . . plurima exstant. Sept. Sev. 22, 4 *scurra* celebratorum semper -orum. LAMPR. Alex. 38, 1 poeticus. *al.* CAPITOL. Aur. 15, 1 popularibus. *al.* TREB. trig. tyr. 10, 3 capitali. *al.* IVST. 39, 2, 5 facetis. PS. AVR. VICT. epit. 9, 17 *Vespasianus* seriis -a . . . admiscens (CLAVD. 22, 165 seria . . . -is. *cf. et p. 290, 10. 12*). 25, 2 militari. *al.* AMBR. off. 1, 23, 102 licet . . . honesta -a ac suavia sint (MACR. Sat. 2, 6, 1 a lascivis -is ad honestos revertar). 1, 23, 103 profusos. AVG. de mend. 2, 2 exceptis . . . -is, quae numquam sunt putata mendacia. *al.* MACR. Sat. 2, 4, 19 asper. *al. et saepe. in titulis librorum*: SVET. gramm. 21, 2 *Melissus* libellos 'ineptiarum', qui nunc '-orum' inscribuntur, *composuit.* SCHOL. Cic. Bob. p. 140, 17 hoc . . . dictum . . . Tiro . . . inter '-os Ciceronis' adnumerat (*cf.* MACR. Sat. 2, 1, 12 libros, quos is de -is patroni composuit). *structurae notabiles: pendent*: de: CIC. ad Q. fr. 2, 10 (11 Sj.), 5 -um . . . illius de sua egestate ne sis aspernatus. *v. et l. 22. acc. c. inf.*: LAMPR. Alex. 37, 11 unde etiam -us extitit non secundam mensam Alexandrum habere, sed fecundam. VOPISC. quatt. tyr. 15, 2 -us extitit amphoram pendere, non hominem. PS. AVR. VICT. epit. 35, 7 aspergens hominem eleganti -o *eqs.*

b *certi usus locutionesque*: **α** *abl.* -o *pro adv.* (*aliter e. g. p. 287, 23. 24. 44. 52*): PLAVT. Amph. 916 equidem -o illa dixeram dudum tibi, ridiculi causa. 964 an id -o dixisti? equidem serio ac vero ratus. Poen. 572 hau vostrumst iracundos esse, quod dixi -o. TER. Haut. 541 -one an serio ill⟨e h⟩aec dicat nescio. Eun. 179 quam -o rem voluisti a me . . ., quin perfeceris? NEP. Epam. 3, 1 ut ne -o quidem mentiretur. SVET. Aug. 53, 2 ut quendam -o corripuerit. SPART. Carac. 5, 6 *imperator* vel -o vel serio . . . adserens, si Lucanos vicisset Lucanicum se appellandum. 10, 6 Geta 3, 3. 3, 4. 4, 5 cum . . . diceret qua[si] -o qua[si] serio *eqs.* VOPISC. Car. 14, 2 -o, non serio . . . respondisse. *al. v. et p. 289, 10.*

β *c. praepp.* (*v. e. g. et p. 287, 27. 32. 38*): -i causa (gratia): CIC. Phil. 2, 42 adhibes -i causa magistrum suffragio tuo (SPART. Sept. Sev. 22, 5 AVG. in psalm. 5, 7 p. 86. *al.*). VAL. MAX. 7, 5, 2 -i gratia interrogavit eum *eqs.* in *c. acc.* (*c. abl. v. e. g. p. 287, 35. 61. 62*): LYGD. 4, 68 non est in vanum fabula ficta -um. *v. e. g. et p. 287, 57. 65. 289, 1.* inter: SVET. Iul. 4, 2 *supplicium* saepe illis minatus inter -um fuerat. Cal. 33 inter varios -os. vita Hor. p. 46, 1 saepe eum inter alios -os purissimum penem . . . appellat. *aliter v. e. g. p. 287, 80.* per: *fere pro adv.* (*alternat c. -o ap.* PLAVT.): PLAVT. Amph. 920 si quid dictum est per -um, non aequum est id te serio praevortier. 963 scis haec . . . me dixisse per -um. frg. 7 Poen. 541. 542. 573. 1169 quod ego dixi per -um, id eventurum esse et severum et serium. 1320 si quid per -um dixi, nolito in serium convertere. Pseud. 1224 promisi. GRACCH. or. frg. Gell. 10, 3, 5 bubulcus . . . per -um . . . rogavit, num mortuum ferrent. CIC. fam. 4, 4, 1. ad Q. fr. 1, 2, 6 litterae abs te per -um missae. PRIAP. 44, 2 nolite omnia . . . putare per lusum mihi per -umque dici (*cf.* PLIN. epist. 5, 13, 10 per ludum ac -um dictitant. *al.*). LIV. 24, 6, 4 VAL. MAX. 1, 8, 3. 9, 9, 3 QVINT. inst. 6, 3, 79 SVET. Iul. 20, 2 Aug. 86, 2 Nero 6, 2. *al.* PAVL. dig. 44, 7, 3, 2. *al. v. et p. 289, 13.* *vi praep. magis vigente*: CIC. leg. agr. 2, 96 *Campani suam* copiam cum hac per risum ac -um contendent. nat. deor. 2, 7 *Clodius* etiam per -um deos inridens. CATVLL. 50, 6 scribens versiculos uterque . . . ludebat . . . reddens mutua per -um atque vinum (ANTH. 412, 15 [totum *trad.*, -um *Scaliger*]). *al.*

γ *significatur transitio a verbis ridiculis ad seria*: CIC. fam. 7, 2, 2 sed de -o satis est. 7, 11, 3 de re severissima . . . iocor; remoto -o tibi hoc . . . praecipio, ut *eqs.* (SEN. contr. 2, 3, 19 APVL. met. 1, 21, 4. *cf.* PALLAD. hist. mon. I 22 p. 303B remove, inquit, -os; nam episcopus es futurus [*gr. p. 104, 16 B. τὰ παίγνια*]). 7, 16, 2 sed mercules, extra -um: homo bellus est (7, 32, 3. 9, 24, 3). PLIN. epist. 1, 21, 2 omissis -is credo decentes esse servos. VERVS Fronto p. 111, 6 v.d.H. (= p. 116 N.) sed quod sine -o dicatur, iube *eqs. al.*

c *certa -orum genera*: **α** *de carminibus levioribus, comoediis, mimis sim.*: CVLEX 6 quisquis erit culpare -os Musamque paratus. HOR. carm. 2, 1, 37 ne relictis, Musa procax, -is Ceae retractes munera neniae. ars 222 Satyros nudavit et . . . incolumi gravitate -um temptavit. OV. ars 2, 600. trist. 2, 238 *Augustum* numquam nostros evoluisse -os. 2, 494 non tristia carmina feci, sed tristis nostros poena secuta -os. *al.* VAL. MAX. 8, 1 absol. 8 Valentini . . . carmen, quo . . . virginem a se corruptam poetico -o significaverat. PHAEDR. 3 prol. 37 (*syn.* fabellas). 4, 7, 2. SEN. Med. 114 fundat convicia Fescenninus, solvat turba -os. PERS. 6, 5 iuvenes agitare -os (*i. carmen de amore iuvenum componere*). MART. 1, 35, 13 parcas lusibus et -is rogamus nec castrare velis meos libellos ([*syn.* carminibus . . . iocosis]. 4, 49, 2 *epigrammata* lusus . . . -osque vocat. *al.*). 4, 8, 11. 4, 10, 8. 5, 15, 1 quintus nostrorum liber . . . -orum. 6, 85, 10. 7, 8, 9 audire -os levioraque carmina. 7, 12, 2. 7, 28, 8. 7, 80, 4. 10, 18 (17), 3. *al.* AVSON. 335 p. 198, 38 P. qui hunc -um nostrum . . . condemnet. 360 p. 219, 25 in nostro -o (*i. centone nuptiali*). *al.* SIDON. epist. 9, 16, 3 vs. 33 praeter heroos -a multa . . . texui. carm. 9, 212 -os Menandri. 23, 302 mimos . . . -os . . . coram te trepidanter explicare. *saepe.*

β *de -is, qui in triumpho decantari solent* (*sim. post victoriam l. 70*): LIV. 3, 29, 5 cum carmine triumphali et sollemnibus -is . . . currum secuti sunt. 5, 49, 7 inter . . . -os militares, quos inconditos iaciunt (7, 17, 5. 7, 38, 3. 28, 9, 18 VELL. 2, 67, 4 PLIN. nat. 19, 144). 24, 16, 14 milites . . . per lasciviam ac -um ita ludibundi Beneventum rediere. MART. 1, 4, 3 consuevere -os . . . ferre triumphi, materiam dictis (*syn.*) nec pudet esse ducem. PANEG. 12, 18, 3 -i triumphales. CLAVD. 28, 60 alternos cum plebe -os dilectaque passus iurgia *princeps. al.*

γ *fere i. q. nugae, res nullius momenti*: TER. Eun. 300 *hic* si occeperit, ludum -umque dicet fuisse illum (LVCIL. 111 haec ludus ibi susque omnia deque fuerunt, . . . omnia ludus -usque; illud opus durum. LIV. 28, 42, 2 tibi . . . cum . . . Africam conspexeris, ludus et -us fuisse Hispaniae tuae videbuntur. *cf.* VAL. MAX. 5, 1 ext. 3 lusus ac -us. *v. et p. 289, 3*). CIC. Flacc. 12 *Graecis* ius iurandum -us est, testimonium ludus. OV. trist. 1, 9, 62 (*de carmine*) istos, ut non laudandos, sic tamen esse -os. SEN. dial. 2, 12, 3 horum contumelias sapiens ut -os accipit. AVSON. 339, 16 p. 157 P. -us et nihili res. CONC.S I 2 p. 87, 38 refutatis . . . illorum -is (*i. accusationibus falsis. gr. I 1, 3 p. 8, 33 παίγνια, syn.*

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I 3 p. 172, 23 lusum). *al.* *in locutione q. e.* in -um vertere (convertere, mutare), *fere i. q. elevare, infirmare*: Sen. dial. 5, 11, 2 pleraque in lusum -umque vertantur (Plin. nat. 21, 178 Svet. Aug. 67, 1. Vit. 10, 2 rapinas . . . in -um vertens. *al.*). Avg. serm. 9, 9, 12 p. 84[fin.] convertuntur vulnera in -a (Pomer. 2, 5, 2 p. 450[A] seria verba corripientium in -os exitiabiles impudenti urbanitate. *al.*). Romvl. fab. 31, 7 rec. gall. (*pars codd.*) timor est in -um mutatus (*syn.* in nihilum).

2 *sensu laxiore, fere i. q. lusus, sc. qui cum fit dicendo, tum maxime agendo*: **a** *generatim*: Plavt. Bacch. 75 simulato me amare. : : utrum ego istuc -on adsimulem an serio? Capt. 770 offers . . . laudem lucrum ludum -um festivitatem ferias *eqs.* Stich. 658 quot ego voluptates fero, quot risiones, quot -os, quot savia *eqs.* Cic. Verr. II 1, 155 homines . . . adrogantes . . . Opimium per ludum et -um fortunis omnibus evertisse (Sen. epist. 95, 33 homo . . . iam per lusum ac -um occiditur. Svet. Nero 16, 2 fallere ac furari per -um ius erat. Vlp. dig. 47, 10, 3, 4 si quis per -um percutiat . . ., iniuriarum non tenetur. *al.*). Catvll. 12, 2 in -o atque vino tollis lintea neglegentiorum (*cf. p. 288, 37*). Hor. carm. 1, 33, 12 *Veneri* placet impares . . . animos sub iuga aenea saevo mittere cum -o (*aliter infra l. 69*). 2, 19, 25 *Bacchus* choreis aptior et -is ludoque dictus. Ov. ars 3, 367 mille facesse -os, turpe est nescire puellam ludere. 3, 381 hos . . . -os tribuit natura puellis (*i. aleam*). *al.* Sen. contr. 1 praef. 14 in omnes lusus, in omnes -os se resolvebat. 9, 2, 10 convivales. 9, 5, 7 inter pueriles -os petulantius lascivientem (*sim. de puerorum lusu*: Sen. dial. 4, 10, 1 ineptos aequalium -os. Capitol. Alb. 5, 8 *aves* quasi ad -um circa cunas pueri constitutae. CE 1439, 5 cum parva -um praeter nil quaereret aetas). Sen. benef. 5, 12, 2 quaedam in oblectamentum ac -um sic inligantur, ut eorum solutio imperito difficilis sit. dial. 9, 17, 4. *al.* Plin. nat. 35, 72 *Parrhasius* pinxit et . . . libidines eo genere petulantis -i se reficiens (*cf.* Ven. Fort. carm. 1, 13, 16 quos pictura solet, ligna *sculpta* dedere -os). Stat. silv. 4 praef.[fin.] exercere . . . -o non licet? . . . sed et sphaeromachias spectamus *eqs.* 4, 9, 1 Plin. epist. 8, 8, 4 Amm. 30, 8, 5. Clavd. 19, 6 Fortuna . . . insano iam satiata -o. Cod. Theod. 16, 8, 18 (= Iust. 1, 9, 11) ne *Iudaei crucem exurentes* -is suis fidei nostrae signum inmisceant. Sidon. carm. 2, 42 ludunt iaculis, hos suggerit illis *Thracia patria* . . . -os. *saepius.*

b *speciatim*: **α** *de lusu amoris*: Hor. epist. 1, 6, 65sq. si, Mimnermus uti censet, sine amore -isque nil est iucundum, vivas in amore -isque (*Mimn. frg. 1, 1* ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης). 2, 2, 56 *anni* eripuere -os, Venerem, convivia, ludum. Ov. ars 1, 354 *ancilla* tacitis conscia fida -is. 2, 724 dulces gemitus aptaque verba -o (Epist. Sapph. 48). 3, 580 laetis. 3, 640 furtivos. 3, 787 mille -i (*R*, modi *vulg.*) Veneris (*sc.* σχήματα). 3, 796 fast. 4, 868. Plin. nat. 8, 144 *uxore a cane* lacerata propter lasciviorem cum marito -um. Anth. 22, 2 Cupidineos discite ferre -os. Ivst. 7, 3, 4. *al.* **β** *in diebus festis, Saturnalibus (v. et infra l. 74), ludis publicis, circensibus sim.*: Ov. fast. 1, 396 quicumque *deus* -is (*i. festis Bacchi*) non alienus erat. 4, 946 scaena -i morem liberioris habet (*sim. ludis Floralibus*: 5, 332. Val. Max. 2, 10, 8 populus . . . priscum morem -orum in scaenam revocarunt. Sen. epist. 97, 8 Florales -os nudandarum meretricum. Colvm. 10, 280). Stat. silv. 1, 6, 93 quis spectacula, quis -os licentes . . . canat? Mart. 1, 14, 1 delicias . . . lususque -osque leonum vidimus. 10, 87, 7 gelidi -os Decembris. Clavd. 20, 357 ad solitos . . . -os et iurgia circi tendere. Avg. serm. 196, 4, 4 p. 1021 non fiant . . . per lusum iniquitas, per -um improbitas. serm. coll. Morin p. 231, 8 *natali Iohannis baptistae* cessent reliquiae sacrilegiorum (*i. dies Fortis Fortunae*), cessent studia atque -a vanitatum. Rvt. Nam. 1, 374 sacris . . . -is (*sc. Osiridis*).

B *specialiter notanda*: **1** *de eis, qui -is obnoxii deridentur (fere hominibus; rebus l. 63), i. q. -orum materia*: **a** -um esse: Catvll. 42, 3 -um me putat esse moecha turpis. Hor. sat. 2, 5, 37 ne quid tu perdas neu sis -us. Prop. 2, 24, 16 me fallaci dominae iam pudet esse -um (*sic c. dat.*: Phaedr. 1, 21, 2 ignavis. Petron. 57, 5 nemini).
b *aliquid* -um facere: Petron. 17, 9 ne nocturnas religiones -um risumque faciatis.

2 *per προσωποποιΐαν (fere -us quasi deus introducitur; aliter l. 72)*: Plavt. Bacch. 116 *istic habitant* Amor Voluptas Venus Venustas Gaudium -us Ludus Sermo Suavisaviatio (*sic comes Veneris*: Hor. carm. 1, 2, 34 quam -us circumvolat et Cupido. Porph. Hor. carm. 1, 33, 10 non dicit 'inpares formas cum -o sub iuga mittit' [*v. l. 18*], sed ordo est 'sic visum Veneri cum saevo -o', id est Veneri et Amori sic placuit, quem Amorem 'saevum -um' . . . dicit. Mart. Cap. 6, 707). Merc. 846 sex sodales repperi: vitam amicitiam civitatem laetitiam ludum -um. Epitaph. Plaut. Gell. 1, 24, 3 Risus Ludus -usque . . : conlacrimarunt. Stat. silv. 1, 6, 6 Saturnus mihi . . . et ridens -us et Sales protervi adsint. Prvd. psych. 433 -us et Petulantia primi *fugiunt.*

3 *extrema opposita (fere per figuram bimembrem) unum significant et totum*: **a** *adverbialiter*: -o — serio *sim., i. quocumque modo*: Plavt. Amph. 906 cum *impudica* . . . tu sermonem nec -o nec serio tibi habeas. Liv. 7, 41, 3 ne quis eam rem -o seriove cuiquam exprobraret. Sen. contr. 3 praef. 17 nec hoc ut faceret vel -o vel serio effici potuit (Svet. Aug. 53, 1 Fronto p. 216, 13 v.d.H. [= p. 227 N.]. *al.*). Svet. Nero 25, 3 ut . . . neque quicquam serio -ove egerit, nisi *eqs.* Fronto p. 20, 7 v.d.H. (= p. 24 N.) me . . . omnimodo ames qua -o qua serio. **b** *usu vario (praecipue spectantur amici omnia inter se communia habentes)*: -a — seria *sim.*: Cic. fin. 2, 85 quicum -a seria, ut dicitur? . . . cum mediocri amico. Sall. Iug. 96, 2 *Sulla* -a atque seria cum humillumis agere. Ov. Pont. 2, 4, 10 seria multa mihi tecum conlata recordor nec data iucundis tempora pauca -is. 4, 3, 14 ego qui primus tua seria nosse solebam et tibi iucundis primus adesse -is. Liv. 1, 4, 9 cum his . . . seria ac -os celebrare (Qvint. decl. 307 p. 208, 4). Sen. epist. 18, 15 *ira nascitur* non minus inter seria quam inter lusus et -os. Qvint. inst. 6, 3, 110 de Pollione Asinio seriis -isque pariter accommodato dictum est esse eum 'omnium horarum' (*cf. eodem sensu, ut vid.* Avson. 166, 11 p. 34 P. *fratres* -a seria mixti). Tac. ann. 2, 13, 1 *milites laudant ducis* per seria per -os eundem animum. Plin. epist. 2, 13, 5 cum hoc seria, cum hoc -os miscui (Sidon. epist. 4, 4, 1). Fronto p. 165, 5 v.d.H. (= p. 174 N.) -um seriumque participavimus. Paneg. 11, 12, 3 -a seriaque communicata. Ivst. 9, 8, 8 *Philippus* in seria et -os artifex. Avson. 205, 5 p. 63 P. tam seriorum quam -orum particeps. 401, 22 p. 233. Prvd. cath. 3, 18 seria ludicra verba -os, denique quod sumus aut agimus trina superne regat pietas. tristia — -i: Qvint. decl. 321 p. 260, 7 consuetudo actae pariter infantiae . . ., lusus trist[it]ia -i.

deriv.: iocalis, iocista, ioco(r), iocosus, ioculus.

[2. iocus *scrib. pro* iocur: *v. Neue-Wagener³ I 837.*]

iocusculum *v. s.* iecusculum.

ιod *et* **ioth** *subst. indecl. n. decima littera alphabeti Hebraici* (י): Hil. in psalm. 118 p. 439, 11 iod (ioth *VR*). Ambr. in psalm. 118 serm. 10, 1 p. 202, 25 littera apud Hebraeos decima ioth, quae Latina significatione confessio dicitur vel certe desolatio. Hier. epist. 18[A] 7, 6 iod. 25, 3 *nomen dei quattuor* litteris scribitur: iod he vau he (64, 17 ioth [tract. in psalm. p. 1, 13]). 30, 5 iod *interpretatur* principium (nom. hebr. p. 48, 23 ioth [iod *FH*] principium vel scientia aut dominator. *al.*). in Ier. 1, 48 p. 39, 13 ioth (iat *P*). 2, 9, 2 p. 80, 17 iod (ioth *P*). psalt. sec. Hebr. 119, 73 ioth (iod *R*). *al.* Psalt. Rom. 118, 73 ioth (iod *M*, ioh $H^{ante\ corr.}$). Vvlg. psalm. 118, 73 ioth (*D*, iod R^2). prov. 31, 19 ioth.

iōdēs, -es *adi.*, ἰώδης. *i. q. aeruginosus*: Oribas. syn. 2, 56, 68 Aa p. 128, 13 Mø. cadmia . . . deintus . . . -s est (iudes *La, gr. p. 48, 14*). 3, 13 p. 852, 25 statuae aereae sordidum (sordidae *trad.*) et ⟨i⟩odes rasurae (*gr. p. 65, 21*).

[Char. gramm. p. 234, 13 B. *adverbia* vocative: heus, quid est, **ioe** (*N, an leg.* io?), heia.]

[ioertastictos Gloss. *corruptum, ut vid., ex* heortasticos (*cf. vol. VI 3, 2609, 7 et Gloss.*[L] *Corp. I 40* ieortasticai).]

iogālis *v. s.* iugalis.

[iogima (*corrupt. ex* hemionion?) *v. vol. II 1786, 52; cf. André, Lex. des termes de botanique, s. v.*]

ioglāns *v. s.* iuglans. **iogum** *v. p. 286, 71.*

[iōhia Plavt. Merc. 730 (*Pal., deest A*). *vox nihili, quam irridendi causa nugatori dictam putat Ussing; potius corruptam necdum sanatam aestimes.*]

ioilos *v. s.* helus *vol. VI 3, 2598, 47.* **iolium** *v. s.* lolium.

[iomenus *corruptum ex* ἐσθιόμενος. Oribas. syn. 7, 33, 1 Aa p. 175[fin.] si nimia acredo fuerit, quae se comedat et dicitur 'herpeta ⟨esth⟩iomenus' (*gr. p. 234, 16* τὸν ἐσθιόμενον ἕρπητα). *inde* Gloss. III 601, 44 **iomias** derbitas (*cf. Niedermann, Essais p. 90*).]

ion, iŭ *n.* (*m. l. 64, f. l. 69*), ἴον. *de mensura*: ĭa *l. 67. formae exstant: nom. sg.* ion, *gen. sg.* iu, *nom. pl.* ia. [*varia lect. v. l. 59; e coni. v. l. 58.*] **1** *i. q. violae genus*: Plin. nat. 21, 27 *violae purpureae* solae . . . Graeco nomine a ceteris discernuntur appellatae ĭa (*Barbarus*, ita *trad.*) et ab his ianthina vestis. 21, 64 ea *viola*, quae ion (*R*, lilia *cett.*) appellatur et purpurea. Ps. Theod. Prisc. simpl. med. 76 herba iu virtutem habet frigidam (*v. et l. 66*). Diosc. 3, 46 p. 397, 14 baccaris . . . inter iu et flommu (*sc. magnitudinem*) nascitur (*gr. 3, 44, 1* ἴον). 3, 49 p. 399, 21 flores . . . non tales, quales iu (*gr. 3, 47* ἴον). 4, 117 p. 57, 14. Oribas. syn. 2, 7 La p. 97, 11 Mø. iu folia, id est viola (*gr. p. 31, 7* ἴου). 2, 56 Aa p. 123, 24 iu melinus optimus est (*gr. p. 45, 31* ἴου τὸ μήλινον). eup. 2, 1 ɔ 2 Aa p. 479[fin.] iu, id est viola (*cf.* La iu herba, quam Romei violam appellant. *gr. p. 362, 2* ἴου τὰ . . . φύλλα). CE 467, 5 ia tibi Cybeles sint et rosa grata Diones (*v. supra l. 54*). 1313, 2 *infans*, cui precor ut cineres sint ia sintq(ue) rosae. **2** *gemmae nomen*: Plin. nat. 37, 170 ion apud Indos violacea est.

[iona *μεσόδοκον* Gloss. (zona *Buecheler*).]

ιonthos, *nom. pl.* -ī *m.*, ἴονθος. *scrib.* ihantus Gloss. III 602, 13. *v. et l. 75. 78. 79. 81.* *acc. pl.* -ūs *vel* -ōs. *i. q. papulae genus in facie existens*: Theod. Prisc. eup. faen. 55 [tit.] de minutis papulis in facie vel ubique nascentibus, quas -us (yonticus $b^{ante\ corr.}$) dicimus. 55 -os appellatur qui in facie . . . veluti brevissimus tumor innascitur. Cael. Avr. acut. 2, 10, 72 quos Graeci -os vocant. chron. 2, 5, 89 *ulcera* quae -us appellant. Cass. Fel. 7[tit.] (chiantus *p*, hiantus *c*). 7 p. 14, 7 -i (hionti *p*) saepius in vultu nascuntur. Oribas. syn. 8, 36 p. 248[fin.] ad -os (*gr. p. 261, 12* περὶ ἰόνθων). *bis ibid.* eup. 4, 52 Aa p. 570 -os in facie natos (ad iantho *Ab*): -os (-us *Ab*) dicimus papulas duras *eqs. ibid.* inunguis . . . -os . . .; ad diuturnos vero -us et cicatricatos *eqs.* (*gr. p. 456, 23 sqq.*). *al.*

[ioquimella *corruptum ex* co- (*i.* coccymelum) Gloss. *v. s.* prunella.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

***īos,** īū *m.*, *ἰός.* Gloss. III 539, 3 [h]iu idest erugine. 4 [h]iu-calcum idest erugine eraminis (547, 2 ius calcu, lepetis calcu, spuma ferri [583, 53]. *al.*). 539, 40 [h]iussitu (*i. ἰὸς ξυστός*) idest erugine rasa (565, 6 [h]iusistus i. erugo ferri. *cf. l. 11. 15*). 565, 1 heris (*i. aeris*) flos i. [h]iu⟨s⟩ sive flos ⟨ae⟩rami⟨nis⟩ (613, 26 iu idest iari⟨o⟩n sive flos eramen⟨is⟩). 565, 7 [h]iusciprus (*i. ἰὸς κύπρου*) erugo cipri (*al.*). 565, 20 [h]eofidero (*i. ἰὸς σιδήρου*) erugine ferri (*al.*).

i. q. aerugo: Marcell. med. 7, 18 iu, id est aeruginis, partem i (ion *trad.*). 14, 58 iu dragmas ii (ioni *trad.*). Plin. Val. 1, 21$^{fin.}$ yo unciam i. 1, 24. 1, 31$^{fin.}$ 1, 36. 1, 37. 1, 38. 2, 56$^{fin.}$ yu syderon unc. tres (3, 40). 3, 45 yu scyston. *al.* Oribas. syn. 2, 46 Aa p. 114, 23 Mø. *adhibenda sunt* ius *et alia* (*gr. p. 41, 6 ἰός, cf.* La ferrugu ius). 2, 60 Aa p. 133, 27 sqq. ius . . . viridem colorem facit . . ., ius cum aceto teritur . . .; in . . . nigros emplastros . . . ius mittitur; . . . coquimus iu (*gr. p. 52, 15 ἰός, 20 τὸν ἰόν*). 3, 6, 1 p. 850, 31. 3, 95 p. 870, 23 iu xystu, libanu . . . equalia pondera (*gr. p. 94, 3 ἰοῦ*. 3, 102 p. 871, 4. 3, 108 p. 872, 27. *al.*). 3 add. Aa p. 897$^{p. med.}$ eu (*sic*). 7, 3 Aa p. 134$^{fin.}$ et ius (iii *La*) cum defrigu (*gr. p. 213, 29 ἰός*). 7, 30 Aa p. 171$^{med.}$ ius < ii (*gr. p. 232, 17 ἰοῦ. ibid.* La iu). 7, 48 add. Aa p. 192$^{a. fin.}$ (*syn. Cels. 5, 28, 16^{B}* aeruginis). eup. 2, 1 J 3 ios calcu, quam squama aeris appellamus (*gr. p. 362, 4 ἰός*). *al.* Alex. Trall. 1, 97 *in medicamine*: lepidos calcus *drachmas* iii, hyu[m] *drachmas* iiii, calcu cecaumenon *drachmas* v *eqs.* (*gr. II p. 37 P. ἰοῦ*).

iōsānus, -a, -um. *ab* iosum (*forma vulg. vocis* deorsum), *cf.* medianus. *scrib. etiam* iossa-, iusa-. [*francog. mer.* jusan, *hisp. vet.* yusano; *francog.* jusant (*i. mare recedens*), *cf.* Juzaine, Juzancourt *sim.* (*nom. loc.*). *R.*]

i. q. deorsum positus, inferior: Vindic. epit. alt. 23 p. 477, 2 sucum ciborum *a stomacho* ad ventrem -um mittit (l. 7 [iusanum *UG*]). Diosc. 3, 156 p. 440, 26 ad labrum iossanu sicut lingua est (*gr. 3, 144 p. 154, 4 πρὸς τῷ κάτω χείλει.* insanum *l. v.*). 4, 20 p. 18, 2 superior radix . . . ventrem stimulat, iossanu (*i.* -a) vero . . . infantes enterocelicos medetur ([*gr. 4, 20, 2 p. 185, 13 κατωτέραν*]. 4, 170 p. 85, 18). 4, 87 p. 48, 10 -a (iusana *l. v.*) folia ([*gr. 4, 88, 1 p. 248, 1 τὰ . . . κατωτέρω τῶν φύλλων. opp.* superiora]. 4, 133 p. 61, 23 [*gr. 4, 138 p. 283, 17 τὰ κάτωθεν*]). Oribas. syn. 1, 10 Aa p. 47, 26 Mø. ex bracio vena iossana, que cubito proxima est, auferendus est sanguis ([*gr. p. 11, 4 τὴν ἔνδον*]. p. 48, 9 tres sunt venae . . .: capitalis quae est superior et media . . . et tertia inferior cubito proxima quae dicitur iossana. p. 48, 10. 19. 9, 18 Aa p. 309$^{in.}$ 9, 26 La p. 330$^{med.}$).

iosc- *v. s.* hyosc-.

Ps. Apvl. herb. 8 l. 13 *Graeci herbam dicunt* **ioselīnon** (*i. ὑοσέλινον*) . . ., Romani apium rusticum, alii herba scelerata.

iosipse *v. s.* ipsipse *p. 360, 73.*

iosqui- *v. s.* hyoscy-. **iossānus** *v. l. 25.*

iōsu, iossu, iōsum, iossum *v. s.* deorsum. *adde: compos.*: deios(s)u(m), *cf. Mras, WSt. 61/62, 1943—47, 113 sq. deriv.*: ios(s)anus.

***iōta** *indecl. n. et* **iōta,** -ae (*acc.* -am) *f.* (*et n.? v. l. 56*), *ἰῶτα. ap. poetas, ubi numerus discerni potest, bisyllabum* (*incertum l. 65*); i *consonans vocem* sum *antecedentem longam facit*: Avson. 348, 7 p. 166 P. *de genere (v. et l. 56): nom. sg. f.*: Itala Matth. 5, 18 (Hil. in psalm. 118 zade 5 p. 518, 12) -a una (*cf. n. l. 65 sqq.*). *acc. pl. indecl. f.: v. l. 77 sq. formae declinatae: gen.* -ae: Iren. 1, 14, 7 Avson. 348, 7 p. 166 P. Hier. epist. Pachom. 1 p. 77, 11 B. Pallad. hist. mon. I 19 p. 296^{D}. *acc.* -am: Fvlg. Virg. cont. p. 86, 20. Conc.^{S} II 5 p. 27, 12 neque unum (*nota genus n.*) -am aut unum apicem possumus . . . violare.

littera alphabeti Graeci nona (*v. et s. v.* i): **1** *in universum*: Cic. de orat. 3, 46 Cotta . . ., cuius tu illa lata . . . imitaris, ut -a litteram tollas et e plenissimum dicas, non mihi oratores antiquos, sed messores videtur imitari (Mar. Victorin. gramm. VI 17, 13 [*syn.* i]. Iren. 5, 30, 1. *v. et l. 80. 83*). Coripp. Iust. 1, 353 sanctum sic -a resurgens exortum est (*sc. prima littera nominis Iustiniani in Iustino rediit*). *al.* **2** *peculiaria*: **a** *littera minima*: Mart. 2, 93, 4 *secundum librum* fieri si mavis . . . primum, unum de titulo tollere -a potes (*sc. hastam notae 'II', quae facillime deleri potest*). Vvlg. Matth. 5, 18 -a unum aut unus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant (Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 105, 2. Orig. in exod. 1, 4 p. 149, 13 -a quidem unum aut unum apicem non puto esse . . . vacuum. Conc.^{S} II 5 p. 27, 12 [*v. supra l. 56*]. Act. Archel. 60, 3 absit ut a veritate declinemus -a unum aut unum apicem. *al.*). **b** *spectatur figura litterae*: Ter. Mavr. 337 'a' latine saepe ut . . . *λάβδα* scribitur, 'i' similiter *ἰῶτα* credi . . . potest (*cf.* Avson. 348, 7 p. 166 P. '*i*' -ae similis). Avson. 348, 23 p. 166 P. ansis cincta duabus erit cum -a. Fvlg. Virg. cont. p. 86, 20 erectis in -am duobus digitis tertium pollice[m] comprimens. Orient. carm. app. 3, 77 -a quod erectum est (*i. hasta media in monogrammate Christi*). Apon. 9 p. 177$^{in.}$ *denarius numerus* per duo -a in Latino se invicem complectentes signatur (*i. x*). *simplicitatem significat*: Pallad. hist. mon. I 19 p. 296^{D} simplicioribus . . . monachis . . . -ae litterae nomen, durioribus autem . . . Xi litterae nomen impones (*gr. p. 91, 2 B. τὸ ἰῶτα*). **c** *nota numeri denarii ap. Graecos* (*in allegoria de prima littera nominis Iesu*): Iren. 1, 3, 2 praecedentes nominis eius duas litteras -a et eta octodecim aeonas . . . manifestare *eqs. ibid.* (Cassiod. in psalm. 118 concl. p. 901^{A} Isid. alleg. 212). 1, 15, 2. Didasc. apost. 25, 12 in id -a (initio ita *trad.*) credidisti. Op. imperf. in Matth. 1 p. 618$^{p. med.}$ prima littera nominis Iesu -a habet decem denotans. 1 p. 630$^{in.}$ 49 p. 910$^{fin.}$ Isid. in iud. 9, 7. *al.* **d** *de sono*: *α planetarum sphaerae cum singulis vocalibus coniunctae*: Iren. 1, 14, 7 primum . . . caelum sonat a . . ., quartum vero . . . -ae virtutem enarrat (*τὴν τοῦ ι δύναμιν*). *β nota soni*: Mart. Cap. 9, 943 in Lydio modo, ubi rectum -a ⟨nota⟩ est (9, 962). 9, 960 si a -a directo in [sigma] ⟨zeta et pi⟩ iacens signa concurrant. Boetii. mus. 4, 3 p. 310, 14 -a et lambda iacens (*ibid.* p. 312, 4 -a habens acutam et lambda iacens habens acutam).

***iōtacismus,** -ī *m.*, *ἰωτακισμός. litteris gr.* (*v. Niedermann, RevPhil. sér. 3, 22, 1948, 8*): Qvint. inst. 1, 5, 32 illa per sonos accidunt, quae demonstrari scripto non possunt, vitia oris et linguae: *ἰωτακισμοὺς* (miotacismus *Ab, cf. seq.*) ⟨et *μυτακισμοὺς*⟩ et *λαβδακισμοὺς* . . . feliciores fingendis nominibus Graeci vocant. [*corruptum*: Sacerd. gramm. VI 454, 25 rottacismi.]

de variis elocutionis vitiis (*cf. Cousin, Et. sur Quint. II 91*): Don. gramm. IV 393, 1 sunt . . . malae compositiones, id est cacosyntheta, quas nonnulli barbarismos putant, in quibus sunt myotacismi labdacismi -i hiatus conlisiones et omnia, quae plus aequo minusve sonantia ab eruditis auribus respuuntur (Diom. gramm. I 453, 4). Diom. gramm. I 453, 6 *v. vol. VII 1, 1, 16.* Serv. gramm. IV 445, 8 -i sunt, quotiens post ti vel di syllabam sequitur vocalis, et plerumque supradictae syllabae in sibilum transeunt, tunc scilicet, quando medium locum tenent, ut meridies *eqs.* (Pomp. gramm. V 286, 7 fit hoc vitium . . ., si non sibilus sit. *cf. vol. VII 1, 1, 18*). Mart. Cap. 5, 514 *compositionis* vitium maximum est . . . -os, labdacismos et myotacismos non vitare; . . . -us *est*, ut si dicas: Iunio Iuno Iovis iure irascitur. Consent. gramm. p. 14, 20 N. -os ad barbarismi speciem pertinere *non probo.* p. 15, 13 -um dicunt vitium, quod per i litteram vel pinguius vel exilius prolatam fit *eqs. v. vol. VII 1, 1, 21 sqq.* Isid. orig. 1, 32, 7 -us est, quotiens in iota littera duplicatur sonus, ut Troia Maia, ubi earum litterarum adeo exilis erit pronuntiatio, ut unum iota, non duo sonare videantur.

ioth *v. s.* iod.

iotta, (-ae) *f. hibern.* īth, *cambr. vet.* iot; *v. Walde-Hofmann s. v.* iutta. [*It.sept.* zuta, *It. mer.* jotta, *cors.* ghiotta, *francog.* joute, *hisp.* jota. *R.*]

fere i. q. ius, sorbitio: Rvf. podagr. 14 si *venter* . . . solutus non est . . ., *aegrotus* -as . . . gallinae sorbat. *v. et Du Cange s. v.* iutta; *Hedfors, Compositiones, Diss. Uppsala 1932, 100 (ad D 8).*

[iovanti Gloss.^{L} I Ansil. io 57 (hianti *recte Lindsay, cf. Gloss.^{L} III Abstr. HI 3*).]

ioub-, ioud- *v. s.* iub-, iud-. **ioven-** *v. s.* iuven-.

iovesat *v. s.* iuro. **iovestōd, iovistae** *v. s.* iustus.

iour- *v. s.* iuro. **ious** *v. s.* ius.

iouxmenta *v. s.* iumentum. **īphyon** *v. s.* tiphyon.

ipiclo *v. vol. V 2, 674, 58; aliter André, ALMA 26, 1956, 210.*

ipino⟨n⟩, idest . . . flores, qui super glandes nascitur Gloss. III 539, 58. *pro gr. ὕπνον* (*i. lichenis species*) *positum censet André, ALMA 26, 1956, 189.*

ipnalis *v. s.* hypnale.

ipneumatūsis Oribas. syn. 6, 6 Aa p. 102$^{p. med.}$ *adde ad* empneumatosis *vol. V 2, 533, 28.*

ipno- *v. s.* hypno-. **ipo-** *v. s.* hypo-.

ippīris *v. s.* hippuris. **ipsatirus** *v. s.* psathyros. *Hi.*

***ipse** (-us), -a, -um (-ud) *pron. formas antiquiores ex acc.* *somsom, *sompsom (*masc.*), *sāmsām, *sāmpsām (*fem.*), *sc. derivatis a pron. demonstr.* *so *iterato* (*cf.* sēsē), *originēm ducere censet Sommer, Handb.*$^{2-3}$ *p. 431 n. 1 (cf. Erläuterungen 107); inde nom.* *sopsos *vel* *sopso> *sopse (*masc.*), sapsa (*fem.*). *in formis recentioribus et usitatis* is *pro* ***so** *priorem syllabam vocabuli occupat* (*is -pse >ipse, *v. p. 294, 8*). *cf. tamen Walde-Hofmann I 716.*

PRAEFATIO

I *de mensura:* **A** *corripitur prior syllaba* ip- *correptione q. d. iambica admodum raro; in senariis iamb. et sept. troch. brevem exhibent*: **1** *ictu praecedente: in formis*: ipse: Plavt. Poen. 845 Trin. 901. 928 Ter. Andr. 174 Haut. 894. 1023. ipsus: Plavt. Amph. 415 Bacch. 478 Capt. 279. ipsa (*nom.*): Plavt. Cas. 492. Cist. 315 (*suppl. Studemund*). Ter. Phorm. 960. ipsa (*abl.*): Ter. Ad. 888. *?* ipsi: Plavt. Pseud. 641 (*Seyffert, at cf. app. cr.*). ipso: Plavt. Trin. 902. *falso trad.* ipsam: Plavt. Trin. 800 (eampse *Ritschl*). **2** *ictu sequente: in formis*: ipsae: Ter. Ad. 656. ipsis: Plavt. Truc. 154. ipsius *v. p. 293, 21.*

B *in formis* eapse *sim.*: **1** *vel syllaba media corripitur ex lege iambica (fere praecedente ictu [v. et p. 293, 3]; sequente l. 81. 83) vel prima et media contrahuntur sub ictu*: eapse (*nom.*): Plavt. Cas. 604 Cist. 136 Curc. 161. Mil. 940 (*?, coni. Acidalius*). Rud. 478 Stich. 501 Truc. 513. eapse (*abl.; ictus syllabam breviatam sequitur*): Plavt. Epid. 254. eampse: Plavt. Aul. 815. eumpse: Plavt. Persa 603 Trin. 950. *?* eaepse (*ictu sequente*): Plavt. Pseud. 833 (*at cf. app. cr.*). **2** *syllabae distinguuntur ita, ut*: **a** c- *thesin*

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

faciat sola: PLAVT. Aul. 177 (*Bach, alii alia*). Carb. 3 (*Fleckeisen*). Cas. 602. Men. 180 (*Acidalius*). 772 (*metro bacch.*). Truc. 24. 133 (*bis*). 496 PACVV. trag. 39. **b** e- *partem faciat theseos solutae* (*pleraque exempla etiam ad p. 292, 77 sqq., si videtur, referri possunt*): PLAVT. Cist. 170 Mil. 1069 Most. 346 Poen. 272 Rud. 411. 1278 Trin. 974. Truc. 114 (*anap.; cf. app. cr.*). 890. 891. **c** e- *partem faciat arseos solutae*: PLAVT. Bacch. 312. 815 Curc. 534. 538 Mil. 141. Trin. 800 (*v. p. 292, 74*). Truc. 851 (*Seyffert*).

C -e *finalis ante cons. elidi non videtur nisi fortasse*: PLAVT. Asin. 714 ips' me⟨d⟩ (*an* ipsus me *?*). Bacch. 1160 (*vel* ipsus). Epid. 47 ips' mandavit mihi (*vel* ipsus mandavit mi). Pseud. 833 (*v. app. cr.*). TER. Hec. 560 (*rectius edd., ut syllabam, quae numerum excedit, tollant*, sensti *legunt pro* sensisti). LVCIL. 834 (*versus corruptus*).

D *de forma gen.* ipsius: **1** *testimonia gramm.*: DIOM. gramm. I 432, 2 pronomina . . . aut corripiunt aut producunt mediam syllabam genetivo casu . . . ut 'ipsius' *eqs.* SERV. Aen. 1, 41 naturaliter media producitur syllaba, sed cum opus est corripitur hac excusatione: nam quotiens vocalem longam vocalis sequitur, ei vires detrahit *eqs.* CLEDON. gramm. V 14, 33 ipsíus naturaliter sic accipit accentum, longa est enim i. **2** *mensuratur*: **a** *pro bisyllabo* (*cf. Sommer, Handb.*[2.3] *p. 444*): TER. Hec. 818 (*A, trisyll. codd. dett.*). Haut. 576. Phorm. 725 (*priore syllaba correpta ex lege iambica*). **b** *pro trisyllabo*: *α syllaba media longa*: Ⓘ *in arsi posita*: PLAVT. Capt. 287 (*troch.*). ENN. ann. 598 (*dub.*). VERG. Aen. 5, 55. 5, 410. 11, 747. SEN. Herc. f. 480 (*iamb., item* 481. 485). IVV. 8, 262. 10, 285. *al.* Ⓘⓘ *in thesi* (*vers. dact.*): LVCR. 6, 309. 6, 918 VERG. Aen. 8, 484 PROP. 4, 5, 58 OV. epist. 15, 312 met. 9, 247 SIL. 8, 376. MART. 14, 186, 2 (*cf. Heraeus in app. cr.*). IVV. 6, 530. 7, 239. 16, 58. *al.* *β syllaba media brevi* (*in vers. dact. [saepissime in initio]; iamb. l. 33*): CATVLL. 64, 43. 64, 67. 68, 146 VERG. georg. 1, 142 Aen. 1, 114. 2, 772. 5, 535. 6, 396 OV. rem. 758 fast. 1, 40 Pont. 1, 1, 36 MANIL. 1, 420 VAL. FL. 1, 29. *al.* SIL. 4, 717. 17, 105 STAT. Theb. 12, 757. *al.* ARGVM. Plaut. Merc. 2, 6 (*iamb.*). *et saepe.*

E *altera syllaba si in vocalem brevem exit, rarissime recipit ictum, e. g.*: PLAVT. Capt. 461 (*troch., seq. voce enclitica*). IVVENC. 4, 225 (*dact.*). PRVD. perist. 7, 39 (*glycon.*). *exiens in vocalem longam sub ictum cadit saepius, e. g.*: VERG. Aen. 2, 391. 5, 767.

F *formae bisyllabae in vers. hexam. potissimum occupant vel initium vel finem* (*cf. e. g. Ernout-Robin ad* LVCR. 2, 117), *necnon initium pedis secundi vel quinti.*

II *de scriptura* (*afferuntur specimina*): **A** *in vocis initio* (*per ligaturam litterarum v. l. 46. 47. 60. 63*): **1** *scriptura plena*: **ibs-**: TAB. cer. Dac. 25 (CIL III p. 959) ext. subscr. (*a. 160*) -ius. CIL XIII 636 -e. 2828, 12 -⟨os⟩. 5107 -a. 8330 (=INSCR. christ. Diehl 561) -e. INSCR. christ. Diehl 4755[c], 5 -a. PAVL. dig. 18, 6, 8, 2 -um (*F*). *cf. et l. 56.* **inps-** (-np- *in ligatura*): CIL III 2377, 5 *v. p. 296, 21.* **ipps-**: CIL VI 7652, 3 -o. **ips-** *passim*; ip *in ligatura*: CIL XIII 8249, 5 *v. p. 296, 17. v. et l. 56 sqq.* **ipss-**: *v. p. 297, 46.* **isb-**: *v. l. 65.* **ise**: CIC. Phil. 2, 48 (*V*). **ispe**: LEX Iul. munic. (CIL I[2] 593) 110 (*sic aes*). **iss-** *v. s.* issa, isse, issus. **ix-**: SVET. Aug. 88 legato . . . rudi et indocto, cuius manu ixi pro ipsi scriptum *erat* (x *in sermone vulgi sonuisse* ss, isse *autem ex* ipse *deformatum esse docet Sommer, Handb.*[2.3] *p. 247 sq.; at cf. et Buecheler, Kl. Schr. I 11 sq.; Väänänen, Le latin vulg. d. inscr. Pomp.*[2] *p. 65*). *incipit per* i *longam*: CE 1616, 11. *v. et s.* issa.

2 *notatur in tit.*: **ibsa**: CIL XIII 8572, 6 (*i.* -arum). **ip**: CIL XIII 7883, 7 (*i.* -arum. *sic* 7907, 4. 8158). 8154 (*i.* -ius). **ips**: *pro* -e: CIL X 237 INSCR. NSc. 1920 p. 152, 47. *pro* -a: CIL IV 3127 (*solvitur in indice p. 242*). *pro* -ius: CIL XIII 7966. 8164. *pro* -arum: CIL XIII 7882, 6. 7884, 5. 7886, 6. 7890, 6 (ip *in ligatura; sic et* 8149). 7925. 7978. 8176, 6. 8226, 8. 8231. 8571. 12024. 12068. *pro* -is: INSCR. christ. Rossi I 433 $\overline{\text{ips}}$ (*v. p. 343, 56*). **ipsa** (*i.* -arum): CIL XIII 7952. 8003[a] (ip *in ligatura; in fine dub.*, a *an* ar [*in lig.*] *legendum sit*). **ipsar** (*i.* -arum): CIL XIII 8031. *v. et l. 63.* **is** *v. s.* issa. **isb:** INSCR. christ. Diehl 4373[A] (*i.* -a).

B *in terminationibus: scribitur: c. apice*: ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 1, 28 hóc -ó. *c. i longa: v. p. 296, 11. 13. 17. 29. 297, 6. per ligaturam*: CIL XIII 8215 -arum (um *ligantur*). *nom. sg. m.* -ae *pro* -e: VERG. georg. 3, 21 (*M, item* 3, 92; *vice versa* 2, 440). LIV. 41, 18, 11 (*V, item* 42, 15, 2). *cf. Schuchardt, Vokalismus I 454.* -ei *v. p. 296, 23 (dat. sg.) et p. 296, 73 (nom. pl.). de cett. casibus v. s. III* (*de formis*).

III *de formis* (*respicias velim nonnulla exempla, ubi copiam plenam referri non oportet, pro speciminibus allata esse et alia casui mero, non doctrinae deberi*): **A** *de iis formis, quarum aut pars prior aut prior et altera pars flectitur*: **1** *de iis, quae in priore syllaba radicem* *so (*v. Sommer, supra p. 292, 59 sqq.*) *retinere videntur* (sepsus [*i.* sopsus *?*] *v. p. 295, 61*):

sapsa (*nom. sg. fem.; cf. p. 292, 61 et Neue-Wagener*[3] *II 389. 404*), *i. q. ea ipsa* (*v. Lachmann ad Lucr. 6, 755. cf. l. 83*): ENN. ann. 430 quo res -a loco sese ostentat. PACVV. trag. 324 Teucrum regi -a res restibiliet. FEST. p. 325 sas Verrius putat significare eas, teste Ennio *eqs.* idem (*i. Ennius*) cum ait -am pro 'ipsa nec alia' (*sequitur versus l. 80 allatus. cf.* PAVL. FEST. p. 324 -a 'ipsa', idem Ennius: *eqs.*). GLOSS.[L] V Aa s 86 p. 350 -a res: ipsa [vel] ⌊inequalis⌋ ([*sic* GLOSS. V 481, 19; inequalitas *b*], ⌊ ⌋ *corrig. ex p. 293, 83*: nec alia).

sumpse (*acc. sg. masc., cf. l. 27*): PLAVT. Truc. 160 qui alterum incusat probri, sumpse enitere (*Bergk*, sumpsit seniteri *sim. codd.*) oportet ('*ex sermone tragico*' *Leo ad l.*).

2 *de iis formis, quarum pars prior per formas pronominis* 'is' *expletur* (*cf. Neue-Wagener*[3] *II 404 sq.* *is -pse> ipse *v. p. 295, 35 sqq. [de* -sps-> -ps- *v. Sommer, Handb.*[2.3] *p. 258]*): *nom. sg. fem.* **eapse** ([*cf. Niemöller, De pron. ipse et idem ap. Plaut. et Ter., Diss. Halle 1887, 17*]. *?* eapsa *v. l. 12. 17*): **a** *exempla, quae aut certa traditione nituntur aut non dubie restituuntur*: PLAVT. Cas. 602 -e ultro (eapsaltro *A*, ea ipsa ultro *P; an restituendum* eapsa *?*). 604 (*A*). Cist. 136 (capse *VE*). Curc. 161 (*P*). Rud. 411 (*Ugoletti ex cod.*, ea spe *BCD*, ea ipsa *FZ*). 478 (*B*). Truc. 24 eam rationem -e . . . educet Venus (eam rationem ea ipsa *Prisc. gramm. III 421, 20*, ea ratione me abse *sim. P*). 496 conlaudat, -e sese (*Bothe*, conlaudate ⌊apsa⌋ [⌊ ⌋ abse *CD*] se *P*, conlaudare a se *Non. p. 67, 4; an* eapsa *? Lindsay* [sapsa *Scioppius*]). 513 (eabse *B*, ab se *D*). PAVL. FEST. p. 77 -e: ea ipsa (*an infra ad l. 50 ?*). **b** *formae coniectura recuperatae*: PLAVT. Aul. 101 -e (*Bothe*; ea ipsa *edd. c. codd.*). Bacch. 312 -e (*Ritschl*; ipsa *codd.*). Cas. 163 -e (*Bothe*; ipsa *A*, ea ipsa *P*). Men. 180 -e (*Acidalius*; ab se *codd.*). Mil. 141 -e (*Turnebus*; ea se *codd.*). 940 -e (*Acidalius*; ab si, se *codd.*). Stich. 501 quaen -e (*Ritschl*; quaeneatest *vel* quaen eaepse *A*, qua enet ipsa *P*). Truc. 851 -e (*Seyffert*; ipsa et *codd.*). 852 -e (*Bothe, al.*; ab se *sim. codd.*).

acc. sg. masc. **eumpse** (eumpsum *v. l. 29. 30. 31. 36. 37. cf. Niemöller [v. supra l. 9] p. 15 sq.* sumpse *v. l. 3*): PLAVT. Most. 346 (*Gruter*; eum ipse *B*). Persa 603 (*Ritschl*; eumse *A*, eum ipse *P*). Trin. 950 (-e *Lindemann, vel* eumpsum *Lindsay*; eum ipsum *codd.*). Truc. 114 (-e *Bothe, vel* eumpsum *Lindsay*; eum ipsum *A*, umsum *P*). 133 -e (*Bothe*) non eampse (*Camerarius* [eampse *superscr. m. rec. C*], *vel* eumpsum non eampsam *Lindsay*; eum ipsum non eam ipsam *A*, eum ipsum inonea ase [asae *B*] *P*). 890 -e (*Bothe*; eum ipse *B, al.*, eum ipsum *L. cf.* 891. *restituit Leo*). CAECIL. com. 29 ⌊-e esse⌋ odiosum alteri (⌊ ⌋ *Fleckeisen*, eum ipsum esse *Non. p. 1, 5*, eum se esse *Cic. Cato 25* [*pars codd.*]. '*fortasse* eumpsum' *Lindsay*). PACVV. trag. 39 illum -e (*Is. Vossius, fortasse* eumpsum *Lindsay*; eum ipsum *codd.*) lapidem (*cf. Vahlen, Opusc. II 487 sq.*).

acc. sg. fem. **eampse** (*cf. Niemöller [v. supra l. 9] p. 20. trad. l. 41. 42. 43.* eampsam *v. supra l. 32.* PLAVT. Men. 638 eampsus *forma corrupta*): PLAVT. Aul. 815 (-e *Z*, eam|||pse *B*, eam apse *vel* adse *cett.*). Cist. 170 (eam ipse *VE* [*F*]). Men. 772 (*BCD*). Mil. 1069 (*Rittershausen*; iubeam ipse *CD*[1]). Poen. 272 (*Camerarius*; eam ipse *BCD*). Rud. 1278 (*D*). Trin. 800 (*Ritschl*; ipsam *codd.*). Truc. 133 *v. l. 31.*

abl. sg. masc. **eopse** (*?* eopso *l. 47. cf. Niemöller [v. supra l. 9] p. 16 sq., Sommer, Handb.*[2.3] *p. 431*): PLAVT. Bacch. 815 in -e . . . lapide (*Ritschl*, in eo ipso *codd.*). Curc. 538 -e illo quo (-o *B* ['*fort. recte*' *Lindsay, cf. infra l. 52*], eapse illa qua *cett.*). TAB. triumph. Aemil. (Liv. 40, 52, 6) inspectante -e Antiocho (*Ritschl*; cos. ipso *ed. Mog.*, eos ipso *Ursinus*).

abl. sg. fem. **eapse** (*?* eapsa *v. l. 52. cf. Niemöller [v. supra l. 9] p. 21; Sommer, Handb.*[2.3] *p. 431*): PLAVT. Bacch. 312 in -e (*Ritschl*; ipsa *codd.*). Curc. 534 -e illa qua (*B*[2]; '*fort.* -a' *Lindsay collato* 538 eopso). Epid. 254 ex -e (*Kampmann*; se abse *BE*). Trin. 974 in -e. SCIP. min. or. frg. Fest. p. 286 consiliis reque -e [saepe] bene meritus (*cf. Fest. ad l.* id est 'et re ipsa'). *fortasse huc spectat* PAVL. FEST. p. 77 *v. l. 18. cf.* reapse (*et inde* apse *v. l. 67*).

nom. pl. fem. **eaepse** (*an* eaepsae *?; cf. Niemöller [v. supra l. 9] p. 22*): PLAVT. Pseud. 833 -e se (*A* ['*pro* eaepsae se *?*' *Lindsay*], eae ipsae sese *P; v. p. 335, 79*).

3 *acc. sg. fem. pron. refl.* **sepse** (*i. se ipsam; nata est forma ad analogiam formae velut* eampse, *cf. Sommer, Handb.*[2.3] *p. 450.* sepsus *? v. p. 295, 61*): CIC. rep. 3, 12 heroum . . . virtutem . . . quae omnes magis quam sepse diligit. SEN. epist. 108, 32 libros (*de rep.*) cum grammaticus explicuit, primum verba expressa, ⟨re⟩apse dici a Cicerone . . . in commentarium refert, nec minus sepse (*Muretus*; sese *B*), id est se ipse (*pro* se ipsam *indiligenter*).

4 *de forma abl.* **apse**, *sc. efficta ex* reapse: CONSENT. gramm. p. 20, 7 N. ⟨re⟩ 'apse' pro re (*om. M, expunxit B*) '-a' *barbarismus est*, nam a, quod erat ultimum, transmutavimus et e in postremum coniecimus pro i, quod fuerat primum *eqs.*

B *de iis formis, quae non nisi in fine flectuntur, sc. terminationibus aut pronominalibus aut nominalibus*: **1** *testimonia grammaticorum*: **a** *in universum*: PROB. inst. gramm. IV 132, 10 sqq. numeri singularis -e ⌊vel -us⌋ (⌊ ⌋ *om. B, add. R*), -ius, -i, -um, -e, ab -o, numeri pluralis -i, -orum, -is, -os, -i, ab -is; generis feminini . . . -a, -ius, -i, -am, -a, ab -a, . . . -ae, -arum, -is, -as, -ae, ab -is; generis neutri . . . -um, -ius, -i, -um, -um, ab -o, . . . -a, -orum, -is, -a, -a, ab -is. CHAR. gramm. p. 206, 15 sqq. B. masculina . . . -e vel -us, -ius vel -i, -i vel -o, -um, o -e, ab -o, . . . -i, -orum, -is, -os, -i, ab -is; feminina . . . -a, -ius vel -ae, -i vel -ae, -am, -a, ab -a, . . . -ae, -arum, -is, -as, -ae, ab -is; neutra . . . -um, -ius, -i, -um, -um, ab -o, . . . -a, -orum, -is, -a, -a, ab -is. *cf.* EXC. Bob. gramm. I 557, 39 sqq. **b** *de nom. sg.*: CAPER gramm. VII 95, 2 -um non -ud. DOSITH. gramm. VII 403, 5 quare non -ud, ut illud et istud? quoniam veteres nominativum masculinum non -e dice-

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bant, sed -us, quod etiam in comoediis veteribus invenimus (*item* CHAR. gramm. p. 201, 18sqq. B. *plenius* DIOM. gramm. I 330, 22 -us, -a, -um ut altus *eqs.; ibid.* 25 *addit*: recentiores -us commutaverunt et pro eo -e consuetudini tradiderunt, *al.*). SERV. Aen. 2, 60 'hoc -um' ... per m, quia usurpatum est '-e' et est naturale '-us', ut '-us mihi Davus'. dicimus ergo '-us -a -um' ut 'doctus docta doctum' (*eodem exemplo [Ter. Andr. 576] utitur* PRISC. gramm. III 6, 24). AVG. gramm. V 507, 36sqq. quaestio est ..., quare cum 'istud' et 'illud' in genere neutro dicimus, dicamus '-um' *eqs.* antiqui ... magis -us dicebant ... quam -e. hanc antiquitatis rationem adtendentes artis scriptores pronomen hoc ad formam nominis transtulerunt; et quo modo in nomine 'iustus, iusta, iustum' dicimus ..., sic enuntiabitur et hoc pronomen '-us, -a, -um' non '-ud'. CLEDON. gramm. V 15, 1 hoc pronomen in '-um' mittit, non in '-ud' *eqs. al.* **c** *de dat. et abl. pl.* ἑτεροκλίτοις -ibus, -abus: EXPLAN. in Don. gramm. IV 548, 1 veteres pronomina aliter declinaverunt ..., sic et -ibus, illibus pro illis (*cf. 545, 13*). POMP. gramm. V 173, 35 Probus ... dixit: si volueris sequi ut omnia, ubi genera discernenda sunt, aliter proferantur in ablativo vel in dativo, incipiemus dicere 'Romanabus'; ... quodsi hoc est, incipiemus dicere etiam in pronominibus -abus, illabus, quoniam, si dixerimus illis, -is, magis erit masculinum quam femininum (*sic formam ficticiam esse declarat* 188, 36 *si* discretionis sexus causa mutamus ista, ... non te permitto dicere 'ab -is', sed 'ab -abus' [*seq.*: si ... fuerit necessitas testamenti scribendi, tunc ista servanda sunt, aliter non]). **d** *de superlativo* -issimus (PLAVT. Trin. 988 *in gradatione, v. p. 328, 12*): POMP. gramm. V 153, 16 *nomina, nisi quae* sunt qualitatis et quantitatis, non recipiunt comparationem. ne te decipiant illa Plautina et Afraniana verba: -issimus. ioco comico hoc dixit; est etiam apud Graecos *αὐτότατος* (*Aristoph. Plut. 83*) tale; comica sunt ista et ad artem non pertinent. PRISC. gramm. II 84, 10 antiqui ... superlativis *usi sunt* etiam in pronominibus, ut ... Plautus *eqs.*

2 *formae per casus singulos digestae (cf. Sommer, Handb.*[2.3] *p. 432sq.; Niemöller [v. p. 294, 9] p. 5sqq.; Neue-Wagener*[3] *II 406sqq.; Stengel, De Iul. Val. usu pron., Diss. Marburg 1909, 54sq.)*:

nom. sg. masc. **-o** *et* **-us:** **a** *de forma duplici: si sumas pronomen a casu accusativo prodisse (v. p. 292, 57), facilius explicatur duas extitisse nominativi formas (v. Sommer, Handb.*[2.3] *p. 432).* -us *apud scaenicos antiquos praesertim haud raro restituitur pro* -e *trad., e. g.* PLAVT. Merc. 89 (-us *Camerarius*); -us *ad numeros explendos, ad hiatum evitandum, c. respectu ictus postulatur; sed iam in archetypis Plauti et Ter. has rationes formarum discernendarum scriptoribus curae non fuisse patet ex miro fere codd. consensu (cf. Engelbrecht, Stud. Ter. p. 35; Niemöller [v. p. 294, 9] p. 11sqq.; Lindsay, Synt. Plaut. p. 49). in inscr. ad liberae rei publicae tempora pertinentibus ubique* -e *forma adhibetur, e. g.* CIL I[2] 600, 1. **b** *exempla formae rarioris (sc. flexione nominali)* -us (-os *l. 48. restituitur e. g. pro trad.*: -e *l. 49.* -ius: *l. 53 [bis]. 54. 55. 56. 57. cf. Stengel [v. l. 34] p. 54sq. utraque forma in eodem versu l. 60*): LEX reg. Paul. Fest. p. 6 (*Numae*) -os Iovi sacer esto (*sic* -os *pro* -us: PLAVT. Amph. 754 [*B*[1]*D*[1]*E*]). LIV. ANDR. trag. 12 -us (*Bothe,* -e *trad.*) se in terram ... fligit. PLAVT. -us *fere 75*[ies] (-e *fere 80*[ies]). CATO agr. 70, 2. 71. TER. -us *fere 23*[ies] (-e *fere 34*[ies]). TITIN. com. 105 TITIVS or. frg. Macr. Sat. 3, 16, 16. ACC. trag. 229 (-us *Cic. de orat. 3, 217* [*Lagom.*; -ius *M*, -e *L*), -um *Cic. Tusc. 4, 77*). POMPON. Atell. 113 -us (-ius *Aa*). 199. CIC. *? v. l. 58.* CINC. Gell. 16, 4, 4 (**-ius** *pars codd.*). FRONTO p. 78, 24 v.d.H. (p. 84 N.) -us (i *add. supra lineam, i.* -ius). CE 97, 3 (*s. II*[in.]*, de poeta comico*). ITIN. Alex. 18 (*ex* -ius *corr. Mai*). IVL. VAL. 1, 11 p. 21, 8 -us (*Mai,* -ius *AP*, -e *Kuebler* [-us *def. Stengel*]. *sic et ibid.* l. 13). CHAR. gramm. p. 130, 23 B. (= CIC. frg. inc. K 33 M.) heredes -us secundus (*loc. nondum emendatus*). AVSON. 326, 6 p. 115 P. compedes, quas -e fecit, -us ut gestet faber (*v. l. 47*). GLOSS.[L] II Abav. IP **1** -us, ἀρχαίως sepsus ([apsepsus *aliquot codd.*]. *pro* sopsus [*v. p. 292, 60*] *an quasi nom. derivatus ex acc.* sepse [*v. p. 294, 60*] *?*): -e.

nom. sg. fem. **-a**: PLAVT. Epid. 713 Mil. 1003 Pseud. 669 Stich. 296. *al. passim.*

nom. sg. neutr. (*acc. v. p. 296, 43*) **-um** *et* **-ud** (-ut *l. 73. 74. 78. 79*): **a** *de forma duplici*: -um (*ad masc.* -us) *ubique ap. scriptores bonae auctoritatis*; -ud (*secundum* illud, istud) *in serm. vulgari (cf. p. 294, 82sqq.), in corruptela e. g. l. 69.* **b** *exempla formae rarioris (sc. flexione pronominali)* -ud: LIV. 44, 10, 2 id -ud ([*V*]. HIL. in psalm. 143, 3 p. 815, 11 [-um *l. v.*]). SIC. FLACC. grom. p. 114, 15 quod -ud (p. 114, 20. p. 130, 10). p. 115, 11 illud -ud (HIL. myst. 12, 41 p. 20, 11. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 44, 29 [*a. 360*] -ud [-um *l. v.*] illud). Ps. APVL. Asel. 4 (-um *l. v.*). ITALA psalm. 37, 11 (cod. 136 Cas.) -ut. Ioh. 12, 24 (cod. e). 12, 48 (cod. e). CYPR. unit. eccl. 27 p. 233, 9 -ut (*R*, -um *cett.*). epist. 27, 1 p. 540, 13 -ud (*T*, istud, illud *ll. vv.*). Ps. CYPR. pasch. 15 p. 262, 24 (-um *W*). CE 645, 3 PEREGR. Aeth. 7, 6. 17, 1. HIL. hymn. 1, 52 hoc -ud (VITA Anton. 89 p. 88, 12 HIER. epist. 22, 27, 6. CANON. Hippol. 78, 24 -ut). OPTAT. app. 1 p. 197, 9. FVLG. myth. 1 praef. p. 11, 12 -ut (*R*, -ud *T*, -um *cett.*). COMM. instr. 2, 25, 9. BENED. reg. 42, 11 (-um *l. v.*). *al.*

gen. sg. **-i** (*masc.*) *et* **-ius** *sim.* (*comm. gen. [fem. v. p. 296, 5. 14. 19]; cf. Sommer, Handb.*[2.3] *p. 442sqq.; Tovar, Humanitas 1, 1947, 18sqq.*):
a -i (*sc. flexione nominali*): AFRAN. com. 230 -i ... vestimenta (*ad l.* PRISC. gramm. II 227, 7 -i pro -ius). IVL. VAL. 2, 26 p. 92, 25 -i Alexandri (-ius *Kuebler,* -i *def. Stengel*). INSCR. christ. Silvagni 4344 (Diehl 3812) collega -i (*nisi forte est nota scripturae pro* -ius). **b** -ius (*de prosodia v. p. 293, 20*): *ap. scriptores (exempla* PLAVT. *et* TER. [ENN. *v. p. 293, 24*], *quibus antiquiora non traduntur; postea saepe legitur)*: *masc.*: PLAVT. Capt. 287 TER. Hec. 818. *fem.*: TER. Phorm. 725. *neutr.*: TER. Haut. 576. *in tit.* (*v. et l. 13. 15. 19. 20. fere masc., fem. l. 10, incert. l. 10*): TAB. cer. Dac. 6 (CIL III p. 939) ext. 15 (*a. 139*) -ius venditoris (INSCR. BerRGK. 17, 1929, 213 n. 372 b). CIL XIII 7796 (*a. 158*). TAB. cer. Dac. 5 (CIL III p. 935) ext. 7 (*a. 162*) -ius debitori(s). CIL XIII 8193 (*fem.*). INSCR. christ. Silvagni 4933 (Diehl 2312 adn.; *s. IV ?*). *al.* -Ius (i *longa scrib. et l. 13. 17*): ACT. Arv. a. 58/59 (CIL VI 2041) 67. **c** -iius (*cf. Sommer, Handb.*[2.3] *p. 165*): ACT. Arv. a. 59/60 (CIL VI 2042) 37 -Iius (*cf.* i *longam l. 11*). INSCR. christ. Diehl 3622 adn. **d** -eius (*fem. [v. Sommer, Handb.*[2.3] *p. 432]; abusive pro masc. l. 18. 19*): *in tit.*: CIL III 287 (= 6776), 9. 2240 (*ter*). VI 2734 X 1528. 5434 -e|us (i *in fine lineae aut non scripta aut evanida*). 7790, 1 i]pseiu[s (*fem. an masc. dub.*). XIII 7028. 8249, 5 -eIu[s (*cf.* i *longam l. 11*). INSCR. christ. Diehl 1524 (*masc.*). 2372. *in cod.*: SALL. (?) rep. 2, 6, 5 (*masc.*). **e** -aius (*fem.*): CIL III 14014 *v. p. 352, 68.* **f** -uius (*masc.; cf. Sommer, Handb.*[2.3] *p. 432; Skok, Romania 50, 1924, 230sq.*): CIL III 2377, 5 (*at cf.* 8626) inpsuius (*de* n *v. Maurenbrecher, Hiat p. 64*). X 5939.

dat. sg. **-i** ([-I *l. 29*], **-ei**; *comm. gen.*) *et* **-o** (*masc.*; **-ae** *fem. v. l. 39*):
a -i (-ei), *sc. flexione pronominali: masc.: ap. scriptores*: PLAVT. Asin. 94. Aul. 312 (-e *Non. p. 152, 1. 273, 31*). Cas. 223 Curc. 465 Pseud. 641. 644. 755. *postea passim. in tit.*: LEX repetund. (CIL I 2[2], 583) 3 quo]ive -ei parente (ve *supra script.*; -e parensve *Klenze, Mommsen*). CIL XI 1826, 12 (= INSCR. It. XIII 3, 78; *Augusti aetate vel paulo post*) -I posterIsque. *al. fem.: ap. script.*: PLAVT. Asin. 146. 634. *postea passim. in tit.*: INSCR. christ. Diehl 3702[A] -ei. 4556 (*a. 393/4*) -ei. *al.* **b** *flexione nominali: masc.* -o (*v. et s.* isse, issus): *in tit.*: CIL VI 12131 mi -o. CE 474, 12 (*v. p. 322, 54*). *ap. script.*: TERT. patient. 5 p. 10, 3 -o (*MNF, Kroymann, Borleffs*; -i *P, Hoppe, Beitr. p. 21*). ITALA gen. 50, 5 (Ottob.) mihi -o. FVLG. myth. 1, 8 p. 21, 7 -o (-i *β, cett. praeter R*[1]*T, Bern.*). Virg. cont. p. 91, 14 (-i *β*). HIPPOCR. aer. 22 p. 41, 18 G. mihi ... -o (*gr. αὐτέῳ*). EPIPHAN. in euang. 54 p. 141, 15 -o (*RS*, -i *BC*). CASSIOD. compl. in Hebr. 1, 1 p. 1357 (⟨de⟩ -o *Migne, cf. Stangl, WklPh. 32, 1915, 214*). ANTHIM. 76 p. 28, 5 -o (*GA*, -um *lBg, om. P*). THEOD. MOPS. in Gal. 2, 10—14 p. 22, 12. *fem.* -ae (*nusquam trad. nisi in inscr., quae afferentur s. v.* issa; *formam omnino improbat Niemöller [v. p. 294, 9] p. 14*): PLAVT. Mil. 1221 (-e *BCD*, -a *F*; -i *Bergk, Leo,* -ae *Ussing, Lindsay, Ernout*).

acc. sg.: masc. **-um** *et fem.* **-am** *passim. neutr.* **-um** *et* **-ud** (-ut *l. 46. 48. 49. 59. 61; cf. nom. p. 295, 65*): -um *passim. exempla formae rarioris (sc. flexione pronominali)* -ud: ITALA psalm. 25, 6 (cod. 136 Cas.) -ut altare. Matth. 23, 20 (Didasc. apost. 57, 36) super -ud *altare* (*Vulg.* illud). Luc. 6, 33 (cod. e) id -ud (act. 16, 35 [cod. d]. Phil. 2, 2 [cod. d]. CANON. Hippol. 75, 35 -ut. DIDASC. apost. 52, 31. HIER. epist. 22, 21, 4 [-ud *KH*, -um *cett.*]). Gal. 2, 10 (cod. d) hoc -ut (VITA Anton. 50 p. 60, 9. 91 p. 89, 29 FVLG. act. mund. p. 171, 2. Virg. cont. p. 87, 20 -ud [*pars codd.*, -um *cett.*]. MAXIMIN. hom. 8 [Rev Bén. 40, 1928, 60] l. 42. HIER. tract. in psalm. I p. 156, 8 [-um, -e *vv. ll.*]. p. 216, 24 [-um *l. v.*]. SVLP. SEV. epist. app. 4, 2 p. 253, 9. EPIST. pontif. 620 Schwartz p. 50, 16 [-um *B*]. CONC.[S] II 3, 2 p. 21, 1 -ud [*ΦᵢAPD*, -um *D*[corr·], *Rustic.; sic* p. 24, 17. *cf.* p. 27, 4]. IV 2 p. 182, 2. *al. nota acc. pro abl. post praepp.*: PEREGR. Aeth. 24, 8 pro hoc -ud [BENED. reg. 61, 4; *v. app. cr.*]. 43, 3 de hoc -ud). PEREGR. Aeth. 28, 3. Ps. MAR. VICTORIN. phys. 16 p. 1304[A] istud -ud (-um *ed.*). QVEROL. p. 29, 5 R. (-umid *l. v.*). FVLG. myth. 1 praef. p. 11, 22 -ut (*R*, -ud *T*, -um *cett.*) ... nescire suum scire. DIDASC. apost. 4, 9. COMM. apol. 552 (*M*). BENED. reg. 47, 3 (-um *l. v., sim.* 49, 8 [-ut *H*[1]]. 53, 17). *al.*

vocat. sg. **-e, -a, -um** *v. p. 294, 74. 75. 76. 77. 79. 80. 81* (*at contra* PRISC. gramm. III 207, 14sq. appositivum pronomen, id est '-e', quamvis et imperativo societur, dicimus enim '-e facis' et '-e fac', non habet tamen vocativum *eqs.*). *nota exempla pronominis c. vocat. coniuncti: pron. appositivum*: HOMER. 1069 *Musarum cohors,* -a tuas depone lyras. PANEG. 8, 13, 3 *v. p. 344, 1. magis attributive*: STAT. Theb. 1, 398 id ... non -e pater, non docte futuri Amphiaraë vides.

abl. sg. (exempla antiquissima, postea passim): masc. **-o:** PLAVT. Curc. 712. 714 Mil. 1220 Trin. 902. 966 CATO ad fil. frg. 13 TER. Haut. 969 Hec. 255. *fem.* **-a:** PLAVT. Cist. 764 Mil. 1292. *neutr.* **-o:** PLAVT. Cist. 670 Curc. 507 Poen. 1138.

nom. pl. masc.: **-ei:** LEX Anton. de Term. (CIL I[2] 589) 1, 32. 2, 26. CIL I[2] 1213 (= CE 1867, *aet. Caes*) -e⟨i⟩. *v. et p. 328, 14. e coni.*: RHET. Her. 2, 18, 27 (-e *H*[1], -i *rell.*, -ei *Marx*). **-i:** PLAVT. Bacch. 397. 544. Truc. 111 *bis. et passim.*

nom. pl. fem. **-ae:** PLAVT. Cas. 777 Persa 499 Poen. 30 Rud. 633. *et passim.*

nom. pl. neutr. **-a:** LVCIL. 326 (*fort. acc.*). *et passim.*

gen. pl. **-orum** (*masc., neutr.*), **-arum** (*fem.*) *ap. auctores ante Rhet. Her. non legi monuit Leo, RhM. 38, 1883, 3sqq.; at v. l. 83. p. 297, 2. ap. poetas dact.* -orum (*masc.*) *legitur inde a* VERG. Aen. 11, 196 Ov. met. 15, 214. *exempla: masc.*: TER. Ad. 820 (amborum *A*, -orum *cett., Umpfenbach, Marouzeau; 'recte?' Lindsay ad l., qui confert* DON. *ad l.*: transit ...

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

a rebus ad illos -os, de quibus agitur). RHET. Her. 4, 37, 49. CIC. *saepe. fem.*: PLAVT. Stich. 677 -arum (*Ewald*; istarum *Pal. [deest A], def. Leo*). RHET. Her. 3, 24, 39. CIL XIII 8003[a] -a[rum (*v. p. 293, 63*). 8161 (*a. 201*). 12012 -aru[m. *neutr.*: RHET. Her. 3, 20, 33.

dat. pl. **-is** (-Is; -ibus, -abus *v. p. 295, 14*): PLAVT. Truc. 155. *et saepe. in tit. per* i *longam*: CONST. veteran. (CIL XVI) 1 extr. I 8 (*a. 52*). 22 extr. I 12 (*a. 78*). *saepius.*

acc. pl.: *masc.* **-os:** PLAVT. Asin. 341. *et passim. fem.* **-as:** PLAVT. Poen. 1166 RHET. Her. 2, 18, 27. *et passim. neutr.* **-a** *v. p. 296, 79.*

vocat. pl. v. p. 294, 75 sqq. in declinationis paradigmatis.

abl. pl. **-is** (-ibus, -abus *v. p. 295, 14*): PLAVT. Capt. 810 (*masc.*). Persa 499 (*fem.*). *et passim.*

C *de iis formis, quae augentur particulis additis*: **1 -ce** *non additur nisi fortasse in gen.* -iusce, *v. p. 360, 78.* **2 -dem** *fortasse in gen.* -iusdem, *v. p. 360, 83.* **3 met** *add.: in fine: v.* -emet *p. 360, 15. in initio: v.* metipse *vol. VIII 888, 18. dub., in utram partem iungendum sit, e. g. p. 360, 26. cf.* illemet -c (DIOM. gramm. I 332, 11). **-pte** *?* (*vix* -ppe) *v. p. 360, 67.*

D *formae superlat.*: **-imus, -ima** *v. p. 344, 30.* **-issimus** *v. p. 295, 24. 328, 12.*

NOT. Tir. 2, 29 -i. 9, 64 vobis -i (*cf.* 9, 65. 67). 9, 81 nobis -i (9, 82. 84). 12, 96 id -um (12, 97). 12, 98 ad -um. 18, 71 ips (*sic*). 60, 11 apud -um (*sim. c. praep.*: 60, 12 per [13[d]. 13[e]]. 60, 13 adversus. 60, 13[i] pro. 60, 13[b] propter [13[f]. 13[g]]. 60, 13[c] penis). 91, 24 simet (*i.* semet) -e. 91, 26 sibimet -e. 91, 26[h] tibimet -e.

legitur inde a LEGE reg. (*p. 295, 48*), LEGE XII tab., LIV. ANDR. *per totam latinitatem* (*de gen. pl. v. p. 296, 80*). [*pron. demonstr.: val.* îns, *it.* esso (*cf.* desso < id -um), *sard.* issu, issoro (*i. francog.* 'leur'), *hisp.* ese, *port.* esse, *prov.* cis, *francog. vet.* es; *artic. defin.: sard.* su, sa, *prov.* so, sa, *catal.* es, sa. *cf.* metipse, *vol. VIII 888, 21 sq. R.*]

[*variat in codd. praecipue c.*: hic: CIC. Verr. II 4, 61 CAES. Gall. 2, 6, 1. 7, 38, 3. *al.* ille (*in sermone temporum posteriorum* -e *saepe loco synonymi 'ille' intercedit; cf. Josephson, Casae litterarum p. 219 sq.; Cavallin, Stud. z. Vita Caes. Arel., Lunds Univ. årsskrift, N. F. I 30, 7, 1934 p. 64*): TER. Haut. 486 Phorm. 21 CIC. Cluent. 120 Sull. 81 Mil. 19 Deiot. 29 de orat. 3, 6. *al.* CAES. Gall. 7, 64, 1 SALL. Iug. 103, 3 VERG. georg. 3, 395 Aen. 7, 110 PROP. 2, 4, 17 OV. am. 2, 1, 18 met. 1, 233. *al. et saepe.* is: CIC. Cluent. 169 Phil. 5, 12 off. 1, 156 CAES. Gall. 1, 39, 6 SVET. Aug. 21, 3. *al.* iste: TER. Ad. 424 CIC. Verr. II 2, 74. 2, 159. 3, 148. 5, 44. 5, 48 Cluent. 184 Flacc. 54 Cael. 14. *al.* PROP. 4, 5, 58 OV. epist. 16, 252 fast. 1, 296 LVCAN. 1, 37 QVINT. inst. 9, 2, 62. *al.* TAC. dial. 6, 2. 14, 3. 17, 3 PLIN. epist. 1, 18, 6. *al.* suus: CIC. de orat. 2, 366. *falso scriptum*: INSCR. christ. Diehl 3854 inferet to ipsso x centu mila (*debuit* fisco).]

CONSPECTVS MATERIAE

CAPVT PRIMVM: *pronomen demonstrativum.*

pars prior: *c. vi demonstrandi gestu, digitis sim.*:
I *sine additamentis: p. 299, 56.*
II *augetur additamentis demonstr.: p. 300, 3.*
pars altera: *c. vi demonstrandi id, quod verbis tantum, non gestu significatur*:
I *vi demonstr. vigente*:
A *usus anaphoricus*: **1** *generatim: p. 300, 44.* **2** *specialia*: **a** *usus obl., refl.: p. 302, 65.* **b** *usus reciproc.: p. 306, 11.*
B *usus praeparativus*: **1** *seq. pron. rel.: p. 306, 28.* **2** *seq. adverbia: p. 307, 26.* **3** *locutiones adverbiales: p. 307, 42.*
II *vi demonstr. attenuata*:
A *notio identitatis sim. remanet*: **1** *generatim: p. 307, 79.* **2** *speciatim: coniungitur c.* idem, unus: *p. 308, 60.*
B *fungitur vice articuli*: **1** *usus anaphoricus: p. 309, 1.* **2** *c. vi quadam, quae subst. designat: p. 309, 55.* **3** *auget vim generalem vocis, ad quam accedit: p. 310, 5.* **4** *accedit ad nom. hebr.: p. 310, 12.*
III *appendix rerum notabilium ad I et II A*:
A *usu significantiore*: **1** *in annectendis membris: p. 310, 35.* **2** *usu comparativo: p. 310, 70.*
B *notione significantiore: p. 310, 79.*

CAPVT SECVNDVM: *pronomen intensivum, determinativum.*

pars prior: *pronomen intensivum*:
I *accedit ad subst., adi. (part.), pron.*:
A *pertinet ad dispositionem membrorum respondentium*: **1** *generatim: p. 311, 17.* **2** *accedit ad duo membra: p. 312, 18.*
B *pertinet ad contextum orationis, cursum narrationis*: **1** *convertit animum ad id, quod insuper accedit sim.: p. 312, 30.* **2** *convertit animum ad unum aliquid notabile: p. 316, 3.* **3** *sermone progrediente convertit animum ad id, de quo porro loqui propositum est: p. 316, 67.*
II *accedit ad verbum finitum*:

A -e *perspicuum facit ordinem enuntiati*: **1** *generatim: verba fin. componuntur, opponuntur: p. 317, 29.* **2** *speciatim: p. 318, 84.*
B -e *exhibet vim designandi personas*:
1 *expressis verbis distinguuntur complures*: **a** *usu ampliore: p. 319, 68.* **b** *usu strictiore*: -e *componitur c. quibusdam pron.*: **α** *demonstr.: p. 321, 18.* **β** *pron. pers.: p. 322, 1.* **γ** *c. ceteris pron.: p. 322, 81.*
2 *non expresse vel significantius distinguitur quis ab altera persona*: -e *obtinet vicem*: **a** *primae pers.: p. 323, 8.* **b** *secundae pers.: p. 323, 49.* **c** *tertiae pers.: p. 324, 11.*
3 *appendix rerum notabiliorum*: **a** *potiora quaedam de ratione, quae pronomini* -e *intercedit c. quibusdam pron. demonstr.: p. 326, 18.* **b** *usus fere determinatus genetivi* -ius, -orum: **α** *accedit ad pron. poss.: p. 327, 12.* **β** *accedit ad gen. subst., pron.: p. 327, 30.*

pars altera: *pronomen determinativum*:
I *describit aliquem ut corpore, voluntate sim. praeditum*:
A *usu generali: effingit speciem totius hominis*: **1** *memoratur aliquis suis viribus, ex sua persona aliquid facere*: **a** *magis praedicative: p. 327, 69.* **b** *magis attributive: p. 328, 72.* **2** *inter ea, quae hominem constituunt, respicitur praecipue id, quod caput, personam efficit: p. 329, 29.*
B *usu expresso, definito*: -e *effingit aliquem ut corpus*: **1** *de hominibus, dis*: **a** *magis praedicative: p. 329, 50.* **b** *magis plena vi adi.: p. 330, 22.* **2** *de rebus corporeis: p. 330, 46.*
C *appendix rerum notabilium*: **1** -e *adhibetur in fictione hominum agentium sim., in prosopopoeia: p. 330, 78.* **2** *in repetitione, anadiplosi sim.: p. 331, 31.*
II *determinat notionem vocis, cui additur, ad modum, ambitum, fines sim.*:
A *describit aliquid (animans, rem) ut integrum, plenum, totum*: **1** *pro adi.*: **a** *generatim: p. 331, 57* **b** *speciatim: significat numerum ut plenum: p. 332, 13.* **2** *fere appositive: p. 332, 23.*
B *definit condicionem (rei vel hominis) quasi massae, corporis, aequoris sim.*:
1 *accedit, ubi notio loci praevalet*: **a** *locutiones per praepp. compositae: p. 332, 53.* **b** *accedit ad nomina regionum, urbium: p. 333, 37.*
2 *accedit, ubi notio temporis praevalet*: **a** *sensu strictiore*: **α** *accedit ad peculiares voces: p. 333, 44.* **β** *locutiones per praepp. compositae: p. 333, 79.* **b** *liberius: ponitur, ubi variae res, eventa narrantur: p. 334, 45.*
3 *accedit, ubi notio coniunctionis acuitur*: c. cum (*fere 'una cum'*): *p. 334, 52.*
III *describit aliquem (aliquid) ut solum, seiunctum*:
A *generalia*: **1** *vi fere disiunctiva: p. 334, 72.* **2** *vi fere restrictiva: p. 335, 37.*
B *specialia*: **1** *significat aliquem per se, ultro agere*: **a** *sine additamentis: p. 335, 77.* **b** *augetur additamentis: p. 336, 47.* **2** *significat aliquid per se iam satis esse sim.: p. 336, 84.* **3** *significat quaedam ut singula: p. 337, 31.*
IV *describit aliquem ad naturam, qualitatem sim.*:
A *generalia*: **1** *respiciuntur animantia: p. 337, 67.* **2** *respiciuntur res*: **a** *corporeae: p. 338, 16.* **b** *incorporeae: p. 338, 43.*
B *specialia*: **1** *definit aliquem (aliquid) ut reapse est, i. fere purus, verus sim.*: **a** *usu vario: p. 339, 5.* **b** re -a: *p. 339, 63.* **2** *definit id, quod naturae alicuius consentaneum, proprium, alicui innatum sim. est*: **a** *varia: p. 339, 75.* **b** *peculiaria: p. 340, 54.*
V *describit aliquem ut praestantem, egregium (pron. dignitatis, honoris)*:
A *in re sacra, fabulari*:
1 *paganorum*: **a** *de dis: p. 341, 26.* **b** *de viris fortissimis, qui heroes appellantur: p. 341, 70.* **c** *appellationes divinitatis, dignitatis: p. 342, 6.*
2 *apud Christianos*: **a** *pertinet ad dominum, apostolos: p. 342, 41.* **b** *pertinet ad res christianas: p. 343, 6.*
B *in rebus civilibus*: **1** *pertinet ad homines maioris potestatis: p. 343, 12.* **2** *pertinet ad principem*: **a** *spectat ad personam imperatoris: p. 343, 32.* **b** *dicitur fere vi adi. de eis, quae ad imperatorem pertinent: p. 344, 6.*
C *in variis rationibus, quae inter homines intercedunt*:
1 *pertinet ad dominum: p. 344, 14.* **2** *pertinet ad homines ut testes, auctores. exempla sim.: p. 344, 60.*
VI *describit aliquid (animans, rem) ut peculiare, speciale, quod conspicuum, antiquius ceteris est sim.*:
A *exempla potiora*:
1 *accedit ad nomen, subst.*: **a** *magis vi adverbiali*: **α** *varia: p. 345, 18.* **β** *specialia quaedam: p. 345, 80.* **b** *magis attributive: p. 347, 3.* **2** *accedit ad adv. temporis: p. 347, 59.*
B *locutiones*: **1** *generales: p. 347, 70.* **2** *speciales*: **a** hoc *vel* eo -o, quo: *p. 348, 28.* **b** hoc -um, quod *fere i. q. ob hoc -um, quod: p. 348, 44.*

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VII *describit aliquid (animans, rem) ut summum, unicum sim. (usu fere elativo)*:

A *in universum: significat aliquem (aliquid) ut extremum: p. 348, 56.*

B *potiora quaedam:* **1** *in sententiis negativis: fere i. q. ne . . . quidem: p. 349, 36.* **2** non modo . . ., sed (verum) -e: *p. 349, 61.* **3** quin -e: *p. 349, 76.* **4** *stilistica quaedam: p. 350, 7.*

CAPVT TERTIVM: *grammatica, iuncturae.*

pars prior: *grammatica, syntactica, stilistica*:

I *potiora de ratione, quae inter pron.* -e *et pron. poss. intercedit: p. 350, 43.*

II *in locutionibus sim., quibus aliquid mutuo fieri significatur:* **A** *coniungitur vario modo c. refl.: p. 351, 11.* **B** -e *et* invicem *iuxta ponuntur: p. 351, 64.*

III *nom.* -e *artius accedit vel ad abl. abs. vel ad gerund.:* **A** *ad abl. abs.: p. 351, 71.* **B** *ad gerund.: p. 352, 12.*

IV *accedit praedicative ad inf. sine subi. positum: p. 352, 28.*

V *generaliter refertur ad aliquem, qui in contextu fere latet vel animo obversatur sim.: p. 352, 43.*

VI *in alternatione distributiva: p. 352, 59.*

VII *de casibus praeter regulam adhibitis: p. 352, 64.*

pars altera: *iuncturae*:

I *accedit ad pronomina demonstrativa*:

A *ad* is: **1** is -e: *p. 352, 73.* **2** -e is: *p. 354, 35.*
B *ad* hic: **1** hic -e: *p. 354, 43.* **2** -e hic: *p. 355, 25.*
C *ad* iste: **1** iste -e: *p. 355, 44.* **2** -e iste: *p. 355, 64.*
D *ad* ille: **1** ille -e: *p. 355, 71.* **2** -e ille: *p. 356, 15.*
E *ad* idem: **1** idem -e: *p. 356, 42.* **2** -e idem: *p. 356, 58.*
F *accedit ad duo pron. demonstr.: p. 356, 63.*

II -e *et pron. pers., refl. pertinent ad eandem personam*:

A *de prima persona:* **1** *sing.:* **a** *eodem casu: p. 356, 74.* **b** *diversis cas.: p. 357, 28.* **2** *plur.:* **a** *eodem casu: p. 357, 54.* **b** *diversis cas.: p. 357, 77.*

B *de secunda persona:* **1** *sing.:* **a** *eodem casu: p. 358, 4.* **b** *diversis cas.: p. 358, 41.* **2** *plur.:* **a** *eodem casu: p. 358, 59.* **b** *diversis cas.: p. 358, 80.*

C *de tertia persona:* **1** *eodem casu: p. 358, 82.* **2** *diversis cas.: p. 359, 43.*

CAPVT PRIMVM

pronomen demonstrativum

(cf. Brugmann, AbhLeipz. 1904, 121 sqq. 127; Wackernagel, Synt. II 106 sq.; Meader, Lat. philology, 1910, 45. specimina significantiora selecta):

pars prior: *c. vi quadam demonstrandi gestu, non verbis meris (cf. Wackernagel l. c. 101 sq. Meader l. c. 51; v. et Allardice, Synt. of Ter., 1929, 44). cum ad vim anaphoricam demonstratio insuper accedit, pron. q. e.* -e *non pertinet ad vocem antecedentem (ut puta p. 300, 43 sqq.), sed refertur ad aliquem prope versantem (cf. Wackernagel l. c. 85 de simili vi pron. ὅδε), ad hominem praesentem, qui agnoscitur ut is, de quo cogitatur, dicitur sim.* '-e' *convertit oculos, animum sim. ad id (animans, rem), quod coram adest (repraesentatur p. 300, 18. 27) sim.; usurpant praecipue qui gestum agunt, monstrant advenientem (sc. ut quem exspectant, quaerunt) sim. (de re v. l. 64. 84. p. 300, 37)*:

I *sine additamentis demonstrativis (interdum fere simili vi annuntiandi atque 'eccum, en' sim., fortasse e. g. l. 68. 74. pro brevi enuntiato positum l. 69; sim. cf. Bach, Studemund Stud. II 402; Hofmann, Umgangsspr.³ p. 103)*: **A** *per se positum*: Plavt. Aul. 814 erumne . . . aspicio meum? . . . -us est (Merc. 598 isne est, quem . . . video? -us est [Trin. 1071 satin . . . oculis plane video? estne -us an non est? is est *eqs.*]. Ter. Hec. 455 quem . . . audivi loqui? . . . -us est, de quo . . . agebam tecum [Phorm. 196 -e est quem volui obviam, *v. p. 300, 15.* 355 -um esse *eqs.*]. Optat. app. 2 p. 199, 23 [*de epistula*] -a est [*sic de re*: Qverol. p. 25, 23 R. domus excelsa *eqs.* :: -a est]). Mil. 155 foris concrepuit hinc a vicino sene; -e exit (Ter. Andr. 174 Haut. 722. *al. sim.* Ter. Haut. 426 -um foras egressum video). Sen. Herc. f. 355 -a (*i. Megara*) . . . iuxta praesides adstat deos. Phaedr. 385 en patescunt regiae fastigia: reclinis -a (*i. Phaedra*) sedis auratae toro solitos amictus . . . abnuit (*v. l. 58*). Thy. 909 aperta multa tecta conlucent face: resupinus -e (*i. Thyestes*) . . . auro incubat.

B *additur nom., subst. (per appositionem l. 74)*: **1** -e *praeced. (fere vi particulae demonstr., interiectionis sim. l. 77 sq.)*: Plavt. Pseud. 132 ostium lenonis crepuit *eqs.* -e egreditur . . ., periuri caput (*sic annuntiatur, qui prodit* [*v. l. 56*]: Sen. Med. 178 Oed. 995. *cf. fere sim. p. 312, 67 sq.*). 953 -um lenonem *aedes* evomunt. Trin. 401 commodum -e exit Lesbonicus cum servo foras. Pompon. Atell. 113 -us (-ius *in parte codd.*) . . . senex . . . proficiscitur. *huc fortasse*: Plavt. Curc. 170 tace:: -us se excruciat qui homo (*v. Schmalz-Hofmann⁵ 711*) quod amat videt nec potitur, dum licet (*Palinurus non philosophatur, sed conspicuum facit c. indignatione erum parum sanum, alacrem*). **2** -e *seq.*: Plavt. Most. 795 senex -us (-e *P*) te ante ostium eccum opperitur (*paulo aliter p. 300, 22 sqq.*). Ter. Hec. 428 Pamphilum -um video stare ante ostium. Apvl. apol. 4 *labor mihi* vigorem debilitat. capillus -e, quem . . . ad lenocinium decoris promissum dixere, vides quam sit amoenus ac delicatus.

II *augetur additamentis demonstrativis (quibuscum fere ad notionem, sensum unum coalitum est. loci, quibus '-e' ponitur pro subst., non distinguuntur ab exemplis, ubi pro adi. adhibetur)*: **A** ecce (*verba iuncturae saepe et ad compositionem videntur coalita esse similiter ut* eccillum, eccistum *et iis locis, ubi differentia casuum exstat vel* ecce *[v. vol. V 2, 26, 41] legitur, artius cohaerent, cf. et Bach l. c. [p. 299, 58] 403. 407 sqq.; vol. V 2, 24, 57 sqq. [e. g. l. 63. 64. p. 25, 33. 70]*): **1** -e *seq.* (*ubique fere verba iuncturae conexa sunt per synaliphen praeter l. 14. 16. 20*): Plavt. Aul. 712 eccum -um ([Ter. Eun. 738 eccam -am. Ad. 720]. Epid. 184 eccum -um . . . conspicor. Men. 109 Menaechmum eccum -um video [772 eccam eampse. Ter. Andr. 605. Hec. 352 eccum video -um egredi]. Mil. 1215 eccam -am egreditur foras. Ter. Andr. 532 eccum -um obviam [*v. p. 299, 63*]. 580). Persa 543 eccum -e advenit hospes ille *eqs.* (Rud. 663 eccas [ecce *P*] -ae huc egrediuntur . . . mulieres [Truc. 852 eccam eapse (ab se *P*) egreditur foras. Ter. Eun. 79 ecca⟨m⟩ -a egreditur]). Petron. 16, 4 ecce -a (*i. Quartilla*) venit ad stabulum (*paulo aliter ut vid.*: CE 2076, 1 [*in sepulcro, cui effigies adfuisse videtur*] sum Titus hic ecce Crescens Vesdrunus -e *eqs. [cf. p. 328, 12]. v. et Bach l. c. 402 sq.*). **2** -e (eapse) *praeced. (paulo aliter p. 299, 82. cf. et Bach l. c. 409 sq.)*: Plavt. Cas. 162 eapse (ea -a *P*, -a *A*) eccam egreditur. Men. 180 ⟨e⟩apse ecca⟨m⟩ exit (*v. Bach l. c. 403*).

B praesto: Ter. Andr. 415 -um adeo praesto video cum Davo.

C en (*aliquis monstratur, spectatur vel in narratione praesens effingitur, repraesentatur. paulo aliter p. 347, 37. de corporis membro l. 37. in orat. indir. l. 32. delectum exemplorum suppleas e vol. V 2, 547, 46 sqq. 55. 62. 64. 66*): Verg. ecl. 1, 12 en -e capellas protenus aeger ago. Ov. met. 2, 296 Atlans en -e laborat. Liv. 2, 6, 7 -e en ille nostris decoratus insignibus . . . incedit (*cf. Weissenborn-M. ad l.*). 7, 15, 2 (*in or. indir.*) en -um imperatorem . . . vocare ad proelium. Sen. Ag. 879 (*mens provida Cassandrae ostendit Agamemnonem*) en (*Heinsius*, et ω) -e picta veste sublimis iacet. Med. 995 en -a (*i. Medea*) . . . imminet. Phaedr. 834 en -e Theseus . . . adest. Val. Fl. 8, 60. Sil. 2, 679 (*verba Tiburnae*) tibi ego haec (*sc. arma*) . . . ad manes en -a fero. Avien. Arat. 191 en manus (*v. l. 27*) -a dei (*i. Herculis*) . . . erigitur (*perinde ac si sub divo monstret astrum*). Greg. Tvr. Franc. 5, 49 p. 260, 19 ille . . . coepit . . . dicere: 'en -e (-um *l. v.*), qui mihi silentium indicit *eqs.*'

pars altera: *c. vi id demonstrandi, quod verbis tantum, non gestu significatur*:

I *vi demonstrativa vigente* (*cf.* Gramm. suppl. 149, 24 sqq.):

A *usus anaphoricus:* *pertinet ad aliquem (aliquid) certum, ante memoratum*: **1** *generatim: arcessit vel aliquid (animans, rem) paulo ante significatum vel remotiora, post digressionem retractanda, sermoni denuo adnectenda (ita fulcit, disponit interdum structuram enuntiati [e. g. l. 72. p. 301, 14 sq.]; saepius in transitu sermonis ad propositum [ut in descriptione locorum, e. g. p. 302, 26 sqq. 31] vel ad eum, qui priores partes agit, cf. Wagner, Quaest. Virgil., 1832, 460 sq. sic ubique fere subest vis quaedam identitatis): fere i. q. is, idem (sc. usu anaphorico, v. vol. VII 1, 204, 1 sqq.), ὅ (v. p. 301, 2. 30 sqq. 309, 56)*:

a *per se ponitur* (-e *repetit significantius pron. haud longe remotum l. 58. aliquem [aliquid] iam brevi revocare, memorare sermonis cottidiani, post digressionem videtur eruditorum fuisse [v. p. 301, 2]. pertinet ad enunt. secund. [rel. p. 301, 6] l. 82. interdum c. emphasi, e. g. p. 301, 8. nota hebraismum p. 301, 25*): **α** *varia*: Plavt. Asin. 146 reddam . . . te . . . mansuetem *eqs.* nam isti (*i. puellae*) quid suscenseam -i? (*cf. l. 52*). Poen. 1060 me Antidamas . . . emit et is me sibi adoptavit filium. :: Demarcho item -e fuit adopticius. 1112 statura hau magna *eqs.* :: -a east (*sic spectat ad narrationem, descriptionem antecedentem*: Ter. Haut. 663 -a est. Eun. 347. Apvl. met. 2, 13, 2 -e est . . . nec ullus alius. *sim. in affirmatione*: Optat. app. 1 p. 185, 24 Zenophilus . . . dixit: Silvano communicas? Victor respondit: -i. Avson. 471, 14 p. 86 P. Pacatum dicis? -e est. Qverol. p. 30, 24 R. illosne planetas, qui . . .? :: -os. *cf. Schmalz-Hofmann⁵ 478. v. et p. 299, 65*). Truc. 890 sq. ⟨pater⟩ adest pueri. :: sine eumpse (*Bothe*, eum -e *BCD*) adire huc. sine, si is est modo. :: . . . :: sine eumpse (*Bothe*, eum -e *BCD*) adire *eqs.* Enn. ann. 14 terra corpus, quae dedit, -a capit ([*paulo aliter Cic. Cato 72*]. *sim.* Sall. Catil. 51, 34 illi, quibus Damasippi mors laetitiae fuerat, . . . -i trahebantur [*sc. ad necem*]. Hier. epist. 21, 26, 1. 39, 2, 3. Greg. Tvr. glor. mart. 35 p. 511, 1 filium in eo loco, ubi eum dormientem reliquerat, in -o adhuc sopore teneri. *cf. et p. 302, 60. Schmalz-Hofmann⁵ p. 620; Hofmann, Umgangsspr. p. 104 sq.*). Acc. trag. 234ᵇ probae etsi in segetem sunt deteriorem datae fruges, tamen -ae suapte natura enitent. Cic. Att. 2, 8, 1 scito Curionem . . . venisse *eqs.* -e vero mirandum in modum *eqs.* Caes. civ. 3, 104, 3 Achillam . . . et L. Septimium . . . ad interficiendum Pompeium miserunt. ab his liberaliter -e appellatus . . . naviculam . . . conscendit. Hirt. Gall. 8, 16, 2 equites cum intrare fumum . . . timerent ac, si qui cupidius intraverant, vix suorum -i priores partes animadverterent equorum *eqs.* ([Vlp. dig. 38, 16, 3, 2 Marcian. dig. 19, 5, 25 CIL VIII 16752]. *sim. excipit sententiam praecedentem, secund.*: Qvint. inst. 5, 13, 18 petit accusationem in Verrem Q. Caecilius, quod fuerat quaestor eius: -um Cicero ut pro se videretur, efficit. *cf. et* Gell. 20, 1, 15).

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VERG. georg. 4, 464 (*vs. 454* Orpheus) -e . . . te . . . canebat ([*cf. Theocr. 11, 13* ὃ δὲ . . . *ἀείδων*]. '-e' *repetit aliquem longius remotum, animo obversantem [cf. l. 65]; item*: Aen. 2, 479 [*469* Pyrrhus]. 4, 517 [*504* regina]. OV. met. 4, 740 [*730* Perseus]. LIV. 2, 35, 6. 27, 43, 11. VAL. FL. 6, 696 [*690* Myraces]. STAT. Theb. 4, 68 [*63* Adrastum]. TAC. hist. 2, 47, 1 ann. 12, 1, 2. 15, 37, 1). TIB. 3, 19 (= 4, 13), 8 qui sapit, in tacito gaudeat -e (ille *C*) sinu (*sic spectat ad enunt. rel. [cf. p. 306, 39]*: OV. am. 2, 4, 20 cui [*i. puellae*] placeo, protinus -a placet. QVINT. decl. 313 p. 227, 25. 331 p. 300, 8. POMPON. dig. 12, 6, 7 quod . . . per errorem solvitur, aut -um aut tantundem repetitur [MARCIAN. dig. 19, 5, 25]. VLP. dig. 3, 6, 3, 3. TERT. spect. 21 p. 22, 6 [*syn.* idem]. AVSON. 330, 6 p. 117 P. *cf.* COD. Theod. 9, 34, 9 quicumque [*cf. p. 307, 23*] obtulerit inventum, . . . -um reum . . . retinendum *eqs.*). PLIN. nat. 2, 137 Marcia . . . icta *fulmine* gravida partu exanimato -a citra ullum aliud incommodum vixit (*sim.* 11, 28 lucus ademptis alis in alvum reiectus -e ceteris adimit *alas. cf. p. 300, 46*). GROM. p. 319, 27 sub fonte aquam . . . et -a finem facit (*sim.* p. 323, 9 viam ab oriente. et -a finem f. *v. Josephson, Casae litt., 1950, 225 sqq.*). p. 332, 4 tria rivora . . . invenies. de -is unum . . . aquam habentem. VLP. dig. 42, 2, 14, 15 competere *tibi* furti actionem etiam eius (*i. eculei*) nomine, quamvis -e non sit commodatus *tibi*. TERT. patient. 6 p. 10, 6. ITALA gen. 14, 13 (codd. 91. 94) quidam nuntiavit Abram (*dat.*) . . ., -e autem habitabat ad quercum (*αὐτός, Vulg.* qui). 16, 3 (Aug. loc. hept. 1, 51 p. 516, 6) *Sara* dedit eam Abram viro suo -i uxorem ([*τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς αὐτῷ, Vulg.* viro suo uxorem. *v.* AVG. *ibid.* l. 7 plus habet '-i']. *sic per hebraismum ut vid.* [*cf. p. 300, 56*]: 30, 4 [Aug. loc. hept. 1, 109 p. 523, 17] dedit illi . . . ancillam suam -i uxorem [*αὐτῷ . . . παιδίσκην αὐτῆς αὐτῷ, Vulg. aliter. v.* AVG. *ibid.* l. 18 plenum esset, etsi '-i' non adderetur]. num. 13, 20 [Aug. doctr. christ. 2, 13, 20] civitates in quibus . . . inhabitant in -is [*εἰς ἃς . . . ἐν αὐταῖς, Vulg. aliter*]). 40, 8 (cod. 101) interrogavit eos *eqs.* -i . . . dixerunt ei (*οἱ δὲ εἶπαν, Vulg.* qui). Matth. 13, 11 (cod. 18) dixerunt ei . . .; ad -e respondens ait illis ([*ὁ δὲ, Vulg.* qui]. 13, 37 [cod. f]). Marc. 14, 20 (cod. f) quibus -e ait (*ὁ δὲ εἶπεν, Vulg.* qui ait). Luc. 17, 37 (cod. b *al.*) -e dixit (*ὁ, Vulg.* qui). Ioh. 16, 13 (Tert. praescr. 22 l. 34) cum venerit ille spiritus veritatis, -e vos deducet in . . . veritatem (*gr. et Vulg. aliter*). INSCR. Dessau 4136 (*a. 222/235*) Basilicus . . . et Mnesius criobo⟨li⟩um fecerunt et -i susc⟨e⟩perunt *eqs.* CYPR. epist. 43, 6 p. 595, 17 instruit apostolus dicens *eqs.* et iterum dicit -e: *eqs.* (FILASTR. 149, 8. PALLAD. 4, 10, 6 adserit Martialis *eqs.* idem dicit *eqs.* -e adserit. ENNOD. carm. 2, 71 tit. [*69 tit.* de eunucho. *70 tit.* de eodem] de -o. 72 tit. de -o). ARNOB. nat. 4, 22 p. 158, 24. 26 ex Hyperiona . . . et ex Iove . . . Sol . . .: ex Latona et eodem . . . Diana: . . . ex Semela atque -o Liber: . . . ex -o . . . et Maia Mercurius. PEREGR. Aeth. 7, 4 in eo loco fuimus; nam -e est campus *eqs.* 8, 5 HIER. epist. 106, 73. VVLG. Matth. 5, 3 sqq. beati pauperes spiritu, quoniam -orum (*αὐτῶν*) est regnum caelorum *eqs.*

β *usu coartato, definito: pertinens ad loca, oppida ante appellata sive animo obversantia (cf. infra l. 65) sim. significat eos, qui ibi sunt: indigenas, oppidanos, cives sim.*: CAES. Gall. 3, 29, 2 cum iam pecus atque . . . impedimenta a nostris tenerentur, -i densiores silvas peterent *eqs.* (*cf. Meusel ad l.*). OV. Pont. 1, 8, 13 stat vetus urbs . . ., Caspios Aegisos, de se si credimus -is (creditur ipi *G*), condidit *eqs.* LIV. 6, 30, 9 Setiam -is querentibus penuriam hominum novi coloni adscripti sunt. 9, 41, 15 plaga una, Materinam -i appellant *eqs.* (37, 27, 9. 37, 40, 5 PLIN. nat. 5, 64. *sim.* LIV. 25, 24, 8 insula, quam -i Nasson vocant. 42, 45, 4. 44, 2, 10 QVINT. inst. 1, 5, 13). 24, 35, 1 Helorum atque Herbesum dedentibus -is recipit *Marcellus* (*sim.* 31, 16, 5 Elaeunta . . . tradentibus -is recipit. 44, 7, 5 tradentibus sese -is). 24, 36, 10 Murgantiam . . . prodito ab -is praesidio Romano recipit. 36, 25, 8. CVRT. 7, 5, 32 diripere urbem . . . -osque ad unum caedere. TAC. hist. 3, 57, 2 Tarracinam . . . moenibus . . . magis quam -orum ingenio tutam (*cf. Heraeus ad l.*). FLOR. epit. 4, 12, 59 mox . . . aeterna pax cum -orum ingenio in pacis artes promptiore, tum consilio Caesaris *eqs.* PEREGR. Aeth. 2, 1 quantum -i dicebant.

b *coniungitur c. nomine, subst.* (*ad verbum sive ad sensum iterato vel liberius ad ea pertinente, quae animo obversantur, e contextu intelleguntur, e. g. l. 72. p. 302, 34. 50; v. et vol. VII 1, 204, 2 sqq. 48. 54. hic usus quodam modo iam ad naturam articuli spectat, cf. Cavallin, Stud. z. Vita Caes. Arel., 1934, 64; Josephson, Casae litt., 1950, 226*$^{med.}$): PLAVT. Asin. 876 (*871 sqq.* hominem *eqs.* ille *eqs.* is *eqs.*) iam faxo -um hominem manufesto opprimas. CIC. Quinct. 19 *iste*, qui hunc in summas angustias adductum putaret, ut eum suis condicionibus in -o articulo temporis adstringeret (*sic in descriptione temporis ad actionem sim. antea memoratam spectante*: TERT. adv. Marc. 4, 28 p. 518, 17 arcessitus . . . ad maledicendum . . ., quam illi -a hora spiritus suggerebat, benedictionem pronuntiabat [*spectat ad*: VVLG. Luc. 12, 12 in -a hora, *ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ*]. *item*: ITALA act. 16, 33 [cod. g] -a hora noctis [*ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, Vulg.* in illa hora]. 22, 13 [cod. g] dixit '. . . aspice'; ego -a hora aspexi in eum [*αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, Vulg.* eadem hora]. *sim.*: HERM. Pal. vis. 3, 1, 2 in -a nocte [*vulg.* eadem nocte, *gr. αὐτῇ τῇ νυκτί*. HIER. epist. 54, 16, 2]. OROS. hist. 6, 20, 6 in diebus -is [LEX Visig. 9, 1, 6 -a aut altera die]). S. Rosc. 117 primo sociorum *legationis* consilia adversariis enuntiavit, deinde societatem cum -is adversariis coiit. Verr. II 3, 128 quid . . . erat, quod vectigalibus prospiceret Metellus *eqs.*? atque -e Metellus, qui vectigalibus prospicit, . . . quid adsequitur *eqs.* Sull. 58 veri simile non est, ut . . . hunc (*i. Sittium*) . . . ab se dimitteret *Sulla*. -e autem Sittius *eqs.* (VITR. 5, 10, 1 -a autem caldaria *eqs.* CELS. 4, 1, 13 PLIN. nat. 2, 81. POMP. gramm. V 127, 34 conputantur accentus a fine; -e autem accentus tres habet locos *eqs.* PEREGR. Aeth. 2, 1). dom. 109 ea iste non solum contra religionem labefactavit, sed etiam -ius religionis nomine evertit. CATVLL. 63, 45 (*42* Attin) -a (-e *V*) . . . Attis sua facta recoluit (*sic* '-e' *revocat aliquem, aliquid longius remotum* [*v. et vol. VII 1, 204, 3 sq.*]: CAES. civ. 1, 58, 1 [*1, 57, 4* ⟨a⟩ Massiliensibus] -i Massilienses *eqs.* SEN. dial. 3, 18, 5 MELA 1, 115. VAL. FL. 3, 37 [*2* Tiphyn]. FIRM. err. 15, 2 AMM. 26, 7, 14. AVG. civ. 1, 4 p. 8, 26 D. -a, ut dixi [*1, 2 p. 6, 11 sqq.*], Troia *eqs.* in psalm. 103, 3, 3. *v. l. 29, cf. et p. 301, 2*). 66, 57 ales equus . . . me Veneris casto collocat in gremio. -a suum Zephyritis (*i. Arsinoe, Venus*) eo famulum legarat (*Callim. frg. 110, 57 Pf.* [*αὐτή*]*μιν Ζεφυρῖτις*). CAES. Gall. 1, 18, 3 Dumnorigem . . . designari sentiebat *eqs.* -um esse Dumnorigem . . . cupidum rerum novarum (*cf. Meusel ad l.*). 7, 69, 1 Ov. met. 6, 650. LIV. 2, 25, 4 eques usque ad castra pavidos egit; mox -a castra *eqs.* 25, 1, 1 Hannibal in agro Sallentino *eqs.* -orum interim Sallentinorum . . . urbes ad eum defecerunt. *al.* VITR. 1, 7, 2. 2, 6, 3 si . . . in his locis . . . inveniuntur fontes . . . -aque loca *eqs.* CELS. 8, 1, 22 quinque ossa ad digitos tendentia palmam explent; a quibus -i digiti oriuntur. SEN. clem. 1, 8, 3 est haec summae magnitudinis servitus *eqs.*; sed cum dis tibi communis -a necessitas est. dial. 5, 1, 4 si resistere contra affectus suos non licet, at certe affectibus -is licet stare. COLVM. 4, 24, 17 in ea parte, qua pampinum studemus elicere. iam vero -os palmites *eqs.* (*cf.* HIER. Didym. spir. 6 p. 108^{B} -e vero spiritus sanctus. *v. et l. 34. 53*). MELA 1, 18. 1, 81. 1, 94. PLIN. nat. 4, 14 inde Eliorum ager *eqs.* -a Elis in mediterraneo *eqs.* (*sim.* 5, 67 quod praeiacet mare . . . Phoenicium appellatur. -a gens Phoenicum *eqs.* TAC. Agr. 13, 1 Britannia . . .; -i Britanni. Germ. 2, 1 -os Germanos *eqs.* [*1, 1* Germania]. AMM. 23, 6, 67). 4, 58 Aegila . . . XV a Cythera eademque a Cretae Phalasarna oppido XXV. -a Creta *eqs.* 17, 229 fit aliud *malum* ex eodem, si sol . . . inussit -um vitium (*sc. erucas*). 29, 40. FRONTIN. aq. 19 *rivus* per Caelium ductus, -ius montis usibus nihil . . . sumministrans *eqs.* 20. TAC. dial. 35, 3 cum pueri inter pueros . . . et dicant et audiantur. -ae vero exercitationes *eqs.* 36, 4 PLIN. epist. 2, 17, 19. 9, 33, 5. TRAIAN. Plin. epist. 10, 66 (72), 2 nec adsertionem denegandam his, qui . . . in libertatem vindicabuntur . . . neque -am libertatem redimendam *eqs.* GROM. p. 312, 17. 319, 29 de latus se aquam vivam habens *eqs.* -a aqua viva terminus est (*cf. Josephson, v. p. 301, 68*). PAVL. dig. 6, 1, 58 *si quis* hominem noxae dedisset, deinde de -o homine *eqs.* GAIVS epit. 2, 8, 3 item patruus . . . fratris sui filio agnatus est. -o modo sunt *agnati* fratres patrueles (FILASTR. 122, 1). GELL. 17, 1, 9 est haec . . . verbi . . . sententia . . ., tametsi antiquiores verbo -o alio . . . modo usitati sunt. Ps. APVL. Ascl. 29 sol lumine ceteris astris antistat. -e enim sol *eqs.* TERT. apol. 16, 2. adv. Hermog. 15, 5 si qua . . . ratio exegit illud (*i. malum*) induci, cur non et ex nihilo potuerit induci, -a ratione excusatura dominum *eqs.* spect. 29 p. 27, 22 quae maior voluptas quam fastidium -ius voluptatis. *al.* CE 1238, 19 (*fere s. III*) *me* dominum fecere domus, et villa paratast et nullis opibus indiget -a domus. PALLAD. 1, 19, 1 situs horreorum quamvis -am (*sc. septentrionis, cf. 1, 18, 1*) desideret partem *caeli* (*v. Widstrand, Pall. Stud., 1926, 6*). 1, 29, 4 PEREGR. Aeth. 2, 2. 21, 4. GAVDENT. serm. 18, 26 postulasti, ut parabolam . . . explanarem. explanationem vero -am *eqs.* (*verb. fin. vel infin. excipitur substantivo item*: AVG. civ. 10, 17 p. 430, 6 D. arcam . . . reddiderunt. -a autem redditio qualis fuit! *eqs.* 14, 3 p. 7, 12 adgravamur . . . et -ius adgravationis causam *eqs.* conf. 8, 10, 22 p. 172, 19 dissipabar . . . et -a dissipatio me invito fiebat. CAEL. AVR. chron. 4, 6, 87). PELAGON. 242 astulas de fico . . . in cinerem redegeris, -um cinerem cribrato, postea *eqs.* (*Hippiatr. gr. I p. 135, 10 sq. τὴν αὐτὴν τέφραν*). VVLG. Ioh. 5, 36 opera . . ., quae dedit mihi pater, ut perficiam ea, -a opera . . . testimonium perhibent de me (*τὰ . . . ἔργα, ἃ . . ., αὐτὰ τὰ ἔργα. cf. et l. 53*). ORIBAS. syn. 6, 26, 6 Aa p. 112$^{ex.}$ uteris oleo . . ., deinde oportet -um oleum detergere (*gr. τὸ μὲν ἔλαιον*). *huc fortasse*: ENN. ann. 12 venit divinitus pullis -a anima.

2 *specialia*: **a** *usus fere obliquus* (*vel saepius refl.* [*praeter p. 305, 59 sqq.*]: '-e' *quodam modo de loco contendere potest c. refl., ad hoc videlicet aptum, quod etiam in enuntiato pendente saepe quosdam extollit, c. ceteris componit et numerum genusve significat. ceterum dubium non est, quin et exempla exstent, ubi usu pron.* '-e' *amphibologia vitatur [e. g. p. 304, 57. 68]. v. et Wackernagel, Synt. II 89; Housman ad* MANIL. 1, 420: '*-um pro se Manilianum est*'. *hic illic plur. refertur ad sing. [cf. Wackernagel l. c. 87 sq.], e. g. p. 304, 58. 73. 80.* '-e' *vim anaphoricam etiam eis locis praestat, ubi ordine quibusdam de causis inverso* '-e' *praecedit, e. g. p. 304, 18. 51*):

α *in eodem enunt.*: Ⓘ *per gen.* (*fere vice pron.* suus, *aliter p. 303, 21*): Ⓐ *spectat ad subi.*: CAES. Gall. 1, 1, 1 *incolunt Galliae partem* tertiam, qui -orum lingua Celtae, nostra Galli appellantur (*sim.* TAC. Germ. 6, 1 hastas vel -orum vocabulo frameas gerunt). PLIN. nat. 36, 31 *artifices opus* gloriae -orum artisque monumentum iudicantes. PAVL. dig. 31, 87 pr. *testatrix* Seio tesseram frumentariam comparari voluit post diem trigesimum a morte -ius. TERT. test. anim. 5 p. 141, 2 *anima* meminit sui auctoris . . . et decreti eius et exitus sui et adversarii -ius. ITALA Matth. 13, 43 (Iren. 4, 40, 2) iusti fulgebunt sicut sol in regno patris -orum (*αὐτῶν, Vulg.* eorum). NOVATIAN. cib. Iud. 2 p. 229,

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

20 *animalia* in archa Noë ex praecepto creatoris -orum ad subolem reservata *-sunt*. COD. Iust. 11, 66, 2, 1. Ⓑ *spectat ad acc.*: CIC. S. Rosc. 127 Sullam et oratio mea et -ius ... virtus ... purgavit. Sest. 32 quis unquam consul senatum -ius decretis parere prohibuit? Phil. 5, 29 exclusit illum (*i. Antonium*) a re publica ... non solum scelus -ius, sed etiam ... fortuna. Brut. 329 illum videtur felicitas -ius ... ab ... miseriis ... vindicavisse. fam. 5, 1, 1 CELS. 5, 26, 1^{c} CVRT. 6, 9, 16. TAC. hist. 2, 45, 3 paucos necessarii -orum sepelivere *eqs.* PLIN. epist. 6, 18, 3 *Firmanos* studio meo dignos ... splendor -orum ... pollicetur. ITALA gen. 1, 24 (Tert. adv. Hermog. 22, 1) producat terra ... quadrupedia et repentia et bestias ... secundum genus -orum (*κατὰ γένος, Vulg.* secundum species suas). IREN. 4, 31, 3 *ecclesia* praemittens filios ad patrem -orum. Ⓒ *spectat ad dat.*: MANIL. 1, 420 -ius ... mundo templum est (*cf. Housman ad l.*). FRONTO p. 128, 3 v.d.H. (p. 135 N.) paupertas Claro ... nulla -ius culpa optigit. Ⓓ *conexione laxiore pertinet ad gen., sc. fere ad subi. logicum q. d.*: CIC. Brut. 112 huius ... libri scripti de vita -ius. LIV. 25, 29, 7 huius amentia ad perniciem ... -ius valuit. CVRT. 8, 8, 8 regum ... clementia non in -orum modo, sed etiam in illorum, qui parent, ingeniis sita est. PLIN. nat. 5, 1 populorum ... oppidorumque nomina ... sunt ineffabilia praeterquam -orum linguis. *nota c. pron. refl.*: IREN. 1, 30, 9 *Adam et Eva* in commemorationem venerunt suam -orum.

Ⓘ *per rel. casus*: Ⓐ *varia c. respectu pers. tertiae*: CIC. Sest. 8 numquam illum ... propriam nonnullorum de -o suspicionem ... infitiando tollere ... voluisse. LIV. 1, 17, 7 nec ultra nisi regem et ab -is creatum videbantur passuri. MANIL. 1, 11 favet mundus scrutantibus -um. 1, 288 sqq. cum aer ... volet undique in -um, quodcumque in medio est ... usque adeo tenue, ut verti non possit in -um *eqs.* 2, 123 ni ... natura ... cognatam ... sibi mentem vertisset ad -am (*cf. Wageningen ad l.*). 2, 187 Arquitenens, qui te, Capricorne, sub -o promittit (*cf. Housman ad l.*). 4, 159 post ... -os sidera linquunt (*cf. Bühler, Hermes 87, 1959, 479 sq.*). *al.* SEN. contr. 4 praef. 8 *Haterius* regi ... ab -o non poterat. VAL. MAX. 4, 5 ext. 2 sedem ... ei inter -os ... dederunt *Lacedaemonii* (*sim.* CVRT. 7, 7, 9 propius -um considere ... amicos iubet). SEN. benef. 2, 29, 6 *dinos* ab -is (-os R^1) proximos conlocaverunt. 4, 30, 3 quomodo ... *virtutes* id egerunt, ut ... beneficia sua etiam post -as relinquerent. dial. 5, 13, 5 *quidam* parere -is ... vetant. nat. 6, 5, 1 quidam liquere -is (~~sibi~~ *δ*) ... dixerunt. epist. 10, 2 *imprudentes* aut aliis aut -is ... pericula struunt. *al.* CVRT. 4, 10, 5 *vates* rationem ... -is perceptam non edocent vulgus. *al.* PLIN. nat. 7, 196 medicinam Aegyptii apud -os volunt repertam. *al.* QVINT. inst. 10, 7, 25 dum ... *aliquis* quasi dicat intra -um. TAC. ann. 2, 80, 2 *milites* ubi Pisonem ab -is parentem ... appellatum ... vidissent. 4, 25, 1 Numidas apud castellum ... ab -is ... incensum ... consedisse. 15, 2, 2. VLP. dig. 3, 5, 7, 3 *ut aliquis* neque per socium neque per -um aliquid damni sentiat. Ⓑ *usu peculiari c. respectu pers. secund.* (*de quo cf. Kühner-Gerth II 1, 571*): PS. CATO dist. 3, 17, 2 (= COMM. instr. 2, 23, 7) cum ... reus tibi sis, -um te iudice damna.

β in enunt. secundario positum (*nota*: '-e' *in una eademque continuatione verborum obl. bis positum et ad loquentem et ad appellatos spectat ut* CAES. Gall. 4, 11, 6 ad praefectos ... mittit, qui nuntiarent, ... si -i lacesserentur, sustinerent, quoad -e ... accessisset): Ⓘ *pertinet ad subi. (log.) enuntiati prim. vel enuntiati (construct.) regentis* (*e. g. l. 60. p. 305, 9. 306, 10*): Ⓐ *per nom.* (*v. Wackernagel, Synt. I 107*): ① *c. ratione obl. vel in or. obl.*: RHET. Her. 1, 12, 20 (= CIC. inv. 2, 116) filius se, qua -e vellet, in XXX pondo ei (*i. matri*) debere dicit. CIC. inv. 2, 120 nihil esse dubitationis, quin heres, quae -e vellet, daret (*sic in enunt. rel.*: Verr. II 3, 102. Flacc. 22 aliquid, quod -e nolit [*sim.* de orat. 3, 127 PLIN. nat. 35, 24]. Phil. 8, 25. div. 1, 56 *sibi* fratrem visum esse dicere, ... eodem sibi leto, quo -e interisset, esse pereundum. Att. 2, 22, 2 CAES. Gall. 2, 31, 4. *al.* LIV. 27, 4, 1 SEN. epist. 9, 8 PETRON. 101, 3 TAC. hist. 1, 26, 2 ann. 3, 56, 4 TERT. pudic. 18 p. 261, 17. *cf. et l. 67*). VERT. I 23 commemorasse istum (*i. Verrem*) quam liberaliter eos tractasset iam antea, cum -e praeturam petisset (*aliter l. 74*). Cluent. 159 est ... sapientis iudicis ... non quid -e (*v. app. cr.*) velit, sed quid lex ... cogat, cogitare. Sest. 24 foedus fecerunt cum tribuno ..., ut ab eo provincias acciperent, quas (*cf. l. 58*) -i vellent, ... ea lege si -i prius tribuno ... constrictam rem publicam tradidissent (CAES. Gall. 1, 36, 2. 7, 6, 4 SVET. Iul. 22, 1). CAES. Gall. 1, 3, 6 perfacile factu esse illis probat conata perficere, propterea quod -e suae civitatis imperium obtenturus esset. 5, 27, 3 sua ... esse eius modi imperia, ut non minus haberet iuris in se multitudo quam -e in multitudinem (civ. 3, 17, 3). civ. 3, 10, 6 (*mandata Caesaris*) sibi ... parcerent (*i. Pompeius et Caesar*), ⟨cum⟩ quantum ... fortuna posset, ... -i ... essent documento (*sim.* SALL. Iug. 107, 4 [*referuntur verba Volucis*] illum nihil ... ausurum, quom -e ... testis adesset. CVRT. 7, 6, 8 pedites ..., cum saucios commilitones -i [-e *A*] gestare adsuevissent, eripi sibi ... officium ... querebantur). LIV. 1, 26, 5 rex, ne -e ... supplicii auctor esset, ... inquit *eqs.* (*sim.* TAC. ann. 6, 9, 4. *cf. et* SVET. Tib. 21, 2 *Augustum* ambitione tractum, ut ... desiderabilior -e ... fieret). 4, 41, 6 *se* arbitrari, velut -e ... loci praesidio se ... sit tutatus, sic consulem *eqs.* (*sim.* SVET. Iul. 14, 1). 5, 46, 6 Caedicius negare (*inf. hist.*) se commissurum, cur sibi ... quisquam imperium finiret potius quam -e ... posceret imperatorem (VAL. MAX. 5, 8, 3). *al.* VAL. MAX. 4, 3, 8 Paulus ... penates ... *non* locupletiores fecit, praeclare secum actum existimans, quod ex illa victoria alii pecuniam, -e gloriam occupasset (*sim.* QVINT. inst. 11, 1, 82 AMM. 20, 4, 8). SEN. dial. 7, 18, 1 isti dicebant non quemadmodum -i viverent, sed *eqs.* (QVINT. inst. 4, 2, 15). STAT. Ach. 1, 665 (*cogitationes Deidameae*) quid faciat? casusne suos ferat -a parenti? PLIN. nat. 35, 65 ut Zeuxis ... concederet palmam ..., quoniam -e (*om. B*) volucres fefellisset, Parrhasius autem se. TAC. ann. 11, 31, 1 constat eo pavore offusum Claudium, ut ... interrogaret, an -e imperii potens, an Silius privatus esset. *nota: in or. obl. accedit ad enunt. exhortativum*: CAES. civ. 1, 9, 5 -i (*i. Caesar, Pompeius*) exercitus dimittant. TAC. ann. 14, 1, 2 (*referuntur verba Poppaeae*) si nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, redd⟨er⟩etur -a Othonis coniugio.

② *in enuntiatis fin. certa quaedam verba sequentibus*: CIC. Cluent. 63 qui metuisset, ne -e (ille ς) condemnaretur (LIV. 42, 17, 8 veritus, ne ... primus -e veneni experimentum esset. VAL. MAX. 4, 1 ext. 2). parad. 8 *Bias*, cum esset admonitus ..., ut idem -e faceret *eqs.* CAES. civ. 1, 26, 3 ut -e cum Pompeio conloqueretur, postulat *Caesar*. 1, 70, 4 *Afranius montem* iubet occupare eo consilio, ut -e eodem ... contenderet. SALL. Iug. 40, 4 Scaurus ... effecerat, ut -e in eo numero crearetur (*sim.* TAC. hist. 3, 54, 2 centurio ... perpulit, ut ad vires hostium spectandas ... -e mitteretur [SVET. Dom. 2, 2]). LIV. 28, 25, 8 Scipionem ... sollicitum habebat res, ne aut exercitus peccando aut -e puniendo modum excederet.

Ⓑ *per gen.*: ① *usu fere adnominali*: CIC. fin. 5, 24 *animal*, quid -ius natura sit, non intellegit. CAES. Gall. 1, 22, 3 ut erat ei praeceptum a Caesare, ne proelium committeret, nisi -ius copiae prope ... castra visae essent *eqs.* 1, 40, 4 *Caesar* eos incusavit: ... cur de sua virtute aut de -ius diligentia desperarent? (*sic pertinet* suus *fere ad eum, qui appellatur* [*cf. et l. 43*]: VAL. MAX. 8, 15 ext. 1 Crotoniatae ... ab eo petierunt, ut senatum -orum ... consiliis suis uti pateretur). 7, 20, 2 *dicunt* regnum illum Galliae malle Caesaris concessu quam -orum habere beneficio. NEP. Eum. 9, 1 intellegebant ... copias -orum contrahi non posse. LIV. 8, 19, 12 dixerunt agros, urbem, corpora -orum coniugumque ac liberorum suorum in potestate populi Romani esse. VAL. MAX. 3, 8 ext. 3 nec timuit Socrates, ne ... undecimus furor (*i. fere scelus*) mors -ius existeret (CVRT. 9, 5, 25). 6, 5, 2 iuraverunt in squalore se esse, quoad imperator -orum reus esset, futuros. CVRT. 3, 10, 7. 5, 10, 11 illi ... Artabazum orare (*inf. hist.*), ut causam -orum tueretur (7, 3, 16). PLIN. nat. 6,89 -orum opes maiores esse dicebant. TAC. hist. 2, 27, 2. 3, 64, 1. ITALA gen. 38, 16 (Lugd.) nesciebat ..., quod nurus -ius esset ([*ἡ νύμφη αὐτοῦ, Vulg.* sua]. 48, 17 [Lugd.] videns ... Ioseph, quod misisset pater -ius dexteram suam super caput Efrem [*ὁ πατήρ, Vulg.* pater suus]). IREN. 5, 3, 3 dicunt *quidam* non esse membra -orum percapabilia vitae (*gr. τὰ μέλη αὐτῶν*). ② *usu adverbali*: CVRT. 4, 1, 3 *Dareus* hinc ad Euphraten contendit id ... credens fore -ius, quod *eqs.* IVLIAN. dig. 41, 2, 38, 1 si quis ... *possessione fundi* cedere ... dicat, si -ius fundus esset *eqs.* (*seq.* si fundus alienus sit). TERT. adv. Marc. 3, 6 p. 383, 17 *quasi* Iudaei ... omni officio religionis prosecuturi *Iesum*, si -orum fuisset (*praeced.* ali⟨en⟩um fuisse). CYPR. epist. 76, 5 p. 831, 23 -ius ... esse quod vincimus (*i. Christiani*) ... declarat ... dominus ... dicens *eqs.*

Ⓒ *per cet. casus*: ① *c. ratione obl. vel in or. obl.*: ⓐ *in constr. q. d. acc. c. inf.*: ⓐ *ponitur pro subi.*: CIC. Brut. 292 est ... hominis ... faceti ... *sapientiam* sibi -um detrahere, eis tribuere illudentem, qui *eqs.* (*aliter p. 352, 36*). CAES. Gall. 7, 38, 5 multitudini exponunt: ... -os se inter multitudinem militum occultasse. 7, 54, 1. NEP. Milt. 3, 5 dicens ... -os ... civibus suis poenas daturos. LIV. 32, 8, 13 senatus ... responderi iussit: ... auxilia ... *non* -os missuros. SEN. contr. 7 praef. 7 centumviri dixerunt dare (*sc. sententiam*) -os secundum adversarium. 9, 2, 7. suas. 1, 6. VAL. MAX. 3, 1, 3 *Sullae* filium *condiscipulus* ... -um ... idem facturum minitantem colapho percussit. SEN. benef. 6, 30, 6 nec intellexerunt ... -os nihil non adversi exspectare debuisse. nat. 6, 1, 10 istos, qui ... negant ... -os ... in illam regionem accessuros. *al.* CVRT. 3, 8, 7 Graecis nuntiari iubet *Dareus*, -um ... benivolentiae illorum gratias agere. 4, 11, 22 legati respondent ... -os petere, ut *eqs.* 9, 1, 8 cui Alexander nuntiari iussit, si gravaretur ad se venire, -um ad eum esse venturum. *al.* TAC. hist. 2, 46, 1 bonum habere animum iubebant *milites*: ... -os extrema ... ausuros. 4, 75, 1. TERT. bapt. 11 p. 210, 9 quasi ... -um suis manibus tincturum Iohannes praedicasset. Ⓑ *rel. exempla*: CAES. Gall. 7, 1, 4 *principes* hunc casum ad -os recidere posse demonstrant. civ. 3, 10, 9 erat ... summa mandatorum *Caesaris*: ... interesse id rei publicae et -is (*sc. utrique: Caesari et Pompeio*) placere oportere. NEP. Milt. 3, 5 Histiaeus ... obstitit dicens non idem -is ... expedire et multitudini. LIV. 4, 48, 14 orationes a primoribus patrum habitae sunt *eqs.* praeclarum -is potestatique esse *eqs.* 35, 46, 13 SEN. suas. 5, 7 SEN. benef. 3, 23, 2. CVRT. 6, 2, 17 -is ... finem militiae adesse credebant. 8, 10, 1. PLIN. nat. 6, 87 *legati* lunam ... apud -os ... adspici fatentes. TAC. hist. 3, 2, 1 Antonius Primus ... festinationem -is utilem, Vitellio exitiosam disseruit. VLP. dig. 37, 10, 1, 10. APVL. met. 11, 27, 9 sibi visus est ... audisse ... et illi studiorum gloriam et -i grande compendium ... comparari. VITA Anton. 62 p. 69, 7 *Antonius* talia ... audiens de -o dici *eqs.* (*gr. aliter*).

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ⓑ *aliae constr. pendentes*: Cic. Verr. II 1, 39 hi (*i. adversarii Carbonis*) debent non quid illi (*i. Carboni*) accidere voluerint, sed quid -is ... metuendum sit cogitare (*sic in interrog. obliquis*: Val. Max. 7, 3, 2 Apollinem iuvenes consuluerunt, quisnam ex -is ... regnaturus videretur. Ivv. 6, 568 *astrologos* consulit ... *coniunx* tua ..., an sit victurus adulter post -am [illam *g*]. Cod. Theod. 11, 39, 1 ut ... debeat probare, unde res ad -um pertineat). II 2, 55 rogant eum ut sibi id, quod ab -is abisset pecuniae, curet ([*cf. Lebreton, Études, 1901, 133*]. *sic in enunt. rel.*: off. 3, 115 si *Regulus* ..., quod -i opus esse videretur, non quod rei p., censuisset. fam. 5, 14, 1 Caes. Gall. 1, 39, 6 Qvint. inst. 12, 8, 15 Svet. Nero 15, 1. *cf.* Cic. fin. 2, 117 *adulescentes* quicquid -is expediat, facturos. *aliter l. 17*). Catvll. 74, 3 Gellius audierat patruum obiurgare solere, si quis *eqs.* hoc ne -i accideret, ... perdepsuit *eqs.* (*sic in enunt. fin., per* ne: Liv. 5, 36, 10. *per* ut: Liv. 31, 26, 6. Cvrt. 8, 11, 21 *faces* accenderant ..., ut tutior esset -is fuga. Vlp. dig. 11, 7, 20 pr. Tert. spect. 2 p. 3, 17. *huc addas*: Sall. Iug. 46, 2 legatos ... *Iugurtha* mittit, qui ... -i liberisque vitam peterent [*cf. p. 306, 60*]). Caes. Gall. 1, 13, 5 *Divico* ita cum Caesare egit: ... quod ... pagum adortus fudisset, ... ne ... aut suae ... virtuti tribueret aut -os despiceret. 1, 19, 1 cum ad ... suspiciones ... res accederent ..., quod ... omnia non modo iniussu suo (*i. Caesaris*) et civitatis, sed etiam inscientibus -is fecisset ([*cf. Meusel ad l.*]. *sic in abl. abs.*: civ. 3, 16, 5 hortantibus -is. Liv. 26, 37, 7 pudebat ... se spretos, ut sedentibus -is *eqs.*). 1, 34, 2 Ariovistus respondit: si quid -i a Caesare opus esset, sese ad eum venturum fuisse (Cvrt. 7, 10, 8 respondent: si quis -os beneficio ... experiri maluisset *eqs. sim.* Cvrt. 3, 1, 8 nisi ... auxilium Dareus -is [-e *A*] misisset. Ivv. 6, 519). 1, 43, 6 docebat *Caesar* ..., quam veteres ... causae necessitudinis -is cum Haeduis intercederent. 1, 44, 8 ut -i (*i. Ariovisto*) concedi non oporteret, si ..., sic ... nos esse iniquos (Colvm. 11, 1, 17 moneat ... *vilicus* sic fieri debere, ut ab -o ... sit effectum). Bell. Alex. 7, 1. Nep. Hann. 2, 2 *legati*, qui ... darent ... operam ..., ut Hannibalem in suspicionem regi adducerent, tamquam ab -is corruptus alia atque antea sentiret (*sim.* Svet. Aug. 28, 1 memor obiectum sibi ab eo [*i. Antonio*] ..., quasi per -um staret, ne *eqs.*). Sen. epist. 79, 15 *Epicurus* adiecit nihil sibi et Metrodoro ... nocuisse, quod -os ... Graecia ... ignotos ... habuisset. *nota: ut locutio* quantum in se (*cf. Schmalz-Hofmann⁵ 470*) *ita et ea quae est* quantum in -o (*cf. l. 78*) *fortasse hic illic adhiberi videtur in enunt. non obliquis*: Cic. S. Rosc. 111 *fidem* qui laedit ..., quantum in -o est, disturbat vitae societatem. Flacc. 61 togatos interemerunt, nomen civium ..., quantum in -is fuit, sustulerunt. Val. Max. 1, 6, 6 Cels. 7, 18, 8 Qvint. inst. 8, 2, 16 Tert. adv. Val. 9 p. 187, 1.

Ⓒ *in enuntiatis final. certa quaedam verba sequentibus*: Cic. Verr. II 2, 148 postulant ..., non uti ne cogantur statuere; quid igitur? ut -is ne liceat (Liv. 28, 9, 7). Sest. 42 consules ... perfecisse, ut per -os publicum consilium ... tolleretur. Caes. Gall. 7, 63, 5 (4) contendunt, ut -is summa imperii tradatur. civ. 3, 44, 4 illi ... munitiones efficiebant, ne ... nostri ... -os a tergo circumvenire possent. Nep. Alc. 5, 1 pertimuerunt, ne ... ab -is descisceret et cum suis in gratiam rediret (*sim.* Tac. ann. 13, 40, 1). Liv. 3, 52, 11 orant ac monent, ut -is ab invidia caveatur nec suo sanguine ad supplicia patrum plebem adsuefaciant (Cvrt. 3, 12, 11). Vell. 1, 10, 4 is ... deos ... precatus est, ut ... in -um potius saevirent quam in rem publicam. Val. Max. 5, 1, 1[f] *senatus* hortatus ... est, ut ... adeundi -ius (-os A^2) diem peteret. Sen. benef. 2, 23, 2 dant operam, ut beneficium in -os conlatum quam ignotissimum sit. Tac. hist. 2, 6, 2 ne ... penes -os ... servitii necessitas esset, fremere miles. Venvl. dig. 43, 26, 21 cum ... quis rogat, ut -i in ... fundo morari liceat.

Ⓓ *pertinet magis fere ad eum, qui appellatur, quem quis vult sim.* (*peculiariter p. 306, 10. ponitur in enunt. secund.; fere vice pron. velut* ille, is): Ⓐ *per nom.*: Cic. de orat. 2, 75 quaerebant ab Hannibale, quidnam -e de illo (ille -e *L*) philosopho iudicaret (*sic in interrog. obliqua*: Tert. adv. Marc. 4, 41 p. 561, 25 an -e esset Christus, interrogatur [Avson. 467, 3 p. 404 P. an -e sit maritus, *Penelopa* explorat. Amm. 15, 7, 4]. adv. Prax. 22 p. 269, 19 interrogatus ..., si -e esset Christus *eqs.*). Caes. Gall. 6, 1, 2 *Caesar* ab ... Pompeio ... petit, quoniam -e ad urbem ... remaneret *eqs.* 7, 29, 2 cuius rei fuerint -i imperiti (*cf. Meusel ad l.*). civ. 3, 17, 4 si hoc sibi remitti vellent, remitterent -i de ... custodiis (*sic accedit* '-e' *ad verbum exhortationis sim.*: Sall. Catil. 44, 6 ne cunctetur -e propius accedere. Iug. 108, 2 Nep. Hann. 12, 3. Liv. 2, 13, 9 -a [*sc. virgo*], quos vellet, legeret. Val. Fl. 3, 701 sq. Tac. hist. 4, 85, 2 ann. 1, 44, 1. Plin. epist. 5, 17, 4 lumen ... posteris -e [*a*, -is *vulgo, om.* γδ] praeferret). Val. Max. 5, 6 ext. 1. Ⓑ *per cet. casus*: Ter. Phorm. 721 dicat *uxor mea Phanio* magis esse illum idoneum, qui -i sit familiarior. Cic. div. 1, 36 *haruspices* cum respondissent, si marem *anguem* emisisset, uxori ... esse moriendum, si feminam, -i. Att. 5, 2, 1 *Hortensio* mandavi ..., ne pateretur, quantum esset in -o, prorogari nobis provinciam (*cf. supra l. 36*). 8, 10 Dionysius cum ad me ... venisset ..., rogavi, ut diceret, quid haberet in animo; me nihil ab -o (eo -o O^1P) invito contendere. Caes. Gall. 1, 19, 4 (*in colloquio c. Diviciaco*) commonefacit, quae -o praesente ... sint dicta. civ. 3, 73, 5 (*verba Caesaris ad milites*) -orum perturbatio ... victoriam interpellavisset (*sic accedit gen. ad subst.*: Cvrt. 5, 9, 12 Svet. Claud. 26, 2. Itala gen. 48, 1 [Lugd.] nuntiatum est Ioseph, quod pater -ius [*l. v.* tuus] interaestuaretur [ὁ πατήρ σου, *Vulg.* pater eius]). *al.* Sall. Iug. 8, 1 Iugurthae ... animum ... adcendebant: ... in -o maxumam virtutem ... esse. *al.* Liv. 23, 43, 13 Hanno ... egressos ... adloquitur: ... -orum quam Hannibalis ⟨magis⟩ interesse *eqs. al.* Sen. benef. 2, 13, 3. Cvrt. 3, 1, 6 caduceatorem praemisit, qui denuntiaret, ni dederent, -os ultima esse passuros. *al.* Tac. hist. 1, 52, 3 Valens ... instigare Vitellium ...: -um celebri ... fama esse. 3, 66, 2 *dicunt* -um ... senem ..., sed quod nomen ... filio eius ... fore? *al.* Svet. Tib. 74 *Tiberius* viderat ... *Apollinem* affirmantem sibi non posse se ab -o dedicari.

Ⓑ *usus reciprocus* (*cf. et p. 351, 10*): α inter -os: Cic. Planc. 78 bene de me meritorum inter -os contentiones. Phil. 11, 2 quorum ... inter -os odium. leg. 1, 16 quae *sit* naturalis societas *hominum* inter -os. *al.* Sall. Catil. 7, 6. Liv. 3, 33, 8 concordia. 4, 26, 6 discordia. 9, 43, 23 conubium. 43, 17, 5 omnia ... criminum ... inter -os plena. Sen. dial. 2, 12, 2 *pueri* inter -os magistratus gerunt. nat. 7, 9, 2 plurium ventorum inter -os luctatio (Cvrt. 4, 9, 19). *al.* Cvrt. 8, 13, 24 colloquentium inter -os. *al.* Plin. nat. 10, 47. 28, 81 alia ... monstrifica aut inter -a[s] (se *ed. vet.*) pugnantia. Qvint. inst. 4, 2, 13 de laude inter -os certatum *esse* (Tac. ann. 12, 40, 3. *sim.* Tac. hist. 4, 78, 2 inter -os certamen). 8, 6, 1 Tac. hist. 5, 12, 3 Svet. Aug. 53, 1 Vlp. dig. 20, 1, 10 actionem *creditoribus* competere et inter -os et adversus extraneos. β ab -is: Sen. contr. 9, 3, 1 distraxit ... *filios* fortuna ... ⟨a⟩ parentibus, numquam ab -is. γ apud -os: Tac. hist. 5, 5, 1 (*de Iudaeis*) apud -os fides obstinata ..., sed adversus omnes alios hostile odium.

B *usus praeparativus:* *pertinet ad ea, quae sequuntur*:

1 *seq. pron. rel.:* *cf.* is, idem, qui, αὐτός, ὅδε, ὁ ..., ὅς (*hic solum afferuntur exempla ea, quibus probatur pron. demonstr.* '-e' *et pron. rel. certo modo inter se referri [alia e. g. p. 299, 62 sq. 300, 39. 312, 68. passim]. saepius vis quaedam identitatis subest pronomini non innata, immo nexu verborum effecta. ceterum moneo hic illic enunt. rel. interdum loco subst. [e. g. l. 52. 53. 54. 79] vel adi., attributi [e. g. p. 307, 18. 20] poni, pron.* '-e' *autem quodam modo fere vicem articuli obtinere. vi collectiva q. d. l. 77 p. 307, 12. nonnumquam c. gradatione [aliquid velut inopinatum monstratur, e. g. l. 62. 79. p. 307, 17], sive c. emphasi [e. g. l. 57. 67. p. 307, 3]. cf. et Madvig ad Cic. fin. 2, 93 p. 297 sqq.; Löfstedt, Peregr. Aeth. 65*):

a *seq.* qui (*enunt. rel. dirimit membra constructionis quae vocatur abl. abs. l. 68. p. 307, 2. aliter p. 301, 7*): α -e *ponitur per se* (*ponitur praedicative infra l. 44. neutr. significantius pro subst. infra l. 63. 80*): Plavt. Asin. 341 asinos praedicas vetulos *eqs.*? :: -os, qui tibi subvectabant ... huc virgas. Poen. 1046 ego sum -us, quem tu quaeris (*sic fere usu praedicativo* [*nota appositive l. 47*]: Ter. Ad. 78 estne hic -e, de quo agebam? et certe is est. Vlp. dig. 17, 1, 10, 6. 49, 2, 1, 1 Tert. adv. Marc. 4, 9 p. 443, 5 scorp. 11 p. 171, 26. *nota* [*cf. l. 44*]: Cic. ac. 2, 122 medici -i, quorum intererat ea [*i. corpora*] nosse, aperuerunt *eqs.*). Cic. inv. 1, 5 ad -os, qui eam (*i. sapientiam*) adepti sunt, laus, honos ... confluit. Quinct. 69 aude id dicere non palam, sed -is, quos advocasti. Verr. II 5, 13 hoc ... novum ..., ut ... servos, ut -e, qui iudicarat, ... e medio supplicio dimiserit. leg. agr. 2, 92 -e, qui deduxit. Arch. 22 -e, qui laudatur. prov. 18 quo ... *hostes* essent ... ducti, eodem -um duci, qui triumphasset. de orat. 2, 60 -i, qui scripserunt. 2, 208 -is, qui audiunt. fin. 1, 13. fam. 13, 11, 2 peto a te ... -os ..., quorum nomina scripsi, ut quam ... liberalissime tractes. Caes. civ. 3, 20, 4 -is, ad quorum commodum pertinebat, durior inventus est Caelius. Tib. 2, 3, 59 (*de rivali*) regnum -e tenet, quem ... coegit ... gypsatos ferre catasta pedes. Ov. met. 5, 370 -um ..., regit qui numina ponti. Liv. 9, 5, 13 (*v. Weissenborn-M. ad l.*). 21, 45, 5 agrum ... immunem -i, qui accepisset, liberisque. 28, 4, 1 laeta et -is, qui rem gessere, urbis ... expugnatio fuit et imperatori *eqs.* Vitr. 1, 1, 14. Sen. contr. 2 praef. 4 honoribus ..., in quibus -a, quae sperantur, timenda sunt (*sic neutr. pl. pro subst.*: Sen. benef. 4, 17, 2. dial. 9, 6, 3 aestimanda sunt ... -a, quae adgredimur. 10, 16, 2). Sen. Oed. 595. benef. 2, 34, 5 beneficium est et actio benefica et -um, quod datur. clem. 1, 5, 4 graviori sententiae -i, qui pereunt, adsentiuntur. Petron. 14, 2 vs. 3 -i qui Cynica traducunt tempora pera, ... nummis vendere vera solent. Plin. nat. 17, 94 -is, qui posuere *arbores*, coarguentibus imperitiam suam (*sim.* Plin. epist. 1, 8, 15 -o, qui gesserat, recensente). 19, 7 -um, quod vocant inane (*sic exprimitur fere subst.*: Mar. Victorin. adv. Arrium 1, 3 l. 22 [= p. 14, 29 W.] -um, quod est esse [1, 4 l. 3 = p. 15, 6 W.]). Qvint. inst. 1, 8, 19. 2, 2, 11 -e, qui dicit (*sim.* Plin. epist. 5, 3, 8). Tac. Germ. 12, 2 hist. 2, 76, 1. 4, 19, 2 arguentibus -is, qui suaserant. Plin. epist. 1, 17, 3. 2, 3, 10 -um, qui pepererat *orationem*. Proc. dig. 12, 6, 53 utilius est ... -um, qui nummos dedit, suum recipere. Gaivs dig. 41, 1, 10, 1 -e ..., qui in potestate ... est, nihil suum habere potest (*vi fere collectiva q. d., cf. p. 307, 12*). Papin. dig. 50, 1, 11 pr. Vlp. dig. 4, 2, 20. Tert. bapt. 10 p. 209, 24 cum -um, quod caeleste in Iohanne fuerat, spiritus prophetiae, ... adeo defecerit (*sic neutr. sing. fere pro subst.*: Cod. Iust. 6, 46, 6 pr. properabat ad heredem cum -o, quod iussus erat dare).

β -e *coniungitur c. subst. sim.*: Ⓘ *varia*: Varro ling. 7, 105 -um verbum ..., de quo qu⟨a⟩erit. Cic. de orat. 2, 325 eius

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

modi . . . prolusio debet esse, . . . ut -is sententiis, quibus proluserint, . . . pugnare possint. rep. 2, 13 matronis -is, quae raptae erant, orantibus. fin. 2, 43 virtutem -am, quam amplexabantur, sustulerunt. NEP. Pel. 2, 5 cum tempore -o, quo studuerant, pervenissent (PANEG. 6, 7, 5). CVRT. 8, 8, 15 -is rebus, quas agimus (PLIN. nat. 23, 52 QVINT. inst. 5, 10, 4). COLVM. 6, 11 expressa . . . sanie sinus -e, qui eam continebat ,. . . eluitur. PLIN. nat. 7, 86 victoriam -o die, quo contigit, nuntiavere (SVET. Claud. 26, 1. Nero 40, 4 die -o, quo *eqs.* GAVDENT. serm. 11, 6 G. -a die, qua. *cf. etiam l. 21*). TERT. bapt. 4 p. 204, 5 numquid -is . . . aquis tingimur, quae . . . in primordio fuerunt? *al.* PEREGR. Aeth. 5, 12 plurimi . . . ex -is sanctis, qui *eqs.* (11, 3). INST. Iust. 2, 9, 3 -e . . . servus, qui in potestate . . . est *eqs.* (*cf. p. 306, 34*). Ⓘ -e *et subst. sim. dirimuntur enuntiato rel.* (*cf. et l. 36. p. 346, 38*): LIV. 9, 34, 18 sollemne . . . ab -o, cui fit, institutum deo. LEX Quinctia (Frontin. aq. 129) 43 -orum, qui permisissent, curatorum nomina. SEN. suas. 2, 23 ⟨non⟩ dubito, quin nunc vos -a, quae offensura sunt, vitia delectent. SEN. benef. 6, 8, 3 quosdam -a, quae premebat, potentia eripuit. dial. 10, 17, 4 pro -is, quae successere, votis vota facienda sunt. QVINT. inst. 1, 10, 31 ex -is (his *bS*), quibus sum . . . usus, exemplis . . . esse manifestum. 3, 6, 102. *al.* TAC. hist. 2, 3, 1. SVET. Dom. 6, 2 -o, quo dimicatum erat, die (*cf. supra l. 7*). FLOR. epit. 3, 2, 6 GREG. TVR. Iul. 31 p. 577, 13.

b *seq.* quicumque (*cf. p. 301, 12*): PEREGR. Aeth. 35, 4 orationes . . . -ae qu⟨a⟩ecumque fiunt, quas dicet episcopus, semper . . . loco aptas dicet.

2 *seq. adverbia relativa* (*neutr. plur. significantius positum l. 38*): **a** unde: VARRO ling. 10, 28 verba quam vim habeant, ex -is verbis, unde declinantur, apparet. CIC. de orat. 2, 316 *non* attendit eos -os (*i. gladiatores*), unde hoc simile (*i. comparationem*) ducat, primas . . . hastas ita iactare *eqs.* (LIV. 40, 25, 5 post eos -os montes, unde averterant hostes). VITR. 7, 7, 3 paraetonium . . . ex -is locis, unde foditur, habet nomen. GREG. TVR. Franc. 1, 10 p. 40, 1. **b** ubi: PEREGR. Aeth. 5, 5 ostenderunt . . . petram . . . in -o loco, ubi descendebat . . . Moyses (19, 11). 29, 4 legitur -e locus de euangelio, ubi occurrit soror . . . domino (36, 1). COD. Theod. 14, 9, 3 pellendum se ex -a, ubi versatur . . ., urbe cognoscat *infamis* (*cf. supra l. 13*). **c** quomodo: HIER. epist. 22, 10, 2 ad exemplum horum (*i. fere verborum*) poteris tibi -a (*n. pl.*) colligere, quomodo . . . primus de paradiso homo . . . deiectus est. ANTHIM. 71 milium . . . vel panicium -am rationem prope habent, quomodo et de oriza dictavimus (*cf. Svennung, Unters. Pallad. p. 485 adn. 4*).

3 *locutiones adverbiales*: **a** -um quod (*cf. Madvig ad Cic. fin. 2, 93 p. 299; Löfstedt, Synt. I² p. 265; ubi* -um *non vice subi., obi. fungitur [e. g. l. 55. 60], cf. Schmalz-Hofmann⁵ p. 380 sq. 719med. de vocibus* id *et* id quod. *nota anacoluthon v. l. 54*): CIC. Att. 11, 9, 1 quid . . . me iuvat, quod ante initum tribunatum veni, si -um, quod veni, nihil iuvat? fam. 4, 13, 2 ut -um, quod maneam in vita, peccare me existimem (*cf. Madvig [l. 42]; Schmalz-Hofmann⁵ 721*). SEN. Herc. O. 359 amat *Hercules* vel -um (-am ψ), quod caret *Iole* patrio lare *eqs.* dial. 6, 12, 2 -um quod habuisti (*sc. mortuum*), quod amasti, fructus est. CVRT. 5, 3, 14 Alexandrum . . . deprecata est *regina*, ut -um excusaret, quod deprecaretur. LVCAN. 8, 77 -um, quod sum victus, ama. TERT. apol. 15, 3 -um, quod (*PM*, quid quod *l. v.*) imago dei vestri ignominiosum caput . . . vestit . . ., nonne (*sc. fere omisso* '*eo*') violatur . . . divinitas *eqs.*? (*aliter Waltz ad l.*). anim. 32, 9 -um (-ud *A*) . . . quod hominem similem bestiae iudicas, confiteris *eqs.* (*cf. Waszink, 1947 ad l. p. 392 sq.*). adv. Prax. 9 p. 240, 10 -um (-ud *PM*), quod pater et filius dicuntur, nonne aliud (alius *Kroymann*) ab alio est? adv. Marc. 2, 9 p. 347, 8 -um quod anima vocitatus est flatus, vide, ne *eqs.* 5, 4 p. 582, 2 -um, quod ait: '. . .', nonne eum constituit manumissorem, qui *eqs. al.* **b** in -um, quoniam: ITALA act. 17, 31 (Iren. 3, 12, 9) praecepit hominibus . . . ubique poeniteri in -um, quoniam constituit diem *eqs.* (*καθότι, Vulg.* eo, quod). **c** in -o, usque quo: ITALA Iac. 5, 7 (cod. 66) agricola exspectat . . . fructum terrae patiens in -o usque quo accipiat . . . fructum (*ἐπ' αὐτῷ ἕως, Vulg.* donec accipiat). **d** (ab) -o, quod (quo *l. 68. 69, cf. Schmalz-Hofmann⁵ 722*): MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 13 l. 39 (= p. 23, 10 W.) primum est vivere (*de Christo*) et ab -o, quod est vivere, et intellegere (*i. spiritus*). 1, 33 l. 32 (*de Christo*) -o, quo est esse, *λόγος* est. 1, 44 l. 19 -o, quo universalis *λόγος* est.

II *vi demonstrativa attenuata*: **A** *notio identitatis, aequalitatis sim. remanet* (*quae constat in comparatione [sc. interdum non plane expressa] duorum vel complurium, quae omnino ut aequalia, eadem sim. significantur; sic abit* '-e' *ad vim, notionem fere adiectivi pronominalis*): *fere i. q.* **idem** (*aut 'unus idemque' aut 'par, aequalis' sim.; fere i. q. immutatus e. g. l. 82. p. 308, 6. 25; iuxta posita, syn.*: idem *passim*, unus *p. 308, 23. 53*, immutabilis *p. 308, 24*, immotus *p. 308, 25; opp.*: alius, alter *e. g. p. 308, 4. 32. 38. 48*, similis *p. 308, 1. 21. 49; in lusu verborum p. 308, 3. 17*):

1 *generatim*: **a** *pro adi.* (*cf. p. 308, 27. saepius praedicative*): APVL. met. 1, 17, 1 in -o momento (VLP. [*ex Sab.*] frg. Vat. 75, 5 COD. Iust. 6, 61, 8, 7). MIN. FEL. 11, 7 sciscitari, utrumne cum corporibus . . . et corporibus quibus, -isne an innovatis resurgatur. sine corpore? . . . -o corpore? . . . alio corpore? TERT. anim. 14, 5 *anima*, quae in totum corpus diffusa et ubique -a *est*. 32, 9 confiteris animam non eandem: similem dicendo, non -am. bapt. 4 p. 204, 6 non . . . -i⟨s⟩ (*Gel.*, -i *B*) *aquis tingimur*. orat. 6 p. 185, 16 -a nocte (ea -a n. *Evans*). pall. 3, 1 pavo (*dat.*) pluma *est* vestis . . . numquam -a, etsi semper -a quando alia (*v. infra l. 17*). resurr. 52 p. 108, 10 eandem *carnem* fructificaturam . . ., -am . . ., non aliam. 57 p. 118, 7 manebit . . . caro . . . eatenus passibilis, qua -a, qua eadem *erit*. 63 p. 123, 30 resurget . . . caro et . . . omnis et . . . -a et . . . integra. *al.* ITALA psalm. 101, 28 (Ambr. hex. 1, 6, 24 p. 22, 11) tu vero -e es (*σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, VVLG.* idem -e es). Phil. 2, 2 (Pelag. in Phil. 2, 2 p. 396, 6) ut -am (idem *codd. potiores*) sapiatis, omnes eandem caritatem habentes (*τὸ αὐτό, Vulg.* idem). VLP. dig. 3, 2, 8 -a die et sumere . . . lugubria et deponere (MARCIAN. dig. 49, 1, 5, 4 PEREGR. Aeth. 5, 10. PELAGON. 44 p. 45, 5 -o die et postero die [*Hippiatr. gr. I p. 133, 10 αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ*]. COD. Iust. 8, 47, 10 pr.). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 11 p. 818, 17 apud quos . . . idem error est, daemonum fallacia -a est. SER. SAMM. 852 aut tu cervina . . . in pelle quiesces, aut genere ex -o dentem gestabis. LACT. Phoen. 169 (*de ave ipsa*) -a . . ., sed non ⟨eadem est,⟩ eademque nec -a est (*v. supra l. 3*). PEREGR. Aeth. 20, 3 in eo loco, ubi fuit domus . . . Abrahae, id est in -is fundamentis et de -o lapide. 25, 12 per . . . octo dies . . . is ornatus est et -a laetitia celebratur. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 23 l. 9 substantia . . . eadem . . . est in *patre et filio* . . . et non est similis, sed -a. OPTAT. 1, 27 p. 29, 3 in -a causa . . . duorum videbantur laborare personae. 5, 1 p. 121, 17 una est ecclesiastica conversatio . . . eadem fides, -a . . . sacramenta. 5, 4 p. 126, 23 *trinitas et fides* permanent . . . immutabiles et immotae; trinitas . . . -a est, fides in singulis *credentibus* una est. PELAGON. 258. 268 p. 87, 22 *λιβανωτοῦ ὁλκὰς* tres, sales -ius ponderis (*Hippiatr. gr. I p. 178, 14 ἁλὸς τὸ ἴσον*). CHIRON 70. 692. VEG. mulom. 2, 105, 2 *equo* -ae (eaedem *P*) potiones dantur. VVLG. Hebr. 13, 8 Iesus Christus heri et hodie -e et in saecula (*ὁ αὐτός*). Iac. 3, 10 ex -o ore procedit benedictio et maledictio (*ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος*). POMP. gramm. V 118, 8. 9 liquida . . . iuvat . . . in -a parte orationis, in alia non iuvat; . . . quotiens in -a parte orationis *eqs.* V 127, 33 eadem . . . ratio in illis . . ., quae in tribus syllabis, -a in sex syllabis, -a etiam in octo. GAIVS epit. 2, 9, 1 *quae mutuo damus*, damus, ut . . . ad nos . . . non -ae res, sed aliae eius naturae . . . atque -ius ponderis . . . reddantur (*cf. inst. 3, 90* non eaedem, sed aliae). 2, 9, 17 in -o consensu socii perseverant (*cf. inst. 3, 151 in* eodem ⟨con⟩sensu). ALC. AVIT. carm. 4, 86 tempore . . . sub -o. ENNOD. carm. 94, 6 alter te dominus, sed manet -e labor. GREG. TVR. Iul. 2 p. 565, 3 aliam basilicam in -a mensura construxit. COD. Iust. 4, 1, 12, 1. HIST. Apoll. rec. A 8 p. 13, 1 visus est a . . . cive . . ., qui supervenerat -a hora (*aliter p. 310, 79*). *huc fortasse*: VARRO ling. 9, 85 in -is vocabulis (vocalibus *F*) ubi additur certus numerus in miliariis aliter atque in reliquis dicitur.

b *pro subst.*: *α masc.*: TERT. idol. 21 p. 55, 15 per -um (*sc. Iovem, deum*) remaledicis (*praeced.* per eundem retorsisset maledictum). adv. Prax. 11 p. 243, 3 sqq. ut -e sit, qui et eructavit et quod eructavit, et -e qui protulerit et qui prolatus sit, si -e est et sermo et deus. ARNOB. nat. 6, 19 et -e et . . . alter *eqs.* AVSON. 17, 8. 9 p. 326 P. idem . . . vultu, crine non idem Myron orabat *eqs.* sed *Lais* . . . similem . . ., non -um rata, fortasse et -um *eqs.* *β neutr.* (*nota*: in -um *l. 51*): ITALA Phil. 3, 16 (cod. d) in -um sapiamus (*gr. aliter, Vulg.* ut idem sapiamus. *v. et l. 53*). NOVATIAN. trin. 27 p. 98, 20. 23 (*de fidelibus*) quando duorum una sententia est, . . . unum sunt . . .; -um sunt, dum -um sapiunt (*v. et l. 51*) *eqs.* dum idem sentiunt, -um (-i *edd. vett.*) sunt. MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 30 l. 29 (= p. 37, 14 W.) *filius est* -um, et simul et eiusdem substantiae est, quo modo et deus et *λόγος* est pater et filius. HIER. c. Lucif. 3 p. 157B non est -um lacrimas fundere . . . et corpus attrectare domini. non est -um ad fratrum genua provolvi et *eqs.* COMM. apol. 481.

a *de dis*: ***α*** Apollo (Phoebus, Delius): ENN. scaen. 361 me Apollo -e delectat. CIC. Verr. II 1, 46 est ... tanta ... fani religio ..., ut in eo loco -um Apollinem natum esse arbitrentur (*sic praeced.* -e: VERG. ecl. 5, 35 Aen. 12, 393 VAL. MAX. 1, 8, 10 STAT. Theb. 10, 725 TAC. dial. 12, 4). PANEG. in Mess. 178 -e ... Phoebus (*sic praeced.* -e: OV. Ib. 127). STAT. Theb. 7, 759 Phoebus ... -e. *cf.* LYGD. 4, 79 Delius -e. STAT. Theb. 7, 752 -e ... ministrat habenis Delius, -e docet iactus *eqs.* ***β*** Iuppiter: Ⓘ *nomen*: LVCIL. 1188 quas *herbas* sevit Iuppiter -e (*sic seq.* -e: CIC. Phil. 11, 28 quo iure? eo, quod Iuppiter -e sanxit. VERG. georg. 4, 149. Aen. 12, 725 [*cf. Il. 22, 209 πατήρ*]. PROP. 2, 26^{b}, 42 OV. epist. 6, 152 met. 2, 744 MANIL. 1, 337 SEN. epist. 110, 18. PLIN. paneg. 1, 5 ab Iove -o ... electus est. *cf. et p. 342, 20*). VERG. Aen. 3, 222 divos -umque vocamus ... Iovem ([*cf.* SERV. *l. 20*]. *sim.*: SEN. Herc. O. 1671 superosque et -um ... Iovem. IVV. 14, 206 dis atque -o Iove [APVL. met. 6, 15, 4]). VAL. MAX. 8, 7 ext. 3 si -e Iuppiter caelo descendisset. SEN. epist. 25, 4 PLIN. nat. 16, 12. VAL. FL. 4, 559 -e ... fandi mihi Iuppiter auctor (*sic in hyperbato*: SIL. 10, 360 MART. 8, 56, 16 FLOR. epit. 1, 13, 13 AVIEN. Arat. 1321). Ⓘⓘ *variae appellationes Iovis* (*v. et p. 342, 7. 18*): CIC. carm. frg. 22, 24 deum ... -e creator. VERG. Aen. 4, 268 *et* 270 -e deum ... me ... demittit ... regnator ..., -e haec ferre iubet ... mandata. GERM. 4 probat -e deum rectorque satorque (SEN. Oed. 1028 -e ... divum sator. STAT. Theb. 5, 22). COLVM. 10, 204 maximus -e deum. SIL. 10, 53 Hannibal -i ... ausit certare Tonanti. STAT. Theb. 4, 758 -e deorum arbiter. MIN. FEL. 35, 2 (*fere ironice*) -e rex Iuppiter (AVG. civ. 7, 11 p. 289, 5 D. 7, 12 p. 289, 27). ***γ*** Venus: AEDIT. epigr. 2, 5 contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus -a, nullast quae possit vis alia opprimere (*sic seq.* -e: VERG. Aen. 3, 267 mentem Venus -a dedit *equis* [AVSON. 359, 2 p. 216 P. *amantibus*]. TIB. 1, 4, 71 [*sed cf. Leo, Philol. Unters. 2, 1881, 18*]. OV. epist. 18, 159). TIB. 1, 2, 16 fortes adiuvat -a Venus. 1, 3, 58 PROP. 2, 32, 33 VAL. FL. 2, 196. *cf.* VAL. FL. 8, 235 -a ... Cytherea. ***δ*** Saturnia, Iuno: VERG. Aen. 7, 428 -a ... omnipotens Saturnia iussit. VAL. FL. 4, 416 -a imperium (*sc. Iovis*) Iuno pavet. STAT. Theb. 3, 251. ***ε*** *cetera numina*: VERG. ecl. 5, 35 -a Pales. TIB. 2, 1, 67 -e ... inter ... armenta Cupido natus ... dicitur (APVL. met. 5, 26, 4. *cf.* OV. met. 1, 532 -e Amor). 2, 5, 75 -um ... Solem. VAL. MAX. 3, 7 ext. 6 Marte -o iudice (*cf.* VAL. FL. 3, 498 -e ... Gradivus). 6, 6 ext. 1 -am Fidem. VAL. FL. 2, 26 hunc ... -e ... Neptunus in altum abstulit (*cf.* APVL. Plat. 1, 1). VAL. FL. 6, 173 -a ... Pallas. QVINT. inst. 10, 1, 82 ut -ae sermonem finxisse Gratiae videantur (*cf.* PLIN. epist. 2, 13, 7 ut Musas -as Latine loqui credas). APVL. met. 6, 19, 4 ad -am ... Proserpinam introibis. *paulo aliter* (*cf. et p. 329, 24*): CIL XIII 8003^{a} (*Matribus*) iussu -arum ([*v. p. 297, 3*]. 12012 [*Alaferhuiabus*]).

b *de viris fortissimis, qui heroes appellantur*: ***α*** *varia*: PLAVT. Amph. 252 -us ... Amphitruo regem ... sua obtruncavit manu (415). VERG. Aen. 5, 132 -i ... ductores (5, 249. 12, 125). 5, 535 -ius Anchisae. 7, 220 rex -e Iovis de gente suprema (7, 432 rex -e Latinus [7, 556. 9, 274]. *cf.* LIV. 1, 35, 5 sub ... -o Anco rege). 9, 811 et Troes et -e fulmineus Mnestheus (*sic heros minoribus opponitur*: OV. met. 14, 241 una *navis* ... nos -umque vehebat Vlixen). OV. fast. 4, 837 Celer ..., quem Romulus -e vocarat (LIV. 4, 3, 12 PLIN. nat. 15, 120. MIN. FEL. 25, 2 [*ironice*] ut -e Romulus imperator ... populum ... facinore praecelleret. TERT. adv. Marc. 2, 2 p. 334, 5). MELA 1, 27 Herculem -um (APVL. apol. 22). STAT. silv. 1, 1, 13 hunc *equum* ... -e nec Aeneas nec magnus duceret Hector. ***β*** *peculiaria*: -e *saepe longiore spatio nomen (subst. p. 342, 5) antecedit, ut legenti, audienti c. gravitate quadam nuntiet heroa nunc acturum, processurum esse* (*saepe ponitur versu ineunte. similem usum annuntiandi cf. p. 299, 56*): CATVLL. 64, 207 -e ... mentem caligine Theseus consitus *eqs.* VERG. Aen. 2, 146 -e viro ... levari vincla iubet Priamus. 4, 141 -e ante alios pulcherrimus omnis infert se socium Aeneas. 7, 496 -e ... Ascanius. VAL. FL. 4, 628 -e viros ... prosequitur Phineus. 4, 647 -e ... supplex ... manus intendit Iason. SIL. 10, 549 -e ... ductor. STAT. Theb. 5, 412.

c *certae appellationes divinitatis, dignitatis*: ***α*** pater -e: Ⓘ *de dis*: Ⓐ *Iove* (*cf. p. 331, 36*): CIC. carm. frg. 7, 12 partibus intonuit caeli pater -e sinistris. 30, 1 VERG. georg. 1, 121. 328 -e pater ... fulmina molitur dextra (*sic praeced.* -e: 1, 353 STAT. Theb. 7, 75). Aen. 6, 780 superum (*v. Norden ad l.*). CIRIS 269 deum (MART. 9, 3, 6). STAT. Theb. 1, 204. Ⓑ *de ceteris dis* (*fluminibus l. 12*): VERG. Aen. 7, 327 -e pater Pluton. EPICED. Drusi 221 -e pater ... Tiberinus (*sim.* SIL. 9, 187 aquarum Ausonidum Eridanus). VAL. FL. 2, 605 pater -e profundi (*sic de Neptuno*: 4, 571 maris). Ⓘⓘ *de viris fortissimis, qui heroes dicuntur*: ENN. scaen. 37 pater rex -e Priamus. VERG. Aen. 7, 62 *laurum* pater ... -e ferebatur Phoebo sacrasse Latinus (7, 92). STAT. Theb. 3, 346 Adrastus. 4, 134 (*de Danao*).

β -e deum (divum *l. 20*) genitor, genetrix: Ⓘ *de Iove*: CIC. carm. frg. 11 (de consul.), 32 -e deum genitor. CATVLL. 64, 26sq. cui Iuppiter -e (*cf. p 341, 34*), -e suos divum genitor concessit amores (MART. 12, 77, 4). VERG. Aen. 7, 306 STAT. Theb. 2, 115. Ⓘⓘ *de deabus*: VERG. Aen. 9, 82 -a deum ... genetrix Berecynthia (*i. Cybele*). STAT. silv. 1, 2, 11 -a ... genetrix Aeneia (*sic de Venere*: AVSON. 325, 79 p. 113 P. -a ... genetrix ... Alma Venus).

γ -e deus (deus -e *l. 28*) *sim.: locutio etiamsi singuli di respiciuntur, tamen quodam modo auctoritatem, vim divinam omnino significat* (*sine discrimine sexus l. 31. cf. et p. 329, 11*): HOR. carm. 1, 31, 13 mercator ..., dis carus -is (*sic seq.* -e: CALP. ecl. 1, 29 non pastor ... haec ..., sed deus -e canit. IVV. 3, 146 dis ignoscentibus -is. TAC. ann. 4, 38, 3 socios cives et deos -os [*v. app. cr.*] precor. PLIN. paneg. 3, 5). TIB. 1, 6, 43 (*de Bellona*) sic fieri iubet -e deus. 1, 8, 56 -e dedit cupidis fallere posse deus (*sic de Amore*: 1, 9, 25 *et* 27). LIV. 9, 1, 11 *bellum* ducibus -is dis gesturos. SEN. Oed. 201 iuvat -os satiare deos. dial. 4, 13, 2 -is ... dis bene iuvantibus. PLIN. nat. 16, 249 electae ab -o deo arboris. STAT. silv. 3, 4, 67. TERT. spect. 20 p. 21, 9 (*fere ironice*) sol ..., immo -e (*v. app. cr.*) ... deus de caelo spectat. LACT. inst. 1, 5, 4. *cf.* SEN. Herc. O. 1943 virtus mihi in astra et -os fecit ad superos iter. SIL. 17, 317 horrescamne -os ... divos?

δ -e caelicola: STAT. Theb. 3, 23, 4 -os incendere bello caelicolas. 12, 499.

2 *apud Christianos*: **a** *pertinet ad dominum, apostolos sim.* (*respondet μακάριος p. 343, 2*): ***α*** *de Christo, deo, spiritu sancto*: Ⓘ *per se positum*: Ⓐ *varia*: TERT. apol. 41, 4 haec didicimus apud -um. anim. 16, 5 concupiscet deus, quae digna sunt -o. adv. Hermog. 5, 4 ex gratia -ius ..., quia -e est solus *eqs.* 18, 2 intra dominum, quod ex -o et in -o fuit. resurr. 44 p. 91, 13 nisi ... 'cum -o' 'sicut -um' sapit; si vero 'sicut -um', non utique sine carne (*antecedit* ITALA II Cor. 4, 14 [Tert. resurr. 44 p. 91, 12] nos suscitabit cum -o [*σὺν Ἰησοῦ, Vulg.* cum Iesu]). CYPR. unit. eccl. 2 p. 210, 13 Christi mandata servemus -o monente et dicente *eqs.* (8 p. 216, 17). Demetr. 6 p. 354, 25 -um ... audi loquentem, -um voce divina instruentem nos. epist. 58, 9 p. 665, 3 *ut* quae *manus* domini corpus accipit, -um complectatur (*sim.* HIER. epist. 39, 5, 5 quasi -um teneret). NOVATIAN. trin. 29 p. 107, 18 armati *Christiani* ... per -um (*i. spiritum sanctum*). FAVSTIN. trin. 1, 8 p. 43^{C} unigenitus a patre est, ideo quia -e solus de ... patre generatur. *ibid.* p. 43^{D} AMBR. obit. Theod. 26 p. 54, 23 paenit. 1, 6, 29 AVG. civ. 20, 1 p. 407, 1 D. COD. Iust. 1, 27, 2 pr. in nomine domini nostri Ihesu Christi *eqs.* per -um ... imperii iura suscepimus, per -um pacem ... confirmavimus, per -um ..., per -um ..., per -um ..., per -um quoque ut *imperium* ... firme custodiatur, confidimus. BENED. reg. 2, 2. 53, 1. Ⓑ *in praedicationibus sim. de Christo, deo*: CYPR. domin. orat. 13 p. 276, 5 regnum (*praedicative*) dei potest -e intellegi, quia in illo regnaturi sumus. patient. 7 p. 402, 18sq. ille innocens, ille iustus, immo innocentia -e et -e (-a et -a *v*) iustitia ... deputatur. SERM. Arrian. frg. II 1 p. 631^{B} dominus ... Iesus Christus: -e est fundamentum, -e perfectio, -e angularis. PRISCILL. tract. 5, 88 -e ... se intrantibus ianuam, -e ... ambulantibus viam, -e sitientibus iustitiae fontem, -e esurientibus panem, -e se vineam credentibus posuit in salutem. AVSON. 153, 8. 9 p. 7 P. (= PAVL. NOL. carm. 5, 8. 9) -e opifex rerum, rebus causa -e creandis, -e dei verbum *eqs.* VVLG. psalm. 32, 9 -e dixit et facta sunt, -e mandavit et creata sunt (PRVD. cath. 9, 13). AVG. in euang. Ioh. 23, 15 p. 1592$^{a.med.}$ -um nasci, -um crucifigi, -um mori, -um resurgere.

Ⓘⓘ *in appellationibus christianis*: TERT. adv. Hermog. 32, 2 de tenebris ... -e dominus per Esaiam (orat. 29 p. 200, 10 -e dominus oravit. scorp. 10 p. 169, 19 CYPR. unit. eccl. 1 p. 210, 4. 14 p. 223, 12. FIRM. err. 18, 7 -e dominus sancto ... ore signavit. COMM. instr. 1, 22, 9 -i conplacuit domino dominorum in altis). adv. Prax. 1 p. 227, 17 ego (*i. coluber*) ad -um deum accessi, -um omnipotentem ... temptavi (CYPR. epist. 55, 27 p. 646, 6 AVG. civ. 5, 25 p. 238, 3 D. COD. Iust. 1, 2, 16 pr. [*a. 477*] quae contra -um orthodoxae religionis deum ... facta sunt. 1, 3, 53 pr.). 7 p. 235, 23 pater -e testatur. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 10 l. 1 (= p. 19, 29 W.) -e salvator (AVG. civ. 10, 32 p. 458, 28 D. 18, 1 p. 256, 5 ORIG. in Matth. 13, 18 p. 228, 3). PRVD. perist. 10, 16 -um ... Messiam.

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β de propheta, apostolis, primoribus: IREN. 3, 3, 3 vidit -os apostolos ([*τοὺς μακαρίους ἀποστόλους*]. AVG. civ. 14, 9 p. 24, 18 D.). OPTAT. 7, 3 p. 172, 2 -ius sancti Petri beatitudo. AVG. civ. 17, 7 p. 222, 29 D. -e magnus propheta Samuel. SVLP. SEV. dial. 1, 12, 1 et abbatis -ius testimonio et omnium fratrum . . . sermone (BENED. reg. 3, 1. *al.*).

b *pertinet ad res Christianas*: TERT. anim. 7, 1 in -o euangelio (IREN. 4, 37, 4 [*gr. αὐτὸ τὸ εὐ.*]). adv. Marc. 4, 34 p. 536, 22 -a scriptura revincente oculos eius *eqs.* (IREN. 4, 16, 1 [4, 27, 1 H.] ex -a s. *cf.* 4, 34, 1 [4, 55, 6 H.]). adv. Val. 2 p. 178, 22 ut docet -a Sophia . . . Salomonis. NOVELL. Valent. 23, 2 (*de requiete aeterna et luce perpetua*) *qui* sepulcra . . . violator quietis et lucis -ius hostis effoderit *eqs.*

B *in rebus civilibus*: **1** *spectat ad homines quosdam maioris potestatis, magistratus sim.*: **a** *accedit ad appellationes*: CIC. Quinct. 85 tibi . . . praetor -e . . . palam dicit: '*eqs.*' (VLP. dig. 5, 1, 2, 1. GAIVS inst. 3, 224 propter -ius praetoris auctoritatem). LIV. 29, 37, 8 cum . . . praeco cunctaretur citare -um censorem. 34, 41, 1 praefecerunt . . . ludis -um imperatorem (SCHOL. Cic. Bob. p. 114, 23). CVRT. 3, 5, 8 in -um regem misericordia versa (3, 9, 4. 4, 6, 23 AMM. 19, 7, 8. *cf.* AMM. 30, 1, 15 proceres . . . et regulus -e). PLIN. nat. 22, 7 *coronas* singuli, et duces -i imperatoresque militibus . . . dedere (FLOR. epit. 2, 2, 21. 3, 10, 4. APVL. met. 3, 6, 1 [*fere ironice*] -e . . . dux et signifer). APVL. met. 3, 11, 1 -i magistratus cum suis insignibus. IVL. VAL. 1, 37 p. 47, 19 Darius -e . . . iubeo (*cf. Hist. Alex. M. I p. 40, 21 ἐγὼ αὐτὸς θεὸς Δαρεῖος, cf. ad l. Stengel, De Iul. Val. usu pron., 1909, 60*). **b** *per se ponitur*: CVRT. 9, 10, 26 -um convivasque currus vehebat *eqs.* (*sic pertinet ad regem*: 10, 6, 5. FLOR. epit. 1, 1, 9 populum Romanum -e [*i. rex Romulus*] fecit [*cf. app. cr. et Lilliedahl, Florusstud. p. 25*). SIL. 9, 234 celsus media -e coercet agmina (*sic magis spectans ad ducem, imperatorem*: 11, 272. 283. 17, 645 -e astans curru . . . Martia praebebat . . . ora. FLOR. epit. 2, 6, 21 et -e et exercitus ardor elanguit [*cf. Lilliedahl l. c.*]. 3, 11, 9).

2 *pertinet ad principem*: **a** *spectat ad personam imperatoris*: **α** *sollemniter in leg., inscr.*: Ⓘ *in universum* (*princeps quasi loquitur l. 35*): Ⓐ *per se ponitur*: R. GEST. div. Aug. 24, 52 statuae ⟨mea⟩e . . ., quas -e sustuli. S. C. de aedif. (CIL X 1401) 5 tectis . . . urbis . . . -e non solum praecepto augustissimo . . . prodesset *eqs.* ACT. Arv. a. 58/59 l. 32 immolavit . . . Iovi b(ovem) . . ., Minervae vaccam . . ., genio -ius taurum (*ibid.* l. 67. a. 59/60 a 14. *ibid.* c 37). COD. Theod. 11, 5, 2 (= Iust. 10, 17, 1, 1) *necessitas*, quae . . . -is (*sc. imperatoribus, i. nobis*) facientibus canonicum nomen accepit. Ⓑ *accedit ad appellationem, nomen*: POMPON. dig. 1, 2, 2, 12 quod -e princeps constituit, pro lege servetur. SATVRN. dig. 40, 14, 2, 2 -os principes adire. PAVL. dig. 1, 15, 3, 2. NOVELL. Marc. 4, 30 quod . . . credimus -um divae memoriae Constantinum . . . sensisse.

Ⓘ *peculiariter: ascribitur saepe in imperatorum rescriptis, constitutionibus, legibus loco nominis proprii appellationibus eius Augusti vel Caesaris, cuius annus est* (*v. Seeck, Regesten I. Halbb., 1919 p. 20, 27. 26, 6. 37, 8. 22. 26. 30. 154ex. sq. 155, 8 sqq. cf. et Mommsen, Iur. Schr. II 278 sqq.*): FRG. Vat. 27 -o Aug(usto) III consule. CONSVLT. 9, 2 (*a. 365*) dat(um) VIII id. Februar. . . . in basilica Thermarum . . . -is AA. (*i. Augustis*) conss. (*v. Seeck l. c. p. 24, 16*). 9, 10 p(ro)p(ositum) non. Octobr. -o A(ugusto) II et Pompeiano coss. COD. Theod. 2, 9, 1 (*cf. Seeck l. c. p. 20, 28*). 2, 16, 1 -o A. VII et Caes. conss. 2, 21, 2 -o Augusto X et Iuliano Caes. III conss. (*v. Seeck l. c. p. 37, 33*). INSCR. christ. Rossi I 433 (*a. 396*) dep(osita) III non. ian. . . . A]rcadio Aug. IIII et Honorio III conss. *eqs.*; dep(osita) VIII Kal. dec. ips(is) cos. ([*cf. Seeck l. c. p. 26, 6*]. *v. et* NOVELL. Anth. 1, 5). COD. Iust. 2, 4, 13, 2 (*a. 290*) Byzantii -is IIII et III AA. conss. 2, 4, 17 (*a. 293*) -is AA. V et III conss. 4, 23, 4 (*a. 294*) d(atum) XII k. Dec. -is CC. (*i. Caesaribus*) conss.

β ap. scriptores in commemoratione honesta, blanda, submissa: Ⓘ *per se positum*: Ov. met. 15, 857 exemplis -os (divis *h; sc. divos Caesarem et Augustum*) aequantibus. fast. 4, 952 Phoebus habet partem *aedis*, Vestae pars altera cessit: quod superest illis, tertius -e tenet *eqs.*: aeternos tres habet una domus. trist. 5, 11, 21 (*20* Caesareum numen) -e relegati . . . utitur in me nomine. VELL. 2, 90, 1 Hispaniae nunc -ius praesentia, nunc Agrippae . . . pacatae. CALP. ecl. 4, 4, 47. 48 non -e daret mihi . . . aurem, -e deus vacuam *eqs.* PLIN. nat. 33, 90 cum -e . . . aurigaturus esset (*i. Nero*). STAT. silv. 1, 1, 32 (*de Domitiano*) -e . . . templa superfulges (*sic in allocutione*: 1, 1, 106 PLIN. epist. 10, 112, 3 paneg. 17, 2. 48, 1). 4, 2, 40 -um, -um . . . spectare. IVV. 2, 147. TAC. hist. 2, 79 quamvis . . . exercitus . . . apud -um iurasset (SVET. Vesp. 6, 3). PLIN. epist. 5, 13 (14), 7. FRONTO p. 89, 12 v.d.H. (p. 95 N.) quod . . . vel ab deis vel a forte fortuna vel a vobis -is impetratum cupiam. PANEG. 3, 21, 3 -e, id est princeps. 8, 14, 5 AVSON. 469, 13 p. 4 P. Ⓘ *accedit ad nomina principum, appellationes, ornamenta sim.* (pater patriae *l. 79*): PROP. 2, 16, 19 utinam . . . -e straminea posset dux habitare casa (IVV. 16, 58 -ius . . . ducis hoc referre videtur). Ov. Pont. 1, 7, 43 -e . . . hoc vidit, qui pervidet omnia, Caesar (trist. 2, 23. SEN. dial. 12, 7, 2 Caesari quoque -i . . . multa non licent). 4, 4, 13 -e pater patriae . . . sustinet in nostro carmine saepe legi. PLIN. nat. 22, 13 (*antea* divus Augustus) -um Augustum . . . senatus obsidionali *corona* donavit. 35, 28 in templo -ius Augusti. IVV. 4, 28 epulas -um glutisse . . . induperatorem (*i. Domitianum*). TAC. ann. 4, 34, 5 -e divus Iulius, -e divus Augustus . . . tulere ista *probra*. PLIN. epist. 4, 22, 6 -e imperator. PANEG. 8, 13, 3 tu . . . -e, tu domine . . ., imperator aeterne *eqs.* (*sic in allocutione*: 12, 19, 6 nec quidquam aliud homines . . . quam te -um spectare potuerunt *eqs.*). NEMES. cyn. 70 bella . . . felici . . . manu confeceris -o paene prior genitore deo (*cf. p. 342, 18*). AMM. 22, 6, 2 principem -um et praefectos praetorio.

b *dicitur fere vi adi. de eis, quae ad imperatorem pertinent*: PANEG. 9, 13, 2 -ius epistulae sacrae (*sc. principis*) commemorationem solam . . . inducere (*cf. antea*: verba illa divina caelestesque litteras). COD. Theod. 15, 11, 1 *cum* haec -a propria voluptas (*i. venatus leonum*) intercludi minime videtur. COD. Iust. 1, 5, 8, 1 (*a. 455*) hac -a augustissima lege. 9, 18, 7 pr. (*a. 358*) -am pulsant *infamia* propemodum maiestatem.

C *in variis rationibus, quae inter homines intercedunt*: **1** *pertinet ad dominum, dominam* (*per se positum, usu fere coartato.* ipsimus *v. infra l. 30*): **a** *in universum de patre familias, ero vel era*: **α** *praecipue respectu servorum, parasitorum, minorum* (*paulo liberius l. 27*): PLAVT. Aul. 356 si a foro -us redierit. 530 -us (*v. app. cr.*) ultro debet argentario (*cf. Fraenkel, Plautin. i. Plaut. p. 138*). Cas. 790 ego eo quo me -a misit. Cist. 764 ex -a . . . exquaeritote, ego serva sum. Epid. 69. Pseud. 641 si dare vis mihi, magis erit solutum quasi -i (*cf. 638* ero) dederis. Stich. 637 (*verba parasiti*) viden ridiculos nihili fieri atque -os parasitarier? (*sic dominus dives respectu inferiorum*: IVV. 5, 30 -e capillato diffusum consule potat *vinum*. 5, 56. 86 -e Venafrano piscem perfundit. 107. 114). TER. Andr. 360 -us (-e C^1P, -ius p^1) tristis. Phorm. 215 quis est senex quem video? . . . -us est. VARRO Men. 47 -um propter vix liberti semiatrati exequiantur (*cf. Buecheler, Kl. Schr. I 540*). PETRON. 29, 8 pyxis . . ., in qua barbam -ius conditam esse dicebant. PLIN. nat. 21, 7 ad certamina in circum . . . et -i descendebant et servos suos . . . mittebant. CASSIOD. var. 5, 16, 4 CIL X 2363. *nota superl.* ipsimus (*cf. Salonius, Die Griechen u. d. Griechische in Petrons Cena, 1927, 22*): PETRON. 63, 3 -imi nostri (*Buecheler, v. app. cr.*) delicatus (*sic de domino*: 75, 11. 76, 1). 69, 3 -umam (*i. dominam; sic* 75, 11 -imae). **β** *respectu bestiarum* (*cf. et p. 320, 8*): CATVLL. 2, 9 tecum (*i. cum passere*) ludere sicut -a possem (*cf.* 3, 7 suam . . . norat -am [*OGR*, -a ω] tam bene quam puella matrem). HIRT. Gall. 8, 18, 4 equestribus proeliis . . . multitudine -orum detrimentum accipitur (*i. equitum.* -e *similiter ac pron. αὐτός dominum, vectorem opponit equo*: LIV. 3, 70, 7 -os equosque. 31, 33, 9 fatigatio -orum equorumque. 44, 33, 10. IVST. 41, 2, 10 *apud Parthos* munimentum -is equisque loricae plumatae sunt. *aliter cf. p. 320, 23*). VERG. georg. 2, 527 luctantur cornibus haedi. -e dies agitat festos.

b *potiora*: **α** *de domino scholae, philosopho, magistro sim.*: TER. Eun. 263 philosophorum habent disciplinae ex -is vocabula (*sim.* QVINT. inst. 2, 2, 5 -e nec habeat vitia nec ferat [*sic de magistro sim.*: 2, 2, 15 -e ac schola]). QVINT. inst. 2, 5, 3 non videntur tempora suffectura, si legentibus singulis praeire . . . -i (*i. rhetores*) velint. **β** *in re coniugali, amatoria*: Ⓘ *de marito*: CIL I^2 1221 II 14 (*quo Sulla decessit tempore, Buecheler*) me . . . gremio -e (*i. qui postea maritus*) recepit. TIB. 1, 2, 60 de me uno sentiet -e (ille *cς*) nihil (*cf. Schuster, Tib. Stud. p. 124*). SCHOL. Iuv. 2, 142 in solio, si qua *uxor* post -um descenderit, statim concipit. CLAVD. 3, 230 non coniunx, non -e . . . sufficiunt odiis. Ⓘ *de amatore, amata* (*cf. supra l. 34 et s. v.* isse, issa, issula): Ov. am. 1, 7, 20 -a nihil *dixit* (*cf.* ars 2, 171 -a dixerat). ars 1, 315 (*loquitur Pasiphae*) domino cur placet ista meo? adspice ut ante -um . . . exultet. rem. 305 diligit -a alios. 636 -am . . . deseruisse (*638* dominae . . . tuae). met. 10, 557 *Venus requiescens* pressit et gramen et -um (*sc. Adonidem*). COMM. instr. 1, 7, 7 Mars . . . cum -a (*i. Venere*) deprensus. **γ** *de domino cenae*: HOR. sat. 2, 8, 23 Nomentanus erat super -um.

2 *pertinet ad homines ut testes, auctores, exempla, ad quae revocant*: **a** *accedit ad nomina* (*plerumque clara; humilia l. 62*): TER. Andr. 576 qui scis *eqs.*? :: -us mihi Davos . . . dixit (*v. l. 61; sic*: CIC. Verr. II 4, 86 -um Sopatrum dicere). CIC. de orat. 2, 43 tertium . . . et a Crasso tactum est et [ille] (*om. M*) -e Aristoteles . . . adiunxit *eqs.* fin. 2, 82 unum . . . ab -o Epicuro dictum (3, 3 fam. 15, 19, 2). 4, 61 Platoni -i (TERT. anim. 24, 10 teste -o Platone. AVG. civ. 22, 56 tit.). LIV. 34, 15, 9 Cato -e (PLIN. epist. 4, 7, 5. SCHOL. Cic. Bob. p. 124, 4 auctore -o M. Catone. *ibid.* l. 5 -e nos . . . Cato docuit. *cf. l. 73*). QVINT. inst. 1, 11, 17. 10, 1, 24 Homerus -e. 11, 2, 14 Simonides. 12, 10, 15 Cicero -e (SCHOL. Cic. Bob. p. 85, 29 Marcus -e Tullius. FAV. EVL. 26, 2 W. [p. 20, 9 H.]). PLIN. epist. 9, 26, 8 Demosthenes -e, ille norma oratoris (AVR. Fronto p. 26, 25 v.d.H. [p. 28 N.] facilius . . . -um Demosthenem imitatus fuerit aut -um Catonem [*cf. l. 67*]).

b *per se positum*: **α** *in universum* (*specimina selectissima*): CIC. S. Rosc. 110 id quod ex -is (*i. legatis*) cognoscere poteritis. Mur. 56 ut ait -e (Flacc. 10). nat. deor. 10 *Pythagoreos* respondere solitos '-e dixit', -e autem erat Pythagoras (VAL. MAX. 8, 15 ext. 1 QVINT. inst. 11, 1, 27). VAL. MAX. 8, 7 ext. 9 Isocrates . . ., ita ut -e significat. PLIN. nat. 17, 137 ut adfirmat -e. SERV. Aen. 3, 209 p. 380, 5 ut -e (*i. poeta*) . . . ostendit (*al.*). SERV. auct. Aen. 1, 704 ut -e (*i. poeta*) alibi *eqs.* (*al.*). **β** *usu peculiari fere pro subst.: pertinet ad gnaros, peritos, bene versatos in aliqua re* (*cf.* SERV. Aen. 3, 201 '-e' hoc est navigandi peritus): CIC. Sest. 115 qui rumore et ut -i loquuntur favore populi tenetur. CVRT. 3, 3, 9 ignis, quem -i sacrum . . . vocabant *eqs.*

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(QVINT. inst. 2, 12, 9). VLP. dig. 14, 1, 1, 12 naves ..., ut -i dicunt, *ἐπιβατηγοί* (VEG. mil. 3, 25 p. 119, 5 quod -i dicunt 'colligat campum'). AMM. 21, 16, 21 annonae militaris ... indicia, ut -i nominant, 'probae' (VEG. mil. 2, 18 p. 51, 18). VEG. mil. 3, 4 p. 71, 14 campicursionem, ut -i appellant *eqs.*

VI *describit aliquid (animans, rem) ut peculiare, speciale, quod conspicuum, antiquius ceteris est sim.: inter complura (homines, res, facultates sim.), quae memorantur, demonstrat id, quod potissimum animo obversatur (accedit* en *p. 347, 37), effert id ut praecipuum, ad quod actio quaedam, cogitatio, rerum status sim. maxime spectat*:

A *exempla potiora (hic illic fere totum additur, cuius pars peculiaris pronomine* -e *augetur, e. g. l. 35. 43. 56. p. 346, 50)*: **1** *se applicat ad nomen (acuuntur subst., pron.)*: **a** *magis vi adverbiali (cf. Sommer, Synt. p. 5), i. q. aliquis (aliquid), sc. praeter ceteros (cetera), inde fere et: imprimis, praesertim sim. (magis i. q. proprie, nominatim l. 77; iuxta ponitur* specialis *l. 69, opp.* principaliter *l. 65; quodammodo coniungitur artius c.* scilicet *l. 71,* non *l. 78; in gradatione v. infra l. 38)*: ***α*** *varia*: PLAVT. Trin. 800 servos ancillas amove. atque audin? ... uxorem quoque eampse (*v. p. 294, 44*) hanc rem uti celes face. TER. Hec. 540 quamvis causam hunc suspicari quam -am veram mavolo. RHET. Her. 1, 1, 1 id -um, quod datur otii, libentius in philosophia consumere consuevimus (CIC. de orat. 2, 274 illa subabsurda, sed eo -o nomine saepe ridicula. LIV. 2, 42, 5 ad id -um creatus [CELS. 6, 6, 8B]. 5, 29, 3 ob id -um [SVET. Iul. 8 Tib. 65, 1]. TAC. Agr. 4, 1 iis ... -is virtutibus iram Gai Caesaris meritus. *al. v. et l. 72. p. 348, 7*). 4, 13, 18. CIC. inv. 2, 107 -um illud (*sc. de quo agitur*) peccatum erit extenuandum (epist. 6, 4, 4 cum plus in metuendo mali sit quam in -o illo, quod timetur. *al.* -e *sequitur*: CIC. S. Rosc. 103 illorum -orum bonorum, de quibus agitur. LIV. 33, 28, 13. *cf. l. 31. p. 348, 25*). Tull. 54 (49) istae -ae leges ..., ut mittam cetera, significant *eqs.* (AVG. grat. Christ. 42, 46 p. 159, 21 iste -e Pelagius in illo -o [*v. l. 28*] recenti opusculo suo ... Ambrosium quemadmodum laudet, accipite. *cf. et p. 348, 23*). Cluent. 12 quo ... est -um nomen amantius ... maternum, hoc *eqs.* Catil. 1, 11 magna dis immortalibus habenda est atque huic -i Iovi Statori ... gratia (Rab. Post. 13 cum saepe antea, tum in hac -a causa. Ov. met. 9, 725 LIV. 4, 51, 6. QVINT. inst. 9, 2, 69 aperta figura perdit hoc -um, quod figura est. *al. v. et p. 347, 71*). fin. 4, 55 sensus ... cuiusque et natura rerum atque -a veritas clamabat quodammodo *eqs.* (*cf.* HOR. sat. 1, 3, 98 sensus moresque repugnant atque -a utilitas, iusti ... mater *eqs. sic in gradatione*: CIC. fam. 2, 15, 3 faveo Curioni ..., pro Pompeio emori possum, sed tamen -a re publica nihil mihi est carius. LIV. 1, 53, 3). nat. deor. 2, 122 *beluae* cibum ... partim oris hiatu et dentibus -is capessunt. Att. 1, 17, 5 et aliis temporibus et me -o consule. 7, 1, 7 tu ... cogitabis primum, quo artificio tueamur benevolentiam Caesaris, deinde de -o triumpho. LVCR. 2, 178 (= 5, 196) hoc ... ex -is caeli rationibus ausim confirmare. 5, 181 exemplum ... gignundis rebus et -a notities hominum divis unde insita ... est. VARRO ling. 5, 14 incipiam de locis ab -ius 'loci' origine. rust. 1, 57, 1. VERG. Aen. 5, 210 laetus Mnestheus successuque acrior -o. HOR. epist. 2, 1, 141 agricolae ... levantes ... corpus et -um animum (*cf. Kiessling-Heinze ad l.*). Ov. ars 1, 604. fast. 1, 214 -ae vitiis sunt alimenta vices. LIV. 7, 23, 10. VAL. MAX. 4, 7 praef. sodalicium -arum miseriarum experimento enituit. 8, 10, 2 CELS. 7, 7, 14C. SEN. clem. 1, 22, 3 verecundiam peccandi facit -a clementia regentis. dial. 3, 9, 4 si quis poenam exigit non -ius poenae avidus, sed quia oportet. 6, 22, 6 CVRT. 3, 8, 25. 4, 11, 9. PETRON. 102, 4 per puppim, per -a gubernacula delabendum est. PLIN. nat. 32, 129 mulieribus lactis copiam facit glauciscus *eqs.*; mammas -as ... cinis ... sanat. STAT. silv. 4 praef. med. honorem, quem de me et de -is studiis meretur (*aliter Vollmer ad l.*). QVINT. inst. 5, 13, 21 aut omnibus periculosum ... aut -is iudicibus. TAC. ann. 3, 34, 3. 4, 57, 3. PLIN. epist. 2, 5, 7 ut universitatem (*sc. libri*) omnibus varietas -a commendet. 3, 9, 12 placuit imprimis (*i. fere primo, cf. et vol. VII 1, 680, 75*) -um Classicum ostendere nocentem. VLP. dig. 21, 1, 38, 7 animalia castrata ... non vitiosa esse, nisi propter -am castrationem facta sunt imbecilliora. 47, 10, 7, 1 *lege Aquilia* principaliter de damno agitur, ... at in actione iniuriarum de -a caede vel veneno. APVL. met. 9, 20, 3 MIN. FEL. 11, 4. 23 (22), 1 considera ... sacra -a et -a mysteria. TERT. resurr. 29 p. 66, 12 *scripturae* quae ... spem *resurrectionis* in -as substantias corporales speciali mentione determinant. AVSON. 36, 3 p. 332 P. SERV. Aen. 1, 400 plerumque ostia -a (*om. Ta*) pro portu sunt. 8, 577 'durare laborem' -ius scilicet senectutis *eqs.* (*cf.* AVG. civ. 7, 5 p. 281, 12 D. theologiam, eam -am scilicet naturalem. *v. et p. 346, 56*). CHIRON 323 obturatur ... *equi* gula et -a arteria faucium. VEG. mulom. 2, 17, 2 ne pupillam *equi* tangas ..., sed -um album (*subst.*) ... deprimis. 2, 87, 1 *equis* et labia et -a orificia intumescunt. GREG. TVR. Franc. 1, 10 p. 38, 28 de situ loci illius (*i. maris rubri*) vel -ius transitus. *nota magis fere i. q. proprie, nominatim*: VLP. dig. 40, 5, 30, 6 *si* is, qui fari non potest, ... non -e rogatus sit servum manumittere.

β *specialia quaedam*: Ⓘ -e *accedit, ubi id praecipue significatur, quod praeter opinionem fit, mirum, absurdum est (hic illic in paradoxo, inopinato sim.)*: TER. Eun. 770 perii, huic -ist (*v. app. cr.*) opus patrono, quem defensorem paro. PACVV. trag. 39 canis ... percussa lapide non tam illum adpetit, qui sese icit, quam illum eumpse (*v. p. 294, 36*) lapidem *eqs.* RHET. Her. 4, 6, 9 si Triptolemus ... -e ab aliis ... *semen* hominibus mutuaretur aut si Prometheus ... -e a vicinis ... carbunculos corrogaret, ridiculus videretur. CIC. dom. 87 eius in omni vita nihil est ad laudem inlustrius quam calamitas -a. Sest. 53 patriam ... propter -ius patriae caritatem *relinquere*. Att. 2, 1, 11 me, illum -um vindicem aeris alieni, aere ... circumforaneo obruerunt *villae*. Ov. am. 3, 4, 25 -a ... furem cura vocat. met. 10, 339. SEN. contr. 9, 1, 6 ut innocentia eius ... -a damnatione ostenderetur. SEN. Oed. 796 -a me pietas fugat. dial. 1, 3, 7 multa milia civium ... post fidem, immo per -am fidem trucidata (7, 7, 2 infelices quidam non sine voluptate, immo ob -am voluptatem sunt). LVCAN. 7, 105. QVINT. inst. 2, 10, 15 quin aliquando etiam argumenta ex -is positionum vitiis ducimus (decl. 269 p. 99, 1 -a vitia ... *tyranni*, -a scelera facient huic rei auctoritatem. TAC. hist. 1, 52, 2). TAC. Agr. 18, 6 -a dissimulatione famae famam auxit. PLIN. epist. 2, 12, 5 nihil est tam inaequale quam aequalitas -a (9, 5, 3). FLOR. epit. 3, 23, 4 ne volnera curatione -a rescinderentur. 4, 2, 27 obsessor ... -e quasi obsidebatur. 4, 2, 49. TERT. anim. 1, 2 -ā constantiā concussa est *anima*. CYPR. Demetr. 10 p. 357, 25 quasi ... per -a peccata placeatur. MOYS. Cypr. epist. 31, 3 p. 559, 16. 18 per -am mortem immortalitatem consequi, ... -is tormentis tormenta superasse (AMBR. exc. Sat. 2, 45 l. 7). AVG. civ. 21, 16 p. 520, 7 D. per -am prohibitionem desiderio crescente. INST. Iust. 4, 18, 9 si ... -i iudices ... publicas pecunias subtraxerunt.

Ⓘ *pron.* -e *apponitur ad exemplum, quo iam memorata, dicta vel adhuc explicanda strictius probantur, praecipue illustrantur (saepius accedit* ut, sicut): CIC. Mil. 79 fingite animis *eqs.*; si -e Cn. Pompeius ... potuisset ... quaestionem de morte P. Clodii ferre *eqs.* de orat. 2, 327 (*de brevitate locutionis apud Ter. Andr. 128*) hoc -um 'effertur, imus' concisum est ita, ut non brevitati servitum sit, sed ... venustati. Brut. 50 Lacedaemonium *oratorem* ... audivi fuisse neminem: Menelaum -um dulcem illum quidem tradit Homerus, sed pauca dicentem. 61 nec ... habeo quemquam antiquiorem, cuius quidem scripta proferenda putem, nisi quem Appi Caeci oratio haec (*i. antea memorata*) -a de Pyrrho et nonnullae mortuorum laudationes ... delectant. 92 quod peringeniosis hominibus ... plerumque contingit, ut -i Galbae. fin. 3, 5 ea verba, quibus ... utimur pro Latinis, ut -a philosophia, ut rhetorica, dialectica, grammatica *eqs.* (div. 1, 11). nat. deor. 1, 101 -i, qui inridentur, Aegyptii *eqs.* LIV. 21, 30, 8 *Alpes* pervias ... esse ...: eos -os, quos cernant, legatos non pinnis sublime elatos Alpes transgressos. 34, 58, 5. QVINT. inst. 5, 10, 58 sunt eiusdem rei plura propria ut -ius ignis lucere, calere. 5, 14, 34. 5, 14, 35 nisi forte existimamus Ciceronem haec (*i. verba sequentia*) -a male ⟨in⟩ argumentatione dixisse *eqs.* 8, 6, 69 *res* attollimus ... translatione ut -um illud 'volaret' (*ex versu antea laudato*). TAC. Germ. 42, 1 praecipua Marcomanorum gloria ... atque -a etiam (etiam -a *b E*) sedes ... virtute parta. PLIN. epist. 1, 22, 7 mirareris ..., qua patientia hanc -am (*om. γ*) valetudinem toleret. 4, 9, 5 factiosissimum quemque ut illum -um Theophanen. TERT. anim. 14, 3 ut et -i illi quinque notissimi sensus. 25, 8 ut in Socrate -o. coron. 7 l. 11 floribus ..., quorum usum natura signavit, ut -a haec laurea militaris. adv. Marc. 4, 10 p. 449, 1 sicut -um Marcionem. SERV. Aen. 1, 8 l. 9 in tres partes dividunt poetae carmen ...: proponunt, invocant, narrant. plerumque tamen duas res faciunt et -am propositionem miscent invocationi. *huc fortasse*: PS. APVL. Ascl. 8 [a]ut -ius terrae cultus (*cf. Nock, app. cr. ad l.*).

Ⓘ -e *ponitur in epexegesi (cf. et p. 345, 71), quae adnectitur per*: Ⓐ atque: CIC. fam. 1, 2, 2 multi rogabantur atque id -um consulibus invitis (CELS. 7, 7, 4E melior ... autumnus est ... atque is -e medius). CELS. 3, 18, 3 alii *phrenetici* ... violenter quaedam manu faciunt; atque ex his -is alii nihil nisi impetu peccant, alii *eqs.* Ⓑ et (*v. et vol. V 2, 875, 34 sq.*): Ov. fast. 3, 844 et hoc -um (*V*, signo *A*) littera prisca docet (CELS. 2, 7, 24 ubi ... subita ... loquacitas orta est et haec -a solito audacior. 6, 6, 10. SEN. dial. 10, 9, 3 de die tecum loquitur *poeta* et de hoc -o fugiente. MAECIAN. dig. 35, 2, 30, 4). LIV. 2, 55, 3 quattuor et viginti lictores ... et eos -os plebis homines (VAL. MAX. 2, 2, 1. CELS. 1, 3, 29 cibus ... et is -e *eqs.* [1, 3, 30]. SEN. dial. 10, 10, 6). LIV. 27, 40, 5 multa secunda in Italia ... gesta quassatam rem publicam excepisse; et -um intervallum loci ... spatium dedisse ad respirandum. CELS. 1, 3, 34 utilius est exiguum aliquid et -um siccum ... sine potione sumere. MELA 2, 52 Messenii Pyliique terras colunt et -a pelago Pylos adiacet. PLIN. nat. 16, 214 iuncturas (*i. fere compages vel rimas*), quas et -as esse modico *simulacro* admodum miror (SORAN. p. 78, 18 quod et -um [*Rose*, -ud *h*, -a *b*] aliquando ... fieri solet). VLP. dig. 48, 5, 4, 1 post sexaginta dies quattuor menses extraneis (*i. fere accusaturis*) dantur et -i utiles (*v. Heumann-Seckel s. v. 1*). APVL. met. 6, 22, 4 contra ... leges et -am Iuliam disciplinamque publicam. TERT. spect. 11 p. 14, 6 *stadium* utique templum est et -um eius idoli, cuius *eqs.* PRISCILL. can. 36 p. 125, 14 vinum ... pro sola infirmitate et -ud (*v. app. cr.*) modico uti. HIER. epist. 75, 3, 2 ut divitum domus et in -is feminas maxime adpeteret *haereticus*. Ⓒ -que: CELS. 3, 22, 11 cibus esse debet ... acer ut alium, porrum idque -um ex aceto (ASCON. Mil. p. 34, 11 Pompeius ... in hortis manebat idque [-e *v. app. cr.*] -um in superioribus). PLIN. nat. 20, 24 raphanos prodest ⟨esse⟩ cum melle, semen eorum tostum -umque commanduca-

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum. Ⓓ neque: CELS. 4, 18, 3 aqua neque ea -a frigida, sed potius egelida danda est.

b *magis attributive, vi fere adiectiva: significat proprietatem alicuius vel rei vel hominis (aliter p. 339, 74)*: **α** *c. respectu rationis aut propositi, usus, cui aliquis (aliquid) idoneus est: describitur aliquis ut aptus, conveniens sim. (cf. e. g. l. 11. 17. de rebus corporeis, membris corporis l. 13. 23)*: PLAVT. Curc. 534 non ... mediocri incedo iratus iracundia, sed eapse illa, qua excidionem facere condidici oppidis (*sim.* 538 non ... te mediocri macto infortunio, sed eopse [eopso *trad.*] illo, quo mactare soleo quoi nil debeo). CIC. inv. 1, 5 expèditius animus unius cuiusque -am rationem ac viam artis considerare poterit (PLIN. nat. 18, 97). SEN. epist. 78, 23 cocorum ... -os cum opsoniis focos transferentium (*sic de rebus corporeis*: TERT. pudic. 5 p. 226, 7 post interdictam alienorum deorum superstitionem -orumque idolorum fabricationem. *de membris corporis v. l. 23*). TAC. ann. 15, 70, 1 *Lucanus* recordatus carmen ..., quo ... militem ... obisse tradiderat, versus -os rettulit. PEREGR. Aeth. 3, 6 lecto ... -o loco ... de libro Moysi (4, 3 [*bis*]. *saepius*. SERV. auct. Aen. 8, 677). 10, 7 ut ubicumque ad loca desiderata accedere volebamus, ... legeretur lectio -a de codice *eqs.* (11, 3. 15, 4). CHIRON 117 cum coeperit *equus* melior esse, ... mixtam escam porrigito, si dictaverit -um tempus (*Hippiatr. gr. I p. 2, 17 ὁ καιρός*). AVG. conf. 8, 8, 20 *motus facere* aliquando volunt homines et non valent, si aut -a membra non habeant aut ea ... quoquo modo impedita sint (*de rebus corporeis v. l. 13*).

β c. respectu aliorum, a quibus aliquis (aliquid) proprietate differt (describitur aliquis ut peculiaris, singularis sim.; respondet quidam *l. 31, opp.* communis *l. 45*): CIC. Q. Rosc. 11 ei rei -a verba formulae testimonio sunt (GAIVS inst. 4, 150 -is verbis interdictorum significatur. S. C. de sumpt. lud. glad. [CIL II 6278] 28 MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 4. *al.; aliter v. p. 340, 54*). rep. 2, 6 terra ... adventus hostium ... et quasi fragore quodam et sonitu -o ante denuntiat (PAVL. FEST. p. 30 bombizatio est sonus apium ab -o sonitu dictus. *sim. ibid.* a sono -o vocis). LVCR. 6, 350 cum corpora fulminis -a corporibus rerum inciderunt. VERG. georg. 4, 295 exiguus ... atque -os contractus in usus ... locus. LIV. 34, 6, 5 quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales ... et temporibus -is mutabiles esse video. SEN. Oed. 797 tangis en -os metus (*sc. qui me vexant*). nat. 2, 52, 2 quid quaeque vis fecerit, -o genere iniuriae intelleges (PLIN. nat. 2, 198 magna differentia est et in -o genere motus *terrae*, pluribus siquidem modis quatitur. TAC. hist. 1, 90, 2 PLIN. epist. 1, 8, 5). STAT. silv. 2 praef.[in.] et familiaritas nostra ... et -a opusculorum *meorum* ... condicio sic posita est, ut *eqs.* QVINT. inst. 2, 10, 1 pauca ... de -a declamandi ratione dicenda sunt. 9, 3, 4 sunt quaedam figurae ita receptae, ut ... iam hoc -um nomen effugerint (10, 1, 8). 11, 1, 12 secundum communem potius loquendi consuetudinem quam -am veritatis regulam (*sic opp.*: 12, 1, 19). GAIVS dig. 45, 1, 74 'certum' est, quod ex -a pronuntiatione *stipulationis* apparet, quid quale quantumque sit *eqs.* VLP. dig. 12, 2, 3 pr. eum 'cum quo agetur' accipere debemus -um reum. APVL. met. 11, 12, 1 ad -um praescriptum divinae promissionis. MIN. FEL. 4, 4 ut -ius sectae homo cum eo disputem *eqs.* TERT. apol. 21, 2 neque de -o signaculo corporis (*i. circumcisione*) ... cum Iudaeis agimus. resurr. 29 p. 66, 11 scripturae ... resurrectionem carnis, quamquam sine nominatione -ius substantiae, subradiant. LAMPR. Comm. 18, 2 -as acclamationes senatus ... indidi *operi meo*. COD. Theod. 11, 16, 18 munerum enumeratio sordidorum vocabulis -is signata. ORIG. in Matth. 16, 3 p. 466, 32 illic dictum est occidendum salvatorem, hic autem et species -a occisionis est scripta (*gr. καὶ τὸ εἶδος τῆς ἀναιρέσεως*). BENED. reg. 14, 2 lectiones ad -um diem pertinentes dicantur.

2 *accedit ad adverb. temporis*: CIC. fin. 2, 65 tum (*v. app. cr.*) -um, cum vigiliis ... cruciaretur, ... *Regulum* beatiorem fuisse ([*cf. Madvig ad l.*]. div. 1, 118 tum -um cum immolare velis. *paulo aliter fortasse*: off. 2, 60 ratio ... largitionum genere vitiosa est, temporibus necessaria et tum [cum *P*] -um [-a *p*] et ad facultates accommodanda et mediocritate moderanda est). Att. 8, 9, 2 si ... vos ... *Caesari obviam iistis* quid nunc -um de se recipienti, quid (*v. app. cr.*) agenti ...? (10, 4, 10 quin nunc -um minime offendisses eius causam, si *eqs.* 12, 16 nunc tamen -um sine te esse non possum. 12, 40, 2. *paulo aliter fortasse*: 7, 3, 2 quin nunc -um non dubitabo rem ... abicere, si id erit rectius).

B *locutiones: pron. -e c. aliis pron. demonstr. iuncturae modo copulatum sequuntur ἐπεξηγήσεις, enunt. explicativa sim.*: **1** *generales*: **a** *c.* hic (*nota*: -um hoc *l. 77*): RHET. Her. 4, 2, 3 hoc -um summum est artificium res varias ... eligere (*sic seq. [acc. c.] inf.*: CIC. Tusc. 1, 87 SEN. dial. 2, 18, 5 QVINT. inst. 2, 16, 19 decl. 265 p. 85, 2. *al.*). CIC. Tusc. 3, 80 cum hoc -um proprie non quaereretur, num *eqs.* (*sic seq. interrog. obl.*: Att. 10, 1, 3 QVINT. decl. 321 p. 259, 2. *al.*). 5, 20 hoc -um magni aestumo, quod *eqs.* (Att. 7, 7, 1 SEN. contr. 1, 2, 2 SEN. Herc. f. 411. *al. nota*: -um h. qu.: SEN. Phoen. 560. *sim.* hoc -o, quod [*cf. et vol. VI 3, 2746, 20 sqq.*]: CIC. off. 1, 98 Att. 2, 1, 1. HIRT. Gall. 8 praef. 9 ne ..., hoc -o [-um α] crimen ... subeo, quod *eqs.* [*cf. Meusel, Krit. Anh. ad l., aliter Schmalz-Hofmann⁵ p. 744*]. 8, 19, 3 QVINT. inst. 3, 8, 44. 4, 1, 54. *al.*). LIV. 4, 4, 5 hoc -um, ne conubium patribus cum plebe esset *eqs.* (QVINT. inst. 5, 7, 16. *al. sim. per* ut: SEN. benef. 3, 14, 1. *al. cf.* VLP. dig. 4, 3, 7 si *minor* in hoc -o, ut venderet *servum*, circumscriptus est). SEN. contr. 1, 7, 14 iratus ... ob

hoc -um fui, quod *eqs.* (7, 2, 12 SEN. dial. 4, 11, 1. *sim.* SEN. benef. 1, 1, 3 ob hoc -um, quia [dial. 10, 13, 4]. *cf.* TERT. adv. Marc. 1, 11 p. 304, 28 sq. hoc -o ..., quia [CYPR. epist. 60, 2 p. 693, 4]). QVINT. inst. 2, 17, 27 in hoc -um fallendi sint, ne *eqs.* (decl. 250 p. 25, 6. *al.*). TERT. adv. Marc. 2, 5 p. 340, 1 hoc -o ..., dum (adv. Prax. 24 p. 275, 26. *cf. Schmalz-Hofmann⁵ p. 744*). CYPR. hab. virg. 11 p. 195, 15 hoc -o ..., si. **b** *c.* is: CIC. de orat. 1, 62 in eo -o, quod ornate dicebat (orat. 63 VERVS Fronto p. 124, 23 v.d.H. [p. 130 N.]. *al. cf.* CIC. top. 77 ex eo -o ..., quod [HIL. in psalm. 67, 24 p. 300, 2]. CVRT. 7, 2, 2 ob id -um ..., quod [SVET. Vit. 14, 3]). Tusc. 1, 11 miseros ob id -um ..., quia *eqs.* (1, 13 IVLIAN. dig. 4, 2, 18. *sim.* QVINT. inst. 3, 8, 23 propter id -um. GELL. 1, 4, 7 eo -o. *cf. et p. 345, 24*). 1, 90 id -um odiosum est, sine sensu esse (*sic c. [acc. c.] inf.*: Att. 3, 15, 2 CELS. 1 prooem. 51. PLIN. nat. 26, 9 id -um mirabile, alios *morbos* desinere in nobis *eqs.*). 3, 60 id ... -um dolendum esse dicebat, quod ... incidissemus (TAC. hist. 1, 86, 3. 2, 29, 2). Att. 1, 13, 1 neque ... id -um certum habeo, quando *eqs.* (*sic seq. interrog. obl.*: 9, 2[a] fam. 5, 21, 3. PLIN. nat. 2, 164 [*v. app. cr.*]. *cf.* CIC. Att. 9, 6, 1 fortasse in eo -o offendetur, cur *eqs.*). OV. met. 5, 20 id -um exigis, ut pereat (CELS. dig. 12, 6, 47. *al. cf.* QVINT. decl. 271 p. 111, 15 id -um ..., ne). LIV. 6, 34, 1 cum eo -o, quod necesse erat solvi, facultas solvendi impediretur (37, 4, 9 TAC. Germ. 16, 3 ann. 3, 76, 2. *al.*). TAC. dial. 19, 2 id -um ..., si. TERT. adv. Hermog. 21, 2 eo -o (-um *l. v.*), dum. **c** *c.* iste: CIC. Tusc. 1, 12 istuc -um non esse ... miserrimum puto. 1, 26 istuc -um vereor, ne *eqs.*

d *c.* ille (-e *praeced. l. 27*): PLIN. epist. 6, 2, 2 illud -um, quod oculum ... circumlinebat ..., quod ..., quod ..., a nimia superstitione ... veniebat. GELL. 17, 5, 4 cum -um illud ... solebat quaeri ..., qua mente *eqs.*

2 *speciales*: **a** hoc *vel* eo -o, quo (*cf. Schmalz-Hofmann⁵ p. 722*): **α** eo -o, quo: GAIVS dig. 41, 1, 7, 11 an eo -o, quo (quod *Mommsen*) universitas aedificii capta est, singulae quoque res ... captae essent. inst. 1, 140 pater potestatem propriam *reservat* ... eo -o, quo (quod *edd.*) *filium* mancipio recipit *eqs.* TERT. resurr. 25 p. 61, 18 sequitur, ut eo -o, quo (*C*, quod *PMF*) ... *resurrectio* spiritalis vindicatur, ... corporalis praeiudicetur. AVG. c. Faust. 16, 20 p. 462, 15 cum ... *eum* angelum nominaret eo -o, quo ... mittebatur. **β** hoc -o, quo (*vi iuncturae interdum attenuata nil valet nisi i. q. ideo, eatenus sim.*): VLP. dig. 2, 4, 10, 2 hoc -o, quo (quod *dett.*) *libertus* adrogatur, celat condicionem *eqs.* 19, 2, 13, 11 PAVL. dig. 17, 2, 83. MARCIAN. dig. 46, 3, 47, 1 hoc -o, quo (quod *Mommsen*) non est pauperior *pupillus*, locupletior est. CYPR. eleem. 18 p. 387, 14. epist. 14, 3 p. 512, 4 *diabolus* acrior factus hoc -o, quo (qui, quia *vv. ll.*) victus est, superantem superare conatur. NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 3 p. 551, 11 trin. 27 p. 99, 17. MACR. somn. 1, 13, 9 hoc -o quo (*v. app. cr.*) exit *eqs.* (*cf. Baehrens, Glotta 4, 1913, 271*). **b** hoc -um (*seq.* quod *praeter l. 47*): *fere i. q. ob hoc -um (cf. Baehrens, Beitr. z. lat. Synt., 1912, 370 sqq.; Löfstedt, Synt. I² 264; Waszink, Tert. de anima, 1947, 392 sq. et vol. VI 2746, 43 sqq.)*: SEN. epist. 78, 18 ille ... non desiit ridere, cum hoc -um (*v. app. cr.*) irati tortores omnia instrumenta ... experirentur. VLP. dig. 29, 5, 1, 28 potuisse ... ancillam ... auxilium ... ferre, ... hoc -um (*F*, -o *Mommsen*) manifestum est, quod dixit *ancilla eqs.* TERT. fug. 12, 2 quod times, redimis, ergo fugis. pedibus stetisti, curristi nummis. hoc -um, quod stetisti ex redemptione, fugisti. FAVST. REI. epist. 3 p. 176, 12 sed hoc -ud, quod nunc inter nos commercia sermonum ... miscemus *eqs.*

VII *describit aliquem (aliquid) ut summum, unicum sim. (usu fere elativo. cf. Schwyzer, Gr. Gramm. II 211[fin.])*:

A *in universum: significat aliquem (aliquid) ut summum, extremum, ex cuius mensura res aestimatur vel quod exceditur (et ideo invertitur [cf. p. 349, 16]. demonstratur inopinatum, mirum e. g. l. 65. 77, absurdum, perversum e. g. p. 349, 20. significatur fere minimum e. g. l. 72 vel infimum l. 74)*: PLAVT. Mil. 803 non potuit reperire, si -i Soli quaerendas dares, lepidiores duas *feminas* (PELAGON. praef. p. 29, 4). Poen. 323 Venerem -am e fano fugent *puellae deformes*. Stich. 296 tantum ... bonum ..., vix -a domina hoc ... exoptare ab dis audeat (PROP. 2, 4, 22 *puella* vix -o sanguine mollis erit. OV. fast. 1, 556 STAT. Theb. 10, 556). TRABEA com. 5 Fortunam -am anteibo fortunis meis (CIC. Tusc. 5, 72 SEN. benef. 5, 4, 3). TER. Hec. 128. Eun. 231 haec *puella* superat -am Thaidem (*cf.* CIC. leg. agr. 2, 95 luxuries ... -um Hannibalem ... invictum ... vicit [OV. ars 1, 477. *sic in figura etym. v. p. 349, 34*]). Ad. 761 -a si cupiat Salus, servare ... non potest hanc familiam. LVCIL. 31 non Carneadem si -um Orcus remittat. VARRO Men. 115 non vides -os deos, si quando volunt gustare vinum, derepere ad hominum fana *eqs.*? rust. 2, 1, 6 -as pecudes ... aureas habuisse pelles tradiderunt. CIC. S. Rosc. 125 qui potuerunt ista -a lege, quae de proscriptione est ..., verum ista -a lege bona ... venire? Mur. 39 in -a occupatione delectationes ... habere possumus. 63 -um sapientem saepe aliquid opinari, quod nesciat. dom. 98 patriae ... causa patriam -am amittere (*cf. p. 346, 5. sic in re admirabili*: VERG. Aen. 2, 755 -a silentia terrent [VAL. FL. 2, 41]. SEN. clem. 1, 26, 2 voluptates -ae timentur. APVL. met. 8, 7, 7 -o se solacio cruciabat). Planc. 58 Phil. 2, 93. 8, 19 Caesar -e, qui ... fuerat iratissimus, tamen ... cotidie aliquid iracundiae remittebat. rep. 1, 7 me gravissimis tempestatibus ac paene fulminibus (*v. app. cr.*) -is obvium ferre. fin. 1, 71 ea ... sole -o illustriora et clariora sunt (QVINT. decl. 333 p. 313, 26 luce -a ... clarius. TERT. adv. Marc. 4, 1 p. 424, 10. *sim.* CYPR. epist.

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6, 1 p. 481, 1 o tenebras lucidiores sole -o. *sic in comparatione*: Hor. carm. 3, 12, 7 eques -o melior Bellerophonte. Prop. 1, 19, 4. 2, 34, 88 Lesbia . . . -ā notior est Helenā. Ov. ars 2, 299 Petron. 84, 5). 2, 119 vereor, ne Herculem -um ea, quae . . . gessisset, voluptatis causa gessisse diceres (Tusc. 2, 22). div. 1, 82 aut ea (*sc. quae sunt futura*) ne -i quidem di significare possunt (Att. 10, 4, 4 Val. Max. 7, 2 ext. 1 Cels. 1 prooem. 60 Sen. epist. 94, 24 Qvint. inst. 10, 2, 10. *al.*). Att. 7, 15, 2 Cato . . . -e iam servire quam pugnare mavult. 10, 12ª, 4 (7). 14, 17ª (= fam. 9, 14), 2 -i Agamemnoni . . . fuit honestum. fam. 6, 21, 1 -a victoria futura esset acerbissima. Lvcr. 6, 659 arripit acer . . . dolor dentes, oculos invadit in -os. 6, 1207 in nervos . . . morbus et artus ibat et in partes genitales corporis -as. Caes. Gall. 1, 17, 1 qui privatim plus possint quam -i magistratus. 5, 40, 7 Sall. Catil. 33, 3 Verg. ecl. 6, 34. georg. 2, 440 -ae Caucasio steriles in vertice silvae . . . dant . . . fetus. Ps. Verg. catal. 9, 63 optatis plus iam procedimus -is. Hor. sat. 1, 3, 55 nos virtutes -as invertimus. Prop. 3, 10, 8 Niobae lacrimas supprimat -e (-a suas *V²*) lapis. Ov. met. 4, 230 -e timor decuit (fast. 5, 608. *sim.* Manil. 5, 554). Liv. 26, 13, 7 omissis omnibus, omisso -o Hannibale. 26, 30, 9. Manil. 2, 601 leges . . . per -as saevit nequities. Sen. contr. 1, 8, 5. suas. 5, 8 Xersen . . . adversus -os deos tumentem. Val. Max. 6, 9, 8 portus -os, si quis . . . mutis rebus inest sensus, tantam . . . varietatem . . . admiratos arbitror. 9, 1, 5. Sen. Herc. O. 393 per -as fulget aerumnas decor. Med. 890. Lvcan. 1, 37 scelera -a (ista *MP*) nefasque . . . placent. 2, 75 mors -a refugit saepe virum. Petron. 138, 6. Plin. nat. 2, 236 adeo ut . . . harenae in -is aquis ardeant. Val. Fl. 4, 72 Sil. 9, 339 Mart. 10, 73, 9 Qvint. inst. 4, 2, 122. 8, 5, 29 in sole sidera -a desinunt cerni. Ivv. 8, 23. 133 inter maiores -um . . . Promethea ponas. Tac. dial. 21, 1 Agr. 2, 3 Plin. epist. 3, 7, 13. Vlp. dig. 50, 17, 160, 2 plus iuris habere . . . quam heredem aut -um testatorem. Apvl. met. 5, 9, 7. Min. Fel. 5, 4 de summa rerum . . . decernere, de qua . . . usque -a philosophia deliberat. Tert. pudic. 15 p. 251, 14 -e templi dei vitiator in templum . . . convenit. Cypr. epist. 73, 20 p. 794, 7 cum -i haeretici . . . agnoscant ecclesiae veritatem. Paneg. 2, 45, 4 -ius victoriae victor (*sic in figura etym.*: Greg. Tvr. Mart. 35 p. 658, 24 vincula -a vinxerunt. *cf. et p. 348, 68*).

B *potiora quaedam*: **1** *in sententiis negativis, fere i. q. 'ne . . . quidem'* (*se applicat ad subst. vel ad subi. verbo fin. significatum*): Plavt. Pseud. 669 -a mi Opportunitas non potuit opportunius advenire (*cf. app. cr.*). Truc. 24 neque eam rationem eapse umquam educet Venus. L. Crass. or. frg. Cic. de orat. 2, 226 tu illam mortuam, tu imagines -as non perhorrescis? Cic. leg. agr. 3, 8 hoc Valeria lex non dicit, Corneliae leges non sanciunt, Sulla -e non postulat. Sull. 71 non fortunae -i succumbere. Bell. Alex. 24, 3. Verg. ecl. 10, 63 neque Amadryades . . . nec carmina nobis -a placent *eqs.* (*sim.* Aen. 4, 456 hoc visum nulli, non -i effata sorori. 6, 444 non -a in morte. 6, 553 vis . . . nulla virum, non -i . . . caelicolae. Dirae 13 Hor. sat. 2, 3, 204). Prop. 4, 9, 44 non clausisset (*sc. Iuno*) aquas -a noverca suas (*sic annititur ad subi. verbo fin. significatum*: Mart. 7, 26, 8 nec -e plus amare te possum. Tert. apol. 7, 2. 33, 3 Avson. 409, 11 p. 266 P.). Epiced. Drusi 232 Mavors . . . siccis . . . neque -e genis. Liv. 4, 43, 7 neque id -um. Manil. 4, 874 bonis, quae nec deus invidet -e. Phaedr. 5, 8, 4. Sen. Herc. O. 1366 non -e . . . Oceanus meos franget vapores. 1385 Phaedr. 717. Phoen. 186 iras temporum haut -a mora fractas. Tro. 875 dial. 8, 1, 4. Cvrt. 11, 37 nec a Nicomacho nec ab -o (illo *pars codd.*) Philota *eqs.* Stat. Theb. 4, 142. 6, 499. 9, 102 nullae . . . volucres, nulla . . . monstra nec -e . . . ignis. Mart. 2, 57, 4. 2, 72, 3 Ivv. 3, 110. Plin. epist. 4, 3, 5 non . . . -as Athenas tam Atticas dixerim. Papin. dig. 46, 1, 49, 2 nondum fideiussorem teneri, quia nec -e reus . . . teneretur. Vlp. dig. 3, 3, 39, 2 Tert. adv. Prax. 28 p. 283, 1 scorp. 6 p. 157, 4 Cypr. laps. 22 p. 253, 18 Peregr. Aeth. 41.

2 non modo (tantum, solum, iam [*l. 74*]) . . ., sed (verum) -e (*in paradoxo l. 74 sq.*): Cic. leg. agr. 2, 6 non solum hoc in loco . . ., sed in -o senatu (Ps. Apvl. Ascl. 3). Rab. perd. 8 non modo homines, sed prope regiones -ae convenerint. Sest. 126 non modo gladiatores, sed equi -i gladiatorum . . . extimescebant. Phil. 10, 8 o spectaculum . . . non modo hominibus, sed undis -is et litoribus luctuosum! fin. 3, 11 *philosophorum disciplinas* non modo nihil adiuvare arbitror . . ., sed -am depravare naturam. Liv. 8, 4, 11 audiente non populo Romano modo . . ., sed Iove -o. *al.* Sen. dial. 5, 25, 4 nec homini tantum, sed -i fortunae respondet *ille* (10, 15, 3. Pavl. sent. 5, 21, 4 non tantum divinatione . . ., sed -a scientia . . . abstinere. Cypr. epist. 34, 4 p. 570, 20). Plin. nat. 2, 132 *procella* non antemnas modo, verum -a navigia . . . frangens. Plin. epist. 6, 11, 1 nec modo temporibus nostris, sed litteris -is ornamento *esse*. paneg. 83, 1. Avg. civ. 3, 28 p. 140, 20 D. non iam bello, sed -a pace saeviente.

3 quin -e: Cic. opt. gen. 17 quin -um Isocratem, quem . . . docti summum oratorem esse dixerunt, tamen hunc in numerum non repono. leg. 3, 24. fam. 9, 21, 1 quin -a iudicia non solemus omnia tractare uno modo. Verg. georg. 4, 481 quin -ae stupuere domus atque intima Leti Tartara. Aen. 9, 465. Aetna 532 quin -is . . . Siculi cognomina saxis imposuere rhyacas (*v. app. cr.*). Manil. 4, 222 quin -a sub armis pax agitur. Sen. Ag. 410ª Herc. O. 737. 1506 quin -e, quamquam Iuppiter, credi meus pater esse gaudet (*sic pertinet ad subi. animo obversans vel verbo fin. significatum*: Tac. ann. 4, 31, 2 quin -e . . . solutius . . . eloquebatur *eqs.*). Phoen. 621 Plin. nat. 29, 35 Stat. silv. 2, 1, 186 Qvint. inst. 2, 16, 10. 6, 3, 16 quin -ae illae *res* — dicta (*v. app. cr. et p. 287, 13 sqq.*) . . . vocantur —, quas . . . dicere solebamus *eqs.* Tac. ann. 1, 23, 5. 1, 79, 3 Apvl. apol. 19. Novatian. trin. 29 p. 107, 18 *Christiani* qui . . . nec carceres nec vincula timuerunt, quin immo -as saeculi potestates . . . calcaverunt.

4 *stilistica quaedam*: **a** *in repetitione, geminatione*: Cic. Verr. II 1, 49 Tenem -um, qui . . . sanctissimus deus habetur . . ., hunc -um, inquam, Tenem *eqs.* Verg. ecl. 5, 62 -i . . . voces ad sidera iactant . . . montes, -ae iam carmina rupes, -a sonant arbusta *eqs.* Ov. met. 11, 492 -e pavet nec se . . . -e fatetur scire ratis rector. Pont. 1, 2, 37 sq. -a Medusa oculis veniat licet obvia nostris, amittet vires -a Medusa suas. Stat. Theb. 10, 154 sq. cuncta silent: -i iam stare recusant cornipedes, -os subitus cinis abstulit ignes. Mart. 8, 50 (51), 20. Apvl. met. 5, 30, 1 -am matrem tuam, me, inquam, -am . . . denudas. Min. Fel. 5, 6 in terram proiecti caelum -um et -a sidera audaci cupiditate transcendimus. *huc fortasse*: Ov. ars 2, 307 -os concubitus, -um venerere licebit, quod iuvat *eqs.* *in geminatione*: Fronto p. 138, 11 v.d.H. (p. 144 N.) -i, -i, inquam, Platoni . . . gloria amiculum erit.

b *in gradatione* (*in gradatione ad absurdum l. 35. cf. et p. 312, 41. 313, 22*): Liv. 22, 60, 7 praeferri . . . non captis modo . . ., sed etiam iis, qui . . ., atque -i . . . consuli. Sen. Tro. 1099 moverat vulgum ac duces -umque Vlixen. nat. 6, 1, 14 urbes oraeque terrarum et litora et -um mare. Sil. 5, 388 intremuere . . . tellus et pontus et aether -aque . . . quatiuntur Tartara (Apvl. met, 1, 8, 4 Comm. apol. 635). Stat. Theb. 11, 481 tela cadunt, cunctantur equi, fors -a repugnat. Qvint. inst. 12, 11, 10 maria transire, siderum cursus . . . cognoscere, mundum -um paene dimetiri. Tac. hist. 4, 64, 1 flumina ac terram et caelum . . . -um. Flor. epit. 2, 7, 4 in templa et aras et sepulchra -a *saevire*. Tert. anim. 17, 11 (*ironice*) homo . . . intellegentiae et scientiae capax et -ius Academiae. adv. Prax. 16 p. 257, 15 passiones humanas et sitim et esuriem et lacrimas et -am nativitatem (-am n. *om. M*) -amque mortem. adv. Val. 15 p. 194, 10. Avson. 419, 59 p. 368 P. Aiantem vel Tydei filium aut -um regem . . . Mycenarum (*cf. Hom. Il. 7, 180 αὐτὸν βασιλῆα*). Anth. 463, 11 terram, iura, deos, bellum iam polluis -um *eqs.* (*de vocibus 'iam' et '-e' in eodem enuntiato una positis cf. et vol. VII 1, 126, 17 sqq.*).

CAPVT TERTIVM

grammatica, iuncturae:

pars prior: *grammatica* (*syntactica, stilistica*):

I *potiora de ratione, quae inter pron. q. e. -e et pron. poss. intercedit*: *e ponitur iuxta pron. poss. (de gen. -ius ad pron. poss. accedente v. p. 327, 16) saepius peculiari modo ita, ut nom. (vel acc.) ad subst. vel verb. fin., particip. se applicet, sc. secundum genus, numerum* (*cf. Drakenborch ad Liv. 2, 19, 5; Riemann, Etudes², 1885, 155 sqq.*):

A *pron. -e iuxta pron. possessivum collocatum (praeter l. 60) ponitur inter pron. poss. et subst.*: **1** *una cum aliis verbis, membris enuntiati*: Plavt., Capt. 560 suum -e interdum ignorat nomen neque scit qui siet. Catvll. 75, 2 mens . . . se officio perdidit -a suo. Verg. Aen. 12, 660 regina . . . dextrā occidit -a sua. Hor. epod. 16, 2 altera iam teritur . . . aetas, suis et -a Roma viribus ruit (*sim.* Liv. 6, 19, 6 ut suis -e oneratus viribus ruat. *v. etiam l. 79. 84*). Ov. am. 1, 6, 36 ante . . . a membris dividar -e meis (*sic in pentametro. item*: 2, 8, 26. 2, 9, 4 epist. 12, 18. 13, 116 quando ego [*i. Laudamia*] . . . languida laetitia solvar ab -a meā [*v. Schöner, Über ein Ges. der Wortstellg. . . . d. Ov., Erlangen 1896, 18*]). met. 3, 229 famulos fugit -e (ille *λ*) suos. Liv. 1, 11, 9 (*de Tarpeia*) sunt qui eam . . . dicant . . . fraude visam agere suā -am peremptam mercede. Sen. Ag. 698 Fortuna vires -a consumpsit suas (-e *et pron. poss. dirimuntur verb. fin. interposito. item*: Herc. O. 826 artus -e dilacerat suos). Mart. 8, 57, 2 ad tumulum Picens dum sedet -e suum. 9, 41, 4 scelus . . ., quantum vix animo concipis -e tuo.

2 *pron. -e interponitur solum* (*c. praep. l. 67. cf. p. 316, 22*): Cic. Tusc. 5, 11 ut nostram -i sententiam tegeremus. Cato 72 div. 1, 4. Sall. Catil. 23, 2 suamet -e (-a *l. v.*) scelera. Iug. 31, 6. Verg. Aen. 12, 638 vidi oculos ante -e meos. Liv. 2, 9, 5 Manil. 2, 485 Plin. nat. 17, 122. Sil. 5, 213 manibus -a suis praesumpta piacula mittit *iuventus* (*sim.* Stat. Theb. 7, 711 ferro plebem . . . immolat umbris -e suis). Qvint. inst. 2, 15, 8 Sulpici filium suis -e manibus circumtulerat (Apvl. met. 10, 12, 2. *v. vol. VIII 348, 60 sqq. cf. et p. 328, 2*). Tac. ann. 3, 24, 2 suasque -e leges.

B *-e non inter pron. poss. et subst. positum attingit pron. poss.* (*praeter l. 78 fere in hyperbato*): Cic. Phil. 14, 8 (*de Antonio*) ruit -e suis cladibus (*sic*: orat. 173 -i suis sensibus non moventur? Bell. Afr. 20, 4 oppida . . . quae -i [-is *dett.*] suis praesidiis tueri poterant. 88, 4). Cato 3 qui si eruditius videbitur disputare quam consuevit -e in suis libris (*pron. poss. et -e dirimuntur voce interposita. item*: Qvint. inst. 2, 12, 2 hic . . . suis viribus -e prosternitur. *v. etiam l. 53*). fam. 13, 28ª, 1 nec Lacedaemonios dubitare arbitror, quin -i sua maiorumque suorum auctoritate satis commendati sint fidei . . . tuae. Catvll. 64, 81 -e suum Theseus . . . corpus proicere optavit ([*cf. Apollod. epit. 1, 7 ἐκὼν ἑαυτὸν ἔδωκεν*]. *sic pron. poss. inter -e et nomen, ad quod -e annititur*: Prop. 3, 13, 60 frangitur -a suis Roma . . . bonis). Lvcr. 5.

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

768 -a suo si fulget luna nitore *eqs.* 6, 279 (*de vento*) -e sua cum mobilitate calescit. NEP. Lys. 4, 3 ille imprudens -e suus fuit accusator. PROP. 1, 12, 14 cogor . . . -e meis auribus esse gravis ([*sed cf. Rothstein ad l.*]. *sic in priore hemiepi pentametri*: 2, 8, 22. 2, 29, 18. *cf. p. 350, 84. in fine pentam.*: 4, 6, 80 mox dabit -e sua *signa*). OV. epist. 1, 94. MANIL. 4, 134 -a suismet adseruit Pallas manibus *lanificium*. SEN. suas. 7, 4 Cicero in eloquentiam suam -e animadvertet? (*sic* -e *seq.*: SEN. benef. 3, 12, 4 CYPR. epist. 69, 7 p. 756, 16). PETRON. 120 vs. 84 STAT. Theb. 1, 121. 2, 734.

II *in locutionibus, quibus aliquid mutuo fieri significatur* (*usu fere reciproco, cf. et p. 306, 11*): **A** *coniungitur vario modo c. refl.*: **1** *componitur c.* inter se (nos *sim.*): **a** -e *pro subst.*: TER. Hec. 511 inter se transigant -i ut lubet (-e *seq. item*: Phorm. 876 quae inter sese -i egerint. LIV. 2, 44, 8. 29, 18, 10 QVINT. inst. 3, 8, 33). CIC. Balb. 60 ut nostras inimicitias -i inter nos geramus (fin. 3, 66). Tusc. 2, 7. off. 1, 22 (*de hominibus*) ut -i inter se aliis alii prodesse possent. HIRT. Gall. 8, 35, 2 VERG. Aen. 10, 358. 10, 436 (*de Lauro et Pallante*) -os concurrere . . . inter se. LIV. 22, 1, 3 *Hannibal* petitus . . . principum insidiis -orum inter se fraude . . . servatus est. PLIN. nat. 9, 33 (*de delphinis*) -is (-ius *Fa*) quoque inter se publica est societas. TAC. ann. 2, 30, 1 VLP. dig. 10, 3, 3, 1 PAVL. dig. 9, 4, 17 pr. HIER. epist. 21, 41, 2. **b** -e *pro adi.*: CIC. inv. 1, 12 cum deliberatio et demonstratio neque -ae similes inter se sint *eqs.* (*sim.* QVINT. inst. 9, 4, 17 dissimiles). Cluent. 122 -i inter se censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, ut *eqs.* Tusc. 5, 43 tam gravibus concitationibus tamque -is inter se dissentientibus. nat. deor. 1, 121 ita fit, ut . . . -i dei inter se ab aliis alii neglegantur. Att. 14, 13^{b}, 5 ut nosmet -i inter nos coniunctiores simus. LIV. 1, 10, 2 -i (*v. app. cr.*) inter se tres populi communiter bellum parant. QVINT. inst. 12, 2, 15 cum alia . . ., alia colligantur vel -a inter se concurrant *eqs.* TAC. ann. 11, 9, 3.

2 *refl. fere opponitur*: se -e *sim.*: **a** -e *ponitur pro subst.*: CAES. Gall. 2, 19, 6 -i se confirmaverant (*sim.* 6, 37, 10 se . . . -i adhortantur). 5, 37, 6 se -i interficiunt (*cf. Meusel ad l. et ad* 6, 37, 10). 7, 28, 3 pars . . . *hostium* ibi, cum . . . se -i premerent, a militibus . . . est interfecta. COD. Iust. 5, 3, 15 pr. (*a. 319*) *si sponsi* aliquid sibi -i . . . mutuo largiantur. **b** -e *ponitur pro adi.* (*accedit abundanter* vicissim *l. 39*): CAES. Gall. 2, 25, 1 milites sibi -os . . . esse impedimento vidit. 7, 70, 3 hostes . . . se -i multitudine impediunt. SEN. dial. 7, 1, 4 cum -e se populus premit (STAT. Theb. 2, 590 se . . . -a vicissim arma premunt). CVRT. 9, 2, 21 congregata . . . tot milia *elephantorum* -a se elidunt. ASCON. Mil. p. 38, 14 in se . . . -ae conversae sunt factiones. PORPH. Hor. carm. 1, 2, 23—24 Romani se -i confecerunt.

3 inter se -os (*cf. p. 306, 11*): LIV. 34, 62, 1 inter se -os discordes. 39, 39, 13 certamen tribunis . . . inter se -os . . . fuit.

4 *refl. et* -e *componuntur eodem casu* (*additur* invicem *l. 47*): SEN. dial. 3, 1, 4 articulorum se -os torquentium. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 87 ut ostendat poetas se -os invicem laudare *eqs.* (*cf. et l. 64*). CYPR. epist. 74, 1 p. 799, 13 cetera . . . vel ad rem non pertinentia vel sibi -i contraria, quae . . . scripsit.

5 *accedit ad formas refl. per* -met *auctas* (*cf. Thielmann, ALL 7, 1892, 380. abundanter l. 52, additur* invicem *l. 59. cf.* metipse *vol. VIII 888, 18*): RHET. Her. 4, 56, 69 nosmet -i nobis instemus *eqs.* LIV. 2, 42, 9 inter semet -os certando (SVET. Aug. 48 reges . . . inter semet -os necessitudinibus mutuis iunxit). 6, 28, 1 patres et plebem in semet -os versos. ITALA Luc. 24, 14 (cod. d) fabulantur . . . ad semet -os ([πρὸς ἀλλήλους, VVLG. *v. l. 68*]. 24, 32 [cod. d] dixerunt [πρὸς ἀλλήλους, *Vulg.* ad invicem]. VVLG. Marc. 10, 26 dicentes [πρὸς ἑαυτούς]. Ioh. 7, 35 [πρὸς ἑαυτούς]). IREN. 1, 13, 4 *haeretici* solent . . . sibimet -is invicem (*cf. l. 57. 68*) imperare, ut *eqs.* ([ἀλλήλοις]. CYPR. epist. 55, 24 p. 643, 6 ut invicem nosmet -os [se medipsos *R*] sustineamus). 1, 16, 1 numeros . . . perplexos sibimet -is (ἐπιπλεκομένους ἀλλήλοις). 1, 24, 1 adhortati sunt semet -os. CHALC. transl. p. 36^{D} sibimet -is (ἀλλήλοις). VVLG. Col. 3, 13 vobismet -is (ἑαυτοῖς).

B -e *et* invicem *iuxta ponuntur* (*cf. etiam l. 45. 51*): PLIN. epist. 6, 8, 2 -i amare invicem . . . adulescentuli coepimus. TERT. apol. 39, 7 -i . . . invicem oderunt. CYPR. epist. 59, 2 p. 668, 8 esse praedictum . . ., qui prius copulati . . . fuerint, -os invicem traditurus. VVLG. Luc. 24, 14 -i loquebantur ad invicem (πρὸς ἀλλήλους).

III *nominat.* -e *se applicans ad subi. enuntiati interdum artius accedit vel ad abl. abs. vel ad gerund.* (*cf. et Schmalz-Hofmann^{5} p. 613* [*c. libris allatis*]): **A** *accedit ad abl. abs.*: **1** *iuxta ponitur* (*specimina selectissima*): **a** *post abl. abs.*: CAES. Gall. 3, 9, 2 his rebus . . . administratis -e . . . ad exercitum contendit. BELL. Afr. 9, 1 praesidio . . . relicto -e . . . Ruspinam . . . convertit ibique sarcinis . . . relictis -e . . . proficiscitur *eqs.* (68, 2. 80, 2. 97, 1 CVRT. 3, 4, 5. 6, 6, 25). BELL. Alex. 33, 5 sic rebus omnibus confectis et conlocatis -e . . . profectus est *eqs.* LIV. 21, 27, 5 Hispani . . . in utres vestimentis coniectis -i caetris superpositis incubantes flumen tranavere. CVRT. 4, 7, 3 pedestribus copiis Pelusium petere iussis -e . . . Nilo amne vectus est. LVCAN. 8, 244 dimisso . . . rege -e (*i. Pompeius*) *eqs.* (AMM. 20, 11, 4 quo dimisso . . . -e . . . Edessam venit). **b** *ante abl. abs.* (*de* CIC. Sull. 30 *v. Madvig, Kl. philol. Schr. p. 374*): SALL. Catil. 18, 5 -i (*i. Catilina et Autronius*) fascibus correptis Pisonem . . . mittere (*inf. hist.*). LIV. 23, 43, 5 -e praesidio . . . relicto . . . ire Nolam pergit. 41, 5, 10 -e remissis auxiliis . . . ad collegam est profectus. CVRT. 7, 9, 20 -e Cratero . . . sequi iusso ad⟨iit⟩ Marcanda urbem. EPIST. Alex. 1. 204 H. -e auditis eius interrogationibus . . . sumpto militari habitu depositoque meo cultu perveni in castra. **2** *ponitur inter membra abl. abs.*: **a** -e (*cf. p. 316, 48*): LIV. 4, 44, 10 causa -e pro se dicta . . . damnatur. CVRT. 3, 8, 24 armis . . . -e sumptis aciem ordinat *rex.* **b** et -e (*v. et p. 315, 40*): LIV. 29, 2, 2 imperatores . . . iunctis et -i (*v. app. cr.*) exercitibus . . . ad sedem hostium pervenere. 45, 10, 2 dimissis et -e . . . navibus . . . navigare Aegyptum pergit. TAC. Agr. 25, 4 diviso et -e in tres partes exercitu incessit (*sc. Agricola*). Germ. 37, 3 quid . . . nobis . . . amisso et -e (*v. app. cr.*) Pacoro . . . Oriens obiecerit?

B *accedit ad gerund.* (*de* CIC. dom. 140 *v. Madvig, Kl. philol. Schr. p. 373*): **1** -e: LVCIL. 69 quae ex testibus -e rogando exculpo, haec dicam (*paulo aliter* LIV. 36, 11, 2 rex . . ., cum patrem *virginis* primo allegando, deinde coram -e rogando fatigasset *eqs.*). LIV. 24, 4, 9 deponendo . . . tutelam -e, quae cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires convertit. 25, 23, 11 unus ex Romanis . . . numerando lapides aestimandoque -e secum, quid *eqs.* 39, 49, 3 quibus (*i. equitibus*) . . . locum ad evadendas angustias cogendo -e agmen praebet. 41, 24, 2 agendo . . . societatis causam -e temptarique . . . dicendo . . . effecit, ut *eqs.* VITR. 10, 11, 2 quae -e faciundo certa (*praedicat.*) cognovi . . ., exponam. IAVOL. dig. 29, 2, 64 servus duorum *dominorum* . . . poterit -e adeundo *hereditatem* ex parte dimidia heres esse. VLP. dig. 47, 2, 14, 1 an -e subripiendo rem *emptam* emptor furti teneatur. MARCIAN. dig. 20, 1, 11, 1 *creditor* cum . . . fructus *fundi* percipiat aut locando aut -e percipiendo habitandoque. **2** et -e: LIV. 40, 23, 1 indignando . . . et -e.

IV -e *accedit praedicative ad inf. sine subi. positum* (*c. certis notionibus ut coram, propria manu, pro sua parte, ultro [l. 36] sim.*): CAECIL. com. 29 in senecta hoc deputo miserrimum, sentire in ea aetate eum⟨p⟩se (*v. p. 294, 34*) esse odiosum alteri (CIC. Lael. 82 -um esse virum bonum. SALL. [?] rep. 1, 8, 1 -um . . . flagitio esse). RHET. Her. 2, 26, 42 -um sibi . . . dissentire. 4, 4, 7 -um scribere (*v. app. cr.*) ex arte (*cf. paulo aliter* QVINT. inst. 1, 1, 28 scribere -um [*seq.* dictandi . . . labor]. *huc fortasse*: CIC. Att. 7, 17, 3). CIC. off. 1, 137 de se -um praedicare. SEN. epist. 70, 4. 102, 20. COLVM. 1, 3, 5 dementis est -um sibi malam facere fortunam. STAT. Theb. 8, 589 exuvias . . . procul arceat -um ferre pudor. 12, 97 utinam . . . fas -um . . . feras, -um unca voluerum ora sequi. QVINT. inst. 11, 1, 22. 11, 1, 59 quando . . . -os loqui, quando . . . advocati voce uti deceat. PLIN. paneg. 39, 3 GAIVS dig. 6, 1, 24. VLP. dig. 49, 9, 1 per alium causas agi, . . . -um adesse. LAMPR. Alex. 48, 3.

V *generaliter non refertur ad certam personam, sed pertinet ad eum, qui in contextu fere latet vel animo obversatur (saepius similiter atque refl., cf. l. 49 et Madvig ad Cic. fin. 1, 67; Nägelsbach-M. p. 396 sq.), aut ad subi. indef. verbo finito significatum* (*v. l. 54*): CIC. inv. 1, 30 non quemadmodum causa postulat, narratur, cum aut id, quod adversario prodest, . . . ornate exponitur aut id, quod -um (*sc. narrantem*) adiuvat, obscure dicitur. 1, 36 quid fecerit [aut] quid -i acciderit [aut] quid dixerit; aut quid faciat, quid -i accidat *eqs.* (*cf.* Balb. 3 [*de Pompei arte dicendi*] nihil . . . umquam audivi, quod mihi de iure subtilius dici videretur . . ., nihil de -o modestius. QVINT. inst. 2, 17, 19 diversum est -i quid videri et ut alii videatur efficere). leg. 2, 50 si in testamento deducta scripta non sit -ique minus ceperint quam *eqs.* (*sim.* Tusc. 4, 17 est aemulatio aegritudo, si eo, quod concupierit, alius potiatur, -e careat. *ibid.* alter . . . potiatur . . . -e concupiverit. SEN. epist. 106, 1 neminem res sequuntur. -i illas amplexantur). 2, 55 *ferias denicales* in eos dies conferre ius, ut nec -ius neque publicae feriae sint.

VI *in alternatione distributiva* (*fortasse secundum gr. ὁ μέν . . . ὁ δέ, cf. Schmalz-Hofmann^{5} p. 475 sq.*): CIC. div. in Caec. 48 in actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum . . . secundarum . . . partium, cum possit . . . clarius dicere quam -e primarum, multum submittere *eqs.*

VII *de casibus praeter regulam adhibitis*: **A** *nominativus* -e *fere immutabilis factus more adverbii pertinet ad inf.*: INSCR. cult. lar. et imag. Ost. (NSc. 1921 p. 237) 20 (*a. 205*) oportuerat te . . . -e . . . omnem solli⟨ci⟩tudinem adhibuisse. **B** *gen. ponitur pro dat.*: CIL III 14014, 6 fecit . . . Aurelia . . . marito et sibi ipsaius (*cf. Skok, Romania 50, 1924, 228 sq.*).

pars altera: *iuncturae* (*quamquam singula quaedam significantiora, cum usus fuerat, passim suo loco iam prolata sunt, huc maior copia exemplorum colligitur*):

I *accedit ad pron. demonstrativa*: **A** *ad* **is**: **1** is -e (*v. et p. 348, 7*): **a** *ad eam notionem, quam p. 345, 6 sqq. descripsi*: PLAVT. Aul. 101 si Bona Fortuna veniat, ne intro miseris. :: pol ea -a (eapse *Bothe*) credo ne intro mittatur cavet. TER. Haut. 851 ea res nunc agitur -a. RHET. Her. 1, 4, 7 ad eos -os, qui *eqs.* (4, 1, 2 ne, quod aliud confirmare debeat, egeat id [*om. M*] -um confirmationis. CIC. S. Rosc. 80 HIRT. Gall. 8, 42, 2 NEP. Dion 5, 5 LIV. 2, 5, 5. *et saepius*). CIC. div. in Caec. 62 ob eam -am causam (Planc. 1 off. 3, 27. *cf.* SEN. dial. 3, 12, 5 ob id -um). Verr. II 2, 187. 4, 36 id -um . . . demonstrari non potest (leg. agr. 2, 28 quam id -um absurde. LVCR. 4, 780 CAES. Gall. 7, 50, 2 CELS. 3, 21, 7. *al.*). II 5, 7 ea -a causa est, cur *eqs.* fin. 5, 69 in eo -o . . ., quod *eqs.* (*cf.* CVRT. 3, 12, 10 ea -a res . . ., quod. QVINT. inst. 2, 4, 9).

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Sall. Iug. 49, 4 Liv. 1, 57, 1. 21, 39, 8 eo -o, quod (25, 38, 15). Plin. paneg. 12, 3 Apvl. met. 7, 27, 8.

b *addit notionem identitatis* (*cf. p. 307, 74*): *α ad usum anaphoricum pron. q. e.* is (id -um *fere in modum adverbii l. 6*): Plavt. Stich. 552 quis . . .? an ille quasi ego? :: is -e quasi tu. Ter. Haut. 313 ad patrem[ne]? :: ad eum -um. 779 id -um (*sic in responsione affirmativa*: Eun. 908). Rhet. Her. 3, 2, 2. 4, 3, 5 Cic. inv. 1, 45. fam. 7, 23, 4 ea enim -a hora (*sic in hyperbato*: Caecin. Cic. fam. 6, 7, 2). Caes. civ. 3, 2, 3 Liv. 23, 9, 4. Labeo dig. 24, 1, 67 si uxor . . . servum emerit, deinde . . . eum -um . . . viro tradiderit *eqs.* Vell. 1, 11, 5 Plin. nat. 18, 335 Qvint. inst. 4, 1, 79 Frontin. aq. 95 Plin. epist. 3, 9, 20 Ivlian. dig. 12, 2, 12 Gaivs dig. 46, 1, 70, 3 inst. 4, 33. Itala Matth. 5, 47 (Cypr. patient. 5 p. 400, 24) ethnici id -um faciunt (*τὸ αὐτό, Vulg.* hoc). Ivl. Val. 3, 56 p. 163, 22 ob id -um (ob -um *P; Hist. Alex. M. p. 133, 14 Kr. διὰ ταῦτα*). Iren. 4, 13, 1 quodcumque lex vetasset fieri, id -um . . . facere. Vvlg. III reg. 18, 34 dixit: secundo hoc facite . . ., ait: etiam tertio id -um facite (*εἶπεν· τρισσώσατε*). Matth. 27, 44 id -um . . . et latrones (*τὸ δ' αὐτὸ καὶ κτλ.*). II Cor. 3, 14 id -um velamen . . . manet non revelatum (*τὸ αὐτὸ κάλυμμα*). Hebr. 4, 11 festinemus . . . ingredi in . . . requiem, ut ne in id -um quis incidat incredulitatis exemplum (*ἐν τῷ αὐτῷ . . . ὑποδείγματι. cf. 4, 6*).

β ad usum praeparativum pron. q. e. is: Cic. Verr. II 2, 182 eo -o anno, qui *eqs.* (Vell. 1, 14, 3). Caecin. 23 in eas -as res, quas *eqs.* Tusc. 1, 57 eo -o die, quo *eqs.* (Att. 2, 13, 1. 6, 1, 2 Val. Max. 5, 4, 4). Bell. Alex. 73, 2 Liv. 3, 9, 9. 28, 10, 2 Q. Caecilius, is -e, qui *eqs.* (*sic* Sen. benef. 4, 37, 2 ille . . . erat hospes eius, is -e, a quo *eqs.* Petron. 25, 2 ea -a, quae *eqs.*). 34, 26, 3 eo -o loco, ubi *eqs.* Val. Max. 8, 1 absol. 6 per id -um tempus, quo *eqs.* (Dares prol. p. 1, 12 per id [*om. MG*] -um tempus, cum *eqs.*). Cvrt. 4, 4, 8. 4, 12, 19 Qvint. inst. 9, 1, 30 Plin. epist. 7, 4, 5 Gaivs dig. 2, 13, 10, 3 Apvl. met. 9, 1, 6. Mar. Victorin. adv. Arrium 1, 29 p. 1062^{B} in id -um incurris, quod metuis.

γ ad pron. q. e. is *quodam modo demonstrativum et pro subst. (subi., obi.) et pro adi. (vel vice articuli) positum:*

praeter l. 51. 55 ubique fere iunctura **id -um** (*pro subst. vel pro adi.*), *cuius singula verba, cum vigent, flectuntur, genus proprium prae se ferunt, per se spectanda et explicanda sunt, quantum fieri potest (cf. quae in universum explanat Löfstedt, Synt. II 17). quibus de verbis ad gr. τὸ αὐτό pertinentibus v. Thörnell, Stud. Tert. IV 137* (*inspicias delectum exemplorum apud Rönsch, It. u. Vulg. p. 424; Goelzer, Lat. de St—Jér. p. 407. cf. p. 297, 29*):

Ⓘ *varia* (*fere i. q. unum [idemque], cf. l. 47*): Plin. nat. 35, 96 Homeri . . . id -um describentis. Gell. 1, 22, 8. 6, 21 tit. Tert. anim. 38, 2. resurr. 52 p. 107, 14sq. (*syn.* idem). Itala II Cor. 13, 11 (cod. d) id -um sapite ([*τὸ αὐτό, Vulg.* idem]. Vvlg. Rom. 15, 5 deus . . . det vobis id -um sapere in alterutrum [*τὸ αὐτό*]. *sim.* Paneg. 12, 15, 3 id -um . . . sentiens [Vvlg. Rom. 12, 16 id -um invicem sentientes, *τὸ αὐτό*. Phil. 2, 2 id -um sentientes, *τὸ ἓν φρονοῦντες*]). Phil. 1, 30 (cod. d) id -um certamen (*τὸν αὐτὸν ἀγῶνα, Vulg.* idem certamen). Iren. 2, 14, 1 id -um . . . initium. 2, 19, 3 id -um semen. 4, 20, 6. 4, 34, 4$^{fin.}$ 4, 35, 2 semper . . . id -um *est* verbum dei (5, 15, 3. 5, 15, 4). Vopisc. quatt. tyr. 3, 1 eo tempore -o (*i. eodem t., simul*) tres fuisse Firmos. Mar. Victorin. adv. Arrium 1, 2 l. 4. 1, 32 l. 32. Hil. in Matth. 31, 2 p. 1066^{B} *dixit* bis id -um. in psalm. 52, 21 p. 134, 6 Amm. 17, 14, 3 Hier. epist. 36, 5, 2 Avg. conf. 1, 6, 10. 12, 7, 7 Cod. Theod. 11, 13, 7. *huc fortasse*: Vitr. 2, 2, 1 Democritus . . . ea -a dixisse videtur.

nota: unum atque id -um *sim.*: Gell. 6, 21, 2 unum atque id -um . . . utroque in verbo ostenditur. Tert. praescr. 26 l. 29 ut id (*del. Kroymann*) -um et unum loquerentur omnes (*pertinet ad I Cor. 1, 10 ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε*, Vvlg. ut id -um dicatis). Itala I Cor. 11, 5 (cod. g) unum . . . est atque id -um si *eqs.* (*ἓν γάρ ἐστιν καὶ τὸ αὐτό, Vulg.* unum . . . est ac si *eqs.*).

Ⓘⓘ *specialia*: Ⓐ in id -um (id in -um *l. 79*):

secundum gr. (*saepius ex hebr. transl.*) *ἐπὶ τὸ αὐτό* (*κατὰ vel εἰς τὸ αὐτό l. 84. p. 354, 10*) *significat complura vel omnia in unum idemque redacta, i. cohaerentiam vel unitatem (cf. et Hagen, Sprachl. Erört. z. Vulg., 1863, 29 sqq.; Hoberg, D. Psalm. d. Vulg., 1906, ad singula exempla). nota verba q. s.* in id -um *non omnibus locis, in quibus coniuncta leguntur, in hunc sensum coaluisse, sed saepius et* id *et* -um *vim propriam retinere* (*v. supra l. 20. 31. cf. vol. VII 1, 767, 62; addas e. g.* Vell. 2, 125, 4 ita Drusus . . . in id -um . . . missus erat): *praevalet notio*:

① *fere i. q. ad unum omnes* (*attributive l. 75*): Itala psalm. 18, 10 (Veron.) iudicia domini vera, iustificata in id -um (*ἐπὶ τὸ αὐτό, Vulg.* in semetipsa). Vvlg. psalm. 61, 10 mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant . . . in id -um (*ἐπὶ τὸ αὐτό*). 73, 6 securibus exciderunt *impii* ianuas . . . in id -um (*ἐπὶ τὸ αὐτό. cf. Hoberg p. 262*). ② *fere i. q. simul, una*: Itala psalm. 97, 8 (Veron.) flumina plaudeant manibus, in id -um montes exultabunt (*ἐπὶ τὸ αὐτό, Vulg.* simul). Os. 1, 11 (Wirc.) colligentur Iudae et fili Israhel in id -um (*ἐπὶ τὸ αὐτό, Vulg.* congregabuntur . . . pariter). act. 2, 1 (cod. e) *apostoli* erant id in -um simul (*ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό, Vulg.* pariter in eodem loco. *sic* act. 3, 1 [cod. e] id in -um . . . ascendebant in templum [2, 47 *ἐπὶ τὸ αὐτό*, Vvlg. 2, 47 in id -um]). Iren. 5, 12, 1 (*de morte et vita*) haec (*pl.*) . . . invicem cedunt et utraque non permanent in id -um, sed *eqs.* (*ἀμφότερα οὐ μένει κατὰ τὸ αὐτό*). Vvlg. psalm. 33, 4 magnificate dominum mecum et exaltemus nomen eius in id -um (*ἐπὶ τὸ αὐτό*). 40, 8 egrediebatur foras et loquebatur, in id -um adversum me susurrabant omnes (*ἐπὶ τὸ αὐτό. cf. Hoberg p. 143*). I Cor. 7, 5 nolite fraudare invicem nisi forte . . . ad tempus . . .: et iterum revertimini in id -um (*ἐπὶ τὸ αὐτό*).

notione magis temporali: Vvlg. psalm. 4, 9 in pace in id -um dormiam et requiescam (*ἐπὶ τὸ αὐτό. cf. Knauer, Psalmenzitate in Aug. Konf., 1955, p. 109 adn. 3*). ③ *fere i. q. in unum sim.*: Herm. Pal. mand. 10, 3, 3 vinum aceto commixtum in id -um saporem non habet (*μεμιγμένα ἐπὶ τὸ αὐτό*). Iren. 1, 15, 1 duo et quatuor in id -um compositae, sextum manifestaverunt numerum (*εἰς τὸ αὐτό*). Vvlg. psalm. 121, 3 Ierusalem, quae aedificatur ut civitas: cuius participatio (*i. μετοχή*) eius (*v. Hoberg ad l.*) in id -um *est* (*ἐπὶ τὸ αὐτό. cf.* Hil. in psalm. 121, 5 p. 573, 19. 21 unanimes non possunt participationem in diverso habere, sed in id -um [*v. app. cr.*]; omnes . . ., qui unum erunt, in ea erunt. 121, 11 p. 577, 3). Ⓑ *locutione in unum coalescente pron.* id (it-) *fere pro praefixo indeclinabili adhibetur*: Inscr. christ. Diehl 4400 puella . . . recessit di⟨e Veneris⟩ . . . et S⟨. . .⟩ . . .⟨reces⟩sit . . . itipsa in ⟨die Veneris *?*⟩ (*cf. Svennung, Unters. Pallad. p. 325; an potius* it *pro* et [*cf. vol. V 2, 869, 7*] *?*).

c *ad eam notionem, quam p. 348, 54 descripsi*: Cic. Quinct. 84 eum -um, qui fraudandi causa latitet, eum -um, quem . . ., eum -um qui . . ., invitum de praedio detrudi vetat *praetor* (off. 2, 12 ea enim -a quae *eqs.* [Att. 11, 15, 2 ii autem -i, qui *eqs.* Liv. 27, 10, 1. 28, 29, 5]. *al.* Sall. Iug. 66, 1 Liv. 25, 3, 10 Cvrt. 3, 6, 3 Qvint. inst. 4, 5, 26) de orat. 2, 8 cum alter non multum *scripsisset* . . . et id -um adulescens (*v. et vol. V 2, 875, 3. sim.* Val. Max. 2, 2, 1 Fabius . . . tantummode et is -e per imprudentiam. Plin. nat. 2, 172 duae *zonae* . . . eaeque -ae *eqs.*). *al.* Liv. 1, 48, 9. 3, 35, 8 Qvint. inst. 6, 3, 60 Cod. Theod. 3 8, 1 (= Iust. 5, 9, 2).

d *ad eam notionem, quam p. 336, 84 descripsi*: Cic. Mil. 90 quam quam esset miserum id -um. Planc. 5. de orat. 1, 74 id enim -um, quoc *eqs.* (Cato 52 ea -a, quae *eqs.*). rep. 67. Plin. nat. 24, 159 id -um . . . si *eqs.* Vlp. dig. 21, 1, 38, 7 non omnia animalia castrata ob id -um vitiosa esse.

2 -e is (*cf. Drakenborch ad Liv. 4, 43, 4*): Ter. Ad. 627 -um id metuo ut credant (*ad p. 300, 43. sic*: Cic. Att. 5, 4, 1 [*v. app. cr.*]. Liv. 42, 25, 4 Cels. 2, 14, 7. 6, 7, 9^{A} Qvint. inst. 4, 1, 19. *cf.* Ter. Phorm. 227 *et Dziatzko-Hauler ad l.* [*c. app. p. 236 sq.*]). Catvll. 21, 10 -um id doleo, quod *eqs.* (*ad p. 345, 6. sic*: Liv. 9, 17, 7. *al.* Qvint. inst. 8, 2, 3). Plin. nat. 29, 69 (*ad p. 331, 53*). Qvint. inst. 1, 4, 6 consonantes a vocalibus discernere -asque eas in semivocalium numerum . . . partiri (*ad p. 314, 11*).

B *ad* **hic** (*v. et vol. VI 2739, 3 sqq. 2746, 20 sqq. 43 sqq.*): **1** hic -e: **a** *ad eam notionem, quam p. 345, 6 descripsi*: Plavt. Rud. 777 hunc quoque adserva -um, ne quo abitat (*sic in hyperbato*: Cic. Cluent. 116 Mil. 99 Lvcr. 6, 939 Ov. trist. 3, 4, 17 Liv. 34, 4, 14 Apvl. met. 1, 1, 6). Rhet. Her. 4, 4, 6 hoc -um difficile est . . . eligere de multis. Cic. Verr. II 2, 107 cum semper tum in his -is rebus et temporibus (4, 33. Cels. 3, 4, 10 in hac -a re). de orat. 2, 125 haec -a, quae *eqs.* (*sic seq. enunt. rel.*: Ov. ars 2, 715 Plin. nat. 10, 36 Qvint. inst. 1, 1, 5 Plin. epist. 1, 20, 6 Tert. apol. 49, 2). off. 2, 7 hoc -o tempore (Att. 14, 21, 3 Pomp. Trog. Iust. 38, 4, 13). Verg. georg. 4, 40 haec -a ad munera. Ov. am. 2, 17, 21 fast. 2, 757. Liv. 25, 10, 4 ad hoc -um (Cvrt. 3, 11, 11. 4, 3, 3 Apvl. met. 8, 3, 2). Pavl. Fest. p. 17 ex hoc -o (Synon. Cic. p. 438, 16 propterea . . . ex hoc -o. ob eam rem *eqs.* Vlp. dig. 11, 7, 14, 8). Cels. 3, 14, 2. 4, 23, 2 Sen. Phaedr. 857 benef. 1, 4, 2. 2, 10, 2 Cvrt. 4, 2, 20 Colvm. 3, 10, 18. Petron. 83, 9 propter hoc -um (Qvint. inst. 1, 1, 7). Plin. nat. 9, 75 ob hoc -um. Cod. Iust. 6, 20, 7 (*a. 246*) *pater* hoc -um specialiter designavit.

b *ad notionem p. 348, 54 descriptam*: Cato ad fil. frg. 1 *medici Graeci* iurarunt . . . barbaros necare . . . medicina, sed hoc -um mercede facient *eqs.* Rhet. Her. 3, 7, 13. Cic. Verr. II 2, 9 hunc denique -um pertulissent *eqs.* Ov. trist. 4, 4, 47. Vell. 2, 9, 3 magnum . . . inter hos (*i. poetas Graecos*) -os . . . locum. Sen. Thy. 190 benef. 2, 35, 2 epist. 88, 43 Plin. nat. 26, 20. *saepe.* **c** *ad notionem p. 335, 37 descriptam*: Cic. inv. 2, 100 oportebit . . . per se hoc -um ab rebus omnibus separatim considerare. Verr. II 4, 45. de orat. 1, 65 his de rebus -is (*sic in hyperbato*: Vlp. dig. 37, 15, 7, 5 honor . . . his personis habebitur -is, non etiam interventoribus eorum). Ov. met. 2, 282 Qvint. inst. 6, 4, 9 Pavl. dig. 14, 2, 2, 1 Tert. resurr. 26 p. 62, 11. **d** *addit notionem identitatis, ad pron.* hic (*sc. pron. anaphoricum, praeparativum, demonstrativum, cf. etiam vol. VI 2738, 61 sqq.*): Cic. Quinct. 90 ex hoc -o saltu, quem . . . possedit (*sic sequitur enunt. rel.*: Caecin. 3. *al.* Sen. contr. 7, 2, 7 Vell. 2, 125, 4 Sen. epist. 10, 1. 77, 13 Plin. nat. 29, 15. Itala act. 7, 35 [cod. d] hunc -um Moysen, quem [*τοῦτον τὸν M., ὃν eqs., Vulg.* hunc M., quem]. Firm. err. 3, 2 Attin . . . hoc -um volunt esse, quod *eqs.*). Cluent. 179 hoc -o . . . tempore (Phil. 2, 74 temporibus. Att. 5, 2, 10. *cf. in hyperbato*: Mil. 98 hoc tempore -o, cum *eqs.*). Rab. Post. 42 his -is diebus. Tusc. 1, 65 his -is verbis (Svet. Otho 11, 1 his -is totidemque verbis. Apvl. apol. 4). Prop. 2, 1, 64 *Telephus* qua cuspide vulnus senserat, hac -a cuspide sensit opem (*cf.* Itala Phil. 3, 16 [codd. deg] in quo pervenimus . . ., ad hoc -um convenire [*τῷ αὐτῷ στοιχεῖν, Vulg.* in eadem permaneamus regula]). Ov. Pont. 3, 5, 38 Liv. 4, 33, 4. 6, 7, 4 Sen. contr. 1, 3, 10. 7 praef. 9 Sen. epist. 9, 8

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Qvint. inst. 1, 4, 14. Ivv. 10, 76 si oppressa foret . . . senectus principis, hac -a Seianum diceret *populus* hora Augustum. 14, 295 Plin. epist. 3, 19, 8 Gaivs inst. 3, 222 Pavl. dig. 6, 1, 27 pr. Tert. adv. Marc. 2, 9 p. 347, 15 adv. Prax. 5 p. 234, 4. Iren. 1, 3, 5 p. 43 Ioannem . . . hoc -um manifestasse (*gr. αὐτὸ τοῦτο*). Chiron 347. Novell. Iust. 22, 11 hoc -o eveniente effectu (*gr. τοῦ αὐτοῦ . . . ἀποτελέσματος*). 22, 14 pr. hoc -um testificanti *mulieri* (*gr. αὐτὸ τοῦτο*). **e** *ad notionem p. 312, 30 descriptam*: Cic. S. Rosc. 13. div. in Caec. 71 Caecilium, de quo nulla umquam opinio fuerit nullaque in hoc -o iudicio exspectatio futura sit. Caes. Gall. 5, 33, 1 haec tamen -a timide *facere* (*sic in hyperbato*: Liv. 6, 28, 7 has inanium rerum inanes -as . . . cogitationes). Prop. 2, 9, 2 hoc (*sc. fere amatore*) -o eiecto. Ov. met. 11, 386 Cels. 2, 10, 7 Sen. benef. 3, 29, 3 epist. 110, 20 Cvrt. 7, 4, 25 Colvm. 1, 3, 7. 3, 2, 30 Plin. nat. 21, 49. 22, 138 Qvint. inst. 3, 6, 64. 7, 10, 5 Tac. ann. 3, 46, 2 Plin. epist. 2, 1, 4 Vlp. dig. 48, 3, 3 Tert. resurr. 55 p. 113, 20. Cypr. patient. 13 p. 406, 14 hoc -um, quod christiani sumus, fidei . . . res est. Chiron 72. **f** *ad notionem p. 336, 84 descriptam*: Cic. Verr. II 2, 185 his inventis libellis ceteri remoti . . . sunt . . .; nos tamen . . . his -is libellis contenti sumus. Cluent. 41 vereor, ne haec -a nimium multa esse videantur. Sest. 80 de orat. 2, 26. fin. 1, 50 *improbitas* hoc -o, quod adest, turbulenta est (Att. 11, 7, 3 fam. 4, 4, 2). off. 2, 84 tanta . . .peccandi libido . . ., ut hoc -um eum delectaret, peccare, etiamsi causa non esset. Att. 12, 4, 2 Sen. contr. 10, 3, 1 Qvint. inst. 4, 1, 34 Vlp. dig. 7, 1, 12, 3 Pavl. dig. 4, 7, 9.

2 -e hic (*v. et p. 347, 77*): Plavt. Bacch. 1206 lepide -i hi sunt capti, suis qui filiis fecere insidias ([*cf. et p. 345, 82*]. *sic* [*ad p. 345, 80 sqq.*]: Sen. dial. 4, 30, 1 fortasse -um hoc meritum . . . est, quo offendimur. Qvint. inst. 9, 4, 26. 12, 10, 30 Gell. 17, 20, 8 Apvl. apol. 55 Tert. scorp. 9 p. 163, 15). Capt. 279 quo de genere natust . . . Philocrates? . . . quid -us hic? (*ad p. 311, 11*). Epid. 193 (*de senibus*) -i hi . . . mihi veniam dant *eqs.* (*sic* [*ad p. 327, 62*]: Ter. Andr. 312 -um hunc orabo [*cf. Dziatzko-Hauler ad Phorm. 227 p. 237*]. Cic. ac. 2, 126 -e enim hic [*sc. sol*]). Cic. rep. 6, 1 prudentiam . . ., quae -um nomen hoc nacta est ex providendo (*ad p. 347, 3*). Att. 11, 6, 2 -um hoc me non angeret (*sic* [*ad p. 312, 30*]: Tert. pall. 4, 10 adv. Prax. 14 p. 252, 19. 27 p. 281, 18). Hor. sat. 1, 3, 39 amatorem . . . etiam -a haec *vitia* delectant (*cf. p. 348, 57 sq.*). Val. Max. 9, 13, 3 -is his verbis iuravit *eqs.* (*cf. p. 340, 54*). Vlp. dig. 18, 4, 2, 8 -am hanc (*add. F²PU*) actionem, quam *eqs.* (*sic addit vim identitatis*: Iren. 5, 23, 2 Mar. Victorin. gen. div. verb. 2 l. 28 [= p. 16, 17 W.]). Pavl. dig. 35, 2, 22, 3 cetera . . . minuentur legata per hoc (*i. legatum debitoris*) et -um hoc per alia (*ad p. 314, 11*). *cf. et* Fronto p. 199, 20 v.d.H. (p. 210 N.) -a haec cum pri⟨o⟩r⟨is vi⟩tae non nullis detrectationibus lacessunt.

C *ad* **iste:** **1** iste -e: **a** *addit notionem identitatis ad pron.* iste (*pron. anaph., praeparat., demonstr.*): Plavt. Capt. 990 quid tu ais? :: quin istic -ust Tyndarus tuos filius. Ter. Andr. 350 tu *paves* . . . ut ducas *illam*. :: rem tenes. :: istuc -um. :: atque istuc -um nil periclist (*sim.* Ad. 172 istuc volo . . . -um experiri). Ter. Eun. 358 inhonestum hominem . . ., senem mulierem ? :: istunc -um (*sic in affirmatione*: 564 Phorm. 753 Cic. rep. 2, 67 leg. 3, 1). Phorm. 508. Cic. Caecin. 79 istum -um, quo *eqs.* (84 Manil 58. *al.* Plin. epist. 4, 17, 11). Liv. 34, 2, 9 Gell. 16, 1, 3. **b** *ad notionem p. 345, 6 descriptam*: Cic. Verr. II 3, 37 non Siculi . . ., sed isti -i equites Romani, qui *eqs.* (rep. 1, 33 ut istud efficere possimus -um quod postulas [*sic in hyperbato*: Att. 12, 22, 1]. fin. 4, 7 fam. 2, 16, 4. 7, 27, 2 Plin. epist. 9, 18, 2). 3, 89. 212. *saepe.* Liv. 6, 35, 8 Min. Fel. 25, 1. **c** *ad notionem p. 348, 54 descriptam*: Cic. Pis. 42 isti -i, qui mala dolore . . . definiunt (Qvint. decl. 338 p. 333, 22). Tusc. 4, 10. Cato 46 ne in istis quidem -is voluptatibus (*sic in hyperbato*: Cels. 1 prooem. 66). Fronto p. 132, 12 v.d.H. (p. 114 N.). Tert. apol. 23, 6 ista -a Virgo Caelestis . . ., -e iste (-e ille *L*) Aesculapius *eqs.* **d** *ad notionem p. 312, 30 descriptam*: Cic. leg. 3, 23. fin. 5, 49 verti ut quaedam Homeri sic istum -um locum *eqs.* div. 2, 101 Sen. benef. 3, 19, 2 Plin. epist. 7, 9, 16.

2 -e iste (*v. et l. 60*): Cic. de orat. 2, 204 -am . . . istam demonstrationem defensionum tuarum (*ad p. 345, 6 sqq.*). 2, 230 in -a ista contione (*ad p. 312, 30 sqq.*). part. 45 argumentationem quaerere videris, quae *eqs.* plane -um istuc (istuc -um *E vulg.*) requiro (*sic ad p. 307, 74 sqq.*: Cato 29 Qvint. inst. 4, 1, 57 Mar. Victorin. adv. Arrium 1, 30 p. 1062^{C} gen. div. verb. 16 l. 6 [= p. 27, 17 W.]. Pomp. gramm. V 203, 12).

D *ad* **ille** (*cf. Stengel, De Iul. Val. usu pron., 1909, 59*): **1** ille -e (illeipse *cf.* Gramm. suppl. 139, 16): **a** *ad notionem p. 345, 6 sqq. descriptam*: Cic. inv. 2, 46 illi -i . . . loci procedent, de quibus ante dictum est (Verr. II 2, 59. 116 Liv. 40, 12, 16 Sen. benef. 5, 5, 2 Cvrt. 3, 8, 20 Qvint. inst. 4, 2, 19 Plin. epist. 4, 9, 20. 9, 26, 13 Tert. apol. 50, 15). de orat. 3, 98 Liv. 32, 9, 11 Qvint. inst. 2, 15, 7 Tert. spect. 25 p. 25, 5. **b** *addit notionem identitatis ad pron.* ille (*pron. anaphoricum, praeparat., demonstr.; cf. et Salonius, Pass. Petri, 1926, 52 ad 35, 6*): Cic. Verr. II 1, 119 cum edictum . . . componeret . . ., tum . . . contra illud -um edictum . . . decernebat (*sic magis usu anaphorico pronominis* ille: Plin. nat. 11, 83. 13, 88 Plin. epist. 7, 4, 3. 7, 19, 6 paneg. 59, 4. Itala Ioh. 5, 36 [Tert. adv. Prax. 21 p. 266, 17] opera . . ., quae . . ., illa -a de me testimonium perhibent [Vvlg. *cum gr. v. p. 302, 59*]. Cod. Iust. 6, 42, 14, 1 [*a. 255*]). leg. agr. 2, 46 illum -um locum, quo venerit, illam -am sedem . . ., in quam erit deductus (Planc. 56 Sen. dial. 1, 3, 6 Tac. dial. 23, 3 Plin. paneg. 63, 3). fam. 5, 2, 8 illo -o die. Hor. sat. 2, 6, 12. **c** *ad notionem p. 312, 30 descriptam*: Cic. Verr. II 2, 4 denique ille -e M. Marcellus, cuius *eqs.* (3, 121 fin. 4, 55 Cels. 4, 5, 5). Liv. 28, 43, 17 Sen. dial. 1, 5, 8. 6, 3, 4 Tert. adv. Marc. 1, 14 p. 308, 11 Cod. Theod. 7, 8, 16. **d** *ad notionem p. 348, 54 descriptam*: Cic. Brut. 8 arma . . ., quibus illi -i, qui didicerant iis uti . . ., quem ad modum salutariter uterentur non reperiebant. orat. 6 neque illud -um quod *eqs.* (*sic in enunt. negat.*: Liv. 2, 56, 12 Sen. clem. 1, 12, 3. *cf.* Liv. 21, 20, 8 ne illi [*i. Hannibali*] quidem -i *eqs.*). Tusc. 2, 17 illi -i, qui *eqs.* (off. 1, 155 fam. 12, 2, 1 Sen. dial. 6, 21, 6 nat. 2, 9, 4. Plin. epist. 2, 11, 14 illa -a, quae dura . . . videbantur, secunda . . . fuerunt). Nep. Alc. 11, 5. Sen. dial. 6, 1, 6 illud -um naturale remedium . . . vim suam perdidit.

2 -e ille (*cf. Madvig, Opusc. I 130 sq.*): **a** *ad notionem p. 345, 6 descriptam* (*cf. et p. 347, 8. 10*): Rhet. Her. 2, 17, 25. 3, 20, 33 aegrotum in lecto cubantem faciemus -um illum, de quo agetur (Cic. leg. 1, 28 Liv. 21, 58, 6 Plin. epist. 1, 6, 2. 2, 12, 4 Gell. 4, 1, 12 Tert. adv. Marc. 1, 25 p. 326, 4 Hil. in psalm. 126, 13 p. 621, 21). Cic. Verr. II 1, 65 fam. 5, 15, 3 Liv. 29, 28, 8 Sen. benef. 4, 4, 3. 6, 31, 4 Ascon. tog. cand. p. 67, 10 Plin. nat. 22, 31 Qvint. inst. 2, 13, 10. 3, 6, 68 in -is etiam illis sermonibus. Tert. anim. 16, 1 Hil. in psalm. 67, 25 p. 300, 5. **b** *ad notionem p. 312, 30 descriptam*: Cic. inv. 2, 76 -am illam comparativam iudicationem exponere tamquam causam deliberativam. Att. 13, 28, 3 Liv. 29, 26, 1 Qvint. inst. 10, 5, 16 Plin. epist. 3, 19, 4. 8, 20, 5 Tac. dial. 7, 1 Cypr. eleem. 23 p. 392, 24 Hil. myst. 1, 5, 5 p. 7, 15. **c** *addit notionem identitatis ad pron.* ille (*pron. anaphoricum, praeparat., demonstr.*): Cic. Quinct. 83 -o illo tempore, cum *eqs.* de orat. 2, 39 -am illam (*sc. eloquentiam*) . . ., quam *eqs.* (Att. 4, 1, 4 -o illo [illo -o *l. v.*] die, quo *eqs.* [*sim.* Qvint. inst. 1, 1, 18 anno. Apvl. met. 9, 34, 2 momento]. Sen. dial. 1, 6, 9 Qvint. inst. 11, 2, 42 Apvl. met. 11, 16, 5 Tert. apol. 21, 26 Peregr. Aeth. 2, 6). Val. Max. 6, 9, 6 Plin. nat. 35, 82 Qvint. inst. 5, 14, 17 Hil. myst. 1, 24, 1. 1, 32, 2. **d** *ad notionem p. 348, 54 descriptam*: Cic. Verr. II 5, 151 -a illa falsa defensio non minus esse ei perniciosa quam mea vera accusatio debeat (*sic in enunt. negat.*: Brut. 164 -a illa censoria contra . . . collegam non est oratio, sed *eqs.* [*cf. Kroll ad l.*]). de orat. 1, 51 orator id . . . dicet melius . . . quam -e ille eius rei inventor *eqs. al.* Val. Max. 4, 5, 6 inter -um illud tempus, quo *eqs.* Qvint. inst. 6 prooem. 11. inst. 10,1, 110 -a illa, quae *eqs.* (10, 3, 2 Plin. epist. 9, 9, 3). Plin. paneg. 50, 6 Tert. spect. 17 p. 19, 8 Hil. in psalm. 51, 9 p. 103, 24.

E *ad* **idem** (*cf. Meader, Lat. philology, 1910, 41 sqq.*): **1** idem -e (*v. vol. VII 1, 202, 64 sqq.; haec pauca promo vel addo*): **a** *varia*: Cic. Tusc. 1, 40 cum eodem (*i. Platone*) -o non invitus erraverim (*cf. Pohlenz ad l.; pertinet ad p. 341, 6*). Pavl. Fest. p. 152 magnificius idem -e (*sc. Cato*) . . . dixit (Iren. 5, 34, 4 Avell. p. 21, 9. *cf.* Colvm. 4, 2, 2 idem -e Atticus. Gell. 12, 2, 13 idem -e Seneca. 13, 21, 24. *pertinet ad p. 300, 43*). Mar. Victorin. adv. Arrium 1, 9 l. 18 (= p. 19, 23 W.) dei . . . idem -um est et potentia . . . et actio ('-e' *auget vim identitatis*). **b** *peculiaria*: Vlp. dig. 37, 10, 5, 5 non erunt audiendi *tutores*, nisi . . . curatores (*praedicative*) idem -i sint constituti ([*v. vol. VII 1, 202, 76*]. *sic* Avell. p. 323, 10. 11 [= Cod. Iust. 1, 1, 8, 12]). Iren. 5, 12, 2 divertens in peius *Adam* perdidit vitam; sic rursus idem -e in melius recurrens . . . inveniet vitam (*gr. οὕτως . . . ὁ αὐτὸς ἐκεῖνος*). Avell. p. 323, 30 (= Cod. Iust. 1, 1, 8, 15) nec . . . alium deum verbum et alium Christum cognoscimus, sed unum atque eundem -um *eqs.*

2 -e idem (*v. vol. VII 1, 203, 25 sqq. cf. p. 308, 76; haec addas*): Tert. adv. Marc. 3, 22 p. 414, 25 -ius eiusdem (*sc. dei*), cuius scripturam . . . implebant *apostoli.* Itala prov. 12, 16 (Ps. Aug. spec. 89 p. 602, 1) stultus -a eadem die pronuntiat iram suam (*αὐθήμερον, Vulg.* statim. *cf. p. 310, 79*).

F *accedit ad duo pron. demonstr.*: Iren. 2, 16, 4 hoc quod imputant nobis *Valentiniani* . . ., hoc idem -um, qui a Basilide sunt, his (*i. Valentinianis*) imputant ([*spectat fortasse ad p. 345, 6*]. 4, 35, 2 hoc idem -um in prophetis fecit *eqs. [vis identitatis augetur]. v. et vol. VI 2738, 60*). Mar. Victorin. gen. div. verb. 3 l. 5 isto hoc -o, quoniam causa *deus est*, supra . . . *ὅν est.*

II -e *et pron. pers., refl. pertinent ad eandem personam* (*de formis pronominis pers. per* -met *auctis cf.* Don. gramm. IV 395, 10 tautologia est eiusdem dictionis repetitio vitiosa ut 'egomet -e' [*v. Löfstedt, Synt. II 198 adn. 2*]. Diom. gramm. I 332, 11. Pomp. gramm. V 294, 21 [*v. Schmalz-Hofmann⁵ p. 796$^{med.}$*]):

A *de prima persona*: **1** *sing.*: **a** *eodem casu*: **α** -e *seq.*: Ⓘ ego (equidem *l.* 77) -e: Ⓐ *nominativo*: Plavt. Most. 910 Gracch. or. frg. Gell. 11, 10, 3 Varro Men. 216 Cic. Tull. 53 (48 Schoell). Mil. 14 Hor. carm. 1, 20, 2. Liv. 45, 38, 1 equidem -e. Sen. contr. 9, 3, 11 Sen. Phoen. 138 epist. 58, 22 Cvrt. 6, 10, 35 Plin. nat. 2, 150 Vlp. dig. 17, 1, 8, 6 Tert. apol. 39, 1. Itala Ioh. 8, 54 (Tert. adv. Prax. 22 p. 269, 5) si ego me -e glorificem (*ἐγὼ . . . ἐμαυτόν*, Vvlg. ego . . . me -um). Ⓑ *obliquis cas.*: Plavt. Bacch. 214 Curc. 712. 714 Stich. 591 Ter. Hec. 851 Haut. 166 Cic. Tull. 29 Verr. II 1, 29 Cluent. 70 leg. agr. 1, 27. 2, 100 Catil. 2, 19. 3, 27 mihi quidem -i (*sic in hyperbato*: 3, 28 off. 2, 35 Att. 12, 36, 1 Cvrt. 6, 7, 30 Apvl.

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

met. 9, 31, 3). Att. 4, 5, 3 me -um a me amari (*cf.* IREN. 1, 21, 5 ego ... novi me -um [*gr. ἐγὼ οἶδα ἐμαυτόν*]). LIV. 5, 4, 2. SEN. benef. 1, 8, 1 dial. 7, 2, 3 TAC. dial. 7, 1 ann. 5, 6, 3 PLIN. epist. 6, 9, 1 VVLG. Tob. 9, 2. Ioh. 8, 28 a me -o facio nihil (*ἀπ' ἐμαυτοῦ*).

Ⅱ egomet -e (*v. vol. V 2, 278, 20 sqq.*): Ⓐ *nominativo*: TER. Ad. 628 egomet rapui -e (*sc. puellam*). BELL. Afr. 54, 3 FRONTO p. 220, 19 v.d.H. (p. 232 N.). Ⓑ *obliquis cas.*: CIC. Quinct. 34 mihimet -i (Verr. II 3, 164 Mur. 5). leg. agr. 2, 2 memet -um (PETRON. frg. 13 AVR. Fronto p. 43, 12 v.d.H. [p. 47 N.]. APVL. apol. 81. CHALC. transl. p. 26[A] apud memet -um [*πρὸς ἐμαυτόν*]. HIER. epist. 58, 3, 1. 61, 3, 4). Sull. 35 de memet -o (Att. 8, 7, 2. ITALA Ioh. 8, 28 [Tert. adv. Prax. 22 p. 268, 18] a memet -o [*v. app. cr.; ἀπ' ἐμαυτοῦ*, VVLG. a me -o]. 12, 49 [Tert. adv. Prax. 23 p. 272, 22] a memet -o [*ἐξ ἐμαυτοῦ*, VVLG. ex me -o]. VVLG. Ier. 22, 5).

β -e *praeced.*: Ⅰ -e ego (equidem *l. 17*): Ⓐ *nominativo*: PLAVT. Pseud. 220. 978 SALL. Iug. 14, 14 VERG. ecl. 2, 51. georg. 4, 147 -e (-a *M*) equidem. Aen. 5, 846. 8, 57 -e ego te ... ducam (*sic* STAT. Theb. 5, 623 -a ego te ... exposui fatis. silv. 1, 2, 91. 5, 2, 113). HOR. epist. 2, 1, 111 TIB. 1, 3, 15 PROP. 2, 19, 17 OV. am. 1, 2, 29. 1, 9, 41 LIV. 8, 4, 1 LVCAN. 7, 266 PLIN. nat. 8, 6 VAL. FL. 1, 83. 4, 363 SIL. 2, 322 STAT. Theb. 1, 225. 3, 362 MART. 9, 48, 9. 13, 2, 5 TAC. dial. 17, 4 NEMES. ecl. 2, 33. Ⓑ *obliquis cas.*: TER. Eun. 566 CIC. Planc. 58 fam. 5, 20, 2 HOR. carm. 1, 33, 13 PROP. 2, 8, 4 LIV. 44, 39, 9 CVRT. 7, 7, 25 PLIN. epist. 1, 2, 5. 1, 5, 5. FRONTO p. 222, 19 v.d.H. (p. 234 N.).

Ⅱ -e egomet: PLAVT. Trin. 929 CIC. Tull. 30 VERG. Aen. 5, 650 VAL. FL. 5, 476.

b *diversis cas.*: *α* -e *seq.*: Ⅰ mihi -e (mihimet *l. 29*): PLAVT. Rud. 681 CIC. S. Rosc. 129. fam. 1, 8, 6 mihimet -e (FRONTO p. 172, 5 v.d.H. [p. 182 N.]. QVEROL. p. 9, 26 R.). fam. 4, 13, 3. VERG. Aen. 4, 315 mihi ... -a (*fem.*). SEN. contr. 9, 3, 10 SEN. benef. 5, 7, 3 dial. 5, 36, 3 QVINT. inst. 3, 6, 65. Ⅱ me -e (memet *l. 35*): CIC. Catil. 1, 4 p. red. in sen. 34 orat. 132. ad Brut. 1, 9, 2 (= 9, 17, 2 Sj.). Tusc. 5, 4 Cato 84. VERG. Aen. 8, 144 me, me -e *eqs.* LIV. 34, 31, 5 VAL. MAX. 3, 6 pr. CVRT. 6, 10, 4 memet -e (APVL. met. 7, 24, 2). TAC. ann. 14, 54, 3 me ... -e.

β -e *praeced.*: Ⅰ -e mei: VERG. Aen. 4, 336 dum memor -e mei. Ⅱ -e mihi (mihimet *l. 39*): CIC. Q. Rosc. 9 Phil. 10, 2 OV. epist. 2, 20 trist. 5, 12, 57 Pont. 1, 3, 92. SEN. Oed. 24 -e ... mihimet (FRONTO p. 44, 16 v.d.H. [p. 48 N.]). epist. 87, 11 PETRON. 74, 16 PAVL. dig. 21, 2, 41 pr. APVL. met. 1, 14, 2. 4, 3, 3. MIN. FEL. 1, 1 -e ... mihi (*cf. l. 39*). TERT. adv. Prax. 10 p. 240, 25. 26. 27 AVG. conf. 4, 4, 9. Ⅲ -e me: CIC. Mur. 10. *saepe.* SEN. contr. 7, 3, 2 SEN. Phoen. 111 QVINT. decl. 377 p. 421, 18 PLIN. epist. 1, 23, 3 APVL. met. 5, 24, 4 TERT. adv. Prax. 22 p. 267, 19.

γ pron. pers. pendens ex praepp. componitur c. -e (*nom.*): *locutiones notabiliores*: CIC. p. red. in sen. 32 multa mecum -e reputavi (leg. 2, 1 VERG. ecl. 9, 37 TAC. dial. 15, 2 PLIN. epist. 7, 17, 7 APVL. met. 2, 7, 1. 8, 16, 3. -e mecum: SALL. Catil. 52, 2 PLIN. epist. 1, 8, 7 GAIVS inst. 4, 78 APVL. met. 6, 25, 2 AVSON. 419, 2 p. 353 P.). fam. 5, 12, 8 scribam -e de me (6, 21, 2 ut de me -e dicerem). LIV. 40, 5, 11 -e pro me dicere cogor. TAC. dial. 3, 3 tragoediam ... intra me -e formavi (ann. 14, 53, 5).

2 *plur.*: **a** *eodem casu*: *α* -e *seq.*: Ⅰ nos -i: Ⓐ *nominativo*: CIC. Cael. 77 de orat. 1, 265. 3, 81 nosque -i (*sim. in hyperbato*: LIV. 4, 41, 6 nos quoque -i. *longius distant*: LVCR. 4, 817 nos in fraudem induimus ... -i). ALF. dig. 5, 1, 76 GAIVS dig. 41, 1, 10, 1 SPART. Ael. 5, 5 TREB. Claud. 15, 4 VVLG. II Esdr. 4, 12. Ⓑ *obliquis cas.*: RHET. Her. 1, 6, 9. CIC. Tusc. 2, 5 nosque -os (PLIN. epist. 2, 3, 8. *sim. in hyperbato*: CIC. Att. 2, 22, 1 nobis autem -is. SEN. Herc. O. 1687 nobis quoque -is. GELL. 2, 29, 18 in nobis tantum -is). off. 1, 30 LIV. 7, 40, 19 SEN. benef. 6, 16, 4 epist. 42, 7 QVINT. inst. 3, 4, 8 PLIN. epist. 4, 24, 4 MIN. FEL. 28, 1 TERT. apol. 10, 1 adv. Hermog. 11, 3. IREN. 1, 3, 1 nos -os ... dicentes (*gr. ἡμᾶς ... λέγοντας*). 5, 2, 3 ex nobis -is (*gr. ἐξ ἡμῶν αὐτῶν*).

Ⅱ nosmet -i: Ⓐ *nominativo*: CIC. Mur. 39. *al.* NEP. Ages. 5, 4 GELL. 2, 29, 14. Ⓑ *obliquis cas.*: TER. Phorm. 222 nosmet -os (*sic acc.*: RHET. Her. 3, 19, 32 CIC. inv. 1, 71. *al.* NIGID. Gell. 10, 4, 4 SEN. benef. 2, 1, 4. *al.* CVRT. 7, 7, 15 COLVM. 1 praef. 16 PETRON. 19, 1 QVINT. inst. 9, 1, 39. 11, 3, 2 MIN. FEL. 5, 5. ITALA I Ioh. 1, 8 [Tert. pudic. 19 p. 264, 3; *ἑαυτούς*, VVLG. -i nos]. *al.*). CIC. p. red. ad Quir. 8 nobismet -is (*sic dat.*: de orat. 2, 225. *al.* LIV. 26, 36, 4 COLVM. 1, 7, 4 PLIN. nat. 19, 11). Brut. 279 de nobismet -is.

β -e *praeced.*: -i nos: Ⅰ *nominativo*: CIC. Tusc. 4, 52 Att. 5, 8, 2. TERT. patient. 7 p. 11, 25 -i quoque nos. Ⅱ *obliquis cas.*: CIC. fin. 2, 62 ac. 2, 39 LIV. 39, 16, 12 TERT. nat. 1, 7, 22.

b *diversis cas.*: *α* nos (nobismet *sim.*) -i: CIC. off. 1, 115 nobismet -i ([*v. app. cr.*]. LIV. 30, 30, 24 QVINT. inst. 12, 1, 10). SALL. Catil. 20, 6 nosmet -i vindicamus in libertatem (SEN. dial. 6, 19, 1). SEN. nat. 4 praef. 2 nobis -i. epist. 108, 25 nos -i. *β* -i nos (nobis *sim.*): SEN. dial. 4, 27, 4 -i nobis (epist. 63, 10. 104, 12 QVINT. inst. 5, 13, 43 PLIN. epist. 6, 10, 5 TERT. adv. Val. 5 p. 182, 7). epist. 60, 2 -i ... nos. QVINT. inst. 9, 2, 11 -i nosmet. *γ pron. pers. pendet ex praepp.* (*locutiones notabiliores*): RHET. Her. 3, 21, 34 -i nobiscum ... transeamus ... versum (QVINT. inst. 7, 1, 27. nobiscum -i: PAVL. dig. 47, 2, 16). 4, 16, 23 -i a nobis poscimus (CIC. fin. 5, 37. 5, 51). SEN. dial. 2, 16, 4 quae -i in nos dicere adsuevimus.

B *de secunda persona*: **1** *sing.*: **a** *eodem casu*: *α* -e *seq.*: Ⅰ tu -e: Ⓐ *nominativo*: ENN. scaen. 368 tute -e cunctato (PLAVT. Capt. 581 Curc. 254 Poen. 1381 Pseud. 1142. Stich. 373 tutin -us. Trin. 96 TER. Andr. 151. 752 Hec. 784 Eun. 893 CIC. Verr. II 1, 112 dom. 26 VERG. ecl. 3, 35 APVL. met. 10, 3, 5 flor. 17 p. 77 QVEROL. p. 34, 18 R. p. 43, 3). PLAVT. Asin. 502 tu quoque -e (*sic in hyperbato*: CIC. ac. 1, 13 SEN. dial. 1, 4, 3 LVCAN. 4, 185 MART. 9, 66, 4). Rud. 730 tu -us te ut non noveris. *al.* CIC. Tull. 53 (48 Schoell). *saepe.* VARRO rust. 2, 8, 6 LIV. 4, 40, 7. 8, 7, 7 SEN. epist. 45, 10 MART. 8, 50, 12 AFRIC. dig. 30, 108, 1 TRYPH. dig. 28, 2, 28, 3 HIER. epist. 41, 4, 2. Ⓑ *obliquis cas.*: ENN. scaen. 337. PLAVT. Asin. 114 te quoque -um (*sic in hyperbato*: Persa 295 TER. Ad. 690 CIC. Phil. 2, 110. CATVLL. 101, 5 tete [*cf. l. 21*] ... -um. HOR. carm. 1, 28, 33. LIV. 6, 6, 13 teque -o). Pseud. 214 TER. Andr. 345. *al.* CATO ad fil. frg. 13 CIC. Quinct. 38. *saepe.* SALL. (?) rep. 1, 3, 1 NEP. Hann. 2, 6 HOR. sat. 1, 3, 34 LIV. 30, 14, 8 SEN. contr. 7, 1, 2 VAL. MAX. 3, 3 ext. 7 SEN. benef. 5, 8, 6 epist. 23, 3 CVRT. 4, 1, 13 QVINT. inst. 9, 1, 30 TAC. dial. 28, 1. APVL. apol. 45 tete (*cf. l. 16*) ut -um diceres interfuisse. TERT. adv. Marc. 1, 23 p. 321, 8 adv. Prax. 5 p. 233, 25. ITALA gen. 6, 21 (Rufin. Orig. in gen. 2, 1 p. 27, 1) tibi -i (*σεαυτῷ*, *Vulg.* tecum). 31, 29 (Lugd.) custodi te -um, ne *eqs.* (*σεαυτόν*, *Vulg.* cave, ne). 40, 14 (Wirc.) per te -um (*διὰ σεαυτοῦ*, *Vulg. aliter*).

Ⅱ temet -um *sim.* (*casus obl.*): SEN. epist. 20, 8 temet -o (*sic abl.*: TERT. castit. 7 l. 25. *al.*). CVRT. 9, 6, 14 temet -um (*sic acc.*: AVR. Fronto p. 25, 11 v.d.H. [p. 27 N.] tu temet -um amas. TERT. idol. 15 p. 47, 30. ITALA gen. 6, 21 [Rufin. Orig. in gen. 2, 1 p. 27, 2] ad temet -um [*πρὸς σεαυτόν*, *Vulg.* apud te]. 40, 14 [Ambr. Ioseph 6, 29 p. 93, 18 per temet -um [*διὰ σεαυτοῦ*, *Vulg. aliter*]. lev. 19, 18 [Tert. adv. Marc. 2, 17 p. 359, 4] temet -um [*M*, *σεαυτόν*, VVLG. te -um]. IREN. 4, 13, 3). ITALA Rom. 2, 5 (Iren. 4, 37, 1) tibimet -i (*σεαυτῷ*, *Vulg.* tibi). RVFIN. Basil. hom. 4, 3 p. 1755[B] tuimet -ius (*gr. 11, 3 p. 376[B] ἑαυτοῦ*).

β -e *praeced.*: Ⅰ *nominativo*: CIC. fam. 3, 5, 2. VERG. Aen. 5, 789 -e mihi nuper ... tu testis. SEN. Oed. 930 PLIN. epist. 4, 7, 6 APVL. apol. 92 CYPR. Demetr. 12 p. 359, 24. Ⅱ *obliquis cas.*: CIC. Pis. 48 HOR. epist. 1, 17, 11 ars 103 PHAEDR. 4, 20, 19 VAL. FL. 7, 250. 589. STAT. Theb. 3, 279 -i ... laboret arma tibi *Vulcanus*. PLIN. epist. 3, 8, 2. 8, 4, 8 paneg. 15, 4 NEMES. Cypr. epist. 77, 1 p. 834, 10.

b *diversis cas.*: *α* -e *seq.*: Ⅰ tui ... -e: CYPR. domin. orat. 31 p. 290, 2 tui memor -e non sis. Ⅱ tibi (tibimet) -e: SEN. Ag. 225 tibimet -a ([*fem.*]. Phaedr. 1222). QVINT. inst. 12, 6, 5 TAC. dial. 3, 4 PLIN. epist. 1, 3, 5. APVL. met. 3, 14, 3 tibi ... -i. Ⅲ te (temet) -e: CIC. Marcell. 12. OV. met. 9, 7, 45 te ... -a (*fem.*). SEN. Herc. f. 1032 Herc. O. 898 dial. 1, 4, 5. 5, 27, 5. 6, 8, 3 epist. 4, 9. FRONTO p. 95, 11 v.d.H. (p. 102 N.) temet -e.

β -e *praeced.*: Ⅰ -e tui: MART. 8, 56 (54), 2 victor ... -e tui. Ⅱ -e tibi: CIC. Tusc. 3, 26 fam. 10, 16, 2 OV. epist. 19, 88. 89 IVV. 10, 363 TAC. dial. 15, 1. PLIN. epist. 9, 18, 1 -e ... tibi. TERT. coron. 10 p. 171, 3 LACT. inst. 5, 18, 5 HIER. epist. 21, 35, 3. Ⅲ -e te (temet): CIC. Quinct. 53 -e ... te. orat. 34. SEN. Ag. 51 -e temet. dial. 4, 21, 7 epist. 43, 3. 78, 21 PLIN. paneg. 65, 1 MACER dig. 49, 14, 34.

γ pron. pers. pendet ex praepp. (*locutiones notabiliores*): CIC. Pis. 87 tecum -e licebit ... recordere (Phil. 2, 18. *al.* SEN. Ag. 116 epist. 24, 2. 78, 18 APVL. met. 9, 16, 1 TERT. adv. Prax. 5 p. 234, 4. -e tecum: CIC. Phil. 10, 6 SEN. benef. 3, 11, 1 epist. 68, 6). FRONTO p. 142, 8 v.d.H. (p. 148 N.) apud te -e reputa.

2 *plur.*: **a** *eodem casu*: *α* -e *seq.*: Ⅰ vos -i: Ⓐ *nominativo*: CIC. Rab. Post. 13 vos, vos inquam -i (*sic*: LIV. 33, 13, 11 vos, inquit, -i. *cf.* CIC. nat. deor. 3, 92 vos enim -i). nat. deor. 1, 109 OV. Pont. 1, 3, 45 LIV. 28, 28, 13 SCAEV. dig. 31, 89, 3 MIN. FEL. 37, 3 CYPR. epist. 13, 4 p. 506, 24. Ⓑ *obliquis cas.*: RHET. Her. 4, 39, 51 vobis ... -is (*sic*: CIC. Cluent. 142 a vobis quoque -is. TAC. hist. 4, 73, 3). OV. met. 4, 549 LIV. 22, 60, 26. 37, 45, 12 TERT. apol. 2, 1. ITALA Matth. 3, 9 (Iren. 3, 9, 1) in vobis -is (*ἐν ἑαυτοῖς*, *Vulg.* intra vos). HERM. Pal. vis. 3, 9, 2 (*gr. ἐν ἑαυτοῖς*). CYPR. epist. 15, 1 p. 514, 2. VVLG. Luc. 12, 57 a vobis -is (*ἀφ' ἑαυτῶν*).

Ⅱ vosmet -i: Ⓐ *nominativo*: PLAVT. Most. 96 CIC. inv. 1, 56. *al.* LIV. 34, 17, 9 PANEG. 3, 30, 1. Ⓑ *obliquis cas.*: RHET. Her. 4, 39, 51 in vosmet -os (*sic acc.*: CIC. S. Rosc. 104. *saepe.* LIV. 22, 50, 9 SEN. contr. 10 praef. 6 TERT. nat. 1, 9, 9. ITALA Luc. 21, 19 [Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 554, 16] salvos facietis vosmet -os [*τὰς ψυχὰς ὑμῶν*, *Vulg.* animas vestras]. Rom. 6, 13 [Iren. 5, 14, 4; *ἑαυτούς*, *Vulg.* vos]. IREN. 2, 14, 7 CYPR. epist. 46, 2 p. 605, 2. VVLG. Rom. 12, 16 [*παρ' ἑαυτοῖς*]. INST. Iust. de inst. promulg. 7). CIC. Caecin. 40 vobismet -is. leg. agr. 2, 98 a vobismet (*v. app. cr.*) -is (*sic abl.*: Flacc. 99).

β -e *praeced.*: TERT. apol. 9, 6 ex -is etiam vobis. Scap. 4, 2 videtis ..., quomodo -i vos contra mandata faciatis.

b *diversis cas.*: SALL. or. Macri 6 vobismet -i (*v. app. cr.*). LIV. 3, 56, 3 vosmet -i.

C *de tertia persona* (*cf. Lebreton, Études, 1901, 145 sqq.*): **1** *eodem casu* (*respondet αὐτός p. 359, 5. 19. 37*): **a** -e *seq.*: *α gen.* sui -ius: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 4 l. 10 (= p. 15, 12 W.).

[Tietze]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β dat.: Ⓘ sibi -i: Cic. de orat. 3, 207 Varro ling. 5, 91 Liv. 33, 12, 5 Sen. contr. exc. 3, 5, 1 Cels. 2, 16, 2 Sen. benef. 3, 38, 3 Qvint. inst. 9, 1, 35 Lact. inst. 3, 6, 14 Mar. Victorin. gen. div. verb. 18 l. 11 (= p. 29, 13 W.). Ⓘⓘ sibimet -i: Liv. 3, 61, 1 Plin. nat. 14, 91. 18, 36 Tert. anim. 51, 7. Iren. 1, 9, 4 (*gr. αὐτοῖς, v. l. 19*). 5, 16, 2. Vvlg. Hebr. 6, 6 sibimet -is (*ἑαυτοῖς*).

γ acc.: Ⓐ se -um: Ter. Hec. 260 Haut. 116 Cato dict. 74 Rhet. Her. 4, 6, 9 Cic. S. Rosc. 142. *saepe.* Pvblil. P 15. 24 Varro ling. 9, 5 Sall. Iug. 12, 3 Ov. met. 9, 704 Liv. 3, 35, 6. Val. Max. 1, 7, 3 sese -um. Sen. dial. 9, 12, 4 Cvrt. 7, 11, 18. 10, 5, 8 Colvm. 8, 8, 2 Scrib. Larg. praef. 9 Petron. 101, 11 Plin. nat. 7, 131 Qvint. inst. 1, 4, 11 Tac. dial. 9, 5 hist. 2, 33, 2 Plin. epist. 8, 18, 3 Iren. 2, 26, 1. 2[fin.] 2, 30, 7. 3, 23, 8. Pelagon. 267 p. 87, 4 (*Hippiatr. gr. I p. 188, 27 ἑαυτόν*). Hier. epist. 53, 8, 18. 65, 16, 5. Vvlg. Marc. 12, 33 (*ἑαυτόν*). Eph. 5, 33 (*ἑαυτόν*). Cod. Iust. 1, 12, 6, 9 (*a. 466*). Ⓑ semet -um: Liv. 10, 40, 11 Sen. dial. 7, 22, 5 Cvrt. 4, 9, 19. *saepe.* Colvm. 8, 11, 8. 11, 1, 11 Mela 3, 1 Ascon. Corn. p. 50, 11 Gell. 3, 10, 6 Apvl. met. 8, 7, 6. 8, 28, 1 mund. 27 Tert. apol. 23, 17 adv. Val. 9 p. 187, 6. *saepe.* Iren. 1, 6, 2 semet -os . . . salvari dicunt (*gr. αὐτοὺς . . . σωθήσεσθαι*). 1, 9, 1 (*ἑαυτούς*). *saepe.* Chalc. transl. p. 32[A] (*gr. ἑαυτήν*). Hier. epist. 64, 18, 9. Vvlg. exod. 16, 29 apud semet -um (*gr. aliter*). lev. 17, 15 lavabit . . . semet -um aqua (*λούσεται ὕδατι*). Marc. 3, 25 super semet -am (*ἐφ' ἑαυτήν*). Cod. Theod. 3, 16, 1. *nota locutionem abundantem*: Mar. Victorin. gen. div. verb. 10 l. 28 intellegit . . . semet semet -am (*v. app. cr.*).

δ abl.: Ⓘ (de) se -o *sim.*: Cic. Tusc. 3, 29. 4, 71. 5, 1. 71 Liv. 1, 49, 2. 9, 4, 11 Sen. benef. 2, 28, 1 Plin. nat. 3, 33 Qvint. inst. 4, 1, 7 Tac. Agr. 42, 2 hist. 2, 65, 1 Iren. 3, 24, 2 Cypr. epist. 6, 2 p. 482, 3. Ⓘⓘ (a) semet -o *sim.*: Cvrt. 5, 12, 14. 6, 10, 7. 8, 1, 39 Plin. nat. 2, 16. 21, 113 Qvint. inst. 12, 1, 3 Tac. hist. 2, 90, 1 Svet. Claud. 41, 1 Florent. dig. 30, 116, 1 Apvl. Plat. 2, 4 Min. Fel. 27, 5 Tert. orat. 3 p. 182, 21. *saepe.* Itala Ioh. 5, 19 (Tert. adv. Prax. 15 p. 256, 3) a semet -o (*ἀφ' ἑαυτοῦ, Vulg.* a se). Tit. 3, 11 (Lucif. non conv. 14 p. 30, 28) a semet -o damnatus (*αὐτοκατάκριτος, Vulg.* proprio iudicio). Iren. 1, 5, 3 (*gr. ἀφ' ἑαυτοῦ*). Cypr. unit. eccl. 17 p. 226, 1 Candid. gen. div. 5 l. 16 Mar. Victorin. gen. div. verb. 18 l. 11 Hier. epist. 34, 4, 2. Vvlg. gen. 1, 11 cuius semen in semet -o sit ([*ἐν αὐτῷ*]. Ioh. 5, 26 vitam in semet -o [*ἐν ἑαυτῷ*]). Cod. Theod. 10, 20, 14.

b -e *praeced.*: Plavt. Rud. 1260 -um sese (*sic acc.*: Cic. har. resp. 59 Colvm. 7, 3, 5 Plin. epist. 5, 16, 4 paneg. 74, 3. Fronto p. 158, 17 v.d.H. [p. 166 N.]. Tert. idol. 1 p. 30, 9 adv. Marc. 4, 10 p. 447, 3). Cic. Verr. II 1, 64 in -o se. Lact. inst. 2, 3, 3 -i sibi.

2 *diversis cas.* (*cf. Niemöller [v. p. 294, 9] p. 12sq.; Bailey, Lucr. I Proleg. p. 96 et ad 3, 925*): a -e *seq.*: *α* sibi -e: Cic. Verr. I 17 Pvblil. N 39 Lvcr. 4, 1118 Liv. 2, 12, 8. 26, 48, 14 sibimet -e (Tac. hist. 4, 20, 4. 4, 62, 1 Gell. 17, 1, 3 Apvl. flor. 14 p. 46 Tert. scorp. 5 p. 155, 15 Cypr. epist. 59, 7 p. 674, 15). Sen. contr. 1, 3, 4 Sen. Herc. f. 1267 dial. 9, 1, 16 nat. 1, 16, 5 Qvint. inst. 1, 6, 12 Tac. dial. 6, 2. 36, 6 hist. 1, 46, 1. *β* se -e: Plavt. Bacch. 417 sese . . . -e ([*cf. Lindsay in app. cr.*]. Stat. Theb. 9, 551). Cato orig. 39 Lvcil. 603 Cic. Caecin. 13 Catvll. 22, 17 Bell. Afr. 91, 2. Sall. Iug. 18, 7 semet -i (Liv. 3, 35, 8 Sen. dial. 1, 2, 8 Cvrt. 9, 5, 2 Svet. Tib. 67, 1 Gaivs dig. 26, 7, 13, 2 Ivst. 13, 6, 3). Liv. 1, 8, 2 Vell. 2, 6, 6 Val. Max. 1, 7 ext. 5. 3, 2 ext. 7 Cels. 5, 26, 21[C] Sen. Phaedr. 442 benef. 2, 16, 1 Mela 2, 81 Tac. hist. 2, 50, 2 Plin. paneg. 71, 4 Svet. Nero 24, 1 Cels. dig. 50, 16, 93. *nota locutionem abundantem*: Gell. 7, 2, 1 fatum est . . . catena volvens semet -a sese (*v. app. cr.*) *eqs.*

b -e *praeced.*: *α* -e sui: Cic. Verr. II 2, 136 -e sui meminerat. Lvcr. 3, 881 Ov met. 10, 171 Mart. 8, 30, 5. *β* -e sibi: Enn. ann. 273. Plavt. Poen. 708 -us . . . sibi (*sic in hyperbato*: Cic. S. Rosc. 115. Vvlg. Rom. 13, 2 [*ἑαυτοῖς*]). Pseud. 884 frg. inc. 47 Ter. Andr. 378 Eun. 782 Lvcil. 479 Rhet. Her. 3, 19, 32. 4, 14, 20 Cic. Tull. 21 prov. 15 de orat. 2, 174 Lvcr. 5, 1196 Caes. Gall. 1, 4, 4 Bell. Afr. 94 Nep. Chabr. 4, 2 Verg. ecl. 8, 108 Ov. epist. 19, 158 ars 1, 84 Liv. 38, 16, 12. Manil. 4, 439 -e sibimet (Apvl. apol. 3 Iren. 2, 13, 3 Qverol. p. 22, 21 R.). Val. Max. 4, 1 ext. 3 Plin. epist. 8, 23, 3 Svet. Cal. 51, 3. Itala Matth. 16, 24 (Iuvenc. 3, 304) abneget -e sibi (*ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν*, Vvlg. abneget semet -um). Iren. 4, 4, 3. *γ* -e se (semet *l. 74. nota*: -i semet -os *sim. l. 77. cf. etiam l. 57*): Liv. Andr. trag. 12 -us (*Bothe*, -e ω) se in terram . . . fligit. Plavt. Bacch. 493 Mil. 1236. Persa 458 ut -us sese qua se expediat nesciat. Pseud. 929sq. Trin. 261 Ter. Hec. 161 Eun. 14 Cic. Verr. II 5, 73 Varro rust. 1, 63 Liv. 3, 43, 4 Sen. contr. 10, 5, 24 Sen. benef. 5, 7, 5. 6, 21, 3 Mela 3, 84 Plin. nat. 2, 159. 18, 212 -e semet (Tac. ann. 12, 37, 4. *v. et l. 77*). Qvint. decl. 329 p. 294, 19 Svet. Aug. 28, 2 Gaivs inst. 1, 172 Tert. apol. 11, 3. adv. Marc. 2, 10 p. 348, 8 -e sese. adv. Prax. 10 p. 240, 18. 16 p. 257, 18. *nota*: Iren. 3, 25, 7 -i semet -os. 5, 14, 1 -e semet -um filium dicebat hominis.

c *refl. pendet ex praepp.* (*locutiones notabiliores*): Ter. Andr. 442 -us (-e *γ*) secum eam rem reputavit (Cic. Verr. II 2, 17. *al.* Sall. Iug. 32, 1 Plin. nat. 23, 2. secum -e: Lvcil. 244 Cic. Verr. II 5, 116. *al.* Sall. Iug. 113, 1 Verg. Aen. 4, 475. 12, 843 volutat [Sil. 17, 185]. Liv. 4, 2, 6 Val. Max. 5, 4, 7 Plin. nat. 10, 82 Qvint. inst. 2, 11, 5 Lact. inst. 3, 17, 7 Amm. 26, 4, 3). Ad. 4 indicio de se -e erit ([*v. app. cr.*]. Cic. Sull. 39 de se -e confessus esset. rep. 2, 38. -e de se: Cic. Quinct. 32 Brut. 121 off. 3, 31 Sall. Iug. 6, 1). Cic. Flacc. 62 (*de urbe*) ut -a ex sese . . . genuisse dicatur (fin. 5, 13 -i ex se nati *eqs.*). Phil. 2, 50 quae -e in se . . . fecerit (in se -e: Sen. Herc. f. 1221 dial. 5, 1, 5). de orat. 231 pro se -e dixit (-e pro se: Brut. 115 fin. 3, 1 Plin. epist. 3, 20, 5 paneg. 94, 5). ac. 2, 147 -i contra se. Tusc. 1, 55 ut -e . . . a se deseratur (a se -e: Cic. div. 2, 114 Liv. 38, 56, 11 Plin. paneg. 91, 6). Tert. nat. 1, 4, 7 -e adversus se.

compos. et deriv.: idipsum (*p. 353, 34sqq.*), illeipse, illemetipse, ipsemet, ipsim, [ipsiper], ipsiplices, ipsipse (*vel* ipsipte), ipsitilla, *?*ipsiusce (*gen.*), *?* ipsiusdem (*gen.*), metipse, reapse, *?*rempsam (*v. p. 339, 8*), sirempse. *cf. et* issa, isse (issus). *Tietze.*

? **(ipsedem)** *v. l. 83.*

ipsēfopēcta (Firm. math. 3, 7, 15) *v. s.* psephopaecta.

ipsemet, -amet *pron. (deest neutr., neque casus gen. reperitur). de compositione*: ipse *c. particula q. e.* -met *coniungitur secundum frequentiorem illum usum pron. pers.* egomet, nosmet, vosmet *sim. (v. Sommer, Handb.*[2.3] *p. 449); cf.* metipse *vol. VIII 888, 18. scribitur: acc. masc. l. 38, fem. l. 47 per* -mm- *ab edd. (codd. ?). de usu: si* ipse *accedit ad pron. pers. (cf. p. 356, 69), poss. refl. (cf. p. 350, 48), illa pron. particulam* -met *ad se trahere solent, e. g.* egomet ipse, mihimet ipse, suismet ipsi (*nota praeter regulam l. 34*), *cf. Schmalz, Antibarb.*[7] *I 790sqq. nota vocem* ipse *iterari ita, ut in dubio relinquatur, utrum* met *iungendum sit c. voce priore* (*i.* -ismet) *an potius c. sequente* (*i.* metipsis [*vol. VIII 888, 18*]. *cf. Löfstedt, Synt. II 197sq.*): Pap. Corp. 40 (*s. III/IV*) l. 35 -ismet ipsis nocentiam ferentes animosali⟨bus⟩ (*gr. Babr. 11, 12 αὐτοῖς βλάβην φέρουσα τοῖς δυσοργήτοις*).

fere i. q. ipse, sc. vi aucta per -met *particulam*: Plavt. Amph. 102 is (*i. Amphitruo*) priusquam . . . abiit -emet in exercitum, gravidam . . . uxorem fecit. Cic. Verr. II 3, 3 numquam -imet nobis praecideremus istam licentiam . . . vivendi. Sen. epist. 117, 21 doce . . ., quomodo ultimum ac necessarium non exspectem, sed -eme⟨t⟩, cum (*corr. Pincianus*, -emecum *BA*) visum erit, profugiam. Ivl. Val. 3, 7 p. 117, 19 optimum . . ., si suis -imet (*P*, ipsi *A*) duces manibus experirentur (*cf. Stengel, De Iul. Val. usu pron., Diss. Marburg 1909, 54; compositae vocis vis exaggerandi optime hoc loco illustratur*). Filastr. 10, 2 Hermes . . . Trismegistus docuit post deum omnipotentem non alium nisi solem debere -ummet (*edd. vet.*, ipsum et *B*, *Marx*) homines adorare. Ps. Ambr. serm. 60, 3 p. 728[A] martyres plus passione docere quam voce, quamquam ⌊-amet⌋ passio sine voce non sit (⌊ ⌋ et ipsa *Max. Taur. serm. 87 p. 706[C]*, ipsa *Ps. Aug. serm. ed. Mai 164 p. 367[fin.]*). Capreol. epist. 1, 2 p. 847[A] si quis ea . . . in disputationem vocari sinat, is . . . aliud nihil facere censebitur, quam de fide . . . -emet dubitare (*gr. Conc.*[S] *I 1, 2 p. 53, 24 αὐτός.* ipse *aliae versiones* [*Conc.*[S] *I 2 p. 64, 39; I 3 p. 82, 4; Ferrand. epist. 6, 6 p. 925[C]*]). Facvnd. defens. 7, 3 p. 686[D] aliud est, si quisque . . . in haeretico . . . fallatur, ut eum putet orthodoxum, et aliud, si -ammet eius haeresim agnitam sectetur.

[ipsicilla *v. l. 77.***]**

ipsilion *v. s.* psyllium.

? **ipsillēs** *pl. vocabulum incertae originis et formae.* Fest. p. 306 ⟨subsilles sunt quas⟩ ali⟨i⟩ -es (ipsi iles *F*) vo⟨cant⟩ *eqs.* (*suppl. ex Paul. Fest. p. 307* subsilles [sups- *MP*[1]] dicebantur quaedam lamellae sacrificiis necessariae). *cf.* ipsulices *p. 361, 12.*

ipsillium *v. s.* psyllium.

ipsim *adv. ab* ipse *effictum; e coni. restitutum.* Virg. gramm. epit. 6 p. 44, 20 H. (= gramm. suppl. p. 199, 2) adverbia ex pronominibus nasci . . . ut . . . 'ollim' ex 'ollo' . . .: Homerus in quodam versu scripsit '-im' (*Petrus Daniel*, ipse ve, ipsive *codd.; v. Stangl, Virgiliana p. 40*) ab 'ipso'.

ipsimilla *v. l. 77.* **ipsimus,** -a *v. p. 344, 30sqq.*

[ipsīper *vocem nihili, ut vid., ap.* Pavl. Fest. (*v. l. 70*) *introducendam esse contendit Rönsch, Collect. p. 219; cf.* Vvlg. sap. 18, 1 quia non et -i per (*Amiat.*, ipsi *cett.*) eadem passi erant (*κἀκεῖνοι*).**]**

ipsiplicēs *αὐτόπτυκτα φύλλα* Gloss.[L] II Philox. ip 13. *ab* ipse, *cf.* simplex, duplex, multiplex.

ipsippe *v. l. 71.*

? **ipsipse** (*an* **ipsīpte** *? vix* ipsippe, ipsiper [*v. l. 61*]) *pron. ab* ipse *per geminationem (v. e. g. p. 331, 44. 45), ut vid., cf. αὐταυτόν* (*an* ipse *c.* -pte *?*); *v. Niedermann, Mél. Meillet 1902, 110sq.; Sommer, Handb.*[2.3] *p. 447. 449.* Pavl. Fest. p. 105 -pse (*TL*, idsipse *E*, ipsipe *R*, -ppe *Lindemann* [*ex codd.*], -pte *Ursinus*): ipsi neque alii (*nom. pl. masc.* [*cf. l. 73; exspectes* -psi], *an dat. sg. ?*). *huc pertinere videntur* Gloss.[L] II Philox. in 499 (= 517) insipti *αὐτοί.* io 10 iosipse *αὐτός.*

ipsitilla, (-ae) *f. fortasse ab* ipsa *deminutive; an nomen proprium? fere i. q. domina* (*in sermone amantium*): Catvll. 32, 1 mea dulcis -a (*dett., defendit Sabbadini, Glotta 3, 1912, 50sq.*; ipsi illa *O*, ipsi thila *G*, ipsicilla *R* [*var. lect.*]; ipsimilla [*sc. ab* ipsima] *pars edd.*).

? **ipsīusce,** *gen. pron.* ipse *c. partic.* -ce, *cf.* illiusce, istiusce. *fere i. q. ipsius*: Macr. Sat. 5, 22, 3 Vergilius . . ., quod epitheton -iusce (*trad.*, ipsius deae *Eyssenhardt*) legerat, sociae eius imposuit (*antea 1* cognomen, quod a veteribus Graecis scriptoribus ipsi Dianae fuerat impositum, comiti eius adsignare).

? **ipsīusdem,** *gen. pron.* ipse *c. partic.* -dem, *cf.* huiusdem (*vol. VII 1, 180, 51; cf. Engelbrecht ibi laudatum*). Vict. Vit. 3, 41 duo

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

negotiatores, Frumentius et alius Frumentius -iusdem urbis (*BV, Petschenig*; ipsi eiusdem, ipsius, eiusdem *cett.; exspectes* ipse [*ad p. 314, 11 sqq.*] eiusdem). *Hi.*

ORIBAS. syn. 9, 16 La p. 304 ad eos . . ., qui frequenter vomunt . . ., ros et cyminum in bere **ipsominus** tritus das bibere (*i.* in ⟨ipso⟩ bene *ἐψομένους* tritos; *gr. 9, 16, 4 τρίψας ἐν τῷ αὐτῷ δὸς πιεῖν, antea 9, 16, 3 εἰς ἔλαιον καὶ ὕδωρ . . . ἑψηθέν* [*La* coctus est]). *cf.* hepsema. *Stiewe.*

? **ipsulicēs** (*T*, ipsiullices *R*, iipsúllices *Wirceb.*) bratteae in virilem muliebremque speciem expressae PAVL. FEST. p. 105. *vocabulum originis et formae dubiae; 'vix huc revocanda gloss. Philox.' (v. p. 360, 64), Lindsay, Gloss.L IV ad l.*; ipsilles *Bugge, FlJb. 105, 1872, 99; cf. p. 360, 50.*

ipsus *v. s.* ipse.

iptar-, ipter-, iptir- *v. s.* pter- *et* stypter-.

artemisia, id est serpillo maiore sive **iptios** (*ὕπτιος*) GLOSS. III 535, 42.

iquīlāticon (-ī), *n.*, **ἐκνυατικόν* (*ex lat.* equinalis *exitu gr. -τικός pro lat.* -lis *posito*). *nomen herbae, i. q. ἵππουρις, equisaetum*: GLOSS. III 566, 31 iquiladicon i. ipperus (591, 56 iporis i. -n. 613, 21 iquila dicit. 625, 28). 566, 45 isquilaticon caballi cuda (591, 37 -n cuda caballina. 613, 15 iquilancon. 625, 8).

1. *ir (*an* īr*?*), *indecl. (at v. l. 26) n. (m. [?] l. 36).* [*vox dubiae fidei, quam ut formam osco-umbram coniungunt c. gr. χείρ 'manus' Duchesne-Guillemin, BSL 39, 198, 213. J.B.H.*] *scrib.* hir *ap.* CHAR. (*cod. N*). *adspirari vetat* CASSIOD. gramm. VII 202, 2 (*ex Eutyche*). *formam gen.* -ris *v. l. 42. 44. cf. etiam l. 52. 56. legitur apud* GRAMM. *inde a s. IV.*

i. q. vola manus, θέναρ: SACERD. gramm. VI 483, 7 *nominibus monosyllabis* tribus indeclinabilibus: git, ir, pus (PROB. cath. gramm. IV 32, 2). PROB. cath. gramm. IV 11, 19 *nomina neutri generis in r terminata* tertiae sunt declinationis . . . excepto uno, quod monoptotum est, hoc ir, significans medietatem palmae, quae etiam vola dicitur, graece *θέναρ* (GLOSS.L Corp. I 486 GLOSS. V 553, 31. *cf.* GLOSS.L Corp. I 39 iir semis palma. *al.*). 11, 27 indeclinabile vel monoptotum repperi. CHAR. p. 23, 8 B. in ir . . . quae finiuntur haec tantummodo inveniuntur et ipsa masculina: vir, levir, ⌊hir⌋ (⌊ ⌋ *om. N*); et hir quidem indeclinabile (*inde* EXC. Bob. gramm. I 540, 16. *fortasse ante* hir *interciderunt verba ut* ⟨et unum neutrum⟩, *cf. e. g.* PRISC. gramm. II 154, 6). p. 40, 10 sunt quaedam nomina singulariter tantum monoptota, quae pluralia non habent, et sunt neutralia, velut . . . hir *θέναρ*. p. 50, 7 monosyllaba . . . per is syllabam genetivos habent . . .; neutri generis ut . . . hir *θέναρ*, hirris, quod indeclinabile quibusdam videtur (*inde* EXC. Bob. gramm. I 546, 36 *ἄκλιτον. cf.* PRISC. gramm. II 234, 16 est indeclinabile, quamvis quidam, ut Charisius, ir iris declinaverunt). PHOC. gramm. V 412, 5. 7. 416, 5. PRISC. gramm. III 444, 22 *neutrum* hoc ir, quod Gracci *θέναρ* dicunt, indeclinabile (GLOSS.L II Philox. IR 1 [= 2] ir *θέναρ*. 28 *θέναρ, τὸ κοῖλον τῆς χειρός*. GLOSS. II 327, 28 *θέναρ χειρός*, vola, ir, indeclinabile est. *v. et l. 33. 40. 42. al.*). GLOSS. II 584, 43 ir, concava pars manus. *v. et l. 57.*

2. īr, īris *m. ex* iris *deformatum.* GRAMM. suppl. 101, 30 sqq. ir, quod nomen arcum caeli significat, tertiae declinationis est, facit enim hir, hiris. de hoc nomine legitur: 'hir caeli [significat] colorosus in quo ager (arcus *Hagen*) nimbosus distinguitur'. item aliud exemplum ⟨in⟩ Vergilio legitur (*Aen. 5, 606*): 'hirim misit de caelo . . .'. legitur etiam et iris nominativo casu . . .; quando ergo hir nominativus est, genetivo facit hiris, quando autem hiris nominativo dicitur, hiridis facit genetivo (114, 26. GLOSS. V 571, 25 ir arcus caeli et medietas manus, sed iris invenitur nominativo).

3. īr *v. vol. V 2, 740, 41.* **4. Ir** *v. Onom.* *Hi.*

***īra**, -ae *f. orig. incertae, v. Walde-Hofmann et Ernout-Meillet s. v. de origine (v. et p. 370, 34 sq.)*: DON. Ter. Ad. 794 -a ab eo quod est ire dicitur, quod a se eat qui irascitur et furit. *scripturam* eir- *testatur lusus verborum ap.* PLAVT. Truc. 262 comprime sis eiram (*Geppert*, sis iram *A et Sacerd. gramm. VI 453, 20. 461, 25*, spero *P*). :: . . . suades stuprum (*sc. accipit 'eram'*). :: eiram (*Geppert*, ir- *AP*) dixi; . . . dempsisti unam litteram. *cf.* Truc. 796 (*app. cr.*). *scrib. sine* h: VEL. gramm. VII 52, 25 aliud est hira, aliud [d]ira. *litteris gr.*: GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357A *ἠράμ· θυμός. de formis et usu: gen. sg.* -ai *v. p. 365, 52. nota vocativum sg. adhiberi pro verbo excecrationis*: PALLAD. hist. mon. I 24 p. 307D nautae indignantes dicebant: o -a (*gr. aliter*). *plur. adhibetur in poesi inde a* PLAVTO *et* ENNIO (*p. 363, 40*), *in sermone pedestri inde a* CIC.; *saepius usurpatur inde a* VERG., OV., LIV.; *cf. Neue-Wagener³ I 636 sq.* NOT. Tir. 42, 99. *de notione (v. et p. 362, 38)*: SYNON. Cic. p. 444, 19 simultas. inimicitia. offensio . . . -a. iurgium. mala gratia. GLOSS.L III Abol. IO 4 -is inimicitiis. Corp. I 484 -a: repentina (*opp. 488* iracundia: diuturna. *cf. p. 368, 12*). II Philox. IR 3 -a *ὀργή* (4 -ae. 7). GLOSS. II 329, 58 *θυμὸς ἐπὶ ὀργῆς* ipa (*i.* -a), indignatio (III 279, 23 *ὁ θυμός* animus, -a, indignatio). 395, 55 *παραπικραίνω* exacerbo, ad -am provoco. 399, 15 *παροργίζω* in -am produco. III 164, 1 chole -a. *al. v. et l. 68. graece respondet ὀργή (quod infra non adnotabitur), nonnumquam etiam θυμός. de interpretandi ratione v.* AVG. in psalm. 87, 7 p. 1113in. ubi graeci codices habent *ὀργή*, ibi -am latine dicere nullus fere dubitavit interpres; ubi autem *θυμός* positum est, plerique non putaverunt -am esse dicendam, cum magni auctores latinae eloquentiae de philosophorum graecorum libris etiam hoc -ae nomine verterint in latinum. p. 1415med. noluerunt quidam interpretes nostri -am ponere in eo, quod graecus habet *θυμός*, sed quidam posuere mentem, quidam vero indignationem, quidam animum interpretati sunt. *cf. Billen, Old lat. texts of the Heptateuch p. 202. respondent alia nomina e. g.: ἀλλοτριότης: v. p. 364, 17. ἄνοια*: ITALA Luc. 6, 11 (cod. e); *Vulg.* insipientia. *ἔρις*: ITALA Rom. 13, 13 (Iren. 4, 37, 4 [4, 60, 2 H.]); *Vulg.* in contentione. *λύπη*: HERM. vulg. mand. 10, 2 haec -a intrat in praecordia irascentis. *μῆνις*: ITALA gen. 49, 7 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 67, 23. *al.*). CASSIOD. Ios. antiq. 15, 9 p. 443a. med. (*gr. 15, 243*). *ὀξυχολία*: HERM. Pal. mand. 5, 1, 3 -a . . . diaboli hospitium est. 5, 1, 6. *χόλος*: CIC. carm. frg. 27 (Tusc. 3, 18) 1 (*gr. Hom. I 646*). SERV. Aen. 12, 830 Homerus inducit Calchantem dicentem . . .: regum -ae ita se habent *eqs. (gr. A 81). voce* אף *sensum duplicem (sc. vel 'nares' vel '-a') exhibente c. LXX* -a *ponitur, ubi in textu hebr. de 'naribus dei' agitur (cf. Kittel, Wörterb. V 412, 40 sqq.)*: ITALA exod. 15, 8 (Aug. quaest. hept. 2, 55 p. 125, 16. *al.*) per spiritum -ae tuae divisa est aqua (*θυμοῦ, Vulg.* furoris. *cf. p. 368, 29*). VVLG. psalm. 17, 9 ascendit fumus in -a eius (*ὀργῇ, Hier. psalt. sec. Hebr.* furore). 17, 16 ab inspiratione spiritus -ae tuae (*ὀργῆς, Hier. psalt. sec. Hebr.* furoris).

legitur inde a NAEVIO, PLAVTO, ENNIO *per totam latinitatem; deest e. g. ap.* PVBLIL. *et* CAES., *qui in eius vicem praebent vocem* iracundia (*quam praefert etiam* CIC. *praeter scripta philos.; ap. ceteros fere praevalet* -a). [*it.* ira, *prov.* ira, *francog.* ire. *R.*] [*dub. trad.*: VAL. FL. 7, 330 (ore *Heinsius*). SORT. Sangall. 45, 8 (*cf. Meister, SB Wien 225, 2, 1951, 123*).]

I *i. q.* ὀργή, ***irascendi affectus*** *sive praeceps (disting. ab* iracundia *p. 361, 76. 368, 11) sive diuturnus (plur. aut de accessionibus irascendi aut eodem sensu ac sg., cum de pluribus tum de una persona; saepe per emphasin, v. Schmalz-Hofmann⁵ p. 371 ad* TER. Hec. 484 sq. [*cf. p. 363, 45*]); *inde i. q. discordia, inimicitiae (imprimis plur.); vi vocis gr. ὀργή de cupiditate ardentissima e. g. p. 363, 57. 364, 4. 24. 48 sqq.; metonymice de hominibus iratis (e. g.* PROP. 3, 22, 22 LIV. 1, 13, 1), *de vocibus iratorum (p. 364, 57.* VERG. Aen. 7, 15); *per προσωποποιίαν e. g. p. 363, 18. 40. 66 (cf. p. 365, 68)*:

A *definitiones, descriptiones sim. (v. et p. 365, 3. 5 sqq. 72. 366, 20 sqq.)*: CIC. Tusc. 4, 16 lubidini *subiecta sunt* -a, excandescentia, odium, inimicitia, discordia (*pendet e Chrysippo StF. III 96, 3 sq. ὑπὸ . . . τὴν ἐπιθυμίαν ὑπάγεται . . . ὀργὴ καὶ τὰ εἴδη αὐτῆς, θυμὸς καὶ χόλος καὶ μῆνις καὶ κότος καὶ πικρίαι*). 4, 21 ea sic definiuntur, ut -a sit libido poeniendi eius qui videatur laesisse iniuria (*Chrysipp. ibid. p. 96, 14 sqq. ὀργὴ . . . ἐστὶν ἐπιθυμία ⟨τοῦ⟩ τιμωρήσασθαι τὸν δοκοῦντα ἠδικηκέναι παρὰ τὸ προσῆκον. cf. l. 55. 75. p. 368, 6*), excandescentia autem sit -a nascens et modo existens, quae *θύμωσις* graece dicitur (*cf. Chrysipp. ibid. θυμὸς δὲ ὀργὴ ἐναρχομένη*), odium -a inveterata (*ibid. μῆνις δὲ ὀργὴ εἰς παλαίωσιν ἀποτεθειμένη*), inimicitia -a ulciscendi tempus observans (*ibid. κότος δὲ ὀργὴ ἐπιτηροῦσα καιρὸν εἰς τιμωρίαν*), discordia -a acerbior intimo animo et corde concepta (*sim. distinguuntur species -ae*: SEN. dial. 3, 4, 2 sq.). 4, 27 *iracundia* ab -a differt (*v. p. 368, 11 sqq.*). 4, 44 est . . . -a . . . ulciscendi libido ([*cf. p. 368, 6*]. GELL. 1, 26, 10 huius . . . motus animi, qui, cum est ulciscendi causa saevior, -a dicitur. *cf.* MAR. VICTORIN. in Eph. 4, 31 p. 1282B -a animi motus est cum ulciscendi libidine atque puniendi [AVG. civ. 14, 15 p. 37, 24 D. *ibid.* l. 28 quaest. hept. 3, 70 p. 297, 25. *al. v. et l. 74. p. 363, 65*]). 4, 52 an est quicquam similius insaniae quam -a? quam bene Ennius (frg. inc. 18) 'initium' dixit 'insaniae' (*cf. p. 372, 41 et vol. VII 1, 1828, 10; nota* SEN. dial. 3, 1, 2 -am dixerunt brevem insaniam). HOR. epist. 1, 2, 62 -a furor brevis est ([SCHOL. HOR. *ad l.* antiqui definierunt, inter quos et Varro, -am esse subitam et brevem commotionem animi]. MACR. Sat. 4, 2, 9. *cf. Otto, Sprichw. p. 177. v. et l. 68 sqq.*). SEN. dial. 3, 3, 3 *Aristoteles (p. 403a, 30)* ait . . . -am esse cupiditatem doloris reponendi. 4, 3, 4 -am non voco motum animi rationi parentem: illa est -a, quae rationem transilit, quae secum rapit (*cf.* CASSIOD. in psalm. 123, 3 p. 918D -a . . . et invidia iudicio carent, dum voluntates suas mente praecipiti subsequuntur). 4, 3, 5. epist. 18, 15 ingentis -ae exitus furor est (QVINT. inst. 7, 4, 31 -a et concitatio furori sunt similia. HIER. in Eph. 4, 31 p. 516B furor . . . incipiens -a est. *ibid.* -a . . ., cuius amaritudo et furor species sunt. RVFIN. Basil. reg. 159 furoris et -ae differentiam . . . in animo constare et motu *eqs.* CASSIOD. in psalm. 6, 2 p. 61D -a longa indignatio est, furor repentina mentis accensio. *cf. et l. 60. p. 367, 2. 16. sim. p. 372, 44*). frg. Lact. ira 17, 13 -a est cupiditas ulciscendae iniuriae aut, ut ait Posidonius, cupiditas puniendi eius, a quo te inique putes laesum (*cf. l. 42 sq. ad l. v. Rabbow, Antike Schr. über Seelenheilung u. Seelenleitung I, 1914, 171 sqq.*); quidam ita finierunt: -a est incitatio animi ad nocendum ei, qui aut nocuit aut nocere voluit. Ps. QVINT. decl. 15, 1 p. 277, 12 *quod amator* facit, -a, non odium est (*sim. -a dicitur levior odio*: AVG. serm. 211, 1, 1 p. 1054med. *al. cf. e. g. p. 363, 14. 15. 18*). LACT. ira 17, 20 -a est motus animi ad coercenda peccata insurgentis (*cf.* 17, 21 ad correctionem vitiorum pertinet. HESYCH. in lev. 3, 1—5 p. 815B est -a placens deo, quando ad corrigendum proficit. *al.*). HIER. in Eph. 4, 26 p. 510B sq. duplex . . . apud philosophos nomen -ae accipitur, vel cum

[Stiewe-Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iniuria lacessiti . . . concitamur vel cum . . . furore restincto potest mens habere iudicium et nihilominus . . . desiderat ultionem (4, 31 p. 516^{B}). Avg. conf. 2, 6, 13 -a vindictam quaerit. epist. 9, 4 -a est . . . turbulentus appetitus auferendi ea, quae facilitatem actionis impediunt. *al.* Salon. in eccles. p. 1004^{B} -a non semper est vitium, sed aliquando est virtus, quando irascimur . . . peccantibus *eqs.* Greg. M. moral. 5, 82 p. 726^{B} alia est -a quam impatientia excitat, alia quam zelus format *eqs.* Boeth. top. Arist. 6, 6 p. 987^{B} -a tristitia est cum opinione parvipendendi (*gr. p. 151^{a}, 15. cf.* 8, 1 p. 995^{B} appetitus . . . poenae propter apparentem parvipensionem [*gr. p. 156^{a}, 32*]). *depingitur -a per comparationem, imaginem* (*προσωποποιίαν v. l. 18. 19*): Lact. inst. 6, 19, 2 *Peripatetici* -am cotem dicunt esse virtutis (*ex Cic., v. p. 368, 74*). Avg. serm. 49, 7, 7 (= Caes. Arel. serm. 221, 4 p. 831, 5sq.) -a festuca est, odium trabes est *eqs.* ([*ad Matth. 7, 3*]. *al.*). 58, 7, 8 p. 397 inveterantur -ae in cordibus vestris, fiunt tot odia, tot trabes, tot scorpii, tot serpentes (315, 6, 9 p. 1430$^{med.}$ frenate -am, quae vos stimulat ad vindictam, -a enim scorpio est). Salv. gub. 3, 12 -a mater est odii (Op. imperf. in Matth. 11 p. 690$^{in.}$ iusta . . . -a mater est disciplinae). Ps. Sen. mor. 31 ministram crudelitatis -am. *libri de -a*: Sen. dial. 3 incipit ad Novatum de -a liber primus (*A*). 4. 5. Hier. in psalm. 2 p. 7, 20 de -a dei . . . Lactantius librum . . . scripsit (Svbscr. Lact. codd. BP de -a divina). Cassian. inst. 8 incipit de spiritu -ae (*A*). Mart. Brac. ira (*tit.*).

B *-a animantium* (*rerumque per translationem*): **1** *hominum* (*animi, partium corporis*): **a** *in universum*: *α nude* (*vel c. gen. subi.*): Naev. *p. 364, 65.* Plavt. Amph. 940 capiunt voluptates, . . . miserias; -ae interveniunt, redeunt . . . in gratiam. Asin. 420 qui . . . me -a incendit (*v. vol. VII 1, 869, 19. cf.* Verg. Aen. 8, 501 accendit . . . -ā. *saepe. sim.* Cic. Tusc. 4, 43 -am . . . incendat [*v. vol. VII 1, 869, 46*]. *cf.* Ov. met. 9, 28 accensae . . . -ae. Lvcan. 3, 133 in -am . . . accensus [Sil. 5, 558]. *al.*). Cas. 628 *Casina* -ā percita (Bell. Afr. 46, 1 Liv. 6, 38, 8. *al. sim.* Rhet. Her. 2, 19, 29 *Aiacem* iniuria lacessitum, -ā exsuscitatum. Cic. de orat. 1, 53 mentibus . . . ad -am . . . incitandis [*cf.* Cvrt. 10, 1, 36 in -am. *al. v. vol. IV 65, 73*]. Verg. Aen. 2, 594 quis indomitas . . . dolor excitat -as? [*v. vol. V 2, 1259, 52. 1261, 29*]. *cf.* 4, 564 -arum concitat aestus. *saepe*). Merc. 848. 938. 962. Mil. 583 consilescunt turbae atque -ae leniunt (*cf. sensu verbi transit.*: Sall. hist. frg. 4, 58 lenitā iam -ā. *al.*). Poen. 813 plumbeas -as gerunt (Pseud. 449 in promptu. *al.*). Truc. 262 *p. 361, 63.* 603. Enn. ann. 512 dictis Romanis incutit -am (*al.*). 513 -arum effunde quadrigas (*cf.* Verg. Aen. 12, 499 habenas. *v. et p. 374, 36*). scaen. 271. Caecil. com. 230 meum cor cumulatur -a. Ter. Andr. 555 amantium -ae (-a *Publil. A 36a*) amoris integratiost. Hec. 253 celare . . . -as. 289. 291. 307 non maxumas quae maxumae sunt interdum -ae iniurias faciunt. 351. 484sq. ne inpulsus -a prave insistas . . . :: quibus -is pulsus (inp- *l. v.*) . . . in illam iniquos sim? (*de plur. v.* Don. *ad l.; cf. p. 362, 32*). 505. 711. 729. 780. 781. Haut. 189 timet . . . patris -am (*al.*). Phorm. 323 in me omnem -am derivem senis. 435. Ad. 312 (*syn. antea*: iracundia). Cato or. frg. 31 utrubi bona utrubi mala gratia capiatur, utrinde -am, utrinde factiones tibi pares (*cf.* Sen. dial. 5, 6, 3 offensa . . ., quae animum in -as paret). Pacvv. trag. 306. Lvcil. 158 *gladiator*: studio atque odio illius eferor -ā ([*antea*: odi hominem, iratus pugno. *cf. aliter p. 364, 48*]. *al.*). 900. Acc. trag. 15 -am infrenes (*cf.* Sen. Med. 866 frenare. *al.*). 387. 450 cor -ā fervit (Afran. com. 128 amens -ā fervere. *al. cf.* Cic. Tusc. 4, 78 dum defervescat -a. Lvcr. 3, 288 *animus* in -a . . . fervescit [*v. et p. 370, 83*]. Hor. sat. 1, 2, 71 conferbuit -a *muttonis [v. p. 362, 34]. saepe*). 468. Cic. Phil. 12, 26 -a dementiaque inflammatus (*al.*). rep. 1, 60 consilio . . . dominante nullum esse libidinibus . . . -ae . . . temeritati locum *in animo*. Tusc. 2, 58 -a (*subi.*) exardescit (*cf.* Att. 2, 19, 5 iis *edictis* ardet dolore et -a . . . Pompeius [*al.*]. Ov. met. 5, 41 indomitas ardescit vulgus in -as [*al.*]). off. 1, 136 -a procul absit, cum qua nihil recte fieri . . . potest (Vlp. dig. 24, 1, 32, 10 divortium faciunt cum -a sui animi et offensa. *saepe*). Tim. 44 -am et metum et reliquos motus animi (*gr. p. 42A θυμόν*). *al.* Lvcr. 5, 1148 acrius ex -a . . . se quisque parabat ulcisci. *al.* Sall. Iug. 64, 5 *Marius* cupidine atque -a, pessumis consultoribus, grassari. *al.* Verg. Aen. 10, 714 iustae quibus est Mezentius -ae (*ad l.* Arvs. gramm. VII 486, 1 -ae mihi est illud, sicut dolori mihi est. Macr. Sat. 6, 6, 9 'odio esse aliquem' usitatum, '-ae esse' inventum Maronis est). *al.* Liv. 5, 41, 4 Galli . . . sine -a, sine ardore animorum ingressi *Romam* (28, 19, 7. *al. pro adi. q. e. ἀόργητος*: Orig. in Matth. 15, 16 p. 395, 16 quomodo *aliquis* fiet statim . . . sine -a? Ignat. Philad. 1, 2). *al. et passim.*

β c. additamentis: Ⓘ *gen. (praeter subi.): obi.*: Sall. epist. Mithr. 3 *te moratur* -a in Tigranem recentis belli (hist. frg. 1, 145 Ov. trist. 2, 47. Liv. 1, 30, 7 ob residuas bellorum -as. 2, 16, 9. 2, 62, 3. *al.*). Verg. Aen. 2, 413 Danai . . . ereptae virginis -ā . . . invadunt (Liv. 37, 51, 6 provinciae). 9, 736 Pandarus . . . mortis fraternae fervidus -ā ([-ae *M^{1}*]. Hor. epist. 2, 2, 207 mortis formidine et -a). Ov. met. 1, 765 Clymene . . . -ā mota . . . dicti sibi criminis. 4, 235 paelicis (*cf.* Val. Max. 9, 13 ext. 3 paelicatus). Liv. 1, 5, 3 ob -am praedae amissae (8, 12, 5 agri). 2, 22, 4 -ā odioque eius (Val. Fl. 4, 742 furentis Bebryciae). 4, 57, 9 ob -am dictatoris creati. 5, 1, 5 repulsae. 5, 33, 3 -ā corruptae uxoris. 8, 29, 13 a vulnerum -ā (Sil. 5, 344. *al.*). 9, 8, 12. 9, 34, 9. 21, 2, 6. *al.* Sil. 12, 271 -as cladum (Tac. ann. 13, 57, 3). Tac. hist. 2, 86, 1 *legiones* dolorem -amque . . . pugnae retinentes. *saepius.* *gen. inhaerentiae*: Stat. Theb. 11, 627 *Oedipus* insumpserat -as mortis et . . . telum . . . quaerebat (*nisi potius iungendum* mortis . . . telum, *cf. Howard, TAPhA 90, 1959, 128 sq.; aliter p. 363, 78*). *gen. gerund.*: Apvl. apol. 28 inde omnis . . . accusationis obeundae -a et rabies . . . exorta est.

Ⓘ *praepp.*: Plavt. Amph. 896 mihi illius -a in hanc *expetet* (Liv. 2, 42, 1. 5, 12, 8. *saepe*). 941 -ae si quae . . . eveniunt huius modi inter eos (Ter. Andr. 552. Hec. 305 -a inter eas intercessit. 310 pueri inter sese quam pro levibus noxiis -as gerunt. 313 Cic. har. resp. 63. *saepe*). Liv. 2, 19, 10 ob erepta bona (*al.*). 3, 66, 4 quidquid -arum simultatiumque cum externis fuerit (Vitae patr. 3, 94 p. 777^{B} *frater* per invidiam semper -am cum eo habuit [*gr. Cot. p. 567^{C} ἐχθραίνων αὐτῷ. ibid.* p. 777^{C} tecum. 7, 10, 1 p. 1033^{B}; *syn.* litem]. *al.*). 4, 30, 12 -ae adversus Veientes (10, 31, 6. 31, 45, 2. 31, 47, 4. 36, 6, 1 [*Polyb. 20, 7, 3 ἀλλοτριότητος*]. Tac. ann. 14, 1, 2. *saepe*). 10, 5, 2 -a a b (*om. PF*) accepta . . . clade (31, 17, 4). *al.*

Ⓘ *structurae c. inf.*: *seq. acc. c. inf.*: Ter. Hec. 562 quam ob rem incendor -ā esse ausam facere haec te. Liv. 5, 45, 6 indignitas atque ex ea -a animos cepit: Etruscisne etiam . . . ludibrio esse clades suas? *a locutione* '-a est' *pendet inf.*: Sen. dial. 3, 15, 2 *non* -a, sed ratio est a sanis inutilia secernere. *inf. finalis* (*more graeco*): Verg. Aen. 2, 575 (*interpol.?*) subit -a cadentem ulcisci patriam.

b *usu peculiari*: *α i. q. pars animi in doctrina Platonica* (*cf. Plato rep. 9 p. 572A τὸ θυμοειδές . . ., ὀργάς . . ., θυμῷ. sim. et p. 363, 59. 64*): Cic. ac. 2, 124 trisne partes habeat *animus*, ut Platoni placuit, rationis, -ae, cupiditatis. Tusc. 1, 20 -am in pectore . . . locavit *Plato*. 1, 80 in quibus *partibus* aegritudines, -ae libidinesque versentur. 4, 10. div. 1, 61 in qua *parte* -arum existit ardor. Chalc. comm. 183 (*ex Eurip. Med. 1079 θυμός*) vincit -a sanitatem pectoris. 187 vitiosae . . . partes animi, quae *rationi* subtexuntur, -a est et cupiditas ([*syn.* iracundia]. Avg. civ. 14, 19 p. 42, 12 D. illi philosophi, qui veritati propius accesserunt, -am atque libidinem vitiosas animi partes esse confessi sunt). *al. cf.* Firm. err. 5, 3 *Porphyrii (?) sectatores* unam partem *divinitatis Mithriacae tripertitae* capiti[s] adsignant, ut hominis -am quodammodo tenere videatur (5, 4 mens . . ., -a . . ., libido: animam separatio ista dissolvit). *cf. et p. 368, 72. 371, 61. 74. 372, 14.* *β in arte rhet. de affectu, quem orator in dicendo profert* (*aliter de commotione audientium e. g. p. 363, 33*): Sen. Herc. f. 173 hic clamosi . . . fori iurgia vendens improbus -as et verba locat (Qverol. p. 18, 12 R. vende vocem, vende linguam, -as atque odium loca). Qvint. inst. 6, 2, 20 *πάθος* tragoediae . . . simile (*cf.* Ov. rem. 375): haec pars circa -am odium metum invidiam miserationem . . . versatur. Macr. Sat. 4, 6, 15 hyperbole . . ., per quam exprimitur -a vel misericordia. Mart. Cap. 5, 505 -a . . . vehementer animos turbat, ut cum exaggerat Tullius *eqs. al.* *γ in certaminibus, ludis (cf. p. 363, 52), fere i. q. ardor certantium* ([*spectatorum l. 53*]. *sc. per similitudinem proelii, quod inter hostes -a vera geritur*): Stat. Theb. 4, 229 deus . . . viros in pulvere crudo . . . alit nudaeque modos virtutis et -as ingenerat. 6, 745 *Pollux puerum* simili stantem miratus in -a. silv. 3, 1, 44 gymnas et insontes iuvenum sine caestibus -ae. Clavd. 20, 358 magna confligitur -a, quis melius . . . puer . . . membra rotet. *v. et p. 365, 57.* *δ de furore sacerdotum sim.*: Val. Fl. 7, 636 ubi attonitos maestae Phrygas annua Matris -a vel exsectos lacerat Bellona comatos. Sil. 1, 101 non ille euhantis Massylae (*sc. inferos cientis*) palluit -as. *ε de eis, quae -am exprimunt: fere i. q. verba irata*: Val. Fl. 3, 696 et gemitus et inanes . . . -as fundere. 7, 34 *Aeetes* prosilit *in* ora viri talique effunditur -a: *eqs.* Theod. Mops. in psalm. 34, 20 p. 189, 18 'in iracundia terrae loquentes' (*Vulg.*) pro eo ut diceret: super terram positi -am loquebantur. *-a exstat in vultu*: Clavd. 26, 376 frons laeta parum . . ., mixta sed nobilis -a.

2 *-a potestatum supernarum vel infernarum* (*de re v. Pohlenz, Vom Zorne Gottes, Göttingen 1909. hic illic transit in notionem q. e. ultio, castigatio, cf. p. 365, 75 sqq.*): **a** *gentilium*: Naev. trag. 36 cave sis tuam contendas -am contra cum -a Liberi (*al.*). Cic. har. resp. 39 graviores deorum immortalium -as subire (Mil. 86 leg. 2, 22. *al.* Verg. Aen. 8, 40 deum. *saepe. dub., gen. subi. an obi. agnoscendus sit* Verg. Aen. 4, 178 Terra parens -ā inritata deorum [Serv. *ad l.* amphibolon est, utrum sua -a propter extinctos gigantas an -a deorum . . ., quae extinxerat gigantas. Schol. Verg. Veron. *ad l.* in deos]). leg. 2, 21 divorum. *al.* Catvll. 64, 194 Eumenides, quibus . . . frons expirantīs praeportat pectoris -as. 68, 139 Iuno . . . coniugis in culpa flagrantem concoquit -am ([*v. app. cr.*]. *saepe*). Lvcr. 5, 399 *Iuppiter* -ā . . . percitus acri (*saepe*). 6, 74. 6, 753 -as Palladis acris (*al.*). Verg. georg. 4, 453 numinis (*saepe*). Aen. 1, 11 tantaene animis caelestibus -ae? *et passim.* *a philosophis negatur -a dei, sed daemones (l. 84) -a incitari dicuntur*: Cic. nat. deor. 1, 45 quod beatum aeternumque sit, id . . . neque -a neque gratia teneri ([*Epicur. rat. sent. 1 οὔτε ὀργαῖς οὔτε χάρισι συνέχεται*]. *ibid.* a beata . . . natura et -am et gratiam segregari. Lvcr. 1, 49 [= 2, 651] *divum natura* nec bene promeritis capitur neque tangitur -a. Lact. inst. 3, 17, 42. *al.*). off. 3, 104 *ius iurandum* non ad -am deorum, quae nulla est, . . . pertinet. Lvcr. 6, 72. Apvl. Socr. 13 p. 147 *daemones* pati possunt . . ., ut et -a inci-

[Stiewe-Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tentur et misericordia flectantur *eqs.* ARNOB. nat. 4, 37 p. 171, 23. 6, 2 p. 215, 2 non -a effervere. *al.* LACT. ira 5, 1 sqq. *Stoici* aiunt gratiam in deo esse, -am non esse . . .; -am enim commotionem mentis esse ac perturbationem, quae sit a deo aliena *eqs. al. v. et p. 369, 56.*

b *in religione Christiana:* **α** *dei:* ① *explicatur, qualis -a sit in deo impassibili (v. et p. 366, 20):* TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 357, 24 *deus adhibet* -am propter scelestos et bilem propter ingratos *eqs.*; quae omnia patitur suo more, quo eum pati condecet. HIER. hom. Orig. in Ezech. 1, 2 p. 321, 23 sqq. sit . . . aliquis, qui ipso nomine -ae offensus criminetur eam in deo; cui respondebimus non tam -am esse -am dei quam necessariam dispensationem: . . . opus *est* -ae dei, ut arguat, ut corrigat *eqs.* (*cf.* in psalm. 2 p. 7, 22 sqq. correptionem, ut patris in filium . . ., -am autem patientibus videri, non quod deus emendet iratus *eqs.*). 10, 2 p. 420, 1. in psalm. 57 p. 51, 13 non iratus, sed quasi iratus; non est quippe dei -a, sed emendatio. in Zach. 1, 2 p. 1420^{B}. *al.* RVFIN. Orig. in iud. 2, 4 p. 477, 26 sqq. *deum,* in quo . . . -ae nullus affectus est, . . . ad iracundiam provocare . . .: verum ille . . . *numquam* -ae turbatur affectibus, ego autem per ea, quae delinquo, -am mihi ipse conscisco. princ. 2, 4, 4 p. 132, 6 cum de -a dei legimus, non secundum litteram quae dicuntur advertimus, sed spiritalem intellectum requirimus *eqs.* AVG. in psalm. 105, 32 p. 1415$^{med.}$ perturbatio non cadit in deum . . ., potentia vindicandi hoc nomen (*sc.* -*ae*) accepit. *al.* CONSVLT. Zacch. 1, 16 p. 19, 25 -a non passibilem *deum* significat, sed improbantem. CASSIAN. inst. 8, 4, 3 de -a dei vel furore cum legimus, non *ἀνθρωποπαθῶς* . . . sentire debemus. *al.*

② *loci selecti:* ITALA num. 11, 1 (Lugd.) audivit dominus et exacerbatus est in -a (*ἐθυμώθη ὀργῇ, Vulg.* iratus est). 11, 10 (Lugd.). 22, 22 (Lugd.); *ὠργίσθη θυμῷ, Vulg.* iratus est. deut. 32, 21 (Lugd.) ipsi in zelum conpulerunt me . . ., in -a conpulerunt me in idolis suis (*παρώργισάν με, Vulg.* irritaverunt). iud. 20, 28 (Lugd.) indignatio et -a . . . in Istrahel ([*gr. et Vulg. aliter*]. *al.*). psalm. 87, 8 (Sangall.) in me confirmata est -a tua (*θυμός, cf.* AVG. in psalm. 87, 7 p. 1113$^{in.}$ 'indignatio tua' vel sicut alii codices habent '-a tua' vel sicut alii 'furor tuus' [*Vulg.*]). *et passim. in certa locutione (cf. et p. 366, 47 sqq.):* VVLG. psalm. 37, 4 non est sanitas carni meae a facie -ae tuae ([*ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς σου*]. 101, 11. *v. et p. 367, 6). i. q. potestas ultrix exiens a deo:* VVLG. exod. 15, 7 misisti -am tuam, quae devoravit *adversarios* . . . ut stipulam (*ad l. cf.* VEREC. in cant. 1, 8 p. 5^{a} -am hic exsecutores angelos cognoscamus, qui sunt ultionem ab Aegyptiis consecuti [*sim. metonymice l. 76. p. 366, 50*]. *al.*). num. 16, 46 egressa est -a a domino. I par. 27, 24. *al.*

β *diaboli (cf. p. 366, 50), angelorum sim. (cf. l. 39):* VVLG. apoc. 12, 12 vae terrae et mari, quia descendit diabolus ad vos habens -am magnam (*θυμόν*). AVG. in psalm. 7, 12 p. 105$^{med.}$ significantius . . . dicitur '-am adducens' (ITALA psalm. 7, 12) quam 'irascens' . . ., ut non sit in ipso *deo* -a, qua punit, sed in animis eorum ministrorum, qui praeceptis veritatis obtemperant, per quos iubetur etiam inferioribus ministeriis, qui vocantur angeli iracundiae, ad punienda peccata. in Iob p. 622, 28 '*spiritalia nequitiae*' (*Eph. 6, 12*), quorum persequentium -as aut insidias patitur.

3 *-a bestiarum:* LVCR. 3, 298 nec capere -arum fluctus in pectore possunt *leones* (*saepe*). 3, 303 nec nimis -ai (-a *OQ*) fax . . . subdita percit *boves* (*al.*). VERG. georg. 4, 236 *apibus* -a modum supra est (Aen. 12, 590. *al.*). Aen. 2, 381 *anguem* attollentem -as et . . . colla tumentem (*cf.* 7, 755. *al*). 9, 62. OV. ars 2, 373 *non* aper media tam saevus in -a est (*al.*). *et passim. de ardore certaminis (cf. p. 364, 48):* GRATT. 520 *equus cursando* eluctabitur -am (STAT. Theb. 6, 399 conpressae transfumat anhelitus -ae).

4 *-a rerum (saepe per προσωποποιΐαν, frequentius ap. poetas):* LVCR. 1, 723 Aetnaea minantur murmura flammarum rursum se colligere -as (*cf.* STAT. silv. 4, 4, 79). VERG. Aen. 1, 57 *Aeolus* temperat -as *ventorum* (*saepe*). 8, 432 *in fulmine formando Cyclopes* miscebant . . . flammis . . . sequacibus -as (*al.*). OV. epist. 17, 203 mare finiat -am (*saepe*). GRATT. 418 morbi (*al.*). SIL. 7, 344 renovant tela . . . et dant mucronibus -as (STAT. Ach. 1, 435). *saepe. aliter -a hominum rebus adscribitur:* CIC. Marcell. 17 *cives* Martis vis perculit, non -a victoriae. Tusc. 4, 43 -ā excanduit fortitudo. *al.*

C *-a dea, daemon sim.:* **1** *plur.:* VERG. Aen. 12, 336 -ae Insidiaeque, dei *Martis* comitatus (SIL. 4, 437 STAT. Theb. 7, 48). VAL. FL. 2, 205 Pavor et . . . Discordia . . . atraeque genis pallentibus -ae *eqs.* 5, 146 STAT. Theb. 2, 287 CLAVD. 10, 79. **2** *sg.:* SEN. Herc. f. 75 perge, -a, perge *eqs.* Med. 953. dial. 4, 35, 5 talem nobis -am figuremus: flamma lumina ardentia *eqs.* 5, 3, 6 VAL. FL. 5, 137 SIL. 2, 672. STAT. Theb. 3, 424 Furor -aque (4, 661. 9, 833). *al.*

II *spectatur* ***effectus*** *-ae in eis, qui -a (sc. aliorum)* ***premuntur****, -am* ***patiuntur:*** **A** *metonymice de eis, qui ultionis divinae exactores homines premunt:* VERG. Aen. 3, 215 *non Harpyiis* saevior ulla pestis et -a deum Stygiis sese extulit undis (VAL. FL. 4, 428 Harpyiae . . ., -a tonantis [*cf. et p. 366, 5 sq.*]. 4, 521 famulas . . . Iovis, quas . . . magnas sibi legit in -as). VAL. FL. 1, 683 ingens -a deum . . . Sirius. *cf. et l. 37 sqq. p. 366, 50.*

B *fere i. q. invidia, odium, poena sim.:* **1** *in universum:* VERG. Aen. 3, 366 Celaeno . . . tristīs denuntiat -as (SERV. *ad l.*: deorum scilicet propter iniurias suas). LIV. 2, 61, 3 *Appius* invisus plebi reus . . . plenus suarum, plenus paternarum -arum (*i. et in se et in patrem*). GRATT. 455 *sceleratus* discet commissa quantum deus ultor in -a . . . valeat (*i. 'quae flagitiis commissis provocata est' Enk*). CVRT. 10, 1, 6 recidisse -am in -ae ministros. VAL. FL. 2, 362 flagitat -as in populos Astraea Iovem. 4, 473 (*loquitur Phineus*) te . . ., quae nunc premis, -a tonantis (*cf. p. 365, 79*). 4, 483. 7, 149 *Oresten* horrisoni quatit -a flagelli. SIL. 6, 287 quanta . . . supplicia et qualis exhausimus -as. STAT. Theb. 5, 133 hos deus ultor in -as adportat. 5, 689 ausis sera quidem manet -a tamen. QVINT. decl. 321 p. 260, 19 nullis suppliciis, nullis poenis, nulla me omnium hominum -a posse pensare, si feci. EPIST. Alex. l. 280 H. ne *deorum* -a nos premeret (FIRM. math. 3, 2, 19 *Saturnus* faciet -as deorum, imperatorum odia. *al.*). DAMIG. lapid. 4 p. 167, 14 omnes -as effugies et naufragio facto enatabis. *al.* SIDON. epist. 3, 4, 1 suspecti Burgundionibus, proximi Gotis, nec impugnantum -a nec propugnantum caremus invidia. *al. nota de -a legum:* AMBR. in psalm. 37, 19, 3 *dicimus* de quoquam punito, quia -am incidit legum, non quia legum -am, sed quia legum severitatem incidit, . . . lex enim nescit irasci.

2 *in sermone Christ. per hebraismum, fere i. q. ultio, castigatio:* **a** *dei:* **α** *explicatur, definitur:* CYPR. epist. 59, 3 p. 681, 12 -a est dei non intellegere delicta, ne sequatur poenitentia. HIL. in psalm. 2, 17 p. 49, 6 sqq. ultio *sceleratis* constituta -a esse dei creditur, non quia . . . dei . . . natura motu impetus turbidi incalescat, sed quod ille . . . sentiat sibi *deum* . . . iratum: poena enim patientis -a esse creditur decernentis *eqs.* AMBR. in psalm. 37, 19, 2 *deus* quia vindicat, videtur irasci; . . . vindictam . . . -am esse supra diximus (37, 19, 3 [*ad psalm. 77, 49*]. AVG. enchir. 10, 33 ex humanis motibus translato vocabulo vindicta *dei* . . . -ae nomen accepit. quaest. Simpl. 2, 2, 3 p. 140$^{fin.}$ *v. et l. 39*). HIER. hom. Orig. in Ier. 2,5 p. 294, 23 sq. non . . . deus peccatores punit iratus, sed . . . magna -a est a deo tormenta non perpeti: qui enim punitur, etiamsi ab ea quae vocatur dei -a corripitur, ad hoc punitur, ut emendetur. RVFIN. Orig. in Rom. 2, 6 p. 885^{B} ipse qui ex peccati conscientia animae incutitur cruciatus -a *appellatur.* AVG. civ. 15, 25 p. 113, 29 D. -a dei non perturbatio animi eius est, sed iudicium, quo inrogatur poena peccato. 21, 18 p. 523, 6. 21, 24 p. 532, 18 -a . . . dei est etiam ista vita mortalis, ubi homo vanitati similis factus est. enchir. 29, 112 damnatio: haec . . . vocatur -a dei. *al.* EVCHER. instr. 1 p. 88, 23 scripturae consuetudo est, ut -a pro ultione ponatur; est enim -a secundum hominem, vindicta secundum deum. *al. cf. e. g. p. 365, 11. 19.*

β *exempla selecta:* TERT. resurr. 26 p. 62, 8 si quid -ae vel gratiae in terram deus statuit. *al.* ITALA lev. 10, 6 (Hier. epist. 39, 4, 7) ne . . . super omnem synagogam veniat -a ([*θυμός, Vulg.* indignatio]. *al.*). *al.* CYPR. Demetr. 23 p. 368, 2 esse hanc -am dei, hanc esse censuram. epist. 55, 23 p. 641, 18 qui pervicax . . . est, -am sibi et poenam iudicii venientis exaggerat (*cf. vol. V 2, 1147, 51*). 59, 13 p. 682, 4. *al.* VVLG. Luc. 21, 23 Rom. 3, 5. 13, 4. *al. certae locutiones:* VVLG. psalm. 109, 5 in die -ae (Rom. 2, 5 apoc. 6, 17. *al.*). Rom. 9, 22 vasa -ae (*al.; aliter* Ier. 50, 25). Eph. 2, 3 eramus natura filii -ae (*metonymice -a accipitur de diabolo* [*cf. meton. p. 365, 39. 76*]: MAR. VICTORIN. in Eph. 2, 3 p. 1254^{D} filii . . . non dei, sed -ae; ipse enim adversarius, qui est -a, nos . . . sibi vindicaverat [*cf. Pohlenz, Vom Zorne Gottes, p. 120*]. HIER. in Eph. 2, 1 sqq. p. 467^{C} -ae filios . . . ut filios diaboli. *al. de diversis ap. eccl. explicationibus v. J. Mehlmann, Analecta biblica 6, 1957, passim*).

b *hominis:* CE 1374, 7 (*post a. 532*) *Bonifatius papa* -am supplicibus humili de corde remisit (*ad rem cf. Harnack, SBBerlin 1924, 36*).

appendix *rerum notabilium:* **1** *designatur -a (fere dei; hominum l. 72) sub imag. rerum (cf. p. 363, 11): ignis:* ITALA Ier. 4, 4 (Cypr. testim. 1, 8 p. 45, 13) ne exeat sicut ignis -a mea et exurat ([*θυμός, Vulg.* indignatio]. VVLG. psalm. 88, 47 exardescet). VVLG. Ezech. 22, 31 in igne -ae meae consumpsi eos (38, 19 locutus sum). *al. liquorum:* ITALA apoc. 15, 7 (cod. g. *al.*) septem fialas . . . plenas -ae dei ([*θυμοῦ, Vulg. v. p. 369, 69*]. VVLG. apoc. 16, 1). PS. PHILO antiq. 7, 4 fontes -ae meae (*syn.* aqua comminationis). VVLG. Is. 51, 17 bibisti de manu domini calicem -ae eius (apoc. 14, 10). Os. 5, 10 super eos effundam quasi aquam -am meam. Mich. 6, 10. apoc. 14, 8 *Babylon* a vino -ae fornicationis suae potionavit . . . gentes ([*θυμοῦ*]. 14, 10. 18, 3. *v. et p. 367, 20. 24*). 14, 19 in lacum -ae dei magnum (*θυμοῦ*). *al. virgae:* VVLG. prov. 22, 8 qui seminat iniquitatem, metet mala et virga -ae suae consummabitur. *lanceae:* VVLG. sap. 5, 21 *deus* acuet . . . duram -am in lanceam. *cibi:* RVFIN. Orig. in gen. 1, 17 p. 21, 10 iste . . . cibus -ae terrenus noster fit cibus *eqs.*

2 *locutiones per gen. identitatis (in sacra scriptura et apud eccl. secundum hebr.; paulo aliter apud gentiles p. 367, 14. 16. 17):* **a** *ad notionem capitis I:* **α** *-a alicuius rei:* -a animationis: ITALA num. 12, 9 (Aug. loc. hept. 4, 33 p. 586, 15) -a a. domini super eos ([*ὀργὴ θυμοῦ, Vulg.* iratus]. Is. 42, 25 [Cypr. laps. 21 p. 253, 7] superduxit super eos -am a. suae [*ὀργὴν θυμοῦ, Vulg.* indignationem furoris]). -a animositatis: ITALA exod. 32, 12 (Monac.) desine ab -a a. tuae (*τῆς ὀργῆς τοῦ θυμοῦ*, VVLG. quiescat -a tua). -a animi: ITALA num. 12, 9 (Lugd.) -a a. domini erat super

[Stiewe-Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ipsos (*ὀργὴ θυμοῦ, Vulg.* iratus). -a fellis: PRVD. perist. 10, 867. -a furoris: ITALA num. 25, 4 (Rufin. Orig. in num. 20, 4 p. 196, 11) avertetur -a f. domini ab Istrahel (*ὀργὴ θυμοῦ, Vulg.* furor). Os. 11, 9 (Hier. *ad l.* p. 919^{B}) non faciam iuxta -am f. mei (*τὴν ὀργὴν τοῦ θυμοῦ, Vulg. v. l. 20. cf. l. 7*). VVLG. deut. 13, 17. 29, 24 Iob 20, 23. Is. 13, 13 diem -ae f. eius (*al.*). Ier. 4, 26 a facie -ae f. eius (*al.*). *saepe.* VICT. VIT. 1, 6. *al.* -a indignationis: ITALA Os. 11, 9 (Cypr. testim. 2, 6 p. 69, 15). *al.* CYPR. laps. 7 p. 241, 27 -am divinae i. ostendens (POMER. 2, 7, 3 p. 452^{A}). VVLG. psalm. 77, 49 *deus* misit in eos -am i. suae, indignationem et -am et tribulationem (*ὀργὴν θυμοῦ*). 84, 4 Ier. 30, 24 thren. 4, 11 I Macc. 2, 49 (*ὀργὴ θυμοῦ*). SACR. Greg. 201, 4. *al.* CASSIOD. hist. 6, 40, 6. *al.* -a invidiae: RVFIN. Orig. in gen. 1, 17 p. 21, 16. -a murmurationis: GREG. M. in Ezech. 1, 1, 18 p. 794^{D}. saevitiae -a: PALLAD. 4, 12, 3 quae res . . . *in bubus* totius saevitiae -am resolvet. *β aliqua res* -ae: furor -ae (-ae furor): SEN. dial. 4, 36, 5 multi . . . continuaverunt -ae furorem. SIL. 4, 528 *caedes* Tyriae furor edidit -ae. ITALA Is. 26, 20 (Rufin. Orig. in gen. 2, 3 p. 30, 25) donec transeat f. -ae meae (*Vulg.* indignatio). VVLG. II par. 29, 10. psalm. 68, 25 (*ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς*). Os. 11, 9 Ion. 3, 9. apoc. 19, 15 torcular vini furoris -ae dei (*τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς*). *al.* indignatio -ae: ITALA deut. 13, 17 (Cypr. Fort. 5 p. 326, 1. *al.*) avertatur dominus ab i. -ae suae (*gr. 18 θυμοῦ τῆς ὀργῆς*, VVLG. -a furoris). Ios. 7, 26 (Lugd.). VVLG. apoc. 16, 19 calicem vini i. -ae eius (*τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς*). iracundia -ae: ITALA num. 25, 4 (Lugd.) avertetur iracundia -ae ab Istrahel (*ὀργὴ θυμοῦ*). b *ad notionem capitis II*: CYPR. sent. episc. 10 p. 442, 9 *haeretici* habebant . . . damnationis -am et erroris offecturam. VICTORIN. POETOV. in apoc. 8, 3 magnam plagarum -am imminere. DRAC. laud. dei 1, 691 *deus* nulla virtute minor nisi verberis -a. ARATOR act. 2, 993 poenarum . . . graves evolvere versibus -as.

3 *in figuris*: **a** *etym.*: irasci (iratus) -ā (in -a): ITALA exod. 32, 10 (Lugd.) iratus -a in eis (*θυμωθεὶς ὀργῇ, Vulg.* ut irascatur furor). 32, 11 (Lugd.) -a irasceris in populum (*θυμοῖ ὀ., Vulg.* irascitur furor). iud. 10, 7 (Lugd.) iratus est in -a dominus (*ἐθυμώθη ὀ., Vulg.* iratus). 14, 19 (Lugd.). Zach. 1, 2 (Ps. Ambr. paenit. 25 p. 998^{D}) iratus est dominus ad patres . . . -a magna (*ὠργίσθη . . . ὀργήν, Vulg.* iratus est . . . iracundia). *al. cf. p. 370, 15.* -a – iracundia: VVLG. Bar. 4, 6 in -a ad iracundiam provocastis deum (*παροργίσαι*). **b** furiari -a: ITALA iud. 9, 30 (Lugd.) Zebul . . . furiatus est -a (*ἐθυμώθη ὀργῇ, Vulg.* iratus est valde). **c** indignari -a (in -a): ITALA Ios. 7, 1 (Lugd.) indignatus est in -a dominus filiis Istrahel (*ἐθυμώθη . . . ὀργῇ, Vulg.* iratus est). Iudith 1, 12 (Corb.) indignatus est -a . . . rex ad omnem terram . . . valde (*ἐθυμώθη*, -a *om. Vulg.*). **d** insanire in -a: *v. vol. VII 1, 1832, 19.*

4 *c. -a iunguntur adi.* (*afferuntur significantiora*): acerba: *v. p. 362, 50.* acris: *v. p. 364, 75 (bis). saepe.* alta: SEN. dial. 3, 4, 3. amens: SEN. dial. 3, 12, 5. 5, 39, 2. ardens: VAL. FL. 4, 3. 8, 87. *al.* atrox: LIV. 2, 51, 6. 8, 33, 17. bellica: SERV. Aen. 10, 758. blanda: STAT. Theb. 10, 836. brevis: OV. Pont. 2, 5, 11. *saepe.* caeca: OV. am. 1, 7, 44 VAL. FL. 6, 422. caelestis: LIV. 2, 36, 6. *saepe.* calida: LVCAN. 2, 493. *al.* capitalis: HOR. sat. 1, 7, 13. cassa: VAL. FL. 6, 556 SIL. 7, 123. crudelis: LIV. 28, 20, 6. *al.* divina: TERT. scorp. 3 p. 151, 19. *al. v. et p. 363, 22.* diutina: LIV. 6, 42, 12. diuturna: LIV. 2, 42, 1. *al.* exsistens: *v. p. 362, 46.* facilis: LVCAN. 1, 173. *al.* feminea: VERG. Aen. 7, 345 PROP. 2, 9, 35. ferox: OV. met. 11, 323. *al.* flagrans: *v. p. 364, 73. al.* frequens: SEN. dial. 3, 4, 3. 4, 6, 3. gravis: HOR. carm. 3, 3, 31. *saepe. v. et p. 364, 67.* hostilis: TAC. ann. 14, 38, 3. humana: LIV. 8, 24, 15. *al.* immanis: VERG. Aen. 9, 694. *al.* implacabilis: CVLEX 238 OV. Pont. 3, 3, 63. impotens: LIV. 31, 24, 18. 39, 4, 5. inanis: VERG. Aen. 10, 758. *v. et p. 364, 58.* inconsulta: LIV. 42, 54, 5. *al.* indomita: *v. p. 363, 35. 61. al.* ingens: *v. p. 362, 68. 365, 80. saepe.* iniqua: OV. epist. 9, 45 met. 5, 245. *al.* interna: AMM. 22, 14, 2. inveterata: *v. p. 362, 47. al.* iusta: PLAVT. Truc. 192 (*v. app. cr.*). *saepe. v. et p. 363, 18. 67.* latitans: SEN. dial. 5, 13, 3. lenis: OV. trist. 4, 4, 48. *al.* lenta: OV. epist. 3, 22. *al.* levis: OV. Pont. 1, 10, 20. *al.* magna: *v. p. 363, 44. 364, 53. 365, 44. 366, 30. saepe.* memor: VERG. Aen. 1, 4. *inde saepe.* merita: VERG. Aen. 8, 501. *al.* mitis: OV. trist. 1, 2, 61. *al.* mollis: OV. trist. 1, 5, 84. *al.* nascens: *v. p. 362, 46.* naturalis: CIC. Tusc. 4, 79 SEN. dial. 3, 6, 5. *al.* nobilis: LVCAN. 3, 614. 6, 487. novercalis: AVIEN. Arat. 380. placabilis: OV. met. 10, 399. *al.* plumbea: *v. p. 363, 38.* praeceps: SEN. Phaedr. 541. *saepe.* publica: OV. Pont. 4, 14, 16. *al.* rabida: OV. met. 7, 413. *al.* recens: CIC. part. 112. *saepe.* saeva: VERG. Aen. 10, 813 PROP. 1, 18, 14. *saepe. v. et p. 365, 78.* sera: *v. p. 366, 8.* subita: OV. met. 9, 574. *saepe.* surda: SEN. dial. 5, 39, 2. tacita: OV. met. 6, 623. *saepe.* tristis: CIC. carm. frg. 27 (Tusc. 3, 18) 1 VERG. ecl. 2, 14. *saepe. v. et p. 365, 83.* tumida: OV. epist. 11, 15. *al.* vetus: OV. met. 14, 582. *saepe.* utilis: PROP. 4, 5, 31 SEN. dial. 3, 5, 1. *al.*

deriv.: iratus (irascor), iror.

īrācundē *v. p. 371, 28.* *Stiewe-Hi.*

***īrācundia**, -ae *f. ab* iracundus. *de orig.*: PAVL. FEST. p. 106, 6 -a dicta, quod iram incendat. *scrib.*: -ond-: CIC. Att. 8, 15, 2 (*l. v., item* 8, 16, 2. *al.*). *al.* -unt-: BASIL. ad fil. p. 38, 10 (*B*). *al.* *formae pl.: v. p. 369, 11. 50. 52 sq.* *gen.* -arum *non occurrit.* NOT. Tir. 43, 3.

de notione: CIC. rep. 1, 60 Archytas -am videlicet dissidentem a ratione seditionem quandam animi esse . . . ducebat atque eam consilio sedari volebat. Tusc. 3, 11 -a libidinis est pars; sic enim definitur: -a ulciscendi libido (*cf. Aristot. rhet. 2, 2 p. 1378^{a}, 31 ἔστω . . . ὀργὴ ὄρεξις . . . τιμωρίας φαινομένης διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν eqs.; Chrysipp. [v. p. 362, 43]. hinc pendent*: CIC. de orat. 1, 220 quid esset -a, fervorne mentis an cupiditas puniendi doloris. SEN. dial. 4, 22, 2 causa . . . -ae opinio iniuriae est. *v. etiam l. 67*). 4, 27 -*a* ab ira differt, estque aliud iracundum esse, aliud iratum, ut differt anxietas ab angore (*sim. distinguuntur*: SEN. dial. 3, 4, 1. MAR. VICTORIN. rhet. 2, 5 p. 263, 6 -a perpetua est, ira ad tempus suscipitur. DON. *l. 51. 55 sq.* SCHOL. Ter. p. 144, 1 ISID. diff. 1, 301 diff. app. 25 DIFF. Suet. p. 274, 8 gramm. suppl. 278, 19. *al. cf. et l. 17; aliter p. 369, 26*). SVET. Claud. 38, 1 irae atque -ae conscius sibi utramque excusavit edicto distinxitque *Claudius*, pollicitus alteram quidem brevem et innoxiam, alteram non iniustam fore. CHAR. gramm. p. 454, 18 B. -a *χόλος*. SYNON. Cic. p. 430, 15 -a. indignatio. cogitatio animi, item accensio. OP. imperf. in Matth. 11 p. 690$^{med.}$ -a . . . proprie intellegitur commotio passionis (*syn.* ira). GLOSS. II 386, 22 *ὀργή* ira -a. GLOSS. *μῆνις. ὀργὴ ἐπίμονος. χόλος. al.* *gr. resp. vel ὀργή vel θυμός saepe* (*ἐγκότησις*: HIER. in Os. 9, 7 p. 894^{B}. *μηνίαμα*: VVLG. Sirach 40, 4. *μῆνις*: FVLG. Virg. cont. p. 89, 1. *v. etiam l. 41. p. 369, 33*). *in interpretationibus -a ponitur: eo loco, ubi ὀργή non iram, sed dispositionem mentis, ingenium designat*: HIPPOCR. aer. 16 de quibus -a⟨m⟩ convenit efferari et inconsideratum et fervidum retinere magis. *pro 'ira' ab eodem interprete accipitur* 5 homines sine -a. *eo loco, ubi in textu hebr. 'nares' significantur* (*cf. p. 362, 15 sqq.*): ITALA exod. 15, 8 (Verec. in cant. 1, 9) per spiritum -ae tuae (*gr. et Vulg. v. p. 362, 19*). *legitur inde a* PLAVTO; *ap. poetas non nisi ap. scaen. usque ad* PVBLIL. (*cf. p. 362, 24*) *et* CIC. carm. frg. 31 (Tusc. 3, 76), *non* SEN. trag. [*port. vet.* rigonha. *R.*]

[*confund. in codd. e. g. c.*: iniuria: TER. Ad. 148 -am (*E, falso*). ira: SCHOL. Hor. carm. 1, 16, 25. *saepe.* iracundus: NON. p. 233, 19. *saepe.* verecundia: PVBLIL. G 2.]

I *respicitur* ***perturbatio animi irati*** (*transfertur ad linguam l. 81; os p. 369, 64. 83; res p. 369, 84. nota metonymice de actione p. 369, 28; de dictis p. 369, 42 sqq.; de statua iracundi hominis l. 80. per προσωποποιίαν e. g.* HERM. vulg. *et* Pal. sim. 9, 15, 3 [*gr.* *Ὀξυχολία*]. *v. et l. 65. p. 369, 24*): **A** *-a hominum*: **1** *in universum: i. q. affectus irascendi, ὀργή, ira* (ira *syn. in contextu e. g. l. 53. 77. p. 369, 34; in versionibus Italae et Vulg. modo* ira *modo* -a *isdem locis ponitur; commentatores per* -am *reddunt voc. q. e.* ira *e. g. p. 369, 55. 58. 60*) *vel sensu coartato i. q. vitium eius, qui facile irascitur, ὀργίλότης* (*cf. l. 11 sqq.; sic e. g. l. 51. 55. 79. p. 369, 79; sed plerumque distinctio vix apparet*): **a** *nude vel c. gen. subi.*: PLAVT. Asin. 451 non . . . te provideram, . . . ita -a obstitit oculis. Curc. 533 *v. p. 370, 15.* TER. Haut. 920 prae -a . . . non sum apud me. Phorm. 185 remedium . . . -ae. 189 senis essem ultus -am (DON. *ad l.* non 'iram', sed '-am' dicturus erat, nam ira de causa est, -a de moribus). Ad. 146 si augeam aut etiam adiutor sim eius -ae (*al.*). 310 ardeo -a ([*seq.* iram hanc]. *al. cf.* CIC. Verr. II 2, 48 exarsit -a ac stomacho. *al.*). 755 omitte . . . tuam istanc -am (DON. *ad l.* bene '-am', nam ira de causa est, -a de vitio multum irascentis). 794 reprime -am ([DON. *ad l. ut supra l. 51*]. PACVV. trag. 386 incicorem -am. *al. cf.* CIC. part. 67 comprimenda. *al.*). ACC. trag. 2 cum fervat pectus -ae (*cf.* CIC. Brut. 246 effervescens in dicendo stomacho . . . -āque. *al.*). RHET. Her. 2, 16, 24 propter . . . amorem aut -am (*v. et l. 60.* CAEL. Cic. fam. 8, 17, 1). 2, 25, 39 -ā deductus . . . aut amore (*cf.* CIC. ad Q. fr. 1, 3, 1 adductus. *sim.* RHET. Her. 3, 13, 23 *oratio* in -am inducit . . . auditoris animum [3, 13, 24 ad -am adducit. *al.*]). 4, 37, 49 *laus* ab -a et molestia removeat *auditores*. 4, 52, 65 -am *meam* satura tuo sanguine (*cf.* PETRON. 97, 9 satia -am). CIC. Verr. II 2, 92 -ā furere. Flacc. 6 -ae vox aut doloris (de orat. 3, 217 aliud . . . vocis genus -a sibi sumat). dom. 88 populus . . . incitatus -a (*cf.* de orat. 2, 208 in -a vel excitanda vel sedanda. SEN. dial. 4, 31, 1 *duo* quae -am concitent: primum si iniuriam videmur accepisse, . . . deinde si inique accepisse. *al.*). Sest. 4 -a . . . inflammata . . . scelere (*cf.* Tusc. 4,50 -ā . . . inflammatum [*al.*]). har. resp. 3 dolore me elatum et -a (de orat. 2, 305. *al.* HIRT. Gall. 8, 19, 8). Marcell. 8 -am cohïbere (*al.*). Phil. 8, 19 sine -a dico (*al.*). rep. 3, 36 cur . . . imperat . . . ratio libidini -aeque et ceteris vitiosis . . . animi partibus? (*cf. p. 364, 25. 369, 14 sq. 371, 61. 74. 372, 14*). ac. 2, 135 *Academici* -am fortitudinis quasi cotem esse dicebant (Tusc. 4, 43. *cf. p. 363, 12*). Tusc. 4, 43 *Peripatetici* oratorem . . . *non* probant sine aculeis -ae, . . . *quam* simulandam arbitrantur, ut auditoris iram oratoris incendat actio (SEN. dial. 4, 14, 1. *al.*). *al.* CAES. civ. 1, 8, 3 et studium et -am suam rei publicae dimittere. 3, 16, 3 *Bibulus* -ā summā erat. *al.* LIV 10, 23, 4 muliebri. *al.* PLIN. nat. 34, 82 *Silanion non* hominem ex aere fecit, sed -am (*v. l. 39*). VVLG. Sirach 28, 23 beatus, qui tectus est a lingua nequam, qui in -am illius non transivit (*gr. 28, 19 ἐν τῷ θυμῷ*). *al.* RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 232, 25 anima in -a est. *et passim.*

b *accedunt*: *α gen. obi.*: CAES. civ. 3, 8, 3 Bibulus . . . in

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

paves . . . ⟨in⟩diligentiae suae ac doloris -am (*Faernus*, -a, -ae *trad.*) erupit. *v. etiam l. 19.* **β** *praepp.*: CIC. ad Brut. 1, 2, 5 (9, 8, 2 Sj.) in superatos -am exercendam *esse* (TREBON. Cic. fam. 12, 16, 3 -ae nostrae, quae iustast in eius modi . . . cives. *al.*). ITALA deut. 32, 21 (Hier. in Ion. 4, 1 p. 1145^{A}) super natione stulta eos ad -am concitabo (*παροργιῶ*, *Vulg.* inritabo). PORPH. Hor. epist. 1, 3, 29 adversus amicum (*al.*). *saepius.* **γ** *pendet enunt. per* quod: TAC. hist. 2, 100, 3 Bassus . . ., quod non . . . praefecturam praetorii adeptus foret, iniquam -am flagitiosa perfidia ulciscebatur (*aliter p. 368, 50*). *al.*

2 *significantius de accessionibus irae* (*indicatur tempus per gen. l. 37*): **a** *plur.* (*dub.*: CIC. fin. 1, 27 [-dae *Lambinus*]. *cf. sg. l. 23*): PLAVT. Truc. 28 quot illic (*sc. in amore*) blanditiae, . . . -ae sunt. CIC. Flacc. 87 -ae occultae, blanditiae apertae. rep. 1, 60 si consilio pulso libidines . . . -aeve tenerent omnia (*sim. respicitur pars animi*: 3, 37 -as. APVL. Plat. 2, 5. *cf. p. 368, 72 sq.*). Tusc. 3, 7 perturbationes animi, formidines libidines -ae. nat. deor. 2, 148 *vi eloquendi* cupiditates -asque restinguimus. ad Q. fr. 1, 1, 39 si implacabiles -ae sunt, . . . sin autem exorabiles (AMM. 29, 2, 18 -is). PLANC. Cic. fam. 10, 23, 5 veniebant . . . furore in me . . . incitati, -as autem harum rerum recentīs habebant, quod *eqs.* PLIN. nat. 37, 144 quod *androdamas* impetus hominum et -as domet. TAC. ann. 14, 4, 1 ferendas *esse* parentium -as. AVG. civ. 22, 22 p. 604, 2 D. THEOD. PRISC. log. 26 frequentes -ae (frequens -a *l. v.*, *cf.* CAEL. AVR. acut. 3, 11, 102 -a). *al.* *per προσωποποιίαν*: SERV. Aen. 6, 439 intra . . . mundi circulos inclusas esse virtutes, in quibus et -ae (-a *l. v.*) sunt et cupiditates. **b** *sg.* (*loci pauci certiores fere per contextum illustrati; opp.* ira, furor *l. 39 sqq.* [*aliter l. 34. 36*]): CIC. de orat. 2, 203 illam non Norbani seditionem, sed populi Romani -am . . . fuisse (*meton. de actione*). fam. 1, 9, 20 exarsi non solum praesenti . . . -ā (*opp.* inclusum illud odium). PLIN. nat. 10, 122 *sutor corvum loquentem* sive aemulatione . . . sive -ā subitā . . . exanimavit. TAC. ann. 16, 6, 1 Poppaea mortem obiit fortuitā mariti -ā, a quo . . . ictu calcis adflicta est. ITALA Eph. 4, 26 (cod. g) sol non occidat super -a vestra (*παροργισμῷ*, VVLG. super -am vestram. *hinc pendent e. g.*: AVG. serm. 58, 6, 7. 58, 7, 8 [*syn.* ira]. 211, 1, 1 p. 1054$^{med.}$ non debet -a tua, natus surculus brevis, . . . ad trabem odii pervenire [*syn.* ira, *cf. p. 363, 14*]. *al.* ALC. AVIT. hom. 16, 2 p. 124, 20 calentem diei ferventis -am. *al. v. et l. 40*). Ps. AVG. serm. ed. Mai 5, 2 p. 11$^{med.}$ (*ad Matth. 5, 22*) -a . . . pessima est, cum concipitur ex odio; iniqua, cum generatur ex ira. p. 11$^{fin.}$ iudicetur -a, ut ira tollatur, . . . ut . . . non sit furoris occasio. p. 12$^{in.}$ si manente -ā . . . sol *occiderit* . . ., succedit in te irae nox, succedunt furorum tenebrae.

3 *t. t. rhet.: i. q. sententia indignationem, sc. dicentis, exprimens, ἀγαναίτησις* (*cf. e. g. p. 368, 65. 76*): CIC. de orat. 3, 205 *in enumeratione luminum*: vox quaedam libera . . ., -a, obiurgatio *eqs.* (*cf.* QVINT. inst. 9, 2, 3). DON. Ter. Andr. 919 'hem' principium -ae (*cf.* Phorm. 937 principium aliquid per -am dicturi). EVGRAPH. Ter. Phorm. 258 subiungitur -a. *sim.* PETRON. 9, 3 postquam precibus etiam -am miscui. *aliter de indignatione auditorum movenda*: CIC. part. 32 suavis . . . narratio est, quae habet admirationes exspectationes . . ., interpositos motus animorum, . . . dolores -as metus laetitias cupiditates.

B *-a potestatum supernarum vel infernarum* (*nota pl. e. g. l. 55. 57. 58. 65. hic illic transit in notionem q. e. ultio, castigatio, cf. p. 370, 4*): **1** *gentilium*: CIC. nat. deor. 2, 70 deorum cupiditates, aegritudines, -as (SERV. Aen. 11, 443 [*Verg.* ira]. *al.*). ARNOB. nat. 4, 37 p. 172, 2 si *dei* . . . motibus exasperantur irarum, . . . *intellegi debet* -as non parvas . . . eos continere. SERV. Aen. 1, 11 l. 11 apud inferos esse constat -am, ubi sunt Furiae (-as *l. v.*, *Verg.* irae). 6, 714. *al.* CLAVD. DON. Aen. 5, 780 p. 516, 8 *Iuno* irata sine fine -ae (*Verg.* ira). *al. et passim.*

2 *in religione Christ.*: **a** *-a dei*: ITALA deut. 32, 16 (Hier. in Is. 57, 6 p. 550^{D}) me . . . in abominationibus suis ad -am provocaverunt (*ἐξεπίκραναν*, VVLG. ad -am concitaverunt. *al. cf.* VVLG. thren. 1, 18 os *dei* . . . ad -am. *al.*). *al.* NOVATIAN. trin. 5 p. 17, 1 F. *dei* etiam si -as legimus et indignationes . . . et odia . . ., non tamen haec intellegimus ad humanorum relata esse exempla vitiorum (*cf.* VVLG. Iudith 8, 15 non . . . sicut filius hominis ad -am inflammabitur. HIER. hom. Orig. in Ezech. 10, 2 p. 420, 5 [*ad Rom. 2, 5*] separavit hic sermo -am a deo. *al.*). *saepe.* *per imaginem liquoris*: VVLG. apoc. 15, 7 *animal* dedit septem angelis septem fialas aureas plenas -ae dei (-ā *l. v.*; *gr. v. p. 366, 65*).

b *-a angelorum, diaboli sim.* (*cf. p. 365, 42*): RVFIN. Orig. in gen. 9, 3 p. 91, 1 ad -am excitati sunt angeli illi (*ibid.* l. 7 *Christus* provocavit eos ad -am). ANON. in Matth. 3 p. 25, 16 *diabolus* mavult . . . perire quam rem . . . non inplere: hoc furor habet et -a, ut rem . . . non praetermittat. Ps. ORIG. hom. in Matth. 3, 3 p. 259, 29 etsi omnis . . . tempestas maris, id est omnes principatus et potestates mundi . . . in tumore -ae spument et furiant super sanctos.

C *-a bestiarum*: SEN. dial. 4, 16, 1 -a leones adiuvat, pavor cervos (PLIN. nat. 8, 49. *al.*). COLVM. 9, 3, 3 apium. ITALA Iob 39, 24 (Philipp. *ad l.* p. 776^{A}. *sim. al. et* HIER. interpr. Iob) *equus* tremore et -ā evertit terram (*Vulg.* fervens et fremens). ROMVL. fab. 95, 3 (recc. vet. *et* gall.) non ferres latratum eius nec -am oris illius *canis* (*al.*). *al.*

D *-a rerum*: CIC. off. 1, 89 ut ii, qui praesunt rei publicae, legum similes sint, quae ad puniendum non -ā, sed aequitate ducuntur. *v. et p. 369, 77.*

II *in serm. Christiano per hebraismum -a est ira, sc. dei, qua aliquis premitur, ita ut sit fere i. q.* ***ultio, castigatio*** (*cf. p. 369, 53*): ITALA Eph. 2, 3 (Tert. adv. Marc. 5, 17 p. 635, 15. *sim.* p. 635, 12) fuimus natura filii -ae (*Vulg. v. p. 366, 49. aliter de humano vitio -ae accipit* TERT. *l. c.* p. 635, 20; *cf. Mehlmann, Analecta biblica 6, 1957, 79*). IREN. 4, 28, 3 nisi . . . Iudaei . . . in -ae incidissent profundum (*cf. 4, 28, 1* ira dei). VVLG. Sirach 44, 17 in tempore -ae. 45, 23 consumpti sunt *tumultuantes* in impetu -ae (*gr. 45, 19 ἐν θυμῷ ὀργῆς*). 47, 22 inducere -am ad liberos tuos. Bar. 4, 9 -am a deo venientem vobis. II Esdr. 13, 18 additis -am super Israel violando sabbatum. Dan. 11, 36. AVG. in psalm. 7, 12 p. 105$^{med.}$ *v. p. 365, 48.* BACHIAR. repar. laps. 22 p. 1061^{B} minoris -ae pondere praegravatus. *al.*

appendix: **1** *in fig. etym.*: PLAVT. Curc. 533 non . . . mediocri incedo iratus -a (ITALA exod. 4, 14 [Lugd.] iratus factus est -a dominus ad Moysen [*θυμωθεὶς ὀργῇ*]. *al.* VVLG. I reg. 19, 21 iratus [in *add. II*] -a Saul [*ἐθυμώθη ὀργῇ*]. Zach. 1, 2). ITALA num. 25, 3 iratus est in -a dominus in Istrahel (*ὠργίσθη θυμῷ. v. et l. 17*). *cf. p. 367, 31. 373, 84.* **2** *locutiones per gen. identitatis*: -a animositatis: VVLG. Sirach 1, 28. -ae discordia: NOVATIAN. trin. 5 p. 18, 3 F. -ae furor: CHROMAT. in Matth. 11, 1 p. 353^{B}. -a furoris: ITALA Os. 11, 9 (Ambr. paenit. 1, 5, 21). -a indignationis: ITALA Os. 11, 9 (Sangall.).

deriv.: iracundior.

īrācundior, -ārī. *ab* iracundia, *cf.* invidiari *sim.* *i. q. irasci*: ANTIDOT. Brux. 147 (= *Heim, Incantamenta magica 54*) quid -aris (**irasceris** *edd. vett.*)? . . . quiesce intestinum et sta crocodille. *cf. p. 371, 3.*

[MART. BRAC. sent. patr. 17 fratre ieiunante . . . perfecte, **īrācundiōsō** (*R*, iracundiose *B*, *edd. vett.*, iracundia *V*; iracundo *PML*, *Barlow*) autem nimis. *cf.* invidiosus.**]**

īrācunditer *v. p. 371, 53.*

***īrācundus,** -a, -um. *ab* iratus. *de orig.*: ISID. orig. 10, 129 -us dictus, quia accenso sanguine in furorem compellitur; ur (*hebr.*) enim flamma dicitur et ira inflammat. *scrib.* -ond-: PRISC. gramm. III 71, 3 *v. p. 371, 53 (pars codd.).* *de formis: gen. pl.* -orum, -arum *non occurrit.* *comparativus* -ior: *e. g. l. 64. 70. 74. 84. cf. p. 371, 28.* magis -us: CIC. Tusc. 4, 79. *al. v. et p. 371, 4. superl.* -issimus *nonnisi ap.* SEN. *philos., e. g. l. 72. 75. 76.* NOT. Tir. 43, 2 -us. *de notione*: CIC. Tusc. 4, 27 *v. p. 368, 11* (*inde* NON. p. 443, 24). 4, 54 -us non semper iratus est; lacesse, iam videbis furentem. SEN. dial. 3, 4, 1 iratus potest non esse -us, -us (non *add. pars codd.*) potest aliquando iratus non esse. DON. *p. 371, 9.* CHAR. gramm. p. 401, 13 B. iratus ex offensa est, -us natura. AVG. c. Iulian. 6, 18, 54 p. 854$^{fin.}$ aliud (*i.* '*affectio*') est iratus, aliud (*i.* '*affectionalis qualitas*') -us. RHET. min. p. 306, 22 '-us' habitus est, 'iratus' adfectionis. ISID. diff. 1, 301 iratus pro tempore concitatur, -us autem frequenter irascitur (*cf.* orig. 10, 12. 10, 125). GLOSS.^{L} I Ansil IR 3 sq. -us inpatiens, inmitis, ferox. GLOSS. fervidus, minax. *ζάκοτος. ὀξύθυμος. ὀργίλος. χολικός.* -ior *ὀργιλώτερος. al.* *legitur inde a* PLAVTO; *deest e. g. ap.* CATVLL., SALL., VERG., TIB., PROP., SEN. trag., CVRT.; *cf. p. 368, 32 sq.*

[*confunditur in codd. c.*: iracundia *saepe, e. g. l. 55. p. 371, 19. 34.* iratus *v. p. 374, 31. al.* verecundus: PHYSIOGN. 79 p. 108, 1. *dub.*: CONC.^{S} I 5 p. 250, 15 veteres fabulas et -as ([iracundiam *l. v.*]. *gr. I 1, 6 p. 111, 11 ὀδωδότας, syn. I 5 p. 143, 13* sordidas. *proposuit* inverecundas *Schwartz*).**]**

1 *-a sunt animantia (dei e. g. l. 74; bestiae l. 75. 76*; classis *pro hominibus classe vectis l. 73): i. q. ad iram proclivis, facile irascens* (*respicitur vel ἕξις vel διάθεσις. manifestius transit in notionem q. e. 'iratus' e. g. l. 70. 73. p. 371, 6*): **a** *usu attributivo aut praedicativo* (*additur, in quem aliquis -us sit, per praepp. l. 68. 70. per dat. l. 78*): PLAVT. Bacch. 594 nimis iracunde.:: at scin quam -us siem? Men. 269 ego *sum* . . . homo -us (Merc. 141 -iorem quam te. CIC. Att. 15, 8, 1 CAES. Gall. 1, 31, 13. QVEROL. p. 6, 18 R. ridicule. *al.*). Mil. 663 advocato tristi -o (*v. app. cr.*). Poen. 541 nimis -i estis. Stich. 321 quid tam -us *es*? TER. Hec. 503 tu . . . proterve -us es. TITIN. com. 78. CIC. Planc. 63 *Laterensem* nimis in se (*i. Plancium*) -um fuisse. Phil. 1, 27 *Antonium* -um audio esse factum (SEN. dial. 4, 31, 4. 5, 12, 3. IVST. 7, 6, 15 -ior adversus hostes. DOCTR. apost. 3, 2 noli fieri -us [*ὀργίλος*]. *al.*). Tusc. 4, 80 natura dicuntur -i aut misericordes *eqs.* Cato 65 senes (SEN. dial. 3, 13, 5 -issimi infantes senesque et aegri sunt. *al. cf.* 5, 9, 4). *al.* HOR. carm. 1, 15, 33 -a . . . classis Achillei. 3, 9, 23 tu . . . inprobo -ior Hadria *es.* ars 454 Diana. *al.* OV. met. 15, 86 leones. LIV. 45, 23, 14 gentes (SEN. dial. 4, 15, 1 -issimae sunt. *al.*). SEN. clem. 1, 19, 3 -issimae . . . sunt apes. 4, 19, 5 cur -issimi sint flavi rubentesque. *al.* Ps. AVR. VICT. epit. 1, 21 leniter. CAEL. AVR. acut. 1, 3, 35 ut *phreniticus* . . . omnibus -us sit. *et passim.* *animus, mens sim.*: PLAVT. Bacch. 612 petulans, protervo -o animo . . . sum (POMP. TROG. Plin. nat. 11, 275 [*ex Aristot. hist. anim. 1, 8 p. 491^{b}, 14 θυμικοί*]. GELL. 1, 26, 10 aliud . . . esse non -um a., aliud *ἀνάλγητον* [*antea*: *ἀοργησίαν*]. *al. v. et p. 374, 31*). LVCR. 3, 295 -a . . . mens facile effervescit in ira. APVL. Plat. 2, 6 in ea . . . *animae* parte, quae -ior habeatur, fortitudinis sedes esse (*cf. p. 364, 25. 368, 73.*

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

371, 61. 74. 372, 14). *partes corporis*: MART. 11, 84, 15 haec ... stigmata ... non -is fecit gravis unguibus uxor. MARCELL. med. 10, 35 (*incantamentum magicum, cf. p. 370, 26*) adiuro te, matrix, ne hoc -a suscipias. PHYSIOGN. 23 p. 38, 11 nigri *oculi* ... magis -i sunt (*Adamant. p. 312, 3* δυσοργητότεροι). *nota pendere enunt. rel. vice obi.*: PLAVT. Poen. 572 hau vostrumst -os esse, quod dixi ioco.

b *masc. pro subst.*: TER. Hec. 309 quibus in rebus alius ne iratus quidem est, cum de eadem causast -us factus inimicissimus (DON. *ad. l.* 'iratus' est, qui ex aliqua re lacessitus irascitur, '-us' est, qui ex parva re aut nulla causa praecedente irascitur). CIC. Tusc. 4, 54 nostri ... -os ... morosos nominaverunt. *al.* HOR. epist. 1, 1, 38 invidus, -us *eqs.* LIV. 45, 23, 18 PHAEDR. 4, 4, 12. SEN. dial. 4, 16, 3 simplicissimi ... habentur -i. 4, 19, 2 -os fervida animi natura faciet. 4, 21, 6. 5, 8, 5. *al. passim.*

2 *-ae sunt res (sc. per enallagen, cf. l. 22; aliter de re velut animante p. 370, 73. 74): i. q. ab auctore -o ortus, irae plenus sim.*: CIC. Marcell. 17 alterius ... partis ... nimis -am futuram fuisse victoriam. ad Q. fr. 1, 2, 9 legi epistulam ... non probandam, legi non nullas -as (iracundias *l. v.*). HOR. carm. 1, 3, 40 *non* patimur ... -a Iovem ponere fulmina. OV. met. 2, 483 VOX -a minaxque *ursae* (PALLAD. hist. mon. I 9 p. 283A severa atque -a voce [*gr. p. 67, 15 B.* ἐμβριθεῖ καὶ αὐστηρᾷ]). SEN. epist. 114, 20 -i hominis -a oratio est, commoti nimis incitata. QVINT. inst. 11, 1, 29 impudens, tumultuosa, -a actio omnibus indecora *est. al.*

3 *neutr. pro subst.: i. q. vitium eius, qui facile irascitur*: HIPPOCR. aer. 23 p. 45, 5 silvestre ... et ⟨im⟩mansuetum et -um in huiusmodi naturam innasci⟨tur⟩ (τὸ θυμοειδές).

adv. ***īrācundē.** *compar.: l. 31. 32. 37. 40. 49; superl. deest. i. q. modo iracundi hominis (de deo l. 43. angelo l. 44. re l. 45), irate*: **1** *c. verbis (verbis dicendi aut agendi supplendis l. 46 sqq.)*: CIC. Q. Rosc. 31 quo quisque est sollertior ..., hoc docet -ius et laboriosius. Sull. 44 cur ... non mecum ... questus es aut ... -ius aut vehementius expostulasti? Flacc. 12 ne quid cupide, ne quid -e ... dicat (Att. 5, 10, 3 multa vel -e [iracundiae *l. v.*] vel insolenter ... et dicuntur et tacentur. QVINT. inst. 6, 3, 7 -e ... dicta ac facta. *al.*). Phil. 8, 16 me tecum -e agere (*ibid.* [*opp.* vehementer]. Tusc. 3, 51 nimis -e). Brut. 236 *Piso* hominum ineptias ... non ferebat -iusque respuebat. Tusc. 4, 49 *Aiax et Hector* nihil ... -e rabioseve fecerunt (4, 51 quae vehementer acriter animose fiunt, -e fieri. *v. et l. 35. 49*). ad Q. fr. 1, 2, 12 *litteras* -ius scripseram. PLIN. nat. 11, 143 *Augustus oculos suos* diligentius spectari ... -e ferebat (CONC.S II 5 p. 10, 13 -e et odiose). ITALA psalm. 68, 25 (cod. 136 Cas.) *ad deum*: furor tuus -e conprehendat eos (*gr. et Vulg. v. p. 367, 19*). HERM. vulg. mand. 12, 4 haec mihi vehementer -e locutus est *angelus* (*gr. 12, 4, 1* λίαν ὀργίλως). IVST. 12, 6, 6. SCHOL. Stat. Theb. 4, 46 *civitas* fluvio -e teritur. *et saepius. elliptice*: PLAVT. Asin. 470 abscede hinc, molestus ne sis.:: nimis -e (Bacch. 594 *v. p. 370, 63*. Men. 696. CIC. Phil. 1, 12 nimis -e hoc quidem et valde intemperanter). CIC. Att. 6, 6, 4 si quid -ius aut contumeliosius aut neglegentius (*sc. frater meus faceret*). DON. Ter. Hec. 502 cum iniuria 'huc' et -e 'eat'. **2** *c. adi.*: DICT. 2, 26 ad ea Menelaus -e (iracundia, iracundiae *vv. ll.*) atrox (*sc. dicit*).

adv. **īrācunditer.** PRISC. gramm. III 71, 3 -r (*inter adverbia in* -ter *desinentia*). *i. q. modo hominis iracundi, irate*: CAECIL. com. 78 quaeso, ne temere hanc rem agas, [et] ne -r.

deriv.: iracundia. *Stiewe.*

iracus *v. vol. VI 3, 2780, 78.*

[VINDIC. epit. alt. 34 p. 482, 5 **iran** (*i.* radius?) ossum, quod selida (*i.* κερκίδα?) vocant[ur].] *Hi.*

īrāscentia, -ae *f. ab* irasci. *i. q. affectus irascendi (de parte animae, cf. l. 74. p. 364, 25. 368, 73. 370, 84)*: APVL. Plat. 1, 13 cum tres partes animae ducat esse, rationabilem ... ait *Plato* capitis arcem tenere, -am vero ... ad domicilium cordis deductam esse. 1, 18 cum -am (-a *l. v.*) et consilium subegerit ... cupiditas aut cum ... rationem ... ira flagrantior vicerit (*antea*: excandescentiam vel inritabilitatem, *et paulo post* iracundia). 2, 15 -ae loca (*antea*: ira).

īrāscibilis, -e. *ab* irasci, *cf. Leumann, Adj. auf -lis p. 126 sq.* GLOSS. II 566, 46 animosus -is magnanimis. III 279, 49 χολοδεκτικός -is. 504, 78 (= 523, 12 V 157, 33) θυμικόν -e. *legitur inde ab* HIER., RVFINO; *loci e Firm. math. a lexicographis hic illic laudati sunt interpolatae recensionis.* [*dub.*: CASSIAN. conl. 24, 17, 5 per -em animae portionem (*sent. om. BF, del. Petschenig prolegg. LXII*). *v. et l. 78.*]

1 *de ea parte animae, quae irasci potest (cf. p. 370, 84. 372, 14)*: **a** *neutr. pro subst.*: HIER. in Matth. 13, 33 p. 91B legimus in Platone ... tres esse in humana anima passiones, τὸ λογικόν ... rationabile, τὸ θυμικόν, quod dicamus plenum irae vel -e, τὸ ἐπιθυμητικόν ... concupiscibile. RVFIN. Clement. 8, 28 (*sent. om. pars codd.*) *homo non* ex rationabili et concupiscibili et -i subsistit. CASSIAN. conl. 24, 15, 3 θυμικόν, id est -e. BOETH. top. Arist. 4, 5 p. 949D timor in -i, ... ira ... in -i *est* (*gr. p. 126a, 8 et 10* ἐν τῷ θυμοειδεῖ). 5, 1 p. 954C (*bis; gr. p. 129a, 12 et 14* θυμικόν). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 30 p. 399B (*gr. 29 p. 237B* τὸ ... θυμοειδές). ISID. diff. 2, 104 rationale, -e et concupiscibile; ... -e, per quod impetus irae suae emendat et corrigit *anima*. **b** *usu vario*: HESYCH. in lev. 3, 1 sqq. p. 815B hoc, quod in nobis est -e, deo debet offerri. CASSIAN. conl. 24, 15, 4 si rationabilem ... partem *animae* vitiorum pestis infecerit, ... si -em vulneraverit sensum, ... si concupiscibilem corruperit portionem. 24, 17, 6 concupiscibilem mentis eius (*i. Christi*) ... partem, ... -em, ... rationabilem.

2 *de affectionibus: i. q. iram exhibens*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 362A *qui principale hominis in corde esse definiunt*, veluti testes videntur afferre tristificas atque -es hominis affectiones (*gr. p. 156D* θυμώδη). p. 362C *cor* ad -es impetus facile commovetur (*gr. p. 157C* θυμώδεις). p. 363D ob affectus -es (*gr. p. 160D* θυμικαῖς).

īrāscitīvus, -a, -um. *ab* irasci, *cf.* concupiscitivus (*sim.* concupiscentivus) *et* indignativus. *n. sg. pro subst., i. q. pars animae, cuius proprium est irasci*: HIER. in Ezech. 1, 7 p. 22A rationale animae et -um et concupiscitivum, quod ille (*i. Plato*) λογικόν et θυμικόν et ἐπιθυμητικόν vocat (*seq.* iracundiam). *cf. p. 370, 84. 371, 74.*

***īrāscor,** -ātus (sum), -āscī. [-tus *ab* **ira,** -or *ab* -tus *derivat Szemerényi.*] *de orig.*: ISID. orig. 10, 131 -tus ira actus. *de script.*: PLAVT. Poen. 404 arata (*B, i.* eir- [*v. Loewe, Gloss. nom. p. 224*], *sed iteratur* ir-; ir- *A*). *notatur*: CIL VI 24760, 6 h(anc) aram s(i) q(uis) l(aeserit), h(abeat) I(sidem?) i(ratam). *cf. p. 375, 57.* ĭ-: CARM. Lampr. Alex. 38, 6 vs. 3 COMM. instr. 1, 38, 4. *al.* CARM. de resurr. 308.

de formis: verbum deponens: DOSITH. gramm. VII 433, 17 -or ὀργίζομαι. CHAR. gramm. p. 211, 8 B. *al.* PRISC. gramm. II 513, 19 in 'tum' fiunt supina. *et saepius. formae act.*: NON. p. 127, 8 -ere pro -i (*sequuntur* POMPON. Atell. 30 *l. 82.* NIGID.). EPIPHAN. in euang. 27 p. 43, 22 parvulus ... iram tenere (ira [*cod. unus*] teneri *Erikson*) vel -ere (-i *l. v., sed v. Erikson, Sprachl. Bem. p. 51*) non novit. GLOSS. II 329, 60 θυμοῦμαι animesco -o (-or *a*). III 163, 71 sq. χολοῦμαι -or, χολῶ -o (*sensu causativo q. d.?* [*cf. l. 56*]). *passive fortasse* AVR. Fronto p. 77, 23 v. d. H. (p. 82 N.) *in* ἀπιθάνῳ diutius laborandum est, ut factum credatur quam ut -atur. *nota praeterea: fut.* -ebor: GLOSS.L II Philox. IR 18 ὀργισθήσομαι. *inf.* -ier: *l. 82. 84. gen. pl. part.* -entum: *p. 373, 18. nota gerund.* -endus sum *pro 'suscensurus sum'* (*cf. Schmalz-Hofmann5 p. 594*): RVSTIC. Conc.S I.4 p. 22, 28 quicumque post haec iniuriandi erant, -endi erant (*Isid. Pelus. epist. 4, 179 p. 1269D* ἀγαναχτεῖν ἤμελλον). NOT. Tir. 42, 100 -tus. 43, 1 -itur.

de notione: CIC. Tusc. 4, 27 *v. p. 368, 11.* PS. SEN. mor. 166 nihil interest inter -tum et insanum nisi unus dies: alter semper insanit, alter dum -itur (*cf. Cato dict. 56* τὸν ... ὀργιζόμενον ... τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν *et l. 44. p. 362, 57. 373, 39 sq.*). ARNOB. nat. 1, 17 quid est ... aliud -i quam insanire, quam furere (*cf. e. g. p. 373, 13*), quam in ultionis libidinem ferri et in alterius doloris cruces efferati pectoris alienatione bacchari? (*cf. p. 362, 42 sqq. 368, 6. 374, 59*). ISID. diff. 1, 212 furiosus est corde, furens causa, -tus merito (*cf.* DIFF. ed. Beck p. 59, 40 *et p. 374, 47*). *v. et p. 373, 11.* GLOSS.L I Ansil. IR 6 -i dicitur, qui fervore animi contra puniendum vitium accenditur. II Abav. IR 2 -itur suscenset, indignatur. GLOSS. I p. 83 n. 70 -itur comminatur. GLOSS. -or ὀργίζομαι. -tus κεχολωμένος. ὀργισθείς. χόλιος. -tior ὀργιλώτερος. -tus est ὠργίσθη. -ti sunt ὠργίσθησαν. *al. v. etiam l. 30 sq. graece resp. vel* ὀργίζομαι (*quod infra non adnotabitur*) *vel* θυμοῦμαι *saepe; v. et p. 373, 45. 375, 66. 69.*

legitur inde a PLAVTO, ENNIO *per totam latinitatem.* [*francog. vet.* iraistre *et prov. vet.* iraisser, *i. vel '-i' vel 'ad iram provocare'; it.* irato, *raet.* iró, *francog. vet.* irié, *hisp. vet.* irado '*-tus*'. *R.*]

[*confunditur in codd. saepius c.*: indignari: OV. met. 6, 269 -entem. *al.* nasci: SEN. nat. 2, 49, 3 -retur. pascere: ITALA Matth. 5, 22 (cod. k). *v. et p. 373, 12.* -tus *c.*: aeratus: PLIN. nat. 36, 115. *v. et vol. I 1059, 55.* erratus: CIC. Att. 9, 9, 2. ingratus: *v. l. 68. al.* invitus: OV. fast. 3, 826. *al.* iracundus: *v. p. 374, 31. al.* irritus: PETRON. 25, 4. *al.* ita: VVLG. gen. 30, 2. *al.* iuratus: CALP. ecl. 3, 31 COD. Iust. 9, 8, 2. *al.* miratus: AFRAN. com. 249 CIC. Sest. 16. *al.* ratus: CIC. Phil. 10, 15 Tusc. 4, 50. *saepe. v. et p. 374, 67. dub. vel falso trad.*: CIC. Pis. 68 cum hac distracta (*V, prob. Klotz*; dis -ta *cett. codd.*) fronte. Att. 4, 13, 1 si -ta (si rata, surata *vv. ll.; malim* sì ita). PROP. 1, 6, 10 *minatur* i⟨ng⟩rato tristis amica viro (*Itali.* -to *trad.*).]

I *stirps praes.*: *sive c. vi incohativa i. q.* ***ira exardescere*** *(syn.* excandescere: SEN. dial. 10, 12, 3. *al. v. et p. 373, 74), sive laxius c. vi q. d. durativa i. q.* ***ira ardere*** *(syn.* indignari: OV. met. 14, 41. *al. v. et p. 373, 31*; stomachari: CIC. Brut. 326. *al.*; suscensere: CIC. Att. 6, 1, 2. *al. v. et p. 373, 7. 38. 48), qui sensus non differt ab stirpe perf. (p. 374, 5), adeo ut invicem in eodem contextu ponantur* -or *et* -tus (sum), *e. g. p. 373, 12. 16. 17. 18. nota* -i incipere *sim.: v. p. 373, 27. cf.* SEN. contr. 10, 3, 1 coepit (SEN. dial. 5, 37, 4. *al. v. etiam p. 373, 2*). *praeteritum tempus exprimitur per imperf. saepe (perf. et plqpf. v. p. 375, 59 sqq.)*:

A *-untur animantes*: **1** *in universum*: **a** *nude vel c. adv.*: ***α*** *usu vario*: PLAVT. Asin. 472 non vides *eum* -i? Capt. 840 noli -ier (845. POMPON. Atell. 30 noli ... -ere [*v. supra l. 27*]). Curc. 186. 608 Stich. 27. TER. Eun. 618 continuo (*al.*). Ad. 136 rursum ... -ere? (*i. -eris*). LVCIL. 658 scimus capitaI esse -ier. CIC. Mur. 62

[Stiewe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-tus dixisti: 'numquam' inquit *Stoicus* 'sapiens -itur' (63 de orat. 3, 65 Tusc. 3, 19. Sen. dial. 4, 9, 1 numquam -i desinet . . ., si semel coeperit. *al.*). de orat. 2, 196 hoc vos doceo, . . . ut in dicendo -i, ut dolere . . . possitis (*de ira oratoris* [*cf. p. 364, 39. 369, 42*]: orat. 138. Tusc. 4, 55 -i minime decet, simulare non dedecet. *al. cf. p. 374, 65*). Brut. 188 orat. 131. top. 62 qui facile et cito -itur (*al.*). ac. 2, 146 desinerent -i (*seq.* suscenserent). nat. deor. 3, 91 -tus aliqui, quem omnino -i posse negatis *Stoici*, deus (off. 3, 102. *al.*). Att. 6, 1, 12 furenter. *al.* Hor. epist. 1, 20, 25 -i celerem, tamen ut placabilis essem. Ov. met. 7, 545 non aper *languens* -i meminit (*ad l. v.* Sen. dial. 3, 3, 5 *Ovidius* -i dicit incitari, inpingi: -i quidem non magis sciunt *ferae* quam ignoscere). *al.* Sen. contr. 1, 7, 14 -tus fui hodieque -or (pascor, paciscor *trad.*). Sen. epist. 114, 3 si furit aut, quod furori simile est, -itur *animus. et passim.* **β** *part. praes.* -ens *pro subst.*: Sen. contr. 1, 17, 14 epistolas -entis esse, non promittentis. Sen. dial. 3. 1, 3 ut furentium . . ., ita -entium eadem signa sunt. 3, 20, 5 (*antea* 3, 20, 4 -tis). *al.* Petron. 139, 5 rabies -entis (*antea*: -tissimum esse). Serv. Aen. 1, 140 -entum ([*inde* Schol. Ter. p. 54, 20 -torum]. 5, 173 nimis. 12, 104). *saepius.*

b *accedunt*: **α** *casus*: Ⓘ *dat. incommodi* (*passim etiam c. aliis additamentis infra memorandis. pro dat. intercedit enunt. rel. l. 23*): Plavt. Amph. 522 non te mi -i decet. Aul. 699 me illi -i iniurium est. Truc. 769 de nihilo nihil est -i *ei*, quae te non flocci facit. Men. 271. Ter. Andr. 394 ut . . . tibi iure -i non queat *pater*. Cic. Mil. 42 improbitati . . . candidatorum. Phil. 8, 16 -i amicis non temere soleo. off. 1, 88 graviter inimicis (Caes. civ. 1, 8, 3. *al.*). Att. 4, 1, 8 incipiunt praesentibus occulte -i. *saepe.* Catvll. 54, 6 meis iambis. *al. et passim. sic dat. potius quam abl. (v. l. 43) etiam* Liv. 2, 55, 2 -i plebs tribunorum magis silentio quam consulum imperio. Sen. dial. 2, 16, 4 iocis temperatis delectamur, inmodicis -imur (*antea* indignamur). Ⓘⓘ *acc. obi. interni* (*sc. pron. vel n. adi.; falso acc. nominis trad. e. g.* Porph. Hor. carm. 3, 14, 25 contumelias): Cato orig. 95[g] idne -imini, si quis *eqs.* Cic. Sull. 48 neque . . ., quid mihi -arc, intellegere possum *eqs.* (Tusc. 2, 28 Caecin. Cic. fam. 6, 7, 2. *al.*). Att. 15, 17, 1 Arabioni de Sittio nihil -or (*al.*). Sen. contr. exc. 5, 4, 2 ⟨si⟩ hoc (huic *Müller*) leviter -or. Sen. benef. 5, 17, 3 non est, quod -aris (Qvint. inst. 8, 5, 23 habes, quod faucibus tuis -aris. Avr. Fronto p. 55, 15 v. d. H. [p. 60 N.] -or atque suscenseo. *al.*). dial. 4, 9, 4 si tantum -i vis sapientem, quantum scelerum indignitas exigit, non -endum illi, sed insaniendum est. Stat. silv. 4, 8, 33 -or . . ., quantum -untur amantes. Don. Ter. Ad. 755 de vitio multum -entis (*al.*). Pap. Corp. 40, 32 (*s. IV*) inaequa -i (*Babr. 11, 10 ἄμετρα θυμοῦσθαι*). *al.*

Ⓘⓘⓘ *abl. causae*: Svlp. Sev. dial. 1, 12, 4 graviter -rer discessione fugitivi. Cassiod. Ios. antiq. 4, 11 inopia . . . et aerumnis -bantur et adversus alterutros et contra ducem (*gr. ἐξηγανάκτουν*). *al.*

β *praepp.* (*v. et l. 35*): Plavt. Amph. 540 noli . . . -i Sosiae causa mea (*al.*). Merc. 37 vos mi -i ob multiloquium non decet (*al.*). Cic. Q. Rosc. 40 ex perfidia . . . di . . . hominibus -i et suscensere consuerunt (*al.*). Sen. contr. 1, 5, 3 propter hoc (*al.*). exc. 8, 4, 2 huic -eris, pro quo -eris? (*al. aliter* Sen. dial. 4, 6, 4 pro facto cuiusque. Plin. epist. 6, 8, 9 pro mea *contumelia*, hoc est gravius. *al.*). Itala psalm. 79, 5 (Aug. in psalm. p. 1022[fin.]) deus . . ., usquequo -eris in orationem servi tui? ([Vvlg. super orationem]. *al.* in *c. abl.*: Iren. 1, 30, 13 in quibus -entes principes. *v. et p. 376, 15*). 123, 3 (Hil. in psalm. 123, 5 p. 593, 3) cum -retur animus eorum (*i. hostium*) adversus nos (*al.*). Is. 57, 6 (Hier. in Is. p. 550[C]) super his . . . non -ar? (*Vulg.* indignabor. *al. c. acc.*: Os. 11, 7 [Hier. in Os. p. 918[A]] deus super pretiosa eius -etur [*θυμωθήσεται, Vulg. aliter*]. *al.*). Don. Ter. Andr. 607 contra quem -eris (Serv. Aen. 2, 592. *al.*). Avg. serm. dub. 392, 4, 4 p. 1711[med.] quid ad me -imini? (*al. v. et p. 376, 20*). *nota graecismum*: Verg. georg. 3, 232 *taurus* -i in cornua discit arboris obnixus trunco. Aen. 12, 104. *cf. Eur. Bacch. 743 εἰς κέρας θυμούμενοι.*

γ *structurae per inf.*: *acc. c. inf.*: Sen. dial. 4, 21, 11 non -etur aliquem sibi comparari. Qvint. decl. 253 p. 36, 6 rei p. nomine -or neminem extitisse . . ., qui *eqs.* Tert. nat. 2, 7, 7. *al.* *inf. solus: v. p. 374, 4.* *inf. finalis* (*per graecismum*): Vvlg. III Esdr. 8, 89 nonne -eris nobis perdere nos?

δ *enuntiatum*: Cic. Mil. 33 qua re . . ., quoniam in meo inimico crudelitatem exprompsisti tuam, . . . -i . . . non debeo (Prop. 3, 23, 12. *al.*). fam. 7, 13, 1 ut tibi -rer, quod parum mihi constans . . . viderere (*al.*). *al.*

2 *sensu coartato, fere i. q. per iram dicere*: Hor. epist. 1, 8, 9 quia . . . offendar medicis, -ar amicis, cur me . . . properent arcere veterno (*al.*). Sen. apocol. 6, 2 excandescit . . . Claudius et quanto potest murmure -itur; quid diceret, nemo intellegebat. clem. 1, 9, 5 *Augustus* maiore . . . voce sibi quam Cinnae -batur: 'quid vivis *eqs.*?' Qvint. inst. 9, 3, 102 quis ferat *oratorem* contrapositis et pariter cadentibus et consimilibus -entem? decl. 260 p. 63, 10 qui nobis tamquam pater -itur: 'patrimonium consumis.' 286 p. 151, 15. *al.*

B *-untur res* (*saepe per προσωποποιΐαν*): Pvblil. I 19 invidia tacite (tacita *l. v.*), sed inimice -itur (*cf.* Phaedr. app. epil. 3). Sen. contr. 2, 3, 3 *lex* (9, 3, 9 Sen. dial. 3, 16, 6. *saepius*). Sen. clem. 2, 4, 2 *crudelitas*. dial. 3, 9, 1 *virtus* non -itur, sed exsurgit *eqs.* (4, 6, 2). 3, 19, 1 iracundia . . . non vult regi, -itur veritati ipsi. 4, 6, 2 *ira* peior his delictis, quibus -itur. 4, 31, 8 *poena* non . . . -itur, sed cavet. Petron. 104, 5 pelago ventus -itur. Bvc. Eins. 2, 36 ratibus . . . unda. Plin. nat. 2, 154 *terra* homini. 9, 127 color . . . -enti similis mari. Porph. Hor. epist. 1, 15, 5 propter quam rem gemit et -itur per invidiam vicus deseri. *al. et saepe.*

II ***stirps perf.***: **A** *c. vi perf. praesentis q. d., i. q.* ***irae plenum esse.*** **-tus** *saepe vi* ***adi.***, *fere i. q. stomachans, indignans (exempla selecta; inde a* Plavto *quaedam omittere cogimur).*

formae comparationis: comparativus -tior: Cic. Sest. 71 Marcell. 15 Phil. 3, 4. 10, 15 Tusc. 4, 78 Att. 15, 6, 1 fam. 4, 13, 5. 6, 13, 3. 7, 24, 2 Sen. dial. 4, 16, 2. *al. cf.* magis -tus: Liv. 3, 2, 5. *v. et l. 26.* *superl.* -tissimus: Plavt. *v. l. 27.* Cic. Phil. 8, 19 Sen. epist. 104, 32 Petron. 139, 5. *al. cf.* maxime -tus: Cic. Sest. 41. *al.*

designantur tempora: praes.: -tus sum. *fut.*: -tus ero. *nota*: -tus fuas *p. 375, 23*. -tum fore: Cic. Lig. 29 Att. 1, 1, 2. *al.* *praeteritum*: -tus eram *saepe.* -tus fui *inde a* Plavto, Cic. -tus fuerim: Cic. Sest. 71. *al.* -tum fuisse *inde a* Ter., Cic. -tus fueram: Cic. Phil. 8, 19. *al.* -tus fuissem: Cic. Pis. 81 Scaur. frg. 10. *al.* -tus fuero: Itala Matth. 5, 22 (Op. imperf. in Matth. 11 p. 689[fin.]) si quis -tus fuerit fratri suo (Vvlg. -itur). Vvlg. I reg. 20, 7. *al.*

1 *-ta sunt animantia* (*partes corporis l. 44 [bis]. 45 [bis]. 46. 50*): **a** *generaliter*: **α** *nude*: Ⓘ *usu vario*: Plavt. Amph. 988 *servus in comoediis* nuntiat . . . -ti adventum senis (Bacch. 772 -tus est. Ter. Haut. 37. Phorm. 316 oppido. 477 admodum. *al. cf.* Hor. ars 94 Chremes). Epid. 673 Volcani -tist filius. Mil. 314 quis magis dis inimicis natus quam tu atque -t⟨is⟩? ([*v. vol. V 1, 893, 83 sq. cf.* Pers. 4, 27]. Persa 666. Poen. 452 dis meis -tissumis. Ter. Phorm. 74 Sall. Catil. 52, 29. *saepe. v. et p. 373, 7 sq.*). 577. Persa 431 omitte -tus esse. Poen. 334 an -ta est *Venus*? propitia hercle est. Pseud. 476. 1084 haud -tus fui. *al.* Ter. Andr. 137. Hec. 568 hoc . . . tam animo -to tulit ([*A*, iracundo *cett.*]. Acc. trag. 623. Cic. Verr. II 3, 157 tam -to a. ac litteris. Att. 2, 13, 2. *al. cf.* Apvl. Plat. 2, 15 illam . . . -tiorem animam [*i. τὸ θυμοειδές*]. *al.*). Haut. 820 iam non sum -tus. *al.* Cato or. frg. 32, 1 ubi -ta facta est *mulier*. Lvcil. 156. Afran. com. 249 -tus (*v. p. 372, 64*) essem, ad quo liceret. Varro Men. 177 neque -to mihi habenas dedi (*cf. p. 363, 41*). Cic. Font. 21 *testibus.* Cluent. 75 *iudices* (*al.* Sen. Tro. 922. *al.*). Phil. 4, 11 *hostis* (Liv. 24, 26, 11. *al.*). rep. 1, 59 (*Archytas*) necassem *te* . . . verberibus, nisi -tus essem (*v. et vol. II 455, 44 sq.*). Tusc. 4, 55 num aut egisse umquam -tum Aesopum aut scripsisse existimas -tum Accium? (*cf. l. 66*). off. 3, 102 num -tum timemus Iovem *sc. in iure iurando*? (*al.* Verg. [?] catal. 13, 38 *al. cf. e. g. l. 51*). *al.* Lvcr. 5, 1035 *vitulus cornibus* -tus petit atque infestus inurget. Hor. sat. 2, 8, 5 quae . . . -tum ventrem placaverit esca. ars 106 voltum (*al.*). *al.* Tib. 1, 8, 20 anguis. *al.* Prop. 3, 24, 30 -tā ianua fracta manu (*al.*). 4, 8, 57 ungues. Ov. am. 2, 8, 15 ocellos (*cf.* Plin. nat. 7, 16. Physiogn. 11 p. 18, 8 interest inter oculos furiosos et prope furiosos vel -tos). medic. 83 numina (*al.*). *al.* Liv. 34, 7, 14 plebs (*al.*). *al.* Sen. Herc. O. 1542 superi. Oed. 150 leonis (*al.*). dial. 7, 5, 3 -ta et infestante fortuna (*al.*). epist. 58, 6 auribus (*opp.* propitiis). *al. et passim.* *nota imprecationes* (*v. et l. 82. p. 375, 57*): Liv. 2, 45, 14 si fallat, Iovem patrem Gradivumque Martem aliosque -tos invocat deos. 40, 10, 2 habeat . . . -tos paternos deos (Sen. epist. 110, 2. Petron. 25, 4 Iunonem meam [*v. p. 372, 63*]. 62, 14 genios vestros. CIL IV 538, 2 Venere(m). 7716, 3 Iove(m). 8368 -tum [*sc. Iovem?*]. VI 13740, 8 deos superos et inferos. X 2289, 8 *manes.* 2487, 4 umbras. *al. cf. p. 372, 21 sq. 375, 57*).

b *de hominibus*: *α de actibus vel partibus hominis ratione non instructis* (*de anima rationali v. l. 55. huc spectat et p. 393, 6*): SEN. epist. 71, 27 memini ex duabus . . . *hominem* partibus esse compositum: altera est -is, . . . altera rationalis (*cf.* 92, 8 -is pars animi duas habet partes). TERT. anim. 16, 7 *apostolus* -e indignativum suggillat, quod non sit ex ea natura, quae a deo est, sed ex illa, quam diabolus induxit (*cf.* 17, 2 Plato . . . -em pronuntians sensualitatem et opinioni coimplicitam). HIER. epist. 98, 6, 4 *anima* nec -is nec absque mente et intelligentia dici potest, sed e contrario rationalis et intelligibilis et mentem habens ac sentiens (AVG. civ. 19, 13 p. 376, 30 D. pax animae -is ordinata requies appetitionum. *al.* CLAVD. MAM. anim. 1, 23 p. 82, 2 administrat -is anima corpus animale. *al.* PRISC. LYD. solut. 1 p. 44, 32. 45, 4. *cf.* AVG. nat. bon. 5 p. 857, 18 melior est . . . corruptus . . . spiritus rationalis quam -is incorruptus). AVG. civ. 14, 22 p. 46, 17 D. de animo rationali, qui regit et -i cupiditate, quae regitur *eqs.* gen. ad litt. 7, 7 p. 206, 23 -is . . . vita materies erat animae rationalis? (*al.* PRISC. LYD. solut. 8 p. 88, 26). FACVND. defens. 9, 4 p. 755^{D} caro *est* . . . mortalis et -is. *v. et p. 386, 19. nota per confusionem oppositorum de anima rationali*: FACVND. defens. 9, 4 p. 755^{D} rationalis (*sc. anima*) -is *est.*

β de hominibus ipsis ratione quasi non instructis: SEN. epist. 118, 14 *infans* -is est, *pubes* . . . rationalis (*cf.* 124, 9 *infans* est aliquod -e animal [in ratione *BA*], est aliquod nondum rationale, est rationale, sed imperfectum. *ibid.* in eo, quod -e est [*i. infante*], numquam erit bonum). *homo quasi describitur in pl. n.*: IREN. 3, 25, 1 necesse est . . . ea, quae providentur et gubernantur, cognoscere suum directorem, quae quidem non sunt -ia neque vana *eqs.*

c *de rebus inanimatis*: HIER. in Ier. 6, 23, 4 p. 399, 15 -em et insensibilem montem. AVG. conf. 1, 6, 9 rerum. BOETH. c. Eut. 2, 21 *substantiae. paulo aliter*: IREN. 5, 9, 3 sanguis -is (*i. quem habent bestiae -es; nisi forte agnoscendus est gen. n. pro subst.* [*v. p. 392, 42*]), velut aqua effusa in terram (*cf. deut. 12, 16; opp. postea*: homo vivens, sanguis rationalis).

2 *speciatim apud Boeth.* -is potestas *pro t. t. Aristotelis q. e. ἄλογος δύναμις, fere i. q. necessarium, non liberum* (*cf. p. 386, 80*): BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 448, 11 ignem calefacere -e est. p. 450, 17 haec . . . ignis potestas non valet opposita, scilicet ⟨cum⟩ sit -is.

B *spectat ad homines, qui ratione vel intellectu minus vel perverse utuntur*: **1** *de ipsis hominibus* (*v. et p. 393, 2*): IREN. 4, 38, 4 plus -es sunt quam muta animalia. HIER. in Hab. 2, 3 p. 1318^{D} Moyses loquitur ad dominum: 'ego autem sum *ἄλογος*', id est '-is' (*cf. Itala exod. 6, 12* [*Lugd.*] indoctus, *LXX ἄλογος, sed 6, 30 ισχνόφωνος pro eodem textu hebr., Vulg.* incircumcisus labiis [*cf. ad l. Hier. hom. Orig. in Luc. 5 p. 32, 16* absque sermone sive ratione. *Max. Taur. v. p. 386, 61*]). CONC.S II 5 p. 82, 17 *corpus sacerdotis* diversis contumeliis sauciatum et -i populo lusus effectum. VEN. FORT. Mart. 4, 539 *Brictio* -is. Ps. QVINT. decl. exc. Paris. 12 p. 411, 3 rationem quaerit, qui omnes nos -es fecit?

2 *de qualitatibus vel actibus humanis*: IREN. 5, 8, 2 prophetae . . . irrationabilibus animalibus assimilant eos propter -em conversationem illorum. AVG. lib. arb. 1, 65 -es animi motus (CASSIOD. hist. 1, 11, 6). CHRYSOST. ed. Froben I 874^{C} passionibus. *al.*

II *de iis, quae rationi vel intellectui perspicua non sunt*: **A** *de actibus vel opinionibus, quae procedunt ex ratiocinatione incongrua* (*c. inf. v. l. 7. 9; c. propositione subordinata per* ut *v. l. 11*): TERT. anim. 16, 2 -e . . . omne delictum. IREN. 2, 8, 3 -e est . . . et impium adinvenire locum, in quo cessat et finem habet . . . propator et proarche et omnium pater *eqs.* 2, 10, 1 perquam . . . -e est . . . quaerere, si est super . . . *deum*, qui non est. HIER. in Ier. 5, 55, 4 p. 340, 20 *septuaginta interpretes* -e arbitrati, ut deus loqueretur ad columnas *eqs. al.*

B *de iis, quae intellegi non possunt*: **1** *de iis, quae ordini ratione intellecto contradicunt*: **a** *usu q. d. morali*: *α i. q. contra ius fasque*: TERT. adv. Marc. 1, 23 p. 320, 25 exigo rationem bonitatis, quia nec aliud quid bonum haberi liceat, quod non rationaliter bonum sit, nedum ut ipsa bonitas -is deprehendatur (p. 322, 21 si rationalis bonitas talem facit, qualem faceret -is? 1, 25 p. 326, 18).

β contra naturam ipsius rei: TERT. adv. Marc. 1, 28 p. 329, 26 o deum usquequaque perversum, ubique -em, in omnibus vanum.

b *usu q. d. mathematico, i. quod metiri non possumus* (*cf. p. 388, 14*): CASSIOD. inst. 2, 6, 2 p. 151, 22 My. geometria dividitur: in planum, in magnitudinem numerabilem, in magnitudinem rationalem et -em, in figuras solidas (p. 152, 4 *magnitudines* -es . . ., quorum mensurae quantitas cognita non habetur [*inde* ISID. orig. 3, 11, 3]).

2 *de iis, quae in se ipsis intellegi non possunt*: **a** *de signis, quae nihil significant*: DIOM. gramm. I 420, 13 *vox* confusa est -is vel inscriptilis, simplici vocis sono animalium effecta, quae scribi non potest. **b** *de rebus quibuslibet, quarum causa non videtur, i. q. sine causa*: VINCENT. LER. 20, 5 -i metu etiam quae certa sunt expavescunt.

n. pro subst.: **A** *de iis, quae ratione instructa non sunt*: **1** *in universum*: **a** *de partibus animae humanae*: SEN. epist. 92, 1 in hoc principali est aliquid -e, est et rationale. TERT. anim. 16, 1 Plato bifariam partitur animam per rationale et -e (rationalem et -em *l. v.*). *ibid.* -e . . . posterius intellegendum est. 16, 2 si . . . -e naturae adscripserimus, . . . aeque -e de deo erit; . . . igitur a diabolo -e, . . . extraneum a deo, a quo est -e alienum. 16, 5 apud nos non semper ex -i censenda sunt indignativum et concupiscentivum. AVG. in euang. Ioh. 23, 6 p. 1585$^{fin.}$ erat . . . in Christo . . . tota anima, non -e tantum animae, sed etiam rationale, quod mens dicitur.

b *de bestiis* (*comprehendi videntur etiam inanima l. 44*): *α pl.*: QVINT. inst. 8, 6, 13 secantur . . . *translationes* in pluris ⟨species⟩, ut a rationali ad rationale et item de -bus et haec invicem. AVG. civ. 12, 4 p. 516, 14 D. de ⌊natura -ium⌋ (⌊ ⌋ naturis -abil- *l. v.*) aut vita carentium. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 3, 167 p. 1317$^{in.}$ *concupiscentiam vel voluptatem* nihil aliud esse quam unam de instrumentis corporis rationalibus et -bus aeque inditam. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 25 p. 76, 12 rationale ab -bus *differentia est. β sg.*: AVG. serm. coll. Morin p. 315, 15 homo factus pecus, rationale quiddam factum erat -e. MART. CAP. 4, 398 quiddam inanimum, -e, immortale non est homo; quidam homo non est inanimum, -e, immortale. CLAVD. MAM. anim. 1, 20 p. 71, 7 rationali atque -i meminisse commune sit. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 16 p. 48, 22 dicitur . . . rationale nigrum et -e nigrum, quippe si equus et homo Aethiops nigri sunt.

2 *technice in logica de statu irrationabilitatis* (*cf. p. 390, 69*): QVINT. inst. 7, 3, 3 *equi* genus est animal, species mortale, differentia -e . . ., proprium hinniens (BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 14 p. 42, 3 rationale et -e, quae sunt differentiae. 2, 7 p. 96, 14 homo atque equus rationali atque -i differentia [*appos.*] discrepant. comm. sec. p. 258, 1. p. 258, 5 est . . . constitutiva -is [*gen.*] differentia. Porph. isag. p. 36, 5 mortalis et immortalis . . . et rationalis et -is divisivae sunt animalis differentiae [*gr. p. 3^{b}, 15 ἡ . . . τοῦ ἀλόγου διαφορά*]. p. 36, 9. 11. *al.*). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 27, 5 sub animali rationale atque -e contraria sunt (*cf.* 2, 4 p. 92, 10 animal sub se habet species rationale et -e. p. 92, 24 si rationale atque -e aequaliter sub eodem genere sunt. *al.*). 2, 4 p. 92, 14 si animal, quod genus est, neque rationale neque -e est, species . . . istas differentias non habebunt (p. 93, 3 quodsi . . . genus istas differentias habet, ut . . . animal rationale sit et -e *eqs. cf.* p. 93, 17 potest . . . ex se *animal* rationale atque -e profundere). p. 93, 15 ipsum animal rationale vel -e non ipsum agit neque est in eorum (*sc. rationalis atque -is differentiarum* [*v. l. 60*]) actu positum, sed in potestate. comm. sec. 4, 6 p. 258, 4 -e iunctum cum mortali substantiam pecudis facit. Porph. isag. p. 40, 8 -e . . . et de equis et de bubus praedicatur (*gr. p. 4^{a}, 40 τὸ ἄλογον*).

B *de iis, quae rationi non congruunt*: **1** *usu q. d. morali, i. q. stultum, inhonestum*: SEN. epist. 92, 4 quid turpius stultiusve quam bonum rationalis animi ex -bus nectere? 92, 6 adicimus rationali -e, honesto inhonestum. ANIAN. Chrysost. hom. 4, 8 p. 1015$^{in.}$ longe ferarum -e stultumque transgrederis (*gr. Migne 57, 49$^{in.}$ ἀλογίας*).

2 *usu latiore, i. q. ineptum*: TERT. coron. 8 l. 24 provocans . . . *utensilium communionem* ad rationalium et -ium distinctionem (10 l. 58 illam interstruximus distinctionem differentium rationalium et -ium).

[Ruhstaller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

***m.** vel **f. pro subst.** (huc spectat et p. 391, 10): de hominibus stultis*: HIER. in Ier. 2, 75, 3 p. 121, 17 ab his . . ., qui possunt in sublime ascendere, usque ad -es et simpliciores quosque (*cf. antea*: aves aeris . . . pisces aquae). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 158, 9 ut licentiam habeat rationalis et -is participari cibo salutis. *f., de re ratione non instructa*: FACVND. defens. 9, 4 p. 755^{D} quia . . . -is (*sc. caro*) rationalis.

adv. **irratiōnāliter.** *i. q. irrationali modo (c. adi. v. l. 10)*: TERT. fug. 4, 3 si -r quis aut perit apud dominum aut salvus est. adv. Marc. 2, 6 p. 341, 11 nec ratio . . . sine bonitate ratio est, nec bonitas sine ratione bonitas, nisi forte penes deum Marcionis -r bonum. adv. Prax. 3 p. 230, 17 unitas -r collecta.

[irratiōnālitās, -ātis *f. ab* irrationalis. *variat in codd. cum* irrationabilitas *apud Boeth. cf. p. 390, 33.*]

irratiōnāliter *v. l. 7.* *Ruhstaller.*

irraucio (*?, an* -rāvio *vel* -raucēsco *?*), -rausī (*an* -raucuī [*v. l. 19*]*?*), (-raucīre [*an* -rāvīre *vel* -raucēscere *?*]). *ab* in *et* raucire (*cf. l. 21. an* ravire *?*). *i. q. raucum fieri*: CIC. de orat. 1, 259 nos *oratores* raucos saepe attentissime audiri video . . ., at Aesopum, si paulum -erit (inraucuerit *P*, inracuerit *V*), explodi (*locum affert* PRISC. gramm. II 539, 3 *verba quartae coniugationis in 'cio' desinentia* in 'si' mutata faciunt praeteritum, ut sarcio sarsi, farcio farsi, raucio rausi . . .: Cicero *eqs.* [*Prisc. analogia perperam usum esse censet Neue-Wagener³ III 405; cf. et Sommer, Handb.²·³ p. 556*]).

deriv.: irraucus (*retrogr.*).

? **irraucus,** -a, -um. *ab* irraucire (irravire, irraucescere *?*) *retrograde q. v. derivatum. e coni. i. q. raucus*: PLIN. VAL. 1, 1 $^{fin.}$ *describitur catarrus*: voce obscura aut -a (irata *ed. princ.*) cum sensu praefocationis.

irreceptibilis, -e. *ab* in *et* receptibilis. *scrib.* inr-. *quem aliquis pro vero recipere non possit (in fig. q. d. litotes)*: CONC.^{S} I 5 p. 261, 12 licet contemplatio in eo (*i. homine, qui constat ex anima atque corpore*) facta non -em habeat secationem atque divisionem (*gr. I 1, 6 p. 120, 10 ἀπαράδεκτον*).

irrecessibilis, -e. *ab* in *et* recedere (recessum). *scrib.* inr-. *qui ab aliquo recedere, separari non potest*: ORIG. in Matth. ser. 63 p. 146, 9 ⟨sub⟩sequuntur seipsas . . . virtutes, quae sunt . . . Christus, ita ut, qui unam habuerit, omnes habeat . . .; Christus enim a seipso -is est. ACT. Petr. 37 p. 93, 1 o natura hominum, . . . qui non recedunt ab ea *cruce*; o amor -is (*ἀχώριστε. syn. Pass. Petr. 12 p. 34, 20 S.* inseparabile).

irrecitābiliter *adv. ab* in *et* recitare. *i. q. ineffabiliter (pro qua voce metri causa fictum est)*: VEN. FORT. carm. 3, 9, 49 Christe . . ., -r (inr-) manans de corde parentis.

[TERT. castit. 4 l. 13 quasi **irrecōgitātionem** excessus sui (inr- *l. v. teste Oehler. deest A*, iam recogitationem *Rhenanus recte*).**]**

irrecōgitātus *ἀνεπιλόγιστος* GLOSS. II 226, 1. *ab* in *et* recogitare.

irreconciliābilis, -e. *ab* in *et* reconciliare, *cf.* inexorabilis. *qui reconciliari, in gratiam redire non potest*: HEGES. 1, 40, 8 p. 88, 7 *Herodes* insimulatis -is, amicis incredulus . . ., inmitis reis (*gr. aliter*).

irrecordābilis, -e. *ab* in *et* recordari, *cf.* recordabilis. *qui aliquid memoria repeti non sinit*: ARNOB. nat. 2, 28 p. 71, 7 gesta -i (inr-) . . . oblitteratione deperdere.

irrecuperābilis, -e. *ab* in *et* recuperare. *qui in integrum restitui non potest*: TERT. pudic. 14, 16 cadaver . . . immunditia -i (inr- *cod.*) tabiosum. ROMVL. fab. 19, 10 rec. gall. (cod. B) post -e (inr- *cod.*) factum [damnum] quid iuvat paenitere? (*cf. adn. et Du Cange s. v.*). PASS. Const. 1 (BHL 1938) p. 925 deus providens . . . *Adam* -em sine sua incarnatione . . . descendit de caelis (*seq.* recuperati sumus).

irrecūsābilis, -e. *ab* in *et* recusabilis. *scrib.* inr- *saepius in codd.* GLOSS. *ἀπαραίτητος. qui recusari non potest*: HIER. epist. 60, 14, 3 -is mortis necessitas (NOVELL. Iust. 6, 5). CONC.^{S} I 2 p. 32, 9 praesentium . . . causarum quaestio utilem et -em eam *synodum* ostendit (*gr. I 1, 1 p. 115, 19 ἀπαραίτητον*). II 3, 2 p. 136, 27 synodus . . . decrevit . . . *Nicaenam* fidem -em permanere (intemptabilem, intemerabilem *vv. ll., gr. II 1, 2 p. 129, 1 ἀπαρεγχείρητον*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 199, 7 alii . . . agnoscentes et quod est -e et quod est impossibile et quod placitum deo . . . a discordia . . . recesserunt. COD. Iust. 3, 1, 13, 8^{a} vel morte . . . vel alia -i occasione. RVSTIC. c. aceph. p. 1226^{D} duae naturae sunt; connumeratis per adiectionem duabus . . . circa -em numeri computum *quaternitas efficitur.*

adv. **irrecūsābiliter.** *i. q. sine recusatione*: RVSTIC. c. aceph. p. 1218^{D} ubi . . . coadesse et referre, illic -r quantitas secundum naturam. p. 1247^{B} vos eidem sententiae -r crebreque succumbitis. p. 1251^{D} cogita illic (*i. in gehenna*) inutilem paenitentiam . . .: dum potes -r, . . . converte te ad veritatem.

irrecūsātus, (-a, -um). *ab* in *et* recusatus. GLOSS. II 233, 12 *ἀπαραίτητος* inexcusabilis inexcusatus -us (inr-).

irreddibilis, (-e). *ab* in *et* reddere. *cuius redditio non debetur*: BOETH. top. Arist. 4, 4 p. 948^{C} donum datio est -is (*gr. p. 124^{a}, 18 ἀναπόδοτος*).

? **irredībilis,** -e. *ab* in *et* redire. GLOSS.^{L} III Abol. IN 140 inremea⟨bi⟩libus -bus (*sic* [inr-] *cod. v, cf. p. 398, 26*). *cf. Du Cange s. v.*

[irredublum *vox corrupta ex* semilibra GLOSS. III 197, 64 imilitron pondera; stadmion inr- (*interversis explicationibus, cf. 270, 4 et 6*).**]**

irredux, -ducis *adi. ab* in *et* redux. *qui non reducit*: LVCAN. 9, 408 *Cato* incendit virtute animos . . . -emque (inr-) viam . . . carpit.

irrefectus, (-a, -um). *ab* in *et* refectus. *i. q. non refectus, incenatus*: Ps. AVG. serm. 85, 3 p. 1911 (= Ps. FVLG. RVSP. serm. 80 p. 952^{D}) nec hospes ab hospite -us discessit.

irreflexus, -a, -um. *ab* in *et* reflexus. *i. q. non flexus*: BOETH. cons. 4 carm. 7, 29 *Hercules* caelum . . . -o (inr-) sustulit collo.

irreformābilis, -e. *ab* in *et* reformare. *qui reformari non potest*: **1** *de eis, quae perdita in pristinam formam restitui non possunt*: TERT. resurr. 5 p. 32, 1 si universitas -is post decessum, quid portio? HIL. in psalm. 2, 39 p. 67, 1 ne per testae fragmentum -e vas posset intellegi. **2** *i. q. incommutabilis*: TERT. adv. Val. 29 p. 205, 11 malas animas numquam capere salutaria; inmutabilem enim et -em naturae naturam pronuntiaverunt *Valentiniani.* virg. vel. 1, 4 regula . . . fidei una . . . est, sola immobilis et -is.

irrefrāgābilis, -e. *ab* in *et* refragari. *cui obsisti non potest*: HESYCH. in lev. 21, 9 p. 1058^{B} vera et -is est spiritalis legis contemplatio. CONC. Tolet. a. 527 Mansi 8, 787^{A} regulam . . . -i auctoritate *servare.*

adv. **irrefrāgābiliter.** GLOSS. inreprobabiliter, inseparabiliter. *i. q. inconcusse, firme*: NOVELL. Iust. 2, 3 pr. mater . . . *hereditatem* -r habeat (*ἀναφαιρέτως, syn. antea* firme). VEN. FORT. vita Hil. 1, 1 -r (inr- *G*) veteris dispositionis ac catholici dogmatis fundamentum custos observans.

irrefrēnābilis, -e. *ab* in *et* refrenare. *scrib.* inr-. *qui contineri, retineri non potest*: CHALC. comm. 106 praesentia . . . neque plane esse neque omnino non esse propter instabile atque -e (infraenabile *l. v.*) momentorum agmen. 325 more torrentis -i quodam inpetu proruentis. AVG. bon. coniug. 5, 5 p. 194, 16 -em carnis infirmitatem. AVELL. p. 527, 13 -i fletu.

irrefūtābilis, -e. *ab* in *et* refutare. *scrib.* inr- *saepius. qui refutari non potest*: ARNOB. nat. 4, 18 p. 156, 3 vos, veritas quae sit, exponite et -e aperite secretum. Ps. ORIG. in Iob 1 p. 374^{C} huius . . . rei evidens atque -e indicium est hoc, quod *eqs.* 2 p. 470^{D} quod . . . testis lacerati . . . fuerint . . ., manifestum est atque -e. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 189, 1 absque . . . necessitate -i. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 3, 13 p. 118^{D} -i . . . divinae scripturae auctoritate. RVSTIC. c. aceph. p. 1188^{B} audi . . . -es rationes, quae vestrum mendacium evertunt.

adv. **irrefūtābiliter.** *i. q. eo modo qui nullam admittit refutationem*: Ps. ORIG. in Iob 2 p. 474^{B} hoc . . . brevissimo mensium tempore -r consummatum est, huius namque rei testis comprobatur . . . ipse Iob. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 48 p. 1069 his -r concessis. 1, 63 p. 1082 -r diaboli est. 2, 16 p. 1148 -r apparuit non posse *eqs.* (2, 113 p. 1188). 2, 28 p. 1153 -r illatum est . . . nullam remansisse rimam. 2, 57 p. 1166 -r confectum est *eqs.* 2, 142 p. 1200 -r approbatum est *eqs.* (4, 63 p. 1376). 4, 51 p. 1369 -r necesse est dici *eqs.* 5, 24 p. 1460 cum -r constet *eqs.* 5, 63 p. 1501 -r . . . dictum est, quia *eqs.* 6, 22 p. 1551 -r consequitur *eqs.*

deriv.: refutabilis (*retrogr.*).

irrefūtātus, -a, -um. *ab* in *et* refutatus. *i. q. non refutatus*: LACT. inst. 5, 16, 13 arguta haec . . . sunt et quae Marcus Tullius non potuerit refellere; nam . . . -a (inr-) haec tamquam foveam praetergressus est.

irregibilis, -e. *ab* in *et* regibilis. *qui regi non potest*: CHIRON 258 *iumentum freneticum* parietibus ⌊et exfrenat⌋ (⌊ ⌋ ut exfrenatus *Heraeus*) et -is (inr-) impingit (VEG. mulom. 2, 3 ut . . . *animal* parietibus . . . tamquam -is impingat). AMBROSIAST. in I Cor. 15, 43 p. 269^{B} *quod mortuum est,* immobile est et -e. CAEL. AVR. acut. 1, 14, 107 defectionem . . . atque corporis fluxam et -em laxitatem. Ps. FVLG. RVSP. serm. 16 p. 879^{D} antenna *navis* sub ictu *fluctuum* tremens -is fuit.

irregnātus, (-a, -um). *ab* in *et* re(g)natus. *i. q. non renatus*: AVX. Maximin. c. Ambr. 42 p. 73, 21 *deum patrem* -um (inr-) increatum infectum.

irregressibilis, (-e). *ab* in *et* regredi. *a quo regressus non fit*: AVG. civ. 8, 22 p. 353, 31 D. *daemones de caelo* deiecti merito -is (inr-) transgressionis (*nota adnominationem*).

irrēgulāris, (-e). *ab* in *et* regularis. *scrib.* inr-. *gr. respondet ἀκανόνιστος. qui contra regulam est*: **1** *generaliter*: RVSTIC. c. aceph. p. 1197^{C} *Christus* non secundum consuetudinis legem factus est, . . . sed . . . nova et singulari atque -i lege factus est. **2** *c. respectu iuris canonici*: **a** *de rebus, quae contra canones ecclesiasticos sunt*: CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 104, 1 -is sententia . . . Iohannis (*seq.* contra leges ecclesiasticas excessit. *syn. I 2 p. 79, 4* inordinata). p. 114, 9 tamquam . . . concilium suscepisset -em nefandamque factam damnationem a . . . haereticis. p. 116, 2 eius indisciplinatam et -em voluntatem (p. 116, 11 arrogantiam atque -em voluntatem Iohannis). p. 116, 5 insolentia et -is fragilitas. **b** *de hominibus, qui ad ministerium ecclesiasticum iuste adeundum idonei non sunt*: CONC.^{S} II 5 p. 85, 1 -es homines et mendaces in locis *clericorum et monachorum* expulsorum temptavit evehere.

adv. **irrēgulāriter.** *gr. respondet ἀκανονίστως (aliter p. 395, 7). i. q. contra canones ecclesiasticos*: CONC.^{S} I 2 p. 84, 37 (= I 3 vers. Tur. p. 111, 1) -r tam ipsum quam qui cum eo fuerunt inordinate agentes et extra consequentiam ecclesiasticam *excommunicavimus.* I 3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Rustic. p. 104, 17 in omnibus -r Iohanne moto (*syn. vers. Tur.* inordinate). I 3 vers. Tur. p. 114, 15 quae ab illis -r sunt gesta (l. 20). II 3, 2 p. 46, 1 Eutychem . . . regulariter . . . damnatum . . . -r in communione suscepit. p. 83, 27 Eutychi . . . legitime abdicato . . . sacerdotium . . . -r reddidit (RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 243, 27 communionem vel gradum). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 54, 22 -r eos fecisse damnationem Cyrilli. p. 76, 36 illicite atque -r sacerdotium gerunt (*gr. I 1, 7 p. 76, 20 παρὰ τοὺς κανόνας*).

irreligātus, -a, (-um). *ab* in *et* religatus. *de nave, quae numquam ad ripam alligatur*: ELEG. in Maecen. 1, 5 -a (inr-) ratis *Charonis,* numquam defessa carina, it redit. *respiciuntur crines feminae, fere i. q. solutus* (*transfertur ad hominem*): OV. ars 1, 530 *Ariadne* nuda pedem, croceas -a comas. *Hi.*

irreligio, -ōnis *f.* *ab* irreligiosus *derivatione retrograda q. d. sec.* religio, religiosus. *scrib.* inr- *l. 19.* [*in var. lect. falsa* RHET. Her. 2, 21, 34 (religio *M, cf. Frisk, Göteborgs Högskolas årsskrift 53, 3, 1947, 29*).]

i. q. irreligiositas: PS. APVL. Ascl. 26 haec et talis senectus veniet mundi: -o (inr-), inordinatio, inrationabilitas bonorum omnium. EVSEB. EMES. serm. 11, 9 p. 262, 15 caeci . . . religionem operati sunt, illi vero increpantes -em operati sunt. OP. imperf. in Matth. 1 p. 619$^{in.}$ qui . . . recipiunt uxores . . . non religionis intuitu, . . . ad poenam -is suae . . . videntur filios genuisse (*cf. l. 36*).

irreligiōsē *v. p. 398, 1.*

***irreligiōsitās,** -ātis *f.* *ab* irreligiosus. *scribitur in codd.* inr- *et rarius* irr-. *pl. v. l. 59. 69.* *legitur inde a* TERT., IREN. [*varias lect. v. l. 31. 47.*]

i. q. defectus religiositatis: **1** *generatim: i. q. defectus reverentiae religiosae*: **a** *in universum: i. q. dispositio vel actio inreligiosa*: TERT. apol. 24, 2 veram religionem veri dei . . . expugnando in verum committitis crimen verae -is ([religiositatis *l. v.*]. *cf.* 24, 6 -is elogium. MAR. VICTORIN. rhet. 2, 54 p. 302, 37 religio virtus est, -s vitium. HIL. in psalm. 118 iod 16 p. 448, 20 qui in peccatis et in -e versantur. Ps. PHILO antiq. 44, 5 erat iniquitas eius multiformis et -s eius astuta. EVSEB. EMES. serm. 19, 9 p. 50, 27 quod peccatum maius est -e? *al.* OP. imperf. in Matth. 1 p. 620$^{in.}$ poena condigna -is). 25, 14 quomodo ob religionem magni, quibus magnitudo de -e provenit? (SALV. eccl. 2, 44 si haec ita sunt, tutior . . . est -s quam religio. Ps. VIGIL. THAPS. trin. 12, 2 ab -e ad religionem convertere). IREN. 2, 14, 2 de veteribus dogmatibus ignorantiam et -em olentibus. HIL. in Matth. 5, 13 p. 950^{A} inexpiabilis -s. myst. 1, 26, 5 p. 22, 11 se in fidei libertatem ex -is servitute *transtulisse* (EVSEB. EMES. serm. 14, 8 p. 327, 18 *apostoli* per signa eiecerunt -em et plantaverunt fidem). in psalm. 118 zain 5 p. 421, 12 non neglegenter . . . neque -is nostrae modo divina eloquia . . . legit (*cf.* trin. 4, 26 p. 116^{A} quae -is temeritas, . . . haec . . . negligere? AVG. cur. mort. 10, 12 p. 640, 23 *sepultura* culpanda . . . -e [in religione *l. v.*] neglegitur). 146, 11 p. 852, 25 non . . . erroris, sed -is extremae est (*cf.* SALV. eccl. 3, 31 miserrima infidelitas et paganicae . . . -is error). *al.* AVG. civ. 4, 12 p. 163, 6 D. quanta impietas et -s (Ps. ORIG. hom. in Matth. 2, 1 p. 246, 12). EVSEB. EMES. serm. 18, 8 p. 12, 12. *al.* SALV. gub. 6, 86 -s an stultitia, luxuria an amentia. MAX. TAVR. hom. 100 p. 485^{A} ut -s eius (*i. populi*) penetraret ad coelum. Ps. VIGIL. THAPS. trin. 12, 52 timetis -is notam. Ps. ORIG. hom. in Matth. 4, 2 p. 265, 10 -is ⟨. . .⟩ et infidelitatis fructum (*al. cf.* 4, 3 p. 265, 20 ab omni infidelitate et -e infructuosus est). 4, 7 p. 269, 16 ab omni te immunditia et -e *abstinere.*

b *de certis et determinatis defectibus reverentiae religiosae*: HIL. in psalm. 134, 26 p. 711, 3 ut humanum errorem a stultissimis his -um (*sc. simulacrorum*) studiis avertat (*cf.* EVSEB. EMES. serm. 19, 7 p. 49, 13 quia colebant idola, primam istam -em admittentes). EVSEB. EMES. serm. 1, 3 p. 14, 18 -s . . . erat persequi Christum? 2, 3 p. 46, 14 invenitur . . . *haereticorum* et pudicitia -s. 7, 26 p. 193, 7 virgo, quae -em (*i. fornicationem*) admittit *eqs.* 15, 18 p. 356, 7 pecuniae . . . -s.

2 *speciatim de falsa doctrina circa fidem Christianam*: **a** *i. q. haeresis*: IREN. 2, 16, 3 tutius . . ., quod est verum, statim initio confiteri, . . . quam post tantam -em . . . cogi (*cf.* HIL. trin. 1, 23 p. 40^{A} sine deo Christo unum deum confiteri -s *est*). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 46, 6 certa edita epistolis suis novae temeritatis -s. HIL. trin. 1, 36 p. 48^{B} amotis vitiosarum praedicationum . . . -bus. 4, 11 p. 104^{B} -is . . . doctrinam. *al.* EPIST. (RevBén. 34, 1922, 270) 2 l. 14 si sub religioso habitu aliquid -is occultet.

b *i. q. voluntas ad doctrinam haereticam tendens*: HIL. trin. 3, 18 p. 86^{C} non nosmetipsos -is arguimus. 4, 1 p. 97^{B} quae doctrinae eorum temeritas sit, quodve -s periculum (*cf.* 5, 18 p. 140^{B} angustum . . . -e [-is *l. v.*] sensum religiosae doctrinae institutio non adit. 10, 2 p. 345^{B} stultae -is furor . . . sanam doctrinam non sustinens). 6, 15 p. 169^{A} -is voluntas. 10, 5 p. 347^{A} ut . . . ignorantiam excusare non liceat, sed -em necesse sit confiteri. 10, 50 p. 382^{D} ad -is huius . . . viam . . . ingenia haeretica contendunt.

***irreligiōsus,** -a, -um. *ab* in *et* religiosus. *scribitur in codd.* inr- *et rarius* irr-. *de formis: compar. v. p. 396, 31. 37. 54. 58. 65. 67. cf. p. 398, 8* (magis -i *v. p. 396, 66*; satis -um *v. p. 396, 25*). *superl. (deest adverbio) v. p. 396, 38. 77. 397, 45* (-us nimium *v. p. 396, 80*; admodum -i *v. p. 397, 31*). *de usu: pro subst.: n. v. p. 396, 50. 397, 39. m. v. p. 397, 3. 47. in figura q. d. litotes v. p. 397, 31. cf. p. 398, 9. 18. 21.* *graece respondet* ἀνόσιος, *aliter l. 25. 51. p. 397, 1. 84.* *legitur inde a* TAC. (*adv. tantum et semel*), PLIN. epist., APVL., TERT.

[*varias lect. v. p. 397, 22 sq. 38. cf. p. 398, 9.* *falso traditur*: LIV. 5, 40, 10 salvo etiam tum discrimine divinarum humanarumque rerum, [ir]religiosum (*corr. Vaassen confirmante cod. Veronensi*; in religiosum, -um *rel. codd.*) ratus *eqs.* *e coni.*: MAXIMIN. c. Ambr. 75 p. 26, 4 in modum Iudaeorum . . . -e (in religione *cod.; coni. Kauffmann*) succlamaverunt. 89 p. 34, 19 inreligio⟨so sermon⟩e (*suppl. Kauffmann*). 91 p. 35, 5 ⟨inreli⟩g⟨io⟩sum propositum (*suppl. Kauffmann*). EPIST. pontif. 622 Schwartz p. 16, 7 in religione (-e *haud recte Thiel*).]

i. q. non religiosus (*saepe in eodem textu proxime positum invenitur* impius *vel* impietas, *e. g. l. 52. p. 397, 42.* *ex locutionibus q. s.* -um est *sim. pendet: inf. v. l. 22. p. 397, 41. 66.* *enuntiatum per*: ut *v. l. 26*; si *v. l. 30.* *ad designandum obiectum q. d. accedit*: erga *c. acc. v. l. 29. 60* [*cf. et p. 398, 13*]; in *c. acc. v. l. 60. 68. p. 397, 80* [*cf. et p. 398, 11*]; adversus *c. acc. v. p. 397, 20*; *dat. incommodi q. d. v. p. 397, 79*): **I** *refertur ad deos (deum) resve divinas*: **A** *generatim apud paganos et Christianos: i. q. sine reverentia deis (deo) rebusve divinis debita*: **1** *de rebus*: **a** *ex locutionibus q. s.* -um est *sim. pendet*: **α** *inf.*: PLIN. epist. 4, 1, 5 *templi* dedicationem . . . differre longius -um est. TERT. ieiun. 10 p. 287, 29 -um est ante (*adv.*) famulorum carnem refrigerari quam domini. CHALC. transl. p. 40^{E} deorum filiis . . . non credi satis -um (ἀδύνατον). CLAVD. DON. Aen. 3, 60 p. 272, 25 -um esset illic remorari. **β** *enuntiatum per*: ut: CYPR. epist. 19, 2 p. 526, 9 quam -um est, . . . ut . . . quidam de lapsis confessores ipsos praevenire . . . festinent. AMBR. exc. Sat. 2, 8 hoc ipsum -um puto erga ipsorum memoriam, . . . ut oblivisci eorum malimus, quam *eqs.* si: AVG. nupt. et concup. 2, 9, 22 p. 275, 11 quid nobis esset ingratius, quid -ius, si . . . de dei confunderemur operibus?

b *res variae*: PS. APVL. Ascl. 1 tractatum . . . tota numinis maiestate plenissimum -ae (-e, -is *vv. ll.*) mentis est multorum conscientia publicare (*antea*: religiosissimus sermo. NOVELL. Maior. 6, 12 remotis -arum mentium fraudibus impiisque commentis). MIN. FEL. 8, 1 -a . . . prudentia tumescentem. 25, 3 quid -ius, quid audacius? TERT. orat. 16, 6 factum istud -issimum est. IREN. 1, 25, 4 quaecumque sunt -a et impia (*cf.* 1, 25, 5 quae sunt -a et iniusta et vetita). CYPR. patient. 24 p. 415, 12 -a et inverecunda festinatione. *al.* IVL. VAL. 3, 25 p. 133, 10 contagio. ARNOB. nat. 5, 23 p. 195, 2 opinionibus (*al.*). FIRM. err. 16, 3 lege. math. 3, 5, 16 contra divinitatem -a proferant verba. 5, 5, 1 inpudentiam suam -a (-i *l. v.*) periurii defensione conmunient. HIL. in psalm. 2, 8 p. 42, 9 impio -oque consilio (*cf.* EVSEB. EMES. serm. 27, 29 p. 210, 11 proposito). trin. 6, 15 p. 168^{C} -os aestus suos calor haereticus non continet (*cf. ibid.*: furoris [*al.*]). 7, 24 p. 220^{C} -a huius nominis (*sc. dei*) usurpatio. EVSEB. EMES. serm. 19, 17 p. 57, 21 oculis. CASSIOD. var. 6, 8, 4 p. 182, 8 ne quis *sepulcrorum* columnarum decorem -a temeritate praesumeret.

c *n. pro subst.*: *pl.*: IREN. 1, 6, 4 alia multa odiosa et -a facientes (*μυσαρὰ καὶ ἄθεα*). CHALC. comm. 252 non -a modo, verum etiam impia *somniamus.* EVSEB. EMES. serm. 19, 7 p. 49, 23 -a gerens (*i. idola colens*). *al.* Ps. ORIG. hom. in Matth. 4, 1 p. 263, 27 omnia -a implere. *sg.*: ARNOB. nat. 5, 40 p. 209, 24 potest -ius quippiam vel existimari vel credi?

2 *de hominibus*: **a** *praedicative*: APVL. apol. 27 ut . . . *eos,* qui corporum causas meras . . . rimantur, -os putent eoque aiant deos abnuere. TERT. nat. 1, 10, 20 quanto -iores deprehendimini *quam Christiani* ? (2, 9, 5. apol. 13, 1 vos . . . inpii et sacrilegi et -i erga deos vestros deprehendimini [28, 4]). 1, 17, 2 -i dicamur in Caesares (ARNOB. nat. 5, 30 p. 201, 21 dicere quemquam . . . atheum, -um, sacrilegum, qui deos esse . . . negent *eqs. cf.* AVX. Maximin. c. Ambr. 49 p. 18, 2 *Vlfila* omnes haereticos . . . non pios sed impios, non religiosos sed -os . . . adserebat). castit. 3 p. 130, 36 non videbor -us. ieiun. 16 p. 296, 13 tu eo -ior, quanto ethnicus paratior (*sic in comparatione*: LACT. inst. 5, 20, 2 deos suos destruunt . . ., magis -i quam qui omnino non colunt. HIL. trin. 7, 23 p. 219^{B} quanto tu -ior Iudaeo?). IREN. 2, 19, 9 *haeretici* non . . . in fabricatorem tantum -i sunt (PORPH. Hor. carm. 2, 8, 9 impii atque -i. ARNOB. nat. 3, 16 p. 122, 28 FIRM. math. 1, 2, 6. *al. cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 34, 1 quod Epicuream sectam secutus -us extiterit *Horatius*). ARNOB. nat. 3, 28 p. 130, 23 quantumlibet nos impios, -os vocetis aut atheos (*al.*). AVG. serm. 220 p. 1089$^{fin.}$ quos . . . fecit doctos praedicata veritas, absit, ut faciat -os deserta solemnitas (*sc. paschae*). COMPVT. cod. Col. prol. 13 p. 234$^{fin.}$ -us et veritati inimicus . . . iudicabitur.

b *attributive*: IREN. 2, 14, 2 Anaxagorae -i semina (*cf.* EVSEB. EMES. serm. 15, 19 p. 357, 11 Nabuchodonosor -issimus. PASS. Petr. Paul. long. 58 p. 169, 14 Paulo -o). MAR. VICTORIN. defin. p. 22, 4 religioso viro -us inimicus est (VVLG. Sirach 37, 12 [*gr. deest*]). GAVDENT. serm. 13, 12 G. *Iudas* -us nimium et satis inopportunus dispositor (*postea*: sub specie religionis). AVX. Maximin. c. Ambr. 58 p. 21, 8 ab -o et sacrile⟨go⟩ iudice Gothorum. AVG. civ. 8, 26 p. 365, 18 D. homines multum errantes, increduli et -i (EVSEB. EMES. serm. 28, 13 p. 217, 9 nec mortui homines homines sunt nec in vivis -i et impii.

[Ruhstaller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Pass. Petr. Paul. long. 58 p. 169, 7 [θρησκεύοντας κακῶς]. *huc fortasse pertinet etiam l. 77*).

c *m. pro subst.: pl.*: Apvl. met. 11, 15, 4 videant -i, videant et errorem suum recognoscant. Tert. resurr. 26 p. 63, 4 *deus fructus agri* etiam -is et blasphemis ... communicat. Firm. math. 3, 7, 19 *Mercurius* faciet -os, sacrilegos (3, 11, 14 periuros). *al.* Mar. Victorin. in Eph. 4, 26 p. 1280C ne ... seducantur ... vel ab haereticis vel ab -is (Ps. Orig. hom. in Matth. 4, 2 p. 264, 4). Hil. in psalm. 65, 10 p. 254, 18 ut terror damnationis -orum metu religionem inchoaret. Clavd. Don. Aen. 5, 795 p. 519, 3 -orum nefas. Evseb. Emes. serm. 27, 18 p. 204, 11 peremptione. *sg.*: Apvl. Plat. 2, 8 *exemplum* unius divini ac tranquilli ac beati, alterius -i et inhumani ac merito intestabilis. Ps. Apvl. Ascl. 25 religiosus pro insano, -us putabitur prudens. Lact. inst. 3, 17, 4 *apud Epicurum* -us audit deos nihil curare. Salv. eccl. 2, 44 p. 259, 7sqq. Evseb. Emes. serm. 15, 11 p. 352, 2 ut *dominus omnium* adoraret -um et impium (*i. diabolum*).

B *speciatim apud Christianos, ubi agitur de falsa doctrina circa fidem: i. q. haereticus*: **1** *de ipsa falsa doctrina*: **a** *attributive vel praedicative ad subst.* (*huc pertinent et p. 396, 10. 11*): Iren. 2 pr. 1 -a dogmata. 2, 9, 2 impias et -as adversus fabricatorem ... doctrinas (Hil. trin. 4, 11 p. 103B. *al.*). 5 pr. sententias (*cf.* Pelag. in II Tim. 2, 16 p. 514, 6 -as [-a, religiosas *vv. ll.*] fabulas). Cypr. epist. 67, 7 p. 741, 12 dei timor -us (irreligiositate [*ex* -um] *l. v.*) vacillat. 69, 9 p. 758, 13 temeritate (*cf.* Hil. trin. 9, 45 p. 317C -a perversitas impietatis suae defendit errorem). Hil. syn. 41 p. 513C confessio (*al.*). trin. 1, 34 p. 47C -ae ... intelligentiae temeritatem (11, 9 p. 404C cum ... voluntas -ae intelligentiae detegatur). 4, 6 p. 99B -am de deo sollicitudinem. 4, 14 p. 107C -as et impias de deo institutiones. 5, 6 p. 133C profanum -umque iter. 5, 18 p. 140B mens (*antea*: sensum religiosae doctrinae. *cf.* 8, 55 p. 277C ingenii [12, 50 p. 466A inopis ingenii ... non admodum -i]). 7, 22 p. 217C fidem (*al. cf.* 10, 63 p. 392A -a et divini sacramenti incapax infidelitas). 9, 19 p. 295C occasionem ... -ae unionis *naturarum* exclusit *Christus*. Ps. Leo M. humil. 5 p. 166A tam -a persuasio, ut ... credatur. Conc.S I 2 p. 86, 21 (= I 3 vers Tur. p. 170, 29) -as voces suis expositionibus inseruit (*gr. I 1, 3 p. 7, 5 ἀνοσίους*). p. 86, 26 (= I 3 vers. Tur. p. 170, 35) -am ... et abominabilem haeresim (*gr. I 1, 3 p. 7, 11 ἀνοσίαν*). Evseb. Emes. serm. 4, 18 p. 116, 11 -i (hi religiosi *l. v.*) sermones.

b *n. pl. pro subst.*: Hil. ad Const. 2, 6, 2 p. 202, 5 -a praesumimus. trin. 1, 4 p. 28A ridicula et foeda et -a sectantes.

c -um est *sim. c. inf.*: Hil. trin. 5, 1 p. 129C ut, quod -um est negare, idipsum -um sit confiteri, cum pietas confitendi impietatem condemnet negandi. 8, 12 p. 245A non credidisse. 9, 58 p. 328A ad huius ... intelligentiae impietatem haereticorum furor ... compellit, ut ... videri -issimum possit, professionis eius de se protestationem ... corrumpi.

2 *de hominibus, sc. de haereticis*: **a** *m. pro subst.: pl.*: Hil. in Matth. 1, 3 p. 921A plures -i et a spiritali doctrina admodum alieni (*cf.* Ps. Orig. in Matth. 4, 5 p. 268, 11). in psalm. 138, 17 p. 756, 16 'unum sumus' plerique -orum ad voluntatis tantum *patris et filii* concordiam rettulerunt. trin. 1, 25 p. 40C verbis -orum. Consvlt. Zacch. 2, 18 p. 88, 19 -orum pertinacia. *sg.*: Hil. trin. 10, 33 p. 369C non tenes, -e, rerum naturalium causas (*postea*: impietatis atque erroris spiritu plenus ... hebetudine haeretica).

b *praedicative vel attributive*: Hil. trin. 8, 3 p. 238B *isti haeretico furore amentes* impietatis suae ingenio ... *laborant*, ut adversus ... *religiosos* vincant esse -i. Avg. c. Gaud. 1, 2, 3 p. 202, 15 *quomodo dixisti* 'religionis tuae' homini, quem potius -um putas? Conc.S I 2 p. 88, 9 (= I 3 vers. Tur. p. 173, 3) -orum Pelagianorum (*gr. I 1, 3 p. 9, 15 ἀνοσίων*). Evseb. Emes. serm. 14, 23 p. 339, 20 linguā ... -i sunt. Salv. eccl. 1, 23 heredibus passim vel -is vel locupletibus. Ps. Orig. hom. in Matth. 4, 5 p. 268, 1 -os idolorum doctores et falsos Christianos.

II *refertur ad profana, erga quae reverentia debita deest*: **A** *de actionibus vel dispositionibus*: **1** *ex locutionibus* -um putem *sim. pendet inf.*: Plin. epist. 9, 35, 1 eam reverentiam cum litteris ipsis tum scriptis tuis debeo, ut sumere illa nisi vacuo animo -um putem. Avg. serm. 343, 1 p. 1505fin. *domui Susannae* -um videbatur senioribus non credere.

2 *attributive ad subst.*: Novell. Maior. 6, 8 quidquid ... fuerit -o alienatum translatumque commento, id totum ab ... filiis vindicetur. Ennod. epist. 1, 23, 2 p. 35, 3 -um ... circa amantem tui in meliorem partem verte propositum. 5, 8, 1 p. 130, 22 -a silentia. Cassiod. inst. 1, 10, 5 p. 35, 9 My. -o stupore torpere.

B *de hominibus*: Ps. Apvl. Ascl. 21 ne vulgo inridentibus inperitis utriusque naturae divinitas ex commixtione sexus cogatur erubescere, multo magis etiam, si visibus -orum hominum subiciantur (*v. etiam l. 2*). Tert. adv. Marc. 1, 23 p. 322, 19 ut eum efficiat deo impium, patri -um, educatori ingratum, domino nequam. Clavd. Don. Aen. 10, 7 p. 289, 20 vos ... -i in regem et iniqui in homines. Favst. Aug. c. Faust. 14, 1 p. 401, 13 quis ... -us adeo est, ut eum libenter aspiciat, qui suo maledixerit patri? Orig. in Matth. 16, 22 p. 549, 26 qui tradunt ecclesias avaris et tyrannicis et indisciplinatis et -is episcopis (*ἀνεγλαβέσιν*).

adv. ***irreligiōsē.** *i. q. modo, quem reverentia deficit*: **1** *dirigitur in homines* (*cf. p. 397, 64*): Tac. ann. 2, 50, 2 si qua de Augusto -e dixisset *Appuleia rea maiestatis*. Salv. eccl. 3, 18 *sunt*, quibus non solum pie aliquid relinquatur, sed etiam -e non relinquatur.

2 *dirigitur contra deum resve divinas* (*cf. p. 396, 19*): **a** *generatim* (*huc spectat et p. 396, 9*): Cypr. epist. 69, 8 p. 757, 6 sacrificia -e et inlicite contra ius divinae dispositionis oblata. Arnob. nat. 1, 24 p. 16, 1 -e opinata et -ius credita. Hil. trin. 7, 24 p. 220C *Christus praecellit* ceteros, qui cognominare se non -e (non religiose *l. v.*) deos possunt. Vvlg. IV Esdr. 15, 8 non silebo de impietatibus eorum, quae -e agunt (Evseb. Emes. serm. 1, 40 p. 42, 21 quae -e in deum egimus. *al.*). Avg. civ. 2, 12 p. 66, 28 D. erga se quidem satis honeste constituerunt, sed erga deos suos superbe et -e (serm. coll. Morin p. 465, 15 qui impie, luxuriose, superbe, -e *vivunt*).

b *speciatim: i. q. modo haereticorum vel haeretico* (*cf. p. 397, 17*): Chalc. comm. 175 p. 225, 8 quae -e dicuntur atque existimantur (Hil. trin. 6, 14 p. 168A. *al. cf.* syn. 84 p. 536A ipsam ... religiose ... scriptam fidem ... sermoni nostro non -e inseremus). Hil. ad Const. 2, 7, 1 p. 202, 16 -e et impie scripta. trin. 7, 5 p. 203B naturae ... indissimilis unitas -e ad unionis profecit errorem. Ps. Prosp. vocat. gent. 2, 23 p. 709C non -e arbitror credi *eqs.*

deriv.: irreligio, irreligiositas. *Ruhstaller.*

irremeābilis, -e. *ab* in *et* remeare. *in codd. et* inr- *et* irr- *promiscue scribitur.* Not. Tir. 80, 44. Gloss.L II Philox. in 428 -is *ἀνυπόστροφος*. III Abstr. in 204 -e, non repetendum, non reambulandum. Abol. in 140 -is inrevertibilis (*cf. p. 393, 81 sq.*). Gloss. II 231, 18 inreparabilis. *legitur imprimis apud poetas inde a* Verg. Aen., *in sermone pedestri inde ab* Arnob. [*e coni. pro trad.* -media-: *l. 41 sq. cf. vv. ll. l. 48. p. 399, 7.*]

unde reverti non licet: **1** *negatur reditus e loco* (*imprimis respiciuntur mors, inferi sim., cf. gr. ἀνόστητος, ἀνέκβατος, ἀδίαυλος* [*v. Norden, Aen. VI² 425*]): Verg. Aen. 5, 591 indeprensus et -is error *labyrinthi*. 6, 425 ripam -is undae (*cf.* Serv. *ad. l.* aut perpetuum est epitheton ... aut ipsi etiam Aeneae -is, nam per alteram egressus est partem. Clavd. Don. *ad l.* p. 562, 30 -em proprie posuit et vere; nam Aenean ipsum scripsit alio egressu luci ... redditum). Sen. Herc. f. 548 audax ire vias -es (Dosith. gramm. VII 428, 3 -is via [Char. gramm. p. 406, 4 B.]). Sil. 5, 41 mox -e litus. Stat. Theb. 1, 96 Taenariae limen petit -e portae. Clavd. 20, 406 *Leo* protinus excitis iter -e signis adripit (Coripp. Ioh. 4, 144). *in sermone pedestri* (*v. et l. 46*): Epist. pontif. 577 Schwartz p. 121, 27 ut Timotheus ... ad -e (*edd. priores*, irremediabile *cod., Schwartz*) dirigatur exilium. Avg. civ. 3, 22 p. 134, 22 D. cum ... ad illam -em peregrinationem profecti sunt.

2 *negatur reditus in statum priorem (sc. vitam amissam), fere i. q. irreparabilis*: Arnob. nat. 2, 36 quamvis eas *animas* mors saeva posse videatur extinguere et ad nihilum redactas -i abolitione delere.

adv. **irremeābiliter.** *i. q. sine reditu*: Vigil. Thaps. c. Arrian. 1, 2 p. 181C eo -r (-media- *Ps. Vigil. Thaps. c. Arrian. 1, 5 p. 158A*) per avia oberrans, quo novitate pro vetustate utitur tamquam ... viam incedens.

deriv.: remeābilis (*retrogr.*).

***irremediābilis,** -e. *ab* in *et* remediare, *cf.* remediabilis. *in codd. et* inr- *et* irr- *promiscue scribitur. comp. et superl. desunt. n. pro subst. v. p. 399, 3. legitur in pedestri sermone apud* Maecen., Plin. nat. *et Eccl.* [*var. lect. p. 399, 7.*]

cui remedium efficax adhiberi non potest, insanabilis, immedicabilis: **A** *de rebus venenosis* (*audacius de hominibus perniciosis primo exemplo*): Maecen. frg. Sen. epist. 114, 5 -is factio rimantur epulis. Plin. nat. 11, 279 Scythae sagittas tingunt viperina sanie et humano sanguine: -e id scelus. 25, 152 *cicuta* in vino pota -is existit. 28, 77 *vim menstruorum* -em fieri.

B *fere i. q. incurabilis* (*irreparabilis l. 77*): **1** *de rebus: spectat ad*: **a** *vulnera, morbos, dolorem, lacrimas sim.* (*fracturam vasis testacei l. 77*): Ps. Ambr. act. Seb. 2, 5 p. 1023C insanabilis dolor, inconsolabilis poena, -is cruciatus (*inde* Pass. Secund. Theb. [BHL 7568] 5 p. 796B). Hier. epist. 97, 2, 4 *haeretici* venena pectoris -i dolore testantur. in Is. 1, 6 p. 30B -ium descriptio vulnerum (Avell. p. 101, 21 -e vulnus efficitur, quod desperatur sanari. Rvric. epist. 2, 65 p. 377, 6 Primas. in apoc. p. 893C). Vvlg. Tob. 10, 4 flebat ... mater eius -bus lacrimis (Chrysost. repar. laps. p. 389b 19 -bus lacrimis plango [*gr. aliter*]. *cf.* Vita Marcell. Ebred. [BHL 5227] 19 p. 754F cum iam spes desperatae salutis patri et matri vetaretur ac -e illud esset, quod plangerent). Rvfin. hist. 1, 13, 2 rex ... morbo quodam corporis -i ... tenebatur ([*οὐ θεραπευτῷ*]. Salv. gub. 7, 4 *iumenta*, quae -es morbos ferunt). Val. Cem. hom. 14, 6 p. 738B sermo ... numquam sine vulnere missus ..., cuius insanabilis plaga est et -is macula. Arnob. in psalm. 21 p. 353C fractura *testae* ... -is est. *al.* **b** *pericula, errores, poenam sim.*: Rvfin. Orig. in Ios. 5, 6 p. 319, 27 discessus *a Christo* terribilis atque -is lapsus (Primas. in apoc. 912D). Ps. Orig. in Iob 2 p. 452B in -em inferorum poenam demergeris. Tract. Pelag. p. 72, 33 -is impietas, id est idolatriae nefanda commissio (Cassian. c. Nest. 1, 2, 3). Salv. gub. 4, 37 quando -em iam malorum omnium summam ... compleverit. Ps. Evseb. Gallic. hom. p. 645B -e periculum est sic aliquem vitiis et cupidita-

[Kortekaas]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tibus frena laxare. Op. imperf. in Matth. 30 p. 787 blasphemia -e peccatum est. Pass. Secund. Theb. (BHL 7568) 6 p. 796D *in inferno anima* semper vivit -bus tormentis. *n. pro subst.*: Avg. civ. 19, 23 p. 393, 19 D. (*Porphyrius*) *Apollo in oraculis* -e sententiae *Christianorum* ... manifestavit. 2 *de hominibus*: Hier. hom. Orig. in Ier. 2 p. 302, 2 condemnatio tua ... ut -is nolentisque curari (*ἀνίατον*). Consvlt. Zacch. 2, 10 p. 88, 4 non -es (irremea- *l. v.*) duci, qui vitiorum pravitate calcata ad meliora se conferunt. Epist. pontif. 611 Schwartz p. 47, 18 fit persona -is Acacii in exaggeratione criminis et conventione vindictae.

adv. **irremediābiliter.** *i. q. sine spe remedii, auxilii*: Pelag. in Rom. 11, 11 p. 88, 3 non penitus et -r ceciderunt. in II Tim. 2, 17 p. 514, 13 ne *haereticorum colloquia* per aures -r vulnerent mentes. Rvfin. Basil. reg. 2 p. 488 -r ingratus. Orig. princ. 1, 6, 2 p. 81, 28 non ... -r moti *de statu beatitudinis*. Avg. serm. coll. Morin p. 695, 21 valde ... et -r te obsidebat infirmitas. Cassiod. Ios. antiq. 18, 8 p. 522in. cum ... se ... circumventum -r agnovisset (*gr. 18, 99 τὴν ἐπιβουλὴν ἄφυκτον οὖσαν*). Primas. in apoc. p. 893B *Iudaei* -r perierunt. p. 895B diaboli corpus ... -r cruciabitur. Conc. Matisc. a. 595 p. 169, 23 *viduae et pupilli* -r adfligantur. Isid. ord. creat. 8, 3 p. 931C *adversariis* -r praeparata est poena. *Kortekaas.*

irrēmigo, -āre. *ab* in *et* remigare. *i. q. remigando procurrere*: Pass. Fabii (BHL 2818) 9 p. 131, 9 electi iuvenes *remiges* ... dirigantur; ferantur usque ad defectum visus membra *martyris extra conspectum proicienda* per aequora; donec latebrae evanescentes claudant obtutus, cumbae ... utrumque expeditum latus -et (inr-). *Hi.*

irremissē *v. p. 400, 1.*

***irremissibilis,** -e. *ab* in *et* remittere, *cf.* remissibilis. *scribitur in codd.* inr- *et rarius* irr-. *compar. et superl. desunt. legitur inde a* Tert., Iren., Hier.

qui remitti non potest seu qui non remittitur: **1** *de rebus criminalibus*: **a** *de ipsis peccatis seu criminibus: i. cui ignosci non potest* (*saepe respicitur Vulg. Matth. 12, 32* non remittetur ei; *inde ortam struct. c. dat. v. l. 43. 45*): Tert. pudic. 2, 12 alia *delicta* erunt remissibilia, alia -ia (2, 14. 2, 16. 16, 5 quanto delicta ista ante lavacrum accepto facit, tanto post lavacrum -ia constituit. 18, 18 maioribus et -bus. 19, 28 moechiam et fornicationem ... delicta ... -ia fatearis. Avg. serm. 71, 11, 17 p. 453fin.). 13, 19 Hymenaei ... crimen ... et in isto et in futuro aevo -e est. Iren. 3, 11, 9 peccantes in spiritum dei in -e (-em *l. v.*) incidunt peccatum (Avg. enchir. 22, 83. in Rom. imperf. 17 p. 2100med. hoc *peccatum* in spiritum sanctum solum ... -e iudicatur. *al.* Vict. Vit. 2, 87 [= Nicet. spir. 17 p. 33, 12 B.] -e dicit esse peccatum ei, qui ... blasphemaverit. Fvlg. Rvsp. epist. 7, 4, 5 p. 354B). Hier. epist. 42tit. de blasphemia in spiritum sanctum -i (42, 1, 2 non his -em dictam blasphemiam. *al.* Avg. serm. 71, 14, 24 p. 458med.. *al.* Fvlg. Rvsp. c. Fab. frg. 15 p. 768B). Avg. c. Cresc. 4, 8, 10 p. 511, 6 -i reatu peccasse in spiritum sanctum (*antea*: peccatum ... inexpiabile. Greg. M. moral. 33, 36 p. 697C). Fvlg. Rvsp. rem. pecc. 1, 24 p. 547C ille ... dicit -e verbum adversus spiritum sanctum.

b *de poenis pro peccatis criminibusve inflictis: i. qui remitti seu revocari non potest*: Rvstic. Conc.S I 4 p. 14, 39 Iudaeis nata est -is ultio (*gr. Migne 78, 1257B ἀσύγγνωστον ... τὴν δίκην*). Cassiod. var. 12, 10, 2 p. 368, 4 -i exactione compelli (Novell. Iust. 102, 2 fiscalium exactio, devotis quidem clemens paternaque consistens, indevotioribus autem vehemens et -is [*ἀνένδοτος*]). Ps. Ignat. Philad. 8, 2 *Christo* non oboedire ⌊manifestus et -is⌋ interitus (*cf. gr.* ⌊*πρόδηλος*⌋).

2 *de aliis rebus*: **a** *qui minutus non est*: Epist. pontif. 739 Thiel Gelas. frg. 44 sive -is (-iter *l. v.*) perstet acerbitas, ibidem nihilominus vindicetur, ubi plectibilis orta est praesumptio. **b** *qui minui non potest*: Boeth. Porph. isag. p. 48, 18 differentia quidem intentibilis est et -is, accidentia vero magis et minus recipiunt (*gr. 5b, 42 ἀνάνετος*).

adv. **irremissibiliter.** **a** *i. q. eo modo, cui non ignoscitur*: Greg. M. moral. 9, 76 p. 900D angelorum spiritus idcirco -r peccaverunt, quia *eqs.* Vigil. Thaps. c. Arrian. 2, 40 p. 223D *spiritus sanctus*, in quo -r impii blasphemant. **b** *i. q. eo modo, qui non minuitur*: Greg. M. epist. 9, 85 p. 99, 25 si quando vos quisquam offenderit, dolorem -r retinetis.

irremissus, -a, -um. *ab* in *et* remissus. *scribitur in codd.* inr- *et rarius* irr-. *compar. et superl. desunt.* Gloss. severus, veridicus, instructus, -us.

i. q. non remissus: **a** *de legibus, poenis sim.: i. qui remitti seu revocari non potest*: Hil. in psalm. 126, 2 p. 614, 7 cum captivitatis illius reditum gravior sit et -a consecuta captivitas. Cassian. conl. 9, 22, 3 ut exemplo suo implacabili ira et -a sententia puniatur. Evcher. epist. ad Val. p. 719C ut ... dies atque anni et *sidera* ... dei verbum mandatumque infatigabili observatione conservent praeceptorumque eius custodiant -a lege famulatum.

b *de actibus vel dispositionibus liberis: i. q. valde assiduus*: Hil. trin. 9, 67 p. 335A monens nos -a fide intentos semper manere. p. 335B *ut* praeparationem -am expectatio indefinita retineret. Cassian. conl. 6, 14, 3 -a cura ac sollicitudine. 13, 6, 2 -am operis sedulitatem. 17, 28, 1 de -o rigore ieiunii, de vini sive olei perpetua abstinentia, ... de lectionis ... incessabili iugitate. Virg. gramm. epist. praef. p. 108, 8 H. -is ad dominum fundendis orationibus.

adv. **irremissē.** *i. q. assidue*: Amm. 29, 2, 10 -e ab extremis regionum intervallis exhibitis omnibus, quos *eqs.* *Ruhstaller.*

[**irremorātus** *v. l. 22.*]

irremōtus, -a, (-um). *ab* in *et* remotus. *qui non amovetur, assiduus*: Prvd. perist. 5, 408 *corvus custodis* munus implet sedule et -us (inr-) excubat. Pavl. Nol. carm. app. 1, 2 *uxor*, mearum comes -a (inr-) rerum.

irremūnerābilis, -e. *ab* in *et* remunerari, *cf.* remunerabilis. *scrib.* inr-. *cuius gratiae digne referri non possunt*: Apvl. met. 3, 22, 5 tuum ... mancipium -i beneficio ... tibi ... pignera (11, 24, 5 -i beneficio ... pigneratus).

irremūnerātus, -a, -um. *ab* in *et* remuneratus. *scrib.* inr- *passim.* *i. q. expers remunerationis*: Anian. Chrysost. hom. 3, 4 p. 1001med. nec hoc quidem -um relinquet *dominus* ([*gr. aliter*]. Cassiod. var. 2, 16, 1 -um [non rem- *l. v.*] non relinquitur, quod ... laudatur. 2, 16, 6 hanc subolem -am. 6, 10, 2. 7, 2, 3. *cf.* 7, 32, 4 -um non derelinquimus, si *eqs.*). Ivlian. in Iob 40, 3 p. 414 permisi ego -um esse, quod tu non passus es esse desertum? Conc.S I 5 p. 343, 9 hoc ... opus vitam ... beatam conciliat neque -um erit tale studium (*gr. I 1, 4 p. 49, 10 ἄμισθος*). Cassiod. var. 2, 28, 1 exprobrata militia creditur, quae -a transitur. 6, 10, 1 ut sapientes -i iaceant (7, 23). 7, 33 *legati* ad sedes suas -i (irremorati *l. v.*) non debeant pervenire. 8, 17, 1 nobis eum *virum* -um ... fortuna servavit (*syn.* sine aliqua retributione ... derelictum). Theod. Mops. epit. in psalm. 36 praef. ad p. 205, 12sqq. *homines* turbantur, ut -as in hac vita virtutes deserant et vitia consectentur felicia. *v. et ALMA 21, 1951, 40.*

irrenātus *v. s.* irregnatus.

irreparābilis, -e. *ab* in *et* reparare. *scrib.* inr- *in inscr. l. 48. 49 et passim in codd.* Gloss.L II Philox. in 430 -is *ἀν[αν]έωτος* (*ἀνα-ν⟨αν⟩έωτος?*). 431 -e *δυσαπόληπτον*. Gloss. II 231, 18 *ἀνυπόστροφος* inremeabilis -is. *dat.* -e *v. l. 48.* *legitur inde a* Verg., *adv. inde ab* Avg. [*variat in codd. c.*: inrecuperabilis: Romvl. fab. 19, 10 rec. gall. (cod. G) -e damnum (*cf. p. 393, 55*). inseparabilis: Sedvl. carm. pasch. 2, 15 op. pasch. 2, 1. *cf. l. 51.*]

qui reparari non potest (*accedit dat. l. 48*): **1** *de tempore sim.*: Verg. georg. 3, 284 fugit -e tempus (Aen. 10, 467 breve et -e tempus omnibus est vitae. Ambr. hex. 4, 4, 14 p. 121, 4 fugit tempus -e). Sen. epist. 123, 10 fluunt dies et -is vita decurrit. Colvm. 11, 1, 29 praelabentis ... temporis fuga quam sit -is. Sedvl. carm. pasch. 2, 15 cum victa supremis cursibus extremae sors -is horae ... ventura foret (op. pasch. 2, 1 sors ... extrema -is horae supremis cursibus occupata).

2 *usu dilatato*: **a** *de rebus: corp.*: Heges. 5, 32 *Hierosolyma diruta a Babyloniis* reparata postea; hoc est supremum excidium, post quod -e templum. *de vitio, fere i. q. irremediabilis*: Ps. Avg. serm. (Corp. Christ. 9, 355) 1, 1 -is esset humana fragilitas ..., nisi paenitentiae medicina succurreret. **b** *de hominibus, sc. mortuis*: CIL III 2756 Nepotie sue ... et sibi -e possuit (sibi *pendet ab* -e [*dat.*]). Inscr. christ. Diehl 4665 filio -i.

adv. **irreparābiliter.** [*variat in codd. c.*: miserabiliter: Iord. Get. 27. inseparabiliter: Avg. epist. 82, 20 p. 373, 9 Iord. Get. 27. *cf. l. 33.*]

i. q. ita, ut reparari, restitui non possit: Avg. epist. 82, 20 p. 373, 9 *circumcisio et cetera eiusmodi* a Christianis omnibus -r deserenda. c. Faust. 15, 3 p. 420, 13 me ... serpens -r devorasset. c. Iulian. op. imperf. 6, 18 p. 1542in. *diabolus* bonam voluntatem -r perdidit; an eam reparari posse dicturus es? (serm. 324 p. 1447in. *filium non baptizatum* -r perditum). 6, 22 p. 1553a.fin. angelus -r cecidit (Vigil. Thaps. c. Eutych. 5, 26 p. 154C pravi dogmatis aedificium ... -r cecidit). in psalm. 68 serm. 1, 3 p. 843p.med. ne *a gehenna* ... vere -r sorbeamur (*sic c. adv.*: 76, 5 p. 974med. tristitia ... eum omnino -r merserat). virg. 29, 29 p. 266, 16 *virginitatem* -r amiserunt (Cassiod. Ios. antiq. 17, 18 p. 511 pecunias). Op. imperf. in Matth. 3 p. 652p.in. non ad ramos posita ... securis, ut ... *arbores* iterum reparentur, sed ad radices, ut -r exstirpentur. Iord. Get. 27 pons dicitur ... -r corruisse (*v. l. 50. 51*). Liberat. 13 Conc.S II 5 p. 121, 9 Dioscorum honore -r fuisse deiectum. Greg. M. moral. 8, 30 p. 819B *genus humanum* in aeternis ignibus -r sepelitur.

deriv.: reparabilis (*retrogr.*).

? **irrepāsco,** -pāvī, -ere. *ab* in *et* repascere. *i. q. pecore immisso depascere*: Lex Sal. 27, 5 (6 E.) cod. C 6 si quis messe aliena in furtum aut inripaverit (repascerit *C 5*) aut meterit.

irrepēnsābilis, -e. *ab* in *et* repensare, *cf.* pensabilis. *qui (quod) repensari, retribui non potest*: Evseb. Emes. serm. 3, 34 p. 100, 6 quid nostrum debitum -e (r *T add. in marg., sc. ut fiat* irreprensibile) deo? quia misit deus filium *eqs.* (*cf. 3, 36* quid inveniemus ad repraesentandum?).

irrepercussus, -a, -um. *ab* in *et* repercussus. *fere i. q. irrefutatus*: Tert. apol. 16, 14 ne quid rumoris -um quasi de conscientia praeterissemus. Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 98 p. 1180 frivolam ... expositionem ... tuam optimo iure despicerem et -am praeterirem.

irrepertus, (-a), -um. *ab* in *et* repertus. *scrib.* inr-. *i. q. non inventus*: Hor. carm. 3, 3, 49 aurum -um et sic melius situm, cum terra celat, spernere. Sen. Med. 648 Herculi magno puer -us *Hylas.*

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

irreplētus, (-a, -um). *ab* in *et* repletus. *i. q. non satiatus*: PAVL. NOL. carm. 17, 67 iustis precibus tuorum . . . cogimur . . ., licet -i (inr-), cedere. *Hi.*

***irrēpo,** -psī, -ptum, -ere. *ab* in *et* repere. *scrib.*: inr- *saepe.* -rip-: MACR. Sat. 7, 5, 10 (*P*). APON. 2 p. 36. *et v. p. 402, 14. 403, 13. 20.* *de formis*: -pisse *v. p. 402, 8. 444, 42.* -ipiat *v. p. 403, 13.* *de notione*: GLOSS.^{L} III Abol. IN 27 -it subrepit. GLOSS. -psit subintravit. invasit. GLOSS.^{L} II Philox. IN 432 -psit εἵρψεν. GLOSS. II 306, 51 ἐπεσύχνασεν -erit (-psit *l. v.*). 562, 3 παρεισδύνειν irrumpere inre⟨pe⟩re obrepere. *de usu: transitive nonnisi sensu translato inde a* PHAEDRO, FRONTINO, TAC. (*v. p. 403, 57 sqq.*). *in struct. intrans. accedunt casus: dat. saepe; acc. (nom. civitatum): l. 56. p. 403, 14; praepp.*: ad, in *c. acc. passim*, in *c. abl. p. 402, 36. 403, 51; adv. localia l. 23. 34. p. 403, 10 sqq.* *legitur inde a* POMPON. Atell. *et per totam latinitatem, cf. l. 10.* [*variat in codd. c.*: increpare: TYCON. reg. 3 p. 30, 20 (*V*). *v. etiam l. 73.* inserpere: *v. p. 403, 5.* inspergere: *v. l. 35.* irrumpere: *v. p. 402, 11. 444, 41.* repere: COLVM. 7, 9, 13 (*q*, -ere *rell.*). *v. et p. 403, 41.* subrepere: *v. p. 402, 78.* *e coni.: v. p. 403, 76.*]

I *fere i. q. intro repere, rependo intrare* (*notione rependi evanescente p. 403, 66*): **A** *proprie, de animalibus reptilibus* (*intransitive; indicatur quo intretur per dat. l. 25. 26. 30, per* ad *l. 27. nota adv.* ibi *l. 23*): MESSALLA ausp. frg. Fest. p. 350 'serpula serpserit' . . . serpens -erit (DRAC. laud. dei 1, 459 solus ibi [*C*, ubi *B*] -psit squamoso corpore. *in imag.*: OROS. apol. 1, 6 impii . . . serpentes [*i. haeretici*] . . . sanctam et munitissimam sedem, cui subtiliter -psere, obsident. *cf. et l. 29*). PLIN. nat. 29, 74 *salamandra* si arbori -psit. SVET. Aug. 94, 4 draconem repente -isse ad *Atiam*. PALLAD. 1, 37, 7 *lacerti ceteraque animalia*, quibus est moris -ere (*sc. in alvearia apium*). *in similitudine*: AMBR. epist. 45, 10 p. 1143^{B} delectatio sicut serpentino illapsu humanis -psit affectibus.

B *translate*: **1** *intransitive*: **a** *transfertur ad ea animalia, quae per angustum locum quasi repunt* (*cf. p. 403, 64*): COLVM. 8, 3, 6 scandulae . . ., quibus -ant aves ad requiem nocturnam. 8, 15, 5 *anates* desiderant esse, quo -ant. 9, 8, 9 ad odorem dulcis liquaminis complures apes -pserunt (insperserunt *l. v.*). *al.*

b *respicitur introitus vel clandestinus vel qui fit paulatim et ita, ut vix statim animadvertatur* (*nonnumquam accedit notio invadendi in locum indebitum sc. importune, illicite e. g. l. 45. 52. 55 sqq. 64 sq. p. 402, 30. 35 sqq. 45. 73 sqq. 403, 3. 12. 14 sqq. 36. 52 sqq. per abundantiam accedunt adv.*: sensim *l. 48*, latenter *l. 56. p. 403, 10*, temere *l. 57*, occulte *p. 402, 36*, occultius *l. 77*, paulatim *l. 47. p. 403, 40. 44. 53*, minutatim *p. 403, 33. al.*): **α** *-unt animantes*: Ⓘ *homines*: Ⓐ *respicitur motus localis*: ① *nude*: CIC. ad Q. fr. 3, 2, 2 ipso decimo die . . . *Gabinius* -psit (in re haesit *l. v.*) summa infrequentia *senatus*. PETRON. 87, 3 -psi tamen (*sc. in lectum*). APVL. met. 2, 32, 7 patefactis aedibus, anhelans et sudore perlutus -o. 11, 12, 2 placido ac prorsus humano gradu cunctabundus paulatim obliquato corpore . . . sensim -o. SYMM. epist. 1, 1, 6 si quis -erit externus auditor. HEGES. 5, 38, 2 p. 379, 28 Iudaei . . . paulatim cedere, quo plures Romani ascenderent, hi certatim -ere. ② *indicatur*: ⓐ *quo* (*per*: in *c. acc. l. 52. 57. 61.* ad *l. 54. 59. dat. l. 60. nota acc. [nomen civitatis]: l. 56*): ITALA II Tim. 3, 6 (Ambrosiast. *ad l.*) sunt qui -unt in domos (οἱ ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας, *Vulg.* penetrant. *syn. Ambrosiast. ad l. p. 493^{C}* subintrantes). LACT. epit. 22, 4 ne quis hominum . . . ad locum illum (*sc. paradisum*) . . . conaretur -ere. AMM. 27, 10, 1 Alamannus regalis . . . Mogontiacum praesidiis vacuam . . . latenter -psit. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 77, 1 p. 59, 25 qui temere -erim in medium recumbentium (*gr. Migne 35, 484^{B}* παρενείρας). hist. mon. 9 p. 422^{C} quaerens *latro* . . ., quo aditu ad penetralia *virginis consecratae* . . . -ret. *in imagine*: AMBR. hex. 6, 8, 50 p. 242, 16 ne tibi *hostis* (*i. diabolus*) nocturnus -at. AVG. c. acad. 3, 18, 41 p. 78, 28 Antiochus . . . in Academiam veterem . . . velut adiutor et civis -erat. ⓑ *qua* (*in imagine*): ARNOB. nat. 2, 65 p. 101, 14 per hanc *ianuam* (*i. Christum*) solum est ingressus ad lucem neque alias datum est vel -ere vel invadere. FIRM. math. 1, 1, 2 *adversarii* per cuniculum quendam ad labefactandam hanc . . . scientiam conantur -ere. *v. et l. 59. p. 444, 41.*

Ⓑ *incorporaliter, sc. fraude, dolo, artibus sim.*: ① *nude*: TAC. hist. 2, 63, 1 -entibus dominationis magistris. TERT. adv. Marc. 1, 20 p. 316, 5 quosdam falsos fratres -isse. 4, 3 p. 428, 1 pseudoapostoli -erant. *al.* ② *indicatur*: ⓐ *quo* (*per* ad *p. 402, 10. 12. 14. 16 sqq.* in *c. acc. passim. dat. l. 74. 82. p. 402, 3. 11. 20*): ⓐ *in homines vel eorum animos sim.*: CIC. har. resp. 52 qui tam libenter in opinionem gratiae -at (increpat, increpatur *vv. ll.*). GELL. 14, 1, 32 ne qua nobis isti sycophantae ad faciendam fidem -rent (*cf. p. 403, 81*). TERT. adv. Marc. 3, 15 p. 401, 28 quomodo . . . -ret *Christus* in Iudaeorum fidem, nisi per . . . nomen. FORTVN. rhet. 2, 14 p. 109, 13 *insinuatio est* subdolum principium, quo occultius -imus in animum iudicis. ⓑ *in iura, possessiones alienas sim., in statum alienum* (regnum *sim. p. 402, 2 sq.*, communionem ecclesiae *p. 402, 6*): CIC. Arch. 10 ceteri . . . aliquo modo in eorum municipiorum tabulas -erunt. Balb. 5 *Balbus* non -isse in censum dicitur. PLIN. nat. 35, 8 Salvittones . . . Africanorum dedecori -entes Scipionum nomini (LAMPR. Heliog. 7, 8 in furiosi . . . domum vel nomen). EDICT. imp. Constant. frg. Vat. 249, 6 corporalis traditio, in quam saepe multi talia simulando -entes *eqs.* HEGES. 4, 25, 3 p. 280, 15 Iohannes fraude -erat in tyrannidem. RVFIN. patr. 1, 3 p. 303^{B} *Herodes* per ambitionem in regnum Iudaeorum dicitur -isse (RVT. NAM. 1, 305 Caesareo . . . -ere regno). EPIST. pontif. 364 Migne 20, 778^{A} quisquis in *ecclesiae* . . . leges, cum sibi nihil debeatur, -it. PROSP. chron. I p. 477, 1336 Iulianus Aeclanensis . . . multimoda arte fallendi . . . molitus est in communionem ecclesiae -ere. ⓒ *in honores, munera, officia sim.*: HEGES. 2, 1, 2 p. 131, 10 *Archelaum* -isse (-pisse *l. v.*) in (*om.* α) honorem indebitum (COD. Theod. 12, 1, 77 in honores primos -ant [inreparant *l. v.*]. NOVELL. Theod. 3, 5 [= COD. Iust. 1, 9, 18, 2] ad honores [*syn.* subrepserit]). CLAVD. 18, 146 -ere (irrumpere *l. v.*) sacris obsequiis. COD. Theod. 1, 6, 11, 3 si quolibet genere ad id, quod prohibetur, *ii, qui mutare militiam conati sunt*, -erint. 7, 21, 1 pr. in titulo⟨s⟩ militaris laudis -ere (-rip- *R*). 8, 1, 5 *ne actuarii* ad quasdam -ant dignitates, quibus eos perfrui . . . statuta prohibent. 8, 2, 3 pr. in nomen . . . militiae. 8, 4, 21 in memorialium scrinia. 9, 26, 2 (= Iust. 9, 26, 1, 1) ad . . . munus. 12, 1, 49, 1 si qui . . . ad . . . gradus clandestinis artibus adspirent aut studio fraudulentae artis -erint. 12, 1, 62 ad fabrorum collegium. 12, 1, 161 qui . . . ad indebita officia fraude callidae molitionis -unt. COD. Iust. 12, 19, 10, 1 *ne memoriales* geminis chartis -erint. *al.* ⓑ *qua via*: TAC. ann. 1, 7, 7 ut vocatus electusque potius a re publica videretur *Tiberius*, quam per uxorium ambitum et senili adoptione -isse. 13, 12, 2 *Acte* penitus -erat per luxum et ambigua secreta. CONSVLT. Zacch. 3, 3 p. 100, 32 *quidam monachi* studiis lubricae familiaritatis -unt. *v. et l. 2. 6. 12. 17. 19. p. 401, 74. 80.*

Ⓘ *bestiae*: Ⓐ *nude*: COLVM. 8, 3, 4 ne possint noxia -ere animalia (*sc. ad gallinas. v. et l. 52*). 10, 321 parvulus . . . pulex -ens (inreptens *l. v.*). Ⓑ *indicatur quo*: TERT. nat. 1, 4, 12 *zelotypus* ne mures quidem in cubiculum -entes . . . sustinebat. *in similitudine*: ACT. Archel. 28, 2 similis est malignus leoni, qui -ere vult gregi (gregem *C* [*v. p. 403, 58*]) boni pastoris.

Ⓘ *Poenae quasi deae, necnon (apud ecclesiasticos) daemones, diabolus sim.*: Ⓐ *nude*: STAT. Theb. 5, 60 lento . . . -unt agmine Poenae. Ⓑ *indicatur quo* (*per dat. l. 36. 41.* in *c. acc. l. 38. nota* in *c. abl. l. 36. additur qua: l. 40, 41*): MIN. FEL. 27, 2 *daemones* -entes etiam corporibus occulte (CYPR. idol. 7 p. 24, 11 spiritus ⌊in⌋ [⌊ ⌋ *codd., retinet Hartel*] corporibus. LACT. epit. 23, 8). LACT. inst. 5, 21, 5 quomodo *daemones* in hominem -erint (*syn. 3* insinuant se mentibus; *cf. 4* corpora . . . occupant). RVFIN. hist. mon. 1 p. 396^{B} diabolus . . . per . . . pravae voluntatis aditum -it in cor nostrum. COMM. apol. 173 -erat . . . rudibus temerarius ille (*i. diabolus. cf. et l. 30*) per latices animae. *al.*

β *-unt res*: Ⓘ *herbae sim.*: Ⓐ *vigente vi rependi* (*indicatur qua l. 45*): COLVM. 4, 1, 2 *ne terra* repellat novas -entes radiculas. DRAC. ros. 3 sacrilega placidas -psit spina per herbas. Ⓑ *fere i. q. usurpare locum indebitum vel insolitum* (*indicatur quo per dat. l. 48. 49*): COLVM. 4, 4, 3 nullis herbis -entibus. STAT. silv. 5, 3, 8 funestam . . . hederis -ere taxum. *in imagine*: PLIN. nat. 19, 128 *lactuca Cilicia* coepit -ere sativis.

Ⓘ *res vel liquidae vel per aëra sim. se infundentes* (frigus *l. 57*): Ⓐ *nude*: COLVM. 3, 18, 5 -entibus aquis praedictisque animalibus (*sc. formicis sim. in medullam vitis, cf. supra l. 27*). Ⓑ *indicatur: quo* (*per* in *c. acc. l. 55. dat. l. 56. 57*): SEN. nat. 6, 14, 4 cum tenuissimus idemque fortissimus *spiritus* . . . -at quamvis in obstructa (*syn.* intravit). AVIEN. orb. terr. 106 mediis infunditur oris -itque salum (*Dionys. periheg. 71* ἑλίσσεται. *syn. 104* se inserit). AMBR. hex. 5, 17, 56 p. 183, 16 *ne* teneris *hirundinis pullis* frigus -at. *qua*: ARNOB. nat. 3, 18 p. 124, 14 *aures* flexuosis tramitibus perforatas, qua -ere vox possit. POMER. 3, 6, 2 p. 481^{B} pulchrorum corporum formae per oculos -entes. 3, 6, 4 p. 482^{B} odor male suavis . . ., qui per patulas narium cavernas -psit.

Ⓘ *res variae*: Ⓐ *nude, fere i. q. sensim exsistere, innotescere, introduci*: ① *in universum*: COLVM. 12 praef. 10 necessaria -psit villicae cura. VLP. dig. 13, 5, 14, 1 cum utilitas pignorum -erit. HIER. epist. 36, 5, 1 illud, quod non interrogaveras, dum aliud agimus, -psit. COD. Theod. 8, 12, 4 pr. ut nulla quaestio voluntatis possit -ere. COD. Iust. 5, 27, 7, 1 (*a. 519*) sive antequam eadem lex -erit seu post eandem legem. ② *dicitur in malam partem: morbi sim.*: COLVM. 7, 5, 6 *scabies* ubi coepit -ere sic intellegitur *eqs.* PLIN. nat. 26, 9 Ti. Caesaris principatu -psit id malum (*i. colum. cf.* ARNOB. nat. 7, 47 p. 282, 11 aliquid quod metueretur). TAC. ann. 4, 8, 1 Seianus . . . deligit venenum, quo paulatim -ente fortuitus morbus adsimularetur. *vitia sim.* (*artes pravae l. 74 sq.*): PLIN. nat. 30, 2 specie salutari -isse *artem magicam* velut altiorem sanctioremque medicinam (AVG. civ. 2, 13 p. 68, 19 D. *theatricae artes*). QVINT. decl. 268 p. 93, 25 antequam ulla istius artis (*i. philosophiae*) simulatio -ret (HIL. in psalm. 118 caph 7 p. 455, 6 falsorum fratrum simulatio ad nocendum arte fraudulentae insectationis -it [subrepit *V*]). HIL. in psalm. 118 heth 11 p. 429, 18 scit *propheta* turpes corporum cupiditates adfectu blandae voluptatis -ere. SACR. Leon. 631 quidquid diabolicae fraudis -it (*seq.* incurrit). *al.* *eventus funesti, damnum sim.*: TAC. ann. 1, 73, 1 quanta Tiberii arte gravissimum exitium -erit. AVG. in psalm. 83, 5 p. 1059$^{in.}$ quamvis nihil molestum -at. AVELL. p. 136, 10 apparet ideo perfidorum -isse perniciem, ut *eqs. al.*

[Centlivres]
digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ⓑ *indicatur*: ① *quo*: ⓐ *generatim*: *per* in *c. acc.*: Cic. off. 3, 75 si vir bonus habeat hanc vim, ut ... possit in locupletium testamenta nomen eius -ere. Plin. nat. 26, 3 haec lues ... primum Ti. Claudi Caesaris principatu medio -psit in Italiam. *v. et l. 13. 20.* *per dat.*: Stat. Theb. 1, 340 iam somnus avaris -psit (inserpit *l. v.*; *v. vol. VII 1, 1880, 25*) curis (8, 217 lacrimis. *cf.* Boeth. mus. 1, 1 p. 185, 29 ut eis [*i. Pythagoricis*] lenis et quietus sopor -ret). Frg. Bob. gramm. V 556, 16 hoc *nomen* (*sc.* '*filius*') ... regulae propriorum -psit. *v. et l. 19 sq.*. *per* ad: Firm. math. 1, 10, 11 ad *comas* ... varius color latenter -it. *per adv.*: Cypr. epist. 59, 19 p. 689, 17 illic contagium venenati sermonis et pestiferae seminationis -erat. Const. Sirmond. 9 facile vitia subrepunt, ut illuc etiam error -at (subripiunt ... orror inripiat *cod.*). *vigente vi imaginis* (*per* in *c. acc. l. 15 sq.*; *per acc. [nomen civitatis] l. 18*): Hil. syn. 39 p. 513A quia multis et occultis cuniculis in catholicam domum ea ... haeresis tentaret -ere (78 p. 531A in catholicam ecclesiam). Avg. civ. 3, 21 p. 132, 22 D. per ... Manlium ... triumphantem Asiatica luxuria Romam omni hoste peior -psit. *in similitudine* (*per dat.*): Avell. p. 492, 9 *haeretica communio* quasi morbosa contagio ecclesiis ... temptat inripere (-rep- *B*). *nota locutionem* in usum -ere, *i. q. prave in usum venire*: Vlp. coll. Mos. 15, 2, 2 nonnumquam -isse (in rebus si se *l. v.*) in usum, ut etiam profiterentur *harioli* et publice se praeberent. ⓑ *in homines eorumque corpus (l. 33 sqq.) vel animum sim.*: ⓐ *in universum*: *per* in *c. acc.*: Pompon. Atell. 141 quot laetitias insperatas modo mi (mihi *codd.*) -psere in sinum ('accusativus pro nominativo' *Non. p. 500, 29; at cf. Leo, Ausgew. kl. Schr. I 266 n. 2 'dialektisch' [sic Devoto, Storia d. lingua di Roma p. 193] 'oder soloek' [sic Löfstedt, Synt. II 329]*). Cic. de orat. 3, 203 illa *dissimulatio*, quae maxime quasi -it in hominum mentes. orat. 97 haec *eloquentia* modo perfringit, modo -it in sensus. Qvint. inst. 9, 1, 19 *oratio figurata* in animos iudicum, qua non observatur, -it. *per dat.*: Sen. epist. 38, 1 plurimum proficit sermo, quia minutatim -it animo. Stat. silv. 5, 2, 63 nondum validae tibi signa iuventae -psere genis. Prvd. praef. 23 -psit subito canities seni. Drac. laud. dei 2, 642 dulcior ... gelidis -psit flamma medullis.

ⓑ *dicitur in malam partem*: *per* in *c. acc.*: Planc. Cic. fam. 10, 23, 1 credulitas ... error est ... et quidem in optimi cuiusque mentem facillime -it (Ambr. hex. 6, 8, 50 p. 242, 3 concupiscentia [*syn.* intret in te]. Avg. bapt. 3, 2, 2 p. 197, 21 per disputationes). Lact. opif. 1, 5 vereor ... ne paulatim consuetudo et iucunditas *bonorum terrenorum* ... in animum tuum -at ([repat *l. v*]. Boeth. cons. 1, 6, 9 W. perturbationum morbus). *per dat.*: Sen. dial. 5, 4, 5 iracundiam ... eruditis hominibus et in alia sanis -ere. 12, 8, 1 insidiabitur solitudini tuae dolor et requiescenti animo tuo paulatim -et (Ambr. epist. 18, 28 p. 980A rudibus animis -isse fidem Christi [*gentiles sc. dicunt*]). Ambr. epist. 66, 1 p. 1225B magnum est ... nullum pati absentibus damnum -ere. in psalm. 118 serm. 7, 37 p. 149, 3 ut oblivia mihi tuae venerationis -rent (oblivio ... -ret *l. v.* Avg. c. Petil. 2, 92, 204 p. 128, 7 tibi ... oblivio. *cf. l. 84. p. 406, 62*). *per* in *c. abl.* (*in imagine*): Mart. Brac. superb. 9 si virulentum semel vel morbi contagium in penetralibus nostri cordis -erit.

② *qua*: Plin. nat. 36, 5 qua magis via -unt vitia quam publica? Tac. dial. 29, 2 per *lasciviam et dicacitatem* ... paulatim impudentia -it. Tert. uxor. 1, 8 l. 25 per loquacitatem -unt (*NFR, om. A*, ingerunt *Kroymann*) verba pudoris inimica. Lact. epit. 38, 3 scelerati atque impii deorum cultus per insidias daemonum -erunt. *v. et l. 15. 31. 39.*

2 *transitive*: **a** *-unt animantes*: *α corporaliter*: ① *fere i. q. clam intrare*: *-it bestia* (*accedente vi rependi per locum angustum, cf. l. 64*): Phaedr. app. 26, 2 cum ... lupus ... veprem -ret. *-unt homines*: Apvl. met. 3, 24, 1 *Fotis* summa cum trepidatione -it cubiculum (8, 11, 2). 9, 5, 2 latenter -it ... hospitium temerarius adulter. Cod. Theod. 7, 16, 2 pr. ut nullus vel vi vel clam vel aperto vel etiam occulto nostri possit imperii regiones -ere. ⑪ *i. q. per angustum locum rependo intrare* (*cf. l. 59. p. 401, 32*): Apvl. met. 4, 15, 3 *Thrasyleon* festinus -psit *caveam* (*opp. 4, 18, 4* prorepit). *per imaginem, vi verbi rependi evanida, i. q. angustum locum ingredi*: Greg. Tvr. Iul. 1 p. 563, 23 utinam quisque nostrum ... statim ... iustitiae viam ... conaretur -ere.

β incorporaliter, fere i. q. fraudulenter invadere: ① *spectatur usurpatio iuris sim.*: Frontin. (?) grom. p. 35, 16 *iuris formula* quietem tam longae possessionis -ere *non* sinit. Cod. Theod. 8, 1, 2 ne ii, qui procul ab officio ... sunt, ... locum possint laborantibus debitum -ere. *v. et p. 402, 8.* ⑪ *spectatur captatio animorum*: Tac. ann. 4, 2, 2 *Seianus* -ere paulatim militares animos adeundo appellando. Avell. p. 206, 17 tu qui ... falsis litteris cor pontificis -isti (*Guenther*, eresisti *trad.*). *al.*

b *-unt res*: *α corporeae*: Avien. ora 531 cavum ... late caespitem -it salum. *β incorporeae*: ① *afficientes hominum: corpus*: Ven. Fort. virt. Hil. 5, 15 paulatim mobilis vigor articulos stupentes et ungues -psit. *animum*: Gell. 1, 6, 4 si ... modo ... possint *sententiae falsae rhetoris* movendos (*A*, ad movendos *cett. fortasse recte, cf. p. 401, 74*) hominum animos qualicumque astu -ere. Rvfin. patr. 4, 2 p. 320A cogitationes noxiae cor eius -unt. Act. Archel. 34, 2 cum eos (*i. seniores*) inimica ... memoriae -isset oblivio (*v. p. 403, 49*). ⑪ *ius usurpatum sensim ad aliquem perveniens*: Cod. Iust. 1, 3, 40 (*a. 524*) iudices *et* ... defensores ecclesiarum ..., quos turpissimum insinuandi ultimas deficientium voluntates genus -erat (6, 23, 23).

II *fere i. q. sensim cauteque procedere* (*translate, sc. in ratione argumenti explicanda*): Hier. tract. p. 389, 3 vide ... quomodo *Iohannes euangelista* paulatim et prudenter -it.

deriv.: irreptio, irrepto, irreptor. *Centlivres.*

irrepōscibilis, -e. *ab* in *et* reposcere. *scrib.* inr-. *qui reposci non potest*: Apvl. apol. 92 virginitas cum semel accepta est *a marito* reddi nequitur ...; vidua autem ... nihil affert -e (inrepossibile *φ ante corr.*). Sidon. epist. 8, 15, 2 ut *promissum*, quod mihi insolubile videtur, tibi quoque videatur -e.

***irreprehēnsibilis**, -e. *ab* in *et* reprehensibilis. *scribitur*: inr- *passim*. -praeh- (-p̄h-): Itala II reg. 14, 25 (*v. l. 79*). psalm. 18, 8 (Didasc. apost. 48, 20 Tract. in Luc. 1, 6 Migne suppl. 1, 329med). Vvlg. Col. 1, 22. I Tim. 3, 2. 5, 7. 6, 14 Tit. 2, 8. *al.* -preens-: Vvlg. Tit. 2, 8 (*TL*). -hins-: Vvlg. Col. 1, 22. I Tim. 3, 2. 6, 14 Tit. 2, 8. *al.* -ivil-: Ambr. Tob. 16, 55 p. 551, 6. *formam comparativi v. p. 405, 45. superlat. deest. de notione*: Hesych. in lev. 8, 8 p. 876D (*ad I Tim. 3, 2*) -is, id est accusatione mundus et a querela omni liber. *v. etiam l. 47.* Gloss. *ἀκατάληπτος, ἀνεπίληπτος, ἄπταιστος. de usu: m. pro subst. v. l. 70 sqq. n. pro subst. v. l. 29. 39. p. 405, 27. legitur inde ab* Itala, Tert.; *numquam adhibetur a poetis. adv. apud eccl. inde a* Ps. Cypr., Ambr., Hier.

[*variat in codd. c.*: inpre- (*falso*): Ps. Sen. epist. Paul. 14 (*Q*). Hier. epist. 69, 8, 7 Vvlg. Col. 1, 22. *cf. l. 32.* incompre- *v. p. 406, 10.* *dub.*: Conc.S I 2 p. 105, 4 (= I 3 vers. Tur. p. 188, 24) audentes aliquid contra -ia (*sc. incarnationis. gr. I 1, 4 p. 17, 7 τῶν ἀνεφίκτων. syn. I 5 p. 335, 20* de inconprehensibilibus [*cf. Rustic. Conc.S I 3 p. 188, 24* incomprehensibilia], *II 3, 1 p. 87, 26* ineffabilia [-ia *l. v.*]. *magis convenit* in[re]prehensibilia, *cf. vol. VII 1, 676, 15*).]

qui reprehendi non potest (*fere c. notione laudis; aliter de eis, qui tantum crimine vacant l. 39. 47. p. 405, 23. 37. 39. cf. p. 406, 8. 36*): **A** *in universum*: Firm. math. 1, 7, 39 Scipio ... post dictaturae -es actus ... oppressus. Diom. gramm. I 473, 12 (= 502, 27) *vir doctus* de ... carminibus ... iustis rationibus et -i sententia iudicabit. Schol. Hor. gloss. *Γ* epist. 1, 1, 101 'insanire putas sollemnia me': communia, -ia. Novell. Iust. 13, 3, 1 *praetorem* oportet ... virum esse undique honestum et -em (*ἀνεπίληπτον*).

B *usu Christiano*: **1** *nude*: **a** *de hominibus* (*deo l. 75*): *α speciatim de eis, qui munere funguntur ecclesiastico sive professione obligantur*: Itala I Tim. 3, 2 (= Vvlg.) oportet ... episcopum -em esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum *eqs.* (*ἀνεπίλημπτον. huc spectant e. g.* Tert. monog. 12, 7 [4] noli esse -is. Iren. 3, 3, 1 Ambr. epist. 63, 61. Hier. epist. 69, 8, 7 'ornatum' ... *ἐπίτασις* est prioris verbi, id est '-is': qui vitia non habet, -is appellatur, qui virtutibus pollet, ornatus est. adv. Pelag. 1, 22 p. 516A '-is' aut nullus aut rarus est [*opp.* reprehensibilis]. *al. v. et l. 21. p. 405, 44*). II Tim. 2, 15 (Aug. spec. 40 p. 251, 23. *al.*) operarium -em (*ἀνεπαίσχυντον, Vulg.* inconfusibilem). Tit. 1, 6 sq. (Hier. in Agg. 2, 11 p. 1406D. *al.*) si quis est -is, unius uxoris vir ...; oportet enim episcopum -em esse (*ἀνέγκλητος. cf. l. 44. ad l.*: Hesych. in lev. 21, 20 p. 1064B quis ... -is nisi impollutus? deinde unde colligatur -em eum esse, a qualibus maculis aut passionibus carendo, ... ostendit *Paulus*). Synod. Hil. coll. antiar. p. 118, 6 Asclepius ... ex sententiis iudicantum episcoporum ostendit se esse -em (*gr. l. 24 ἀθῶον*). Ambr. vid. 2, 8 *viduas* -es ... esse debere (*ad* Vvlg. I Tim. 5, 7 [*ἀνεπίλημπτοι*]). Didasc. apost. 9, 9 Rvfin. epist. Clement. 13, 2. Avg. virg. 49, 49 p. 294, 21 virgines dei -es ... sequantur agnum. *saepe.* *β generatim*: Itala Phil. 2, 15 (cod. g. *al.*) ut sitis -es et simplices *eqs.* (*ἄμεμπτοι, Vulg.* sine querela). apoc. 14, 5 (Aug. pecc. mer. 2, 7, 8 p. 79, 9) -es sunt (*ἄμωμοι, Vulg.* sine macula. Avg. *ibid.* l. 10 ideo sunt -es, quia se ipsos veraciter reprehenderunt). Arnob. nat. 2, 15 p. 60, 4 inculpabiles et ideo -es vivimus. Zeno 2, 15, 1 Iob. Ambr. Abr. 1, 4, 27 p. 522, 4 'esto ... sine querela' (*gen. 17, 1*), hoc est -is, ut de te uxor non queratur nec quisquam tua facta reprehendat. Tob. 16, 55 p. 551, 6 -is faenerator. Vvlg. Tob. 10, 13. Avg. serm. 301, 2, 2 p. 1381med. ideo -es *pueri*, quia non mendaces. Praedest. 1, 23 p. 594D omnes veteris testamenti -es ... approbavit dicens: quis accusabit adversus electos dei ? (*sic pro subst.*: Alc. Avit. hom. 16, 2 p. 124, 25 quod solis -bus debetur). Greg. M. moral. 4, 18 p. 647C. 11, 52 p. 977B *sancti viri* semper -es interni iudicis oculis assistant (*syn. 19, 20 p. 109A* irreprobabiles). *saepe.* *nota de deo*: Ps. Avg. quaest. test. I 83, 6 p. 143, 14 *deus* facit, quod convenit rationi, ut -is perseveret.

b *de rebus* (*non nisi incorp.*): Itala II reg. 14, 25 (cod. 117) erat ... Abessalon ... a vestigio pe⟨dis⟩ usque ad verticem ⟨capi⟩tis -praehen⟨sibi⟩lis formae (*οὐκ ἦν ἐν αὐτῷ μῶμος, Vulg.* non erat in eo ulla macula). psalm. 18, 8 (Ambr. in psalm. 1, 30 p. 26, 13. *al.* = Psalt. Rom.) lex domini -is (*ἄμωμος. huc spectat e. g.* Avg. c. Faust. 22, 29 p. 624, 2). 100, 2 (Sangerm.) in via -i (*ἀμώμῳ* [100, 6]. Ambr. Isaac 3, 6 p. 646, 13). II Cor. 6, 3 (Pelag. *ad l.* p. 263, 9) ut -e sit ministerium nostrum (*ἵνα μὴ μωμηθῇ, Vulg.* ut non vituperetur). I Tim. 6, 14 (Tert.

[Hi.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

resurr. 23 p. 58, 14 = Vvlg.) mandatum (*ἀνεπίλημπτον*). Iac. 3, 17 (cod. ff) dei . . . sapientia . . . est . . . sine diiudicatione, ⌊-is⌋, sine hypocrisi (⌊⌋*om. gr. et Vulg. cf.* Ps. Sen. epist. Paul. 14 sophiam. Fvlg. Rvsp. praedest. 3, 7 p. 655C scientia). Lvcif. Athan. 2, 27 p. 196, 21 de episcopi -i officio (*ad p. 404, 53*). p. 198, 3 quomodo possit sermo meus proferri sanus, -is? (*spectat ad* Vvlg. Tit. 2, 8 verbum sanum, -e [*ἀκατάγνωστον*]. Ambr. off. 2, 17, 86 sermo salubris atque -is. Cassiod. Didym. in Iac. 3, 2 -em . . . et sine vitio profert [*antea*: inoffensibilem]. *cf.* Hier. epist. 69, 8, 4 lingua). Ambr. Iac. 2, 3, 10 p. 37, 19 bonus . . . dolus, ubi -is est rapina *eqs.* (*cf.* off. 3, 9, 65 fraus). virg. 1, 7, 38 perfecta et -is virginalis animae pulchritudo. Maximin. c. Ambr. 115 episcopatus. Rvfin. apol. Orig. 5 p. 577C haec est . . . Origenis fides . . ., et . . . quid tam -e? (*cf.* Conc.S I 2 p. 104, 34 -em . . . fidei confessionem [*gr. I 1, 4 p. 16, 24 ἀδιάβλητον. al.*]. I 5 p. 343, 12 recta sane et -is fides [*gr. I 1, 4 p. 49, 13 ἀκατάσκωπτος, ἀκατάσκηπτος l. v.*]. Alc. Avit. epist. 4 p. 29, 33 stilo catholico et -i fide). Pavl. Nol. epist. app. 2, 16 p. 448, 1 qui ita -em suam vitam exhiberi velit, ut is non libenter reprehendat alienam (Mvtian. Chrysost. hom. 17, 4 p. 349med. [*gr. p. 132in. ἀλήπτου*]. Pallad. hist. mon. I 46 p. 330C [*gr. 58 p. 151, 18 B. ἀνεπίληπτον*]. *al. cf.* Cassian. conl. 14, 19 p. 424, 2 -i conversatione [*al.*]). Conc.S I 3 vers. Tur. p. 20, 26 *patrum* rectis et -bus dogmatibus (*gr. I 1, 1 p. 26, 18 ἀνεπιλήπτοις. al.*). Rvstic. Conc.S I 4 p. 235, 19 somnum et . . . tristitiam et alias -es passiones (*gr. I 1, 6 p. 155, 22 ἀδιαβλήτων. syn. Dionys. Exig. Conc.S I 5 p. 298, 18* absque vitiis). Alc. Avit. epist. 4 p. 31, 5 personas legitimi atque -is tori pace devinctas. Fvlg. Rvsp. ad Monim. 2, 8 p. 186D secundum *dei* . . . imperscrutabilem atque -em voluntatem. praedest. 1, 31 p. 619A aequitatem (2, 32 p. 645A). *saepe.* *n. pro subst.*: Ps. Avg. quaest. test. I 114, 24 p. 314, 19 *non* posse turpe et reprehensibile ante sanctum esse et -e. Rvstic. Conc.S I 4 p. 147, 12 ut . . . plerumque -ia reprehenderent.

2 *c. additamentis*: **a** *adv.* (*adi. l. 32*): Ambr. exc. Sat. 2, 119 *sponsa* adhuc tota -is, tota formosa (*ex Itala cant. 4, 7* [*ibid.*] reprehensio non est in te). Avell. p. 639, 17 ea, quae . . . undique sunt -ia (Novell. Iust. 6, 1 pr. *vita episcopi* honesta et inculpabilis et undique -is. *cf. et p. 404, 40*). Orig. in Matth. ser. 107 p. 226, 9 omnino. **b** *c. casibus*: *α dat.*: Conc.S I 3 vers. Tur. p. 42, 3 si . . . et contra parentes nobis bellum sine crimine et -e est (*gr. I 1, 1 p. 97, 7 ἀνεπίληπτος*). Mar. Merc. Conc.S I 5 p. 38, 8 quod est . . . firmum atque -e gentilibus. Greg. M. moral. 21, 10 p. 195C ut *sancti viri* tanto fiant -es iudici, quanto semetipsos cottidie . . . reprehendunt. *β abl.*: Ambr. off. 1, 24, 113 Iob . . . secundis atque adversis rebus -is. Rvfin. Orig. in lev. 13, 6 p. 477, 18 sanctorum . . ., qui mundi sunt corde . . ., qui vita -es. *nota abl. comparationis*: Gild. Brit. 108 chron. III p. 84, 7 si dixisset apostolus (*I Tim. 3, 2*) eum esse omnibus -iorem debere. *abl. mensurae v. l. 39 sq.* **c** *c. praepp.*: apud: Rvfin. Orig. in Rom. 10, 6 p. 1259A ut vita sua -is sit apud homines (*spectat ad I Cor. 10, 32 ἀπρόσκοποι. al.*). coram: Vvlg. Eph. 1, 4 (*D*). Col. 1, 22 exhibere vos sanctos et immaculatos et -es coram ipso (*ἀνεγκλήτους*). in conspectu: Greg. M. moral. 11, 45 p. 974B ut in conspectu aeterni iudicis . . . inveniri -es debeant. *al.* *indicatur, quo respectu aliquis -is sit*: Ambrosiast. in I Thess. 2, 4 inventus est . . . in conversatione -is. 3, 13 ut -es inveniantur cum sanctis in caritate dei. Leo M. epist. 95 Conc.S II 4 p. xliv 19 in omnibus (Greg. M. epist. 5, 31 p. 312, 10). Conc.S II 3, 1 p. 173, 20 in doctrina fidei (*gr. II 1, 1 p. 182, 40 ἀκατάγνωστον*). Orig. in Matth. ser. 33 p. 61, 32 qui in actibus vitae suae -is est.

adv. ***irreprehēnsibiliter.** 1 *i. q. ita, ut reprehendi non possit, sed potius laudetur*: Ps. Cypr. pasch. 3 p. 251, 9 *deus inter diem et noctem* aequaliter, hoc est -r divisit (Mar. Merc. Conc.S I 5 p. 32, 37. Conc.S II 3, 1 p. 224, 16 [*gr. I 1, 2 p. 47, 22 ἀλήπτως. cf.* Conc.S I 3 vers. Tur. p. 77, 9 -r partitis. *syn. I 2 p. 60, 35* sine reprehensione. *I 5 p. 107, 3* sine peccato]). Ambr. epist. 37, 19 p. 1089A qui . . . recte facit omnia, utique inoffense et -r et sine damno et commotione sui facit omnia (Sacr. Gelas. 1, 36 p. 544. *al.*). Iac. 2, 3, 12 p. 39, 6 qui recte agit, inculpate et -r agit (Leo M. epist. 104, 5 Conc.S II 4 p. 57, 10). Hier. Didym. spir. 11 p. 113C vivens -r (Rvfin. epist. Clement. 5, 2 [*ἀνεπιλήπτως*]. Pomer. 3, 2, 2 p. 477A. 3, 30, 2 p. 513B. Greg. M. moral. 26, 53 p. 381C iuste atque -r). in Ezech. 2, 1 p. 467C Paulus . . . -r est conversatus. Cassian. conl. 24, 7 vos in omni perfectionis via -r incedentes. Epist. pontif. 351 Migne 20, 763B -r . . . per annos innumeros in presbyterii honore durasse. Leo M. epist. 95, 1 Conc.S II 4 p. 50, 24 quae . . . -r hactenus gesta sunt. 118 Conc.S II 4 p. 71, 29 euangelio . . . -r serviamus (Greg. Tvr. Franc. 2, 2 p. 39, 17). 156, 1 Conc.S II 4 p. 102, 4 quae . . . instruente spiritu sancto -r definita sunt (Avell. p. 236, 29. *al.*). Avell. p. 231, 24 inconcusse inviolabiliter -r atque inretractabiliter . . . nos . . . secuturos. *al.* Conc.S I 2 p. 39, 18 utrum recte et -r et consonanter sanctae . . . synodo talia scripserim an non (*gr. I 1, 2 p. 13, 24 ἀνεπιλήπτως. al.*). p. 86, 12 *litteras* probavit recte habere et -r sancta synodus (*gr. I 1, 3 p. 6, 32 ἀλήπτως* [I 3 vers. Tur. p. 196, 1]. Rvstic. Conc.S I 4 p. 96, 8 [*gr. I 1, 7 p. 149, 6 ἀνεπιπλήκτως*]. Evstath. Basil. hex. 6, 3, 10 [*gr. p. 124B ἀμίκτως*]. *al.*). I 5 p. 129, 10 (*gr. I 1, 7 p. 48, 24 ἀμωμήτως*). II 5 p. 16, 5 sedem *episcopalem* . . . -r ⟨adeptus⟩. Praedest. 1, 43 p. 600C -r cathedram episcopatus obtinuit. Clavd. Mam. anim. 1, 3

p. 33, 17 -r . . . dixisse (*al.*). Fvlg. Rvsp. praedest. 3, 2, 2 p. 652B sapientia dei . . . -r . . . opera sua . . . disposuit (*seq.* non fallitur aut reprehenditur). Greg. Tvr. Andr. 6 p. 830, 38 *episcopum* -r custodientem, quae . . . susceperat (*al. cf.* Iul. 50 p. 584, 10 ut . . . -r teneam). Greg. M. epist. 1, 24 p. 30, 15 sacerdos -r graditur. 3, 15 p. 174, 14 -r ordinetur. 7, 6 p. 449, 24. Orig. in Matth. 14, 16 p. 320, 9 *Christus pharisaeis* manifeste et -r fuerat responsurus (*gr. l. 21 ἀνεπιλήπτως*). *al.*

2 *i. q. ita, ut, etsi nihil praecipue laudandum sit, tamen sine crimine fiat* (*cf. l. 36. p. 404, 34*): Avg. c. Gaud. 2, 9, 10 p. 265, 29 *boni malos* non solum -r (incomprehensibiliter *l. v.*), verum etiam laudabiliter tolerant. perf. iust. 9, 20 p. 20, 15 non qui iam perfectus est, sed qui ad . . . perfectionem -r currit carens criminibus damnabilibus. Cassian. conl. 17, 28, 1 *ea mandata*, quae sine iactura . . . possunt . . ., cum necesse fuerit, -r praetermitti.

deriv.: irreprehensibilitas.

irreprehēnsibilitās, -ātis *f.* *ab* irreprehensibilis. *scrib.* inr-. *i. q. status irreprehensibilis*: Conc.S I 2 p. 32, 2 accedere . . . ad piam religionem et -em et eos, qui in clero sunt . . ., ab omni culpa, quae in vita est, liberari (*gr. I 1, 1 p. 115, 3 ἀνεπίληπτον* [I 3 Rustic. p. 50, 2]). Greg. M. epist. 5, 53a p. 356, 40 neque . . . simul umquam conveniunt culpa operis et -s cordis. past. 1, 8 p. 21B *Paulus* (*I Tim. 3, 2*) cum . . . virtutum necessaria . . . enumerat, quae sit -s ipsa manifestat. *ibid.* ut auditores suos . . . descripto -is culmine restringat a superbia (*opp.* reprehensibilitas).

deriv.: reprehensibilitas (*retrogr., v. l. 24*).

irreprehēnsibiliter *v. p. 405, 57.*

irreprehēnsus, -a, -um. *ab* in *et* reprehensus. *scrib.*: inr- *in tit. (v. l. 48) et passim in codd.* -prens-: Ov. met. 3, 340 (*p*). *legitur ap.* Ov. *et inde ab* Itala, Char. [*variat in codd. c.* irreprehensibilis: *v. l. 39. 46.*]

1 *respicitur iudicium omnium, fere i. q. irreprehensibilis, qui (quod) a nemine umquam reprehenditur (fere c. notione laudis, aliter [cf. l. 8. p. 404, 34] l. 36. 42)*: **a** *de rebus* (*incorp.; corp. non nisi metonymice l. 39*): Ov. met. 3, 340 *Tiresias* -a dabat populo responsa. trist. 5, 14, 22 *antea* tua (*i. uxoris*) . . . turpi sine crimine mansit et tantum probitas -a fuit; . . . nunc . . . conspicuum virtus hic tua ponat opus (*v. l. 33*). Char. gramm. p. 71, 14 B. utrumque (*i. et 'senecta' et 'senectus'*) . . . -o sermone dicetur. Itala I Thess. 3, 13 (Ambrosiast. *ad l. al.*) ad confirmanda corda vestra -a (irreprehensibilia *l. v.*) in sanctimonia coram deo (*ἀμέμπτους, Vulg.* sine querela. *cf. p. 405, 52*). Max. Tavr. serm. 67 p. 670A haec -ae devotionis est sanitas. Cod. Iust. 9, 9, 20 *mulierum, quae vim passae sunt,* -am voluntatem. **b** *de hominibus*: Itala Col. 1, 22 (Ambrosiast. *ad l.*) exhibere vos sanctos et inmaculatos et -os in conspectu suo (*ἀνεγκλήτους, Vulg.* irreprehensibiles). Ps. Hier. in I Cor. 1, 8 p. 29, 11 'usque ad finem' vitae suae '-i (irreprehensibiles *l. v.*) in adventum . . . Christi' permaneant (*ad gr. ἀνεγκλήτους, Vulg.* sine crimine). CE 1988, 11 *Allia Potestas* exiguo sermone -a manebat (*nota Ovidii [l. 35] imitatorem in numeris peccasse, cum verbum prioris versus pro* fuit *poneret*).

2 *respicitur iudicium unius hominis, i. q. non vituperatus*: Hier. in Gal. 4, 11 p. 379A *Paulus videns errantes* nec penitus eorum desperavit salutem . . . nec rursum -os reliquit.

irreprobābilis, -e. *ab* in *et* reprobabilis. Not. Tir. 19, 100a ⟨inre⟩probabilis. *qui reprobari non potest*: Iren. 4, 26, 5 *apud successores apostolorum est* id, quod est sanum et -e conversationis, et inadulteratum et incorruptibile sermonis constat. Greg. M. moral. 19, 20 p. 109A *sancti* sese -es interni iudicis obtutibus parant.

adv. **irreprobābiliter.** Gloss. V 571, 2 inrefragabiliter inreprobabiliter. *Hi.*

irrēptio, -ōnis *f.* *ab* irrepere. *scrib.* inr-. *e coni. v. l. 65. fere i. q. introductio furtiva, insinuatio*: Avg. epist. 217, 5 p. 406, 13 ut hoc menti nostrae nulla subtrahat oblivionis -o (obr- *l. v.; cf. p. 403, 49*). ord. 3, 13, 38 p. 174, 4 *ratio* ab omni . . . falsitatis -e defenderat *artem.* Cod. Theod. 8, 12, 1, 2 ad excludendam *in donationibus* vim atque -em (*Gothofredus*, inrupt- *codd.*).

irrēpto, -āre. *verbum frequentativum ab* irrepere. *scrib.* inr-. [*e coni.*: Gratt. 297 -at (*Radermacher, Enk*; ire placet *trad.*).] *fere i. q. irrepere (poetice; sensus frequentativus apparet l. 71. acced. dat. l. 71. 72. 74; acc. [nomen civitatis] l. 73)*: 1 *fere i. q. prorepere ad aliquid, aliquem*: Stat. silv. 3, 1, 178 grex . . . protervus *nepotum* . . . umeris -et avi. Theb. 4, 386 *ad Bacchum*: pampineum . . . iubes nemus -are Lycurgo. 2 *fere i. q. clam et illicite intrare*: Stat. Theb. 11, 732 *ad Creonta*: vis . . . hostiles . . . Mycenas squalidus -et *Oedipus* ? Anth. 19 (Gloss.L IV p. 8 v. 9) ne mihi . . . cataclum carmen -et.

irrēptor, -ōris *m.* *ab* irrepere. *qui se in possessionem alienam insinuat*: Cod. Theod. 2, 26, 2 (= Iust. 3, 39, 4) qui -r (inruptor, inrepto, in repertor *vv. ll.*) agrorum fuerit in lite superatus (*syn. Interpr.* pervasor iuris alieni). *Centlivres.*

irrepudiābiliter *adv.* *ab* *irrepudiabilis (*cf.* repudiabilis). *i. q. ita, ut repudiari non possit*: Conc.S I 5 p. 347, 22 *Christus homo factus ea,* quae erat ante carnem, -r habet (*gr. I 1, 4 p. 54, 21 ἀναποβλήτως*).

irrequiēbilis, -e. *ab* in *et* requiescere; *cf. Leumann, Adj. auf -lis p. 126.* *scrib.* inr-. *qui ita satiari, ut requiescat, non potest*: *[Hi.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Scrib. Larg. 105 stomachi vitium, quod cum ... -i, ut ita dicam, et inexstinguibili siti consistit (*inde* Marcell. med. 20, 10).

irrequiēs, (-ētis) *adi.* *ab* in *et* requies, *cf.* inquies. *scrib.* inr-; irr- Avson. 342, 11 (*l. v.*). *vox poetica, non legitur nisi nom. et vocativus (l. 6).* *i. q. irrequietus*: Avson. 153, 16 p. 8 P. (= Pavl. Nol. carm. 5, 16) *deus* -s, cuncta ipse movens, vegetator inertum. 341, 5 p. 159 palpitat -s vegetum ... cor. 342, 11 p. 160 Aethiopum ... pervigil -s gens.

? **i⟨r⟩requiēsco,** -ere. *ab* in (*praep.*) *et* requiescere, *cf. 3.* insitus. *fere i. q. quiescentem inesse*: Inscr. NSc. 1915 p. 61 hic irequ⟨iescit in⟩ somno pa⟨cis ...⟩ h(onesta) p(uella) *eqs.*

irrequiētus, -a, -um. *ab* in *et* requietus. *scrib.* inr- *passim.* Gloss.^{L} III Abstr. in 202 -a, semper vigilans. *legitur inde ab* Ov., Sen. *philos.* [*variat in codd. c.* inquietus: Hil. Arel. vita Honorat. 38 l. 13 -is (inquietis *PLer.*) animae desideriis. *al. v. et vol. VII 1, 1807, 22.* irreprehensus: *v. l. 28.* *e coni. v. l. 42.*]

A *vi temporis perfecti non vigente*: **1** *fere i. q. numquam ab opere sim. cessans*: **a** *de eis, qui aliquid sine remissione agunt*: *α c. respectu actionis continuae*: Ov. met. 1, 579 -us Enipeus *flumen.* 5, 443 *Ceres filiam quaerens faces* tulit -a *per* tenebras. 13, 730 -a Charybdis. Sen. dial. 12, 7, 2 *sidera* -a semper cursus suos explicant. Sil. 3, 353 Callaici coniux ... -a mariti. 14, 60 Aetna ... tonat -a ... nocte dieque simul. Stat. silv. 5, 1, 188 *Caesarem* -us ama (Anth. 940, 16). Lact. ira 17, 3 corpus quidem quiescit, animus tamen -us agitatur. Avson. 157, 35 p. 15 P. -a ... nubila. *β c. respectu actionis, quae certis temporum intervallis (sc. cottidie l. 30, quotannis l. 28) repetitur*: Ov. trist. 2, 542 te (*i. Augustum equites recensentem*) delicta notantem praeterii totiens -us (iure quietus, inreprehensus *dett.*, inrevocatus *Bentley*, iure citatus *Luck, Philol. 106, 1962, 148 sqq.*) eques. Mart. 4, 78, 4 nec ulla cathedra est, cui non mane feras -us 'have'.

b *de actionibus, motibus, temporibus sim., quae sine remissione aguntur*: *α in rerum natura*: Ov. met. 2, 386 *Sol*: satis ... ab aevi sors mea principiis fuit -a. Sen. dial. 10, 10, 6 mundus aut sidera, quorum -a semper agitatio numquam in eodem vestigio manet. Plin. nat. 2, 6 *mundi* aeterno et -o ambitu. 2, 11 -o mundi ... circuitu. Lact. ira 10, 9 *atomi* per inane -is motibus volitant (*inde* Isid. orig. 13, 2, 1. *v. et l. 42*). 13, 4 -is cursibus *solis* (*v. et l. 44*). Cypr. Gall. gen. 332 tempora ... anni -a (*cf. Vulg. gen. 8, 22* non requiescent). *β in universum*: Ov. trist. 2, 236 bella ... -a geris. Ps. Qvint. decl. 6, 6 p. 116, 1 adsiduos planctus et -as ... lacrimas. Avson. 422, 3 p. 379 P. non *Iovem* pervigilem nox -a ... leniit. Amm. 14, 2, 1 Isauri ... perduelles spiritus -is motibus erigentes (16, 12, 30 arma in⟨re⟩quietis motibus poscebatis [*v. vol. VII 1, 1804, 59*]. 16, 12, 33. 25, 5, 8. *v. et l. 36*). 18, 6, 12 *hostes* nos -is cursibus sectabantur (*v. et l. 37*). 22, 16, 11 opus ... -is laboribus consummari. Sidon. epist. 6, 12, 3 excubiis, precibus, expensis.

2 *fere i. q. turbatus*: Sidon. carm. 23, 419 Ossa crebras -a per procellas. Schol. Stat. Theb. 7, 42 *domus Martis* immansueta: -a, sine quiete.

B *vigente vi perfecti, i. q. quiete, somno non refectus*: Ps. Qvint. decl. 6, 18 p. 127, 14 impositum nuda trabe -um latus *captivi.* Frontin. strat. 2, 9, 1 *Marius* insomnem hostem detinuit ex eo adsecutus, ut postero die -um facilius debellaret.

irrequīsītus, -a, -um. *ab* in *et* requisitus. *scrib.* inr-. *fere i. q. indiscussus*: **1** *de homine*: Sidon. epist. 9, 3, 2 custodias ... nequaquam tabellarius transit -us. **2** *de criminibus*: Greg. M. epist. 5, 29 p. 309, 12 ea, quae ad notionem pervenerint, minime ... -a relinquere (6, 3 p. 382, 18). 5, 39 p. 329, 9 alia ... perversa illius ... -a praeterire non possum (6, 25 p. 403, 30). 7, 17 p. 460, 20 ne ... -a, quae ad nos perlegata fuerant, remanerent.

irresectus, (-a, -um). *ab* in *et* resectus. *scrib.* inr-. *i. q. non resectus*: Hor. epod. 5, 47 -um ... dente ... Canidia rodens pollicem.

? **irreserābiliter** *v. vol. VII 1, 1868, 79.*

irreserātus, (-a, -um). *ab* in *et* reseratus. *i. q. non reseratus*: Ps. Hier. epist. 6, 6 p. 84^{B} sola ... Maria ... -o aditu seminali clauso utero concepit.

irresolūbilis, -e. *ab* in *et* resolvere. *scrib.* inr-. Gloss.^{L} IV Plac. I 30 inextricabile: -e, quod numquam finitur. *qui resolvi non potest*: Apvl. Plat. 2, 13 pares paribus (*i. amici amicis*) -i nexu iunguntur (Amm. 30, 4, 13 *mali advocati* -i [inresubilo *trad.*] nexu vincientes negotia ... nodosis quaestionibus ... iudicia circumscribunt. *cf. l. 84*). Theod. Mops. epit. in psalm. 67, 16 (Arch. glottolog. it. 5, 1878, 337, 17) sicut impossibile est caseum in originem suam, id est liquorem lactis resolvi, sic ubertas montis huius -is est (*οὐκ ἐπιδεχόμενον λύσιν*).

deriv.: resolubilis (*retrogr.*).

irresolūtus, -a, -um. *ab* in *et* resolutus. *scrib.* inr-. **1** *i. q. non resolutus*: Ov. Pont. 1, 2, 22 semel intentus ... arcus ... vincula semper habens -a manet. **2** *i. q. indivisus*: Maximin. c. Ambr. 36 nefas est cogitare ... tres (*i. patrem et filium et spiritum sanctum*) -os, quod ... Sabelli continet perfidia (129 vos tres ... deos credendos dixistis ..., tres -os. 137). **3** *i. q. insolubilis*: Boeth. cons. 3 carm. 2, 4 quibus ... legibus *natura* ... stringat ... ligans -o singula nexu (*cf. l. 69*).

irrespīrābilis, -e. *ab* in *et* respirare, *cf.* respirabilis. *scrib.* inresper- (*ed. princ., deest cod.*). *qui respirandi locum non habet* (*v. Leumann, Adj. auf -lis p. 106*): Tert. idol. 24 p. 57, 18 inenatabile excussis profundum est, inextricabile inpactis naufragium est, -e devoratis hypobrychium in idololatria.

irrestīnctus, -a, -um. *ab* in *et* restinctus. *i. q. non restinctus*: Sil. 3, 29 -a ... servant altaria. Mart. Cap. 9, 915 v. 18 -us (inrestrictus *M*, inr- *rell.*) aquis triumphat ardor.

? **irresurrectio,** (-ōnis) *f.* *ab* in (*praep.*) *et* resurrectio. *scrib.* inr-. *in versione v⟨e⟩rcis gr. q. e. ἀνάστημα* (*i. progenies, creatio*): Iren. 5, 29, 2 diluvium advenit terrae delens -em terrae propter nequissimam generationem (*gr. Reynders, Lex. comparé ... de St-Irénée p. 36$^{lin.}$ ἐξαλείφων τὸ ἀνάστημα τῆς γῆς, cf. LXX gen. 7, 4. 7, 24. confusio intervenisse videtur c. ἀνάστασις* [*resurrectio*], *v. Lundström, Neue Stud. z. lat. Iren.-übers. p. 185 sqq.*).

irreticentia, (-ae) *f.* *ab* in *et* reticentia. *scrib.* inr-. *pro t. t., de figura rhetorica q. e. licentia, gr. παρρησία*: Carm. de fig. 130 -a, cum verum reticere negamus (*cf. Rut. Lup. 2, 18 p. 20, 26* nec reticebo).

Hi.

irrētio, -īvī, -ītum, -īre. *ab* in *et* rete. *scrib.* inr- *et* irr- *in codd. promiscue.* -rit-: Pavl. Nol. carm. 24, 719 (*O*, -ric- *B*). Novell. Theod. 9, 1 (*H*). Compvt. Carth. 2, 12 p. 293, 14 Greg. Tvr. glor. conf. 28 p. 765, 15. *al.* *formae perf. breviores* (*longiores praeter* -vit *non exstant*): -isti: Act. Petr. 8. -ierat: *v. infra l. 81.* -isses: *v. l. 79.* Not. Tir. 90, 14. *de notione*: Synon. Cic. p. 430, 29 B. inducere. inplicare. incestare. convenire. fallere. circumscribere. p. 444, 14 *v. p. 409, 76.* Char. gramm. p. 473, 3 B. inlecebro ⟨-o⟩ (⟨ ⟩ *glossa irrepsit inter verba coniug. primae*). Gloss.^{L} I Ansil. in 1428 -ire, rete comprehendere. III Abol. in 25 -tus suasus vel captus (*al.*). Gloss. colligatus. *σαγηνεύω.* *p. p. p. m. pro subst. e. g. p. 409, 6. 9. 10.* *legitur inde a* Lvcil., Cic. *per totam latinitatem.* [*e coni.: v. p. 409, 13.*]

I *proprie*: **A** *c. obi. externo: i. q. rete sive aviario sive iaculo sim. involvere, implicare, illaqueare*: **1** *strictius*: **a** *animantes*: Evagr. vita Anton. 24 p. 879 passer ad ludum -tus ([*δέδεται. cf. Vita Anton. 24 p. 39, 8* alligatus]. Cassiod. in psalm. 101, 8 p. 710^{B} passer est avis parva ... quae nec facile laqueis -itur). Ambr. bon. mort. 5, 16 p. 718, 8 avis ... quibuscumque -itur insidiis. Prvd. ham. 140 ars olli captare feras, animalia bruta -ire plagis. Cassiod. in psalm. 93, 3 p. 651^{C} *venantes* ad capiendas feras retium laqueos ponunt, ut ignorantes possint dolosis insidiis -ire. *in imag.*: Vvlg. Is. 8, 15 et conterentur et -entur et capientur. Avg. fid. et op. 17, 32 p. 77, 8 *ne male vivens* pisces domini sui malis retibus -ret (Avg. [?] un. eccl. 18, 48 p. 294, 26 pisces boni, qui ... tolerant pisces malos pariter -tos. *cf. de apostolis piscatoribus homines quasi rete capientibus*: Avg. serm. 51, 3, 4 p. 336 quanti periti, quanti philosophi huius mundi ab illis piscatoribus -ti sint. Petron. Bonon. serm. 2, 67 [Morin, Rev. Bén. 14, 1897, 5] tunc ... pisces, nunc homines *Petrus* sagenis spiritalibus -vit). **b** *res inanimas* (*in comparationibus*: quasi *l. 51. 53.* velut *l. 51*): Colvm. 3, 11, 2 inferius solum plurimis radicibus sit inpeditum ac velut -tum. 4, 2, 2 *vitis* inferius solum quasi cancellavit atque -vit. Gell. 11, 17, 4 *retas* appellatas ... esse a retibus, quod praetereuntes naves inpedirent et quasi -rent.

2 *accedit*: **a** *gen.*: *α obi.*: *-a affectuum, vitiorum sim.* (perseverantiae *l. 43*; gulae [*i. appetitionis epularum, cf. l. 76*]: *l. 37 sqq.*): Sall. Iug. 89, 7 *Numidae* neque salem neque alia -a gulae quaerebant (Tac. hist. 2, 62, 1 ex urbe atque Italia . . . gestabantur. Amm. 28, 4, 3. Clavd. Don. Aen. 1, 210 p. 49, 10 *non* fuerant adhibenda escis militum. Ambr. Iac. 1, 2, 5 p. 7, 13. Avg. serm. 207, 2 p. 1043[fin.] cavenda sunt. *al.*). Ov. met. 1, 140 opes, -a malorum. Val. Max. 4, 5 ext. 1 *adulescens* formam -um alienae libidinis esse *noluit* (Clavd. Don. Aen. 1, 320 p. 68, 19 Anian. Chrysost. hom. 1, 4 p. 984[a.med.]. *al.*). 7, 4, 3 *Romani obsessi* unico perseverantiae -o . . . *Gallos* spoliaverunt. 9, 10 ext. 2 parvo -o ingenui pudoris maximae rei exspectatio subruta est. *al.* Sen. benef. 4, 6, 3 unde haec -a iam lassae voluptatis? (*cf.* Ivv. 11, 167 veneris languentis). dial. 3, 8, 1 optimum est, primum -um iraе . . . spernere (Plin. paneg. 8, 5 -um irarum et fax tumultus). rem. fort. 12 *oculi sunt* -a vitiorum, duces scelerum (Plin. nat. 33, 4 Lact. inst. 6, 20, 9. *v. etiam l. 66*). epist. 94, 71 -um est omnium, in quae insanimus, admirator et conscius. *al.* Tac. ann. 3, 9, 3 fuit inter -a invidiae domus. Avg. in euang. Ioh. 40, 10 p. 1691[fin.] erit tibi nummus instrumentum peregrinationis, non -um cupiditatis. *-a certaminum, actionum*: Liv. 30, 11, 7 -um certaminum equestrium est, cum aut vincentibus spes aut pulsis ira adgregat suos. Ivst. 31, 7, 9 belli . . . -a, non pacis blandimenta (*cf.* Avg. civ. 3, 13 p. 112, 22 D.). Symm. epist. 7, 35, 2 adieceras ad -um profectionis nostrae filium meum . . . tecum futurum. *al.*

β explicativus q. d.: Val. Max. 8, 11 ext. 4 taurus . . . ad amorem . . . aeneae vaccae . . . nimiae similitudinis -o compulsus. Tert. cult. fem. 2, 9, 3 *feminis aetate provectioribus* compensantibus . . . per habitus -a frigora aetatis (*cf. adn. cr.*). Itin. Alex. 6 onerosior (operosior *Studemund*) . . . exempli proprii -is. Symm. rel. 4, 3 -um superbiae Roma vestra non patitur. Amm. 28, 6, 13 rapaces alites . . . -o sanguinis atrocius efferatae (31, 15, 2 bestiae). Petr. Chrys. serm. 47 p. 331[B] *negotiatorem* providentem ornamenta virtutum, non -a vitiorum. *al.*

b *dat.* (*nota dat. fin. l. 69 sq. aliter dat. pendens a verbis e. g. l. 27. 31*): Tac. ann. 3, 54, 3 ne -a quidem eadem *erant Romanis priscis* intra Italiam dominantibus. 14, 15, 2 posita veno -a luxui. *alicui -o est*: Itin. Alex. 2 animo . . . sitienti laudis -o (-um *m*[2]) est . . . scire *eqs.*

c *praep.* ad: Sen. contr. 2, 7, 3 maius ad sollicitandam matronam putatis -um spem corrumpendi *eqs.* Plac. med. 2, 10 rec. *α* summa pars caudae vulpis in brachio suspensa -um ad coitum cre[d]at (rec. *β* -um est concubiti).

B *speciatim, c. respectu epularum, fere i. q. condimentum, quo excitatur cupiditas edendi* (*cf. l. 35*): Avson. 344, 2 p. 162 P. nec nostros reticebo cibos . . ., -um quibus additur aequoreum sal. Ps. Rvfin. (Ivlian.) in Ioel 1, 5 p. 1037[D] -um epulis artificio comparastis.

II *debilitata vi instrumentali, fere i. q. desiderium*: Arnob. nat. 5, 10 p. 183, 1 *Iuppiter* volebat . . . cupide adpetitionis suae -a complere.

irrītātē *v. p. 431, 18.*

irrītātio, -ōnis *f.* *ab* **1.** irritare. *scrib. saepius* inr.- inritacionem: Itala II Esdr. 9, 26 (cod. 125). *in interpr. vocabulorum sacrae scripturae*: Hier. epist. 106, 67, 3 legite Ezechiel et invenietis *παραπικρασμός* -em et exacerbationem semper expressum (*cf.* in Ezech. 2, 7-8 p. 34[A] semel diximus exasperationem sive -em, Septuaginta amaritudinem ponere). Rvfin. Orig. in num. 25, 3 p. 236, 23 est . . . rex Madian Vr, et hic interpretatur -o. *legitur inde a* Liv., Val. Max., Sen. *philos.*

fere i. q. actio irritandi (*status irritatus l. 22*): **1** *spectat ad varios motus animi corporisve concitandos* (*accedente gen. indicatur aut quid irritetur aut ad quid irritetur aliquis* [*l. 13. 15. 18. 20. 22*]): **a** *generatim*: Val. Max. 6, 3, 10 *mulieris speciosae* conspectus supervacua -e arcessitus. Sen. dial. 4, 3, 2 si quis . . . lacrimas procidentes et -em umoris obsceni altumve suspirium . . . indicium adfectus . . . putat, fallitur nec intellegit corporis hos esse pulsus. 11, 6, 6 inesse naturalem quandam -em animis commutandi sedes et transferendi domicilia. epist. 9, 17 *sapientem* ad amicitiam fert . . . nulla utilitas sua, sed naturalis -o (*syn.* adpetitio, stimulus). Tac. Germ. 19, 1 *feminae* nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum -bus corruptae. Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 7 p. 546[C] corruptela membrorum, -o gulae et incitamenta libidinis. **b** *speciatim pro t. t. artis medicae*: Scrib. Larg. 142 (= Marcell. med. 28, 3) tenesmos est -o ultimae partis directi intestini, in quo vitio saepius libet desurgere sine causa.

2 *spectat ad iram excitandam* (*acced. gen. obi. l. 27, subi. l. 38. 48, explicativus l. 47*): **a** *provocatur ira hominum*: Liv. 31, 14, 10 exercitus primo terram . . . depopulatus cum . . . praeda . . . rediit, et -o quidem animorum ea prima fuit; postea iustum bellum . . . factum. Itala Gal. 5, 20 (Iren. 5, 11, 1) opera carnis, quae sunt . . . inimicitiae, contentiones, zeli, irae, aemulationes, animositates, -es, dissensiones, haereses, invidiae *eqs.* (*ἐριθεῖαι, Vulg.* rixae). Phil. 2, 3 (Ambrosiast.) nihil *fiat* secundum -es (-e *P*; *κατ' ἐριθείαν, Vulg.* per contentionem). Ambr. off. 1, 4, 15 Symmachus -is verbum dixit. Vvlg. Sirach 31, 38 vinum multum potatum -em et iram . . . facit (*gr. 31, 29 ἐν ἐρεθισμῷ*). Pelag. in Rom. 10, 19 p. 84, 10 eos, qui non sunt gens mea, vocabo . . . ad vestram -em, ut, quibus maiores debuistis esse, gaudeatis aequari. Rvfin. Basil. reg. 159 vehementius . . . furorem concitare -o nominatur. Orig. in psalm. 38 hom. 1, 5 p. 1395[B] qui se refrenare cupit ab iracundia vel furore . . . et -o ei supervenit peccatoris. Conc.[S] I 3 Rustic. p. 196, 14 *epistula* -is . . ., non ~~e~~onsolationis habebat virtutem (*gr. I 1, 4 p. 22, 10 παροξυσμοῦ, vers. Tur.* inpulsionis). **b** *commovetur ira dei*: Itala II Esdr. 9, 26 (cod. 125) inritaverunt te et . . . exercuerunt -em magnam (*παροργισμούς, Vulg.* blasphemias). Vvlg. IV reg. 23, 26 ira furoris . . ., quo iratus est furor *dei* . . . propter -es, quibus provocaverat eum Manasses. psalm. 94, 9 nolite obdurare corda vestra sicut in -e secundum diem temptationis in deserto, ubi temptaverunt me patres vestri (*παραπικρασμῷ*). Ezech. 20, 28 dederunt ibi -em oblationis suae. Avg. in psalm. 104, 34 p. 1402[m.med.] *psalmus* nihil hic dixit de iniquitatibus et -bus et amaricatione eorum, in quibus non est beneplacitum deo. **c** *concitatur ira bestiae*: Victric. 29 illa -e iram in se leonis mortis avida concitavit.

irrītātor, -ōris *m.* *ab* **1.** irritare. *scribitur et* inr-. Gloss. -r *παροξυντής, ἀγγριστής.*

i. q. instigator, qui incitat: **1** *in universum*: Sen. epist. 108, 8 omnes ad omnia ista (*i. virtutes, bonum*) nati sumus: cum -r accessit, tunc illa animi bona veluti sopita excitantur. **2** *in malam partem* (*in sacra scriptura fere i. q. rebellis, qui iram vel zelum dei excitat: v. l. 58*): Vvlg. Ezech. 2, 7 loqueris . . . verba mea ad eos, si forte audiant et quiescant, quoniam -es sunt. Op. imperf. in Matth. 2 p. 640[in.] *principes sacerdotum et scribae* facti sunt . . . non doctores Herodis, sed -es malitiae eius. 9 p. 681[fin.] sicut et zizaniae numquam sunt minus in agro, sic non sunt minus -es in mundo.

fem. **irrītātrīx,** -īcis. *i. q. instigatrix, res quae incitat, exacerbat, stimulat sim.* (*syn. l. 66*): Lact. ira 24, 8 non *facit beatum* opulentia, libidinum -x. Mar. Merc. Conc.[S] I 5 p. 10, 7 si mandatum divinum servassent *primi homines, concupiscentia carnis* non eis fuerat immodesta stimulatrix, infesta et importuna -x. *pro adi.*: Vvlg. Ezech. 24, 3 dices per proverbium ad domum -em parabolam.

1. irrītātus, -a, -um *v. s.* 1. irrito *p. 430, 80.*

2. irrītātus, *abl.* -ū *m.* *ab* **1.** irritare. *scribitur* inr-. *invenitur abl. tantum, nisi forte subst. latet in loco dubio p. 427, 36.* *i. q. excitatio, incitatio, actio irritandi*: Pavl. sent. 1, 15, 3 qui -u suo feram bestiam . . . in se proritaverit. Clavd. Don. Aen. 10, 640 p. 375, 5 ut . . . voce et -u telorum tamquam ad veram pugnam totis Turnus animis armaretur.

irritē *v. p. 436, 57.*

1. *irrīto, -āvī, -ātum, -āre. *etymologia incerta, cf. Walde-Hofmann s. v.* *de origine*: Prisc. gramm. III 67, 20 'rito' unde -o (*v. et l. 84*). Non. p. 31, 22 -are dictum est proprie provocare, tractum a canibus, qui, cum provocantur, inriunt (Don. Ter. Andr. 597, 4 restrictis dentibus hanc litteram [*i.* 'r'] imitantur. Cassiod. in psalm. 73, 10 p. 530[A] quorum latratibus r littera plurimum sonat. *cf. vol. VI 3, 2824, 21 sqq.*). *de mensura*: Gloss. Vatic. Reg. 203 ed. Merchie (Musée Belge 26, 1922, 266) -o . . . longam ·i· habet, quod ⟨a⟩ rito verbo componitur. *scribitur* inr- *saepissime.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de coniugatione: CHAR. gramm. p. 473, 4 B. *inter verba activa coniugationis primae. nota quasi tertiae coni. praes. pass.* -itur: *l. 6. p. 430, 74. de formis*: -at (*perf. indic. per syncopam q. d.*): *v. p. 430, 8.* -assis: *v. l. 45. formae brevicres*: -arunt: *v. p. 429, 66.* -arit: *v. l. 82.* -asse: LEX Visig. 8, 4, 19. NOT. Tir. 90, 41 inrititur. 94, 25 -at.

de notione (*cf. p. 426, 78 sqq.*): SYNON. Cio. p. 433, 14 lacessere, insectari, provocare, -are, exagitare. DON. Ter. Phorm. 240 '-tus' provocatus et in iram impulsus, hoc est commotus et perturbatus (EVGRAPH. Ter. Andr. 597 iniuriis. SCHOL. Ter. p. 87, 28. *al.*). CLAVD. DON. Aen. 10, 640 p. 375, 7 -are . . . dicimus feras provocare; inde sumptum est ut et homines -ari dicantur, cum in aliquam partem asperitatis urgentur. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 1, 1 p. 1320C *παρεζήλωσαν*. significantius in Latino . . . '-erunt me.' p. 1321A aemulari aliquem -are eum est et provocare. CASSIOD. in psalm. 105, 16 p. 759C -ari aliquem dicimus ad iracundiam provocari aut actionibus aliorum improbis aut verbis asperrimis. GLOSS.L V Abba IR 2 -at provocat, stimulat. II Philox. IN 445 -are *παροξῦναι* (GLOSS. *παροξύνω*). 453 -at *προκαλεῖται*. GLOSS. *ἀγγρίζω*.

structurae notabiliores: accedit: inf.: p. 428, 67. dat. personae: p. 430, 28. p. p. p. pro adi p. 430, 80. cf. et e. g. p. 429, 17.

legitur inde ab ENNIO, PLAVTO, TER., LVCILIO *per totam latinitatem.* [*hisp.* enridar. *K.*]

[*variat in codd. c.*: imitari: *v. p. 428, 18.* immutare: *v. p. 429, 79.* incitare: PELAG. in I Cor. 13, 5 p. 204, 11. *v. et p. 430, 34.* inflatus: *v. l. 48.* instigare: POMER. 3, 14, 4 p. 496A. intrare: *v. p. 430, 34.* invitare: *v. p. 428, 57. 429, 79. 430, 9. 15.* iratus: DECL. in Catil. 89. *al. v. et l. 49. 50.* irridere: *v. p. 429, 81.* irrigare: *v. p. 430, 26.* irritus: *v. p. 429, 36. 431, 67.* irrogare: POMER. 3, 14, 4 p. 496A. *v. et p. 428, 7.* mutare: *v. p. 430, 15. e coni.*: PLAVT. Col. frg. 3 si me tu hodie invitaveris (-eris *Leo*). OV. met. 14, 494 -ans *Bentley*, iratum *M*, iratam *N*, invitam *e ms. Heinsius. v. et p. 428, 31. del.*: CIC. p. red. ad Quir. 11 irretiti *Cratander*, -ti *ε V, alii aliter. v. et p. 428, 60. locus corruptus*: SEN. dial. 7, 8, 4; *cf. A. Delatte, Humanitas 2, 1948, 305 sqq. sensus dubius*: ENN. ann. 166 inicit -tus tenet occasus iuvat res. *versione falsa (ex hebr. in gr.) sensus obscuratus*: ITALA Mich. 2, 7 (Ps. Aug. spec. 3 p. 317, 6) domus Iacob -vit spiritum domini (*παρώργισεν*, *Vulg. rectius* numquid adbreviatus est).]

I *obi. sunt* ***animantes:*** A *homines eorumque animus, ingenium sim.* (*res metonymice pro hominibus l. 67. p. 428, 6*): 1 *praevalet notio exasperandi, exacerbandi* (*commovetur ira, dolor, indignatio sim.; cf. syn. l. 50. 58. 64. 65. 75. 78 sq. 84. p. 428, 19. opp. l. 58. 61. 62. 77. 81. p. 428, 4. 5*): a *in universum*: α *c. obi. aut in struct. pass.*: PLAVT. Amph. 454 si me -assis (Persa 828 Stich. 345. *cf.* Bacch. 888 si tu me -veris [Curc. 726]). TER. Andr. 597 animus -tus est (LIV. 1, 17, 4 multarum circa civitatium -tis animis [*sic abl. abs. e. g.*: 2, 46, 1. 4, 25, 14. 4, 54, 8; inflati *l. v.* TAC. Agr. 27, 2. GELL. 2, 12, 1; iratis *l. v.*]. 21, 23, 5. 25, 8, 2 atrocitas poenae . . . animos -vit. frg. 16. *al.* GELL. 18, 3, 5 unus . . . commoto -toque [iratoque *l. v.*] animo exsilit. *al.*). Phorm. 240 ita sum -tus, . . . ut *eqs.* 932 -or. Ad. 282 si magis -tus siet *leno* (AVR. VICT. Caes. 37, 4). CIC. Phil. 7, 3 -tum (-ari *l. v.*) Antonium non oportuit. HOR. epist. 2, 1, 212 poeta, meum qui pectus inaniter angit, -at, mulcet *eqs.* PROP. 1, 10, 25 -ta venit *puella*, quando contemnitur. LIV. 3, 49, 8 senatus . . . plebem *non* -andam censuit (4, 6, 10. VVLG. I Macc. 15, 40 [*ἐρεθίζειν*]). 3, 69, 10 cum ira Romanos, illos (*i. hostes*) . . . conscientia culpae ac desperatio -ret. 9, 22, 7 nec . . . ad ducis casum perculsa magis quam -ta est multitudo. 22, 3, 5 agitare . . . *consulem* atque -are Poenus parat. 22, 13, 1 -at . . . de industria . . . ducem, si forte accensum tot indignitatibus . . . detrahere ad . . . certamen possit. 34, 24, 5 sedandi potius quam -andi. frg. 22 *virtus* oppugnantem -verat, victorem placabiliorem fecit. *al.* TAC. hist. 1, 67, 1 -verant turbidum ingenium *Caecinae* Helvetii. ann. 14, 39, 3 *Turpilianus* non -to hoste neque lacessitus . . . pacis nomen . . . otio imposuit. *al.* GELL. 16, 6, 11 *litterator* permotus mihi et -tus . . . inquit *eqs. al.* VVLG. psalm. 105, 16 *Israelitae* -erunt Moysen (*παρώργισαν*). I Cor. 13, 5 caritas . . . patiens est, . . . non -atur (*παροξύνεται*). RVFIN. hist. 3, 6, 23 cum neque -tus quisquam neque miseratus *mulierem* . . . perimeret (*gr. παροξυνόμενος*). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. prol. p. 593 p.med. Romanos . . . et finitimi Galatae -bant (*gr. 1, 5 παρεκίνουν*). VISIO Pauli 22 rec. P p. 23, 16 verbum . . . de ore nostro ad -andum proximum. *et saepe.*

β *absolute vel obi. non expresso*: SEN. dial. 5, 11, 4 Pisistratum . . ., cum . . . ebrius conviva *ei male* dixisset . . . et *amici* alius hinc alius illinc faces subderent, . . . hoc -antibus respondisse *eqs.* AMM. 31, 2, 11 *Huni* adeo . . . irasci faciles, ut . . . a sociis nullo -ante saepe desciscant itidemque propitientur nemine leniente. AMBR. off. 1, 5, 17 cavendus est . . ., quicumque -at, quicumque incitat, quicumque exasperat *eqs.* (*seq. syn.* lacessit, ad violentiam provocat, ad iurgium vocat). 1, 5, 18 illius est studium, ut -et. PELAG. in I Thess. 5, 14 p. 436, 2 impatientia non corrigit, sed -at. *fortasse huc pertinet* LVCIL. 774 ⟨leno sentiet rabiem⟩ (*sic vel sim. suppl.*) Lucili. si in amore -arit suo.

b *additur*: α *qua re vel quomodo aliquis -etur*: ① *per abl.* (*gerund. p. 428, 2. 10*): CIC. Mil. 84 ut vi -are ferroque lacessere fortissimum virum auderet *Clodius* (VERG. Aen. 10, 644 telis). rep. 2, 41 *res publica non* puniendo -et animum inmanem ac ferum (LIV. 1, 15, 1 belli . . . contagione -ti Veientium animi et consanguinitate. 2, 39, 11 exilio . . . -tos, non fractos animos esse. 7, 5, 1. 40, 39, 2 qua re -vit magis quam conterruit animos barbarorum. *al.* TAC. hist. 4, 8, 2. *al.*). PVBLIL. M 26 mutat se bonitas -ta (*Pithoeus*, cum -atur *codd. potiores*, cum irrogatur *det.*) iniuria (POMER. 3, 14, 4 p. 496A). OV. met. 2, 805 quibus *rebus* -ta dolore *Aglaurus*. 13, 565. 13, 967 *Glaucus* furit . . . -tusque repulsa . . . petit . . . atria. LIV. 6, 19, 2 qui non in vincla duci iubendo -et publicum hostem (SIL. 4, 511 *Hannibal* levi iaculo Massylumque . . . alis castra sub ipsa datis -at et elicit hostem). 9, 3, 12 servate . . ., quos ignominia -veritis. VAL. MAX. 3, 8, 2 *Fabius* conminationibus Hannibalis -tus. 7, 3 ext. 10 *Volsci* contumelia -ti (CVRT. 7, 2, 37). SEN. dial. 6, 3, 2 *Livia* reliquias Drusi . . . prosecuta tot . . . ardentibus rogis . . . -ta . . . tamen . . . dolorem suum posuit. TAC. hist. 1, 51, 4 *milites* contumacia Gallorum -ti. 2, 13, 1 eo proelio. ann. 2, 72, 1 neu . . . *Agrippina* aemulatione potentiae validiores -ret. *al.* VVLG. Sirach 48, 2 -antes (imitantes *l. v.*) illum (*i. Eliam*) invidia sua pauci facti sunt (*gr. aliter*). II Macc. 14, 27 rex exasperatus et . . . criminationibus -tus (*ἐρεθισθείς*). PRVD. cath. 5, 70 pubes . . . asperis -ta odiis. AVG. civ. 3, 7 p. 103, 25 D. *Ilium Graecos* sua -verat iniquitate. *et saepe.* ② *per praep.* (*v. et p. 429, 54. 57*): LIV. 45, 34, 12 ne animi ex disceptatione -rentur (*v. et p. 429, 7*). ③ *per enunt.*: VVLG. Ezech. 32, 9 -bo cor populorum . . ., cum induxero contritionem.

β *in quem (quid l. 28) quis (regio pro hominibus l. 30) -etur, per praepp.*: adversus (adversum): LIV. 24, 22, 2 homines expertos adversus notum malum -tos esse. AVG. civ. 1, 3 p. 7, 8 D. Iuno inducitur infesta Troianis Aeolo . . . adversus eos -ando dicere *eqs.* RVSTIC. Conc.S I 4 p. 185, 37 nonne *episcopus* hanc omnem . . . regionem adversum nos -vit? (*Schwartz*, imitavit *M*). in *c. acc.* (*abl. l. 34*): RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 1, 1 p. 1321D *Iudaei* -antur in nos et odio nos habent. AVG. conf. 1, 18, 29 *homo odio* in eum (*i. inimicum*) -atur. VEREC. in cant. 2, 21 Iudaei quodammodo -ti sunt in nobis. circa: MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 7 p. 417fin. iste virorum animos circa mulieres -at et instigat.: non ego viros -ando haec verba profundo (*gr. p. 201in. παροξύνει . . . κατὰ τῶν γυναικῶν*).

2 *praevalet notio incitandi, invitandi, alliciendi* (*cf. syn. l. 41. 52. 53. 70. 79. 80. p. 429, 9 sq. opp. l. 45. 72*): a *non exprimitur, ad quid commoveantur homines* (animal rationale *l. 55*) *eorumve animus sim.*: CIC. rep. 1, 30 ut *artes* paulum acuant et tamquam -ent ingenia puerorum (PROP. 4, 6, 75 ingenium . . . -et Musa poetis. SVET. Nero 39, 3 ne fatendo dolorem -ret ingenia *Nero carminibus contumeliosis petitus*). PS. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 3 *non* magis -tus esset Antonius regno Caesaris quam ob eiusdem mortem deterritus. HOR. ars 180 segnius -ant animos demissa per aurem quam quae sunt oculis subiecta (SEN. epist. 87, 33 *divitiae* praecedentem habent *causam*, et quidem non -antem tantum animos, sed adtrahentem. CLAVD. DON. Aen. 1, 210 p. 50, 4 *ferina caro* qualitate adpetentium animos -bat). SEN. contr. 1, 2, 12 *impudicus*, quem hoc ipsum -ret, quod rogabas. SEN. benef. 6, 29, 1 naturam per se pronam ad misericordiam . . . -et ac provocet turba gratorum. 7, 3, 1 *omnes*, quos fortuna -vit implendo. epist. 58, 26 omnia ista, quae sensibus serviunt, quae nos accendunt et -ant. 81, 20 gratus . . ., non ut alius mihi libentius praestet priori -tus exemplo *eqs.* 113, 17 omne rationale animal nihil agit, nisi primum specie alicuius rei -tum est. *al.* SIL. 8, 325 si qua interea -verit (inv- *vulgo*) aura annueritque deus, velox accede secundis. TAC. hist. 2, 17, 2 -bat . . . Batavos transrhenanosque (*sc. nandi peritissimos*) Padus ipse. SVET. Dom. 9, 3 (*verba imp. Dom.*) princeps, qui delatores non castigat, -at (invitat *Gronov*). ITALA II Cor. 9, 2 (Aug. op. monach. 16, 18 p. 562, 9) quae ex vobis est aemulatio, -vit plures (*ἠρέθισεν*, *Vulg.* provocavit). OP. imperf. in Matth. 9 p. 681fin. mansuetus . . . neque -at malum (*v. p. 430, 1*), neque -atur a malo, neque adversus eum praevalet causa peccati, neque adversus alterum . . . ex illo nascitur causa peccandi. *al.*

b *indicatur, ad quam rem adducatur aliquis* (*obi. non expresso l. 78. 80. p. 429, 3*): α *ad res varias agendas*: ① *seq. inf.*: Ov. am. 2, 14, 33 dicite, quis . . . vos -et . . . figere . . . corpora vestra? RVFIN. Adamant. 4, 11 p. 165, 17 qui declinare a via recti homines provocet et -et (*παροῤῥμῶν*). CLAVD. 20, 236 *dux socios* -at . . . sequi. *al.* ② *c. praepp.*: ad: LIV. 6, 27, 11 tribunos plebis fama . . . -verat magis ad susceptum certamen quam deterruerat (10, 27, 7. *al.*). 6, 28, 8 locum insignem memoria cladis -turum se (*i. Romanos*) . . . ad delendam memoriam dedecoris. 24, 25, 9 irarum indulgentes ministri, qui avidos . . . suppliciorum animos ad sanguinem et caedes -ent. 29, 32, 14 -to ad bellum Syphace (31, 5, 5 AVG. civ. 3, 20 p. 130, 3 D.). VELL. 2, 66, 3 *nihil egit Antonius* auctoramento . . . funebri ad *Ciceronis* . . . -ando necem. QVINT. inst. 1, 1, 26 -andae ad discendum infantiae gratia. SERV. Aen. 11, 730 instigat vocibus alas': incitat et -at ad reditum. ORIG. in Matth. ser. 44 p. 88, 25 occasionem -antem et provocantem ad fornicandum. *al.* in *c. acc.*: SEN. suas. 7, 1 -are inimicum in mortem tuam cupies. SEN. epist. 97, 11 laetatur ille adulterio, in quod -tus est ipsa difficultate.

β *ad animi motus, affectus, passiones sim.*: ad: Ov.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

met. 8, 418 vulneris auctor ... hostem ...-at ad iram. SEN. benef. 3, 14, 4 non est -andus animus ad avaritiam, ad querellas, ad discordiam. dial. 7, 13, 3 *frons sectae Epicuri* ad malam spem -at. *al.* in *c. acc.*: SEN. epist. 36, 1 *felicitas* alios in aliud -at, hos in potentiam, illos in luxuriam. RVFIN. apol. Orig. 5 p. 575[B] *Hebraei* -ti sunt ... in zelotypiam per gentem insipientem *eqs.* (*παρωξύνθησαν. cf.* Orig. in psalm. 36 hom. 1, 1 p. 1321[A] ut ex hoc in zelum excitent et -ent *uxores*). Orig. in psalm. 36 hom. 1, 1 p. 1322[C] ne id agas, quod malos homines in aemulationem tui -et et ad insidiandum tibi concitet vel ad odium tui excitet. AVG. civ. 4, 1 p. 145, 31 D. *inimici* in odium nostrum gravius -antur.

B *bestiae (v. et p. 428, 55. additur: qua re l. 25. 27.* ad *quid l. 22.* in *quem l. 25. seq.* ut *l. 18 sq.), fere i. q. iratum facere, incitare ad impetum (aliter praevalente notione invitandi non commovetur ira, sed cupiditas coeundi l. 27, devorandi l. 33)*: PLAVT. Amph. 707 -bis crabrones (*proverbium, cf. Otto, Sprichw. p. 96*). Capt. 485 canem ...-tam ... imitarier (LVCIL. 2. VLP. dig. 9, 2, 11, 5 qui canem -verat et effecerat, ut aliquem morderet *eqs.* LEX Visig. 8, 4, 19 canem, ut morderet [*ibid.* ut furem ... conprehenderet. *syn.* concitatus, incitavit]. *cf.* VEREC. in cant. 2, 21 p. 24[b] -ari ... canum est proprie, qui excitati illos insequuntur, adversus quos fuerint provocati. *al.*). VARRO rust. 2, 9, 12 *catulos* -ant ad pugnandum. LIV. 21, 28, 5 *elephantum* ferocissimum ...-tum ab rectore suo (*cf.* CVRT. 8, 13, 10 ingentes ... moles ... de industria -tae horrendo stridore aures fatigabant. 8, 14, 26 quidam avidius persecuti beluas in semet -vere vulneribus). VAL. MAX. 7, 3 ext. 2 *equiso* in equae genitalem partem demissam manum ...naribus equi admovit; quo odore -tus ... hinnitum edidit (*v. l. 15*). SEN. dial. 3, 1, 6 inflantur -tis colla serpentibus. 3, 3, 3 dicitur feras irasci nec iniuria -tas nec poenae dolorisve alieni causa. ASCON. Corn. p. 50, 25 simulacra ..., quibus obiectis ad spectaculum praebendum tauri -rentur (AVIAN. fab. apol. 31 *mus tauri* minas ... derisit ipsumque verbis talibus -vit *eqs.*). PRVD. ham. 222 querulis balatibus -tus ... lupus studuit perrumpere caulas (*v. supra l. 15*). PHYSIOGN. 122 p. 138, 19 leo animal est ... saevum, cum -atur (iratur *l. v.*), quietum, cum non impellitur (LEX Visig. 8, 4, 18 si -tum [irritum *l. v.*] animal noceat -antem: si quis ... animal contra se in ira concitaverit *eqs.*).

C *potestates superae vel inferae, deus: fere i. q. iratum facere*: **1** *-are deos gentium, daemonas* (regna deae *metonymice pro dea l. 41*): VERG. Aen. 4, 178 *Famam* Terra parens ira -ta deorum ... progenuit. EPICED. Drusi 375 regna deae immitis parce -are querendo. AVG. civ. 2, 27 p. 93, 26 D. satius erat tales deos -are temperantia quam placare luxuria (*syn.* ad inimicitias provocare). 3, 25 p. 137, 17 quanto atrocius potuit -ari *Discordia*. 8, 16 p. 345, 1 *Apuleius dixit daemonas* perturbationibus agitari, -ari iniuriis, obsequiis donisque placari. *al.* ORIG. in Matth. 18, 7 p. 243, 4 -antur magis malignae virtutes, quanto magis verbum Christi *invalescat* (*gr. ἐξαγριοῦνται*). *speciatim: fortunam, fata* (*accedit notio temptandi*): CVRT. 4, 15, 11 *mater Darei* praecoqui gaudio verita -are fortunam. SIL. 5, 234 *Lateranum* infestas inter non aequo Marte catervas fata -antem.

2 *-are deum Christianorum et Isr.* (*dei* nomen *l. 62.* consilium *l. 70.* spiritum s. *l. 63*): ITALA deut. 32, 21 (Hier. in Ion. 4, 1 p. 1145[A]) ipsi me -erunt in his, qui non sunt dii, et ego eos -bo super gente *eqs.* (*παρεζήλωσαν ... παρώργισαν ... παραζηλώσω ... παροργιῶ. cf.* VVLG. me provocaverunt ... et -erunt in vanitatibus suis, et ego provocabo ... et in gente stulta -bo illos). II par. 33, 6 (Complut.) ut faceret malignum coram domino ad -andum eum ([*παροργίσαι*, VVLG. ut -ret]. VVLG. III reg. 16, 7. *cf.* DIDASC. apost. 22, 6. *al.*). 34, 25 (Complut.) ut -rent me in omnibus operibus *eqs.* (*παροργίσωσι, Vulg.* ad iracundiam provocarent). psalm. 73, 18 (Veron.) populus insipiens -vit nomen tuum (*παρώξυνεν, Vulg.* incitavit). Is. 63, 10 (Ps. Aug. spec. 3 p. 317, 2) -erunt spiritum sanctum (*παρώξυναν, Vulg.* ad iracundiam provocaverunt et afflixerunt). *al.* PSALT. Rom. 10, 4 -vit dominum peccator ([*Vulg.* exacerbavit]. PELAG. in Rom. prol. p. 7, 5 patres vestri crebra provocatione -erunt [-arunt *V*]. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 38, 2 [*gr. I 1, 5 p. 124, 14 παροργίζειν*]. BENED. reg. prol. 7 metuendus ...-tus a malis nostris. VISIO Pauli 15 rec. Sang. p. 133, 1 S. *anima. al.*). VVLG. psalm. 106, 11 quia exacerbaverunt eloquia dei et consilium altissimi -erunt. *al.* VEN. FORT. vita Pat. 5, 16 *populus* salvari poterat, si non -ret in iniuria creatorem. *saepius.* ad iracundiam, in zelum: ITALA iud. 2, 12 (Rufin. Orig. in iud. 2, 5 p. 478, 6) *Iudaei* -erunt dominum ad iracundiam (*παρώργισαν, Vulg.* concitaverunt). RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 1, 1 p. 1321[B] qui peccat, deum, qui zelans dicitur, in zelum incitat et -at.

II *obi. sunt* **res:** **A** *fere i. q. augere, acuere, intendere (hic illic etiam i. q. generare, urguere, provocare)*: **1** *res naturae: ventum, aera*: VARRO Men. 460 omnes -ans ventos omnesque procellas. SEN. nat. 5, 8, 2 *sol aera* ... lacessit et -at (invitat, inmutat *vv. ll.*) luce praemissa. *flammas*: LVCR. 6, 680 -ta repente flamma foras vastis Aetnae fornacibus efflet. AETNA 342 si nihil -et (irridet *l. v.*) flammas. *al.* Ov. fast. 2, 649 sicco primas -at cortice flammas. *amnes (per imaginem, quasi animantes)*: HOR. carm. 3, 29, 41 cum fera diluvies quietos -at amnes.

2 *quae propius ad hominem pertinent*: **a** *quae mens vel experitur vel agit, animi passiones, affectus, facultates sim. (syn. e. g. l. 12. 20 sq.; opp. e. g. l. 5. 17. 25. indicatur in quem l. 12; qua ratione l. 6. 9)*: PS. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 17, 1 pueri et cupiditatem et licentiam potius esse -tam quam repressam a Cicerone (SEN. epist. 105, 3. 110, 15 cupiditates hominum per se incitatas. *al.* CVRT. 5, 1, 36 ad -andas inliciendasque. *al.*). LVCR. 1, 70 *Epicurus* eo magis acrem -at animi virtutem, effringere ut ... claustra cupiret (*v. p. 427, 3*). Ov. am. 3, 4, 11 vitia -are (invitare *l. v.*) vetando (rem. 133). met. 3, 566 acrior ... est -aturque retenta (retentu *N*) et crescit rabies (PANEG. 12, 25, 6 parandi). LIV. 2, 43, 11 consul Romam rediit ...-to exacerbatoque in se militum odio (29, 12, 7 -tis novo certamine odiis. SEN. clem. 1, 8, 6. IVL. SEV. rhet. 19 p. 366, 1 iram cum odio ..., quod in principiis *orationum* saepius -atur. *v. et l. 16*). 28, 33, 2 ad -andam feritatem barbarorum. 29, 16, 5 iras hominum ([invitavit, mutavit *vv. ll.*]. 37, 49, 4 iram et odium. *al. cf.* CVRT. 10, 5, 34 iracundiam et cupidinem vini [*opp.* mitigare]. *al.*). *al.* SEN. Tro. 283 tenebrae ..., per quas ipse se -at furor (dial. 9, 5, 1 -bat se ipsa saevitia). dial. 10, 7, 7 ad -andam avaritiam captantium simulatus aeger (epist. 94, 56. *al.*). epist. 10, 2 quicquid ... celabat, animus exponit, tunc audaciam acuit, libidinem -at, iracundiam instigat. 49, 1 *loca familiaria memoriam* quiescentem -ant. *al.* TAC. hist. 4, 32, 1 epistulae ... suspiciones militum -vere (*al.*). SERV. Aen. 7, 330 'his acuit verbis': -vit ⌊et instigavit⌋ (⌊⌋ *om. pars codd.*) eius insaniam. *et saepe.* *per imaginem*: SEN. contr. exc. 4, 1 numquam lacrimae supprimuntur imperio, immo etiam -antur (HIL. AREL. vita Honorat. 30 l. 6 [irrigavit *l. v.*]). *nota: alicui aliquid -are*: PORPH. Hor. carm. 2, 12, 25 ut *mulieres* -ent amantibus desiderium sui.

b *res, quae corpus afficiunt*: **α** *morbos sim. (in sermone medicorum; cf. etiam l. 71)*: CELS. 2, 1, 10[F] hiems ... capitis dolores, tussim, et quidquid ... mali contrahitur, -at (SEN. epist. 78, 5 -et et exasperet). 5, 28, 2 si protinus *malum* -tum est, scire licet ... carcinoma esse. *al.* SEN. benef. 6, 36, 2 *medici* auxerant morbos et -verant (intraverant, incitaverant *vv. ll.*). ORIBAS. syn. 1, 18, 9 Aa p. 63, 2 Mø. provocat⟨ur⟩ ... vomica, si ... digitos ... in gutture missos -etur (La -as, *gr. ἐρεθίζοι*). *et passim.* **β** *famem, appetitionem (per imaginem*: gulam *l. 40*): SEN. dial. 11, 10, 5 cum famem exiguo possint sedare, magno -ant (epist. 21, 10 non -ant ... hortuli ..., sed extinguunt [*postea* sitim faciunt]. *al.* SIDON. carm. 7, 365 acuuntque). epist. 95, 42 aliquorum gulam -o (AVG. serm. 210, 8, 10 p. 1052[fin.] peregrinis condimentorum diversitatibus).

3 *res varias*: **a** *calamitatem, exitium, fere i. q. arcessere, provocare (cf. paulo aliter* fortunam *p. 429, 48)*: PVBLIL. I 12 -are est calamitatem, cum te felicem voces. TAC. ann. 13, 1, 1 *Silanus* non ... ingenii violentia exit⟨i⟩um -verat. **b** *bellum, seditiones, certamina sim. imminentia concitare, urgere, ea iam incensa acriora reddere (opp. l. 49)*: SALL. hist. frg. 1, 67 *Etrusci* maximo gaudio bellum -are. LIV. 6, 16, 7 remedio -atur seditio (32, 3, 2). 28, 33, 5 *tela* -are magis quam decernere pugnam poterant (PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 14 p. 628 eminus [*gr. 1, 380 ἠκροβολίζετο*]. *al.*). 33, 46, 8 *Hannibal* sibi proprias simultates -vit. *al.* *metonymice*: PLIN. paneg. 49, 3 armis ... arma -antur. **c** *promissionem, fere i. q. provocare*: DON. Ter. Andr. 281, 2 *callida verba* ad -andam promissionem Pamphili.

B *fere i. q. excitare, commovere, inflammare sim., sc. corpus et partes corporis sim. (respirationem l. 76)*: **1** *generatim*: **a** *pertinet ad homines*: **α** *proprie*: LVCR. 4, 1034 *pulcher color,* qui ciet -ans loca turgida semine ([4, 1047]. 4, 1045 *semen* in loca conveniens nervorum certa ciet ... partes genitales ...: -ta tument loca semine). **β** *in imagine: linguam, i. sermonem (c. notione impellendi)*: LIV. 4, 49, 12 tribunus plebis ... nactus inter adversarios ... immodicam ... linguam, quam -ando agitandoque in eas impelleret voces *eqs.* *oculos sive conspectus (c. notione in se flectendi, attrahendi)*: SEN. epist. 114, 21 -ant illos (*i. oculos*) et in se avertunt, volunt vel reprehendi, dum conspici. TAC. hist. 3, 70, 1 domum imminentem foro et -andis hominum oculis. ARNOB. nat. 4, 23 p. 159, 29 in humanis ... corporibus quidnam ... inerat pulchritudinis ..., quod -are, quod flectere oculos posset in se Iovis?

b *pertinet ad bestias*: LVCR. 5, 1063 -ta canum ... magna Molossum mollia ricta. 5, 1318 -ta leae iaciebant corpora saltu.

2 *speciatim de aegrotantibus, apud medicos, fere i. q. excitare, inflammare, dolore afficere sim.*: CELS. 6, 9, 1 ne *cibus* mandentis dentes -et. 7, 7, 7[A] cutis ... levi tactu -atur. 7, 7, 8[A] oculum. 7, 26, 5[D] vulnus. *al.* ORIBAS. eup. 4, 40 Äa p. 556 ut nullo modo -etur (inritit*ur Ab*) *auris fracta* aut moveatur medicamen (*gr. 4, 39, 1 ἐρεθίζων*). 4, 77, 4 p. 599, 9 respiratio subito nimia, -ante scilicet frigdore[m] extenso (*gr. ἐρεθίζεσθαι*). syn. 1, 17, 31 La p. 60, 18 Mø. hoc ... magis -atur venter (*Aa* concitat, *gr. ἐρεθίζει*). 9, 43, 10 p. 354, 27 quae sanguinem -ent (*gr. τι τῶν ἐρεθιστικῶν*). *al.*

p. p. p. **irrītātus,** -a, -um *pro adi. compar.* -ior *v. p. 431, 3. 4. 10. 11. 13. 15. 17. de notione*: DON. Ter. Andr. 597, 4 -us est ira commotus. GLOSS. -a instigata. *al.* [*vv. ll. v. p. 431, 4. 6. 15. e coni.*: PACVV. trag. 382 innato fronte (-to *Scaliger*).]

fere i. q. excitatus, provocatus (ira commotus p. 431, 9. 11):

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

A *pertinet ad res*: Ov. ars 2, 681 non -a voluptas. FRONTO p. 65, 7 v. d. H. (p. 71 N.) desiderium -um. GELL. praef. 20 quo sit quorundam male doctorum hominum scaevitas et invidentia -ior. IVL. VAL. 1, 38 *canes* latratibus -ioribus (inritantibus *l. v.*) indulgere (*Ps. Callisth. 1, 37, 2 μέγα ὑλακτοῦσιν*). *paulo audacius*: DECL. in Catil. 41 gravissimi sunt ... morsus -ae (veritate, irrite *vv. ll.*) necessitatis (*i. eorum hominum, qui necessitate in facinora aguntur*).

B *pertinet ad animantes*: **1** *de hominibus* (*animo l. 9. cf. et l. 7*): LIV. 39, 47, 7 notas -i ... animi collegit senatus. GELL. 10, 19, 2 *philosophus pravo* defensionis genere -ior. 15, 9, 7 ego his ... verbis ... -ior ... inquam *eqs.* IVL. VAL. 1, 13 -ior iuvenis (*i. Alexander*) protinus poculum ... iaculatur (*Ps. Callisth. 1, 21, 2 ὠργίσθη*). AMM. 14, 10, 3 miles ... impatiens saeviebat, hoc -ior, quod *eqs.* (21, 3, 3 milites ... cupidine ... pugnandi vehementius -os [-us *V*]. 27, 10, 7 miles -ior [inritantior *m. 2*] ad pugnandum). **2** *de bestiis*: APVL. met. 9, 36, 5 *canes* furiosa rabie conciti ... *non* fugientibus saltem compercunt, sed eo magis -iores secuntur. *cf. et p. 429, 17. 28.*

adv. **irrītātē.** *non legitur nisi compar.* -ius. *fere i. q. incitate, cupide*: AMM. 22, 15, 19 *trochilus cupiditate escae provocatus* genas ... *crocodili* -ius titillando pervenit ad ... viciniam gutturis.

deriv.: irritabilis, irritamen, irritamentum, irritatio, irritator (-trix), 2. irritatus (-ū).

2. irrito, -āvī, -ātum, -āre. *ab* irritus. *scrib.* inr- *l. 39.* [*dub.*: ITALA psalm. 13, 6 (cod. 136 Cas.) *operantes iniquitatem* consilium pauperis -erunt (*κατῃσχύνατε, Vulg.* confudistis).]

i. q. irritum, invalidum facere: **1** *c. notione abrogandi, ad nihilum redigendi*: ITALA Ier. 23, 16 (Wirc.) *prophetae* ir⟨ri⟩tant visum (*ματαιοῦσιν, Vulg.* decipiunt). Gal. 3, 15 (cod. g) hominis confirmatum testamentum nemo -at ([*ἀθετεῖ, Vulg.* spernit]. 3, 17 [cod. g] testamentum confirmatum a deo ... lex non -at [*οὐκ ἀκυροῖ, Vulg.* non irritum facit]). Ps. AVG. serm. 114, 4 -a peccatum, offer medicamentum. CONC.^{S} I 5 p. 376, 8 *vestra sanctitas* illa faciat, quae omnia, quae ... ab haereticis facta sunt, -ent (*gr. I 1, 7 p. 78, 29 ἀκυρώσει*). **2.** *c. notione despiciendi, repellendi*: ITALA Matth. 15, 6 (cod. *δ*) -astis mandatum dei (*ἠκυρώσατε, Vulg.* irritum fecistis). Marc. 7, 9 (cod. *δ*) bene -atis praeceptum dei (*ἀθετεῖτε, Vulg.* irritum facitis). I Tim. 5, 12 (cod. g) *iuniores viduae* primam fidem -erunt vel reprobaverunt (*ἠθέτησαν, Vulg.* irritam fecerunt). CONC.^{S} II 5 p. 25, 21 *Timotheus sanctos canones* -vit (inr-).

3. irritō *adv. v. p. 436, 65.*

1. *irritus, -a, -um. *ab* in *et* ratus. *de mensura et origine*: PRISC. gramm. III 525, 11 a 'reor' ... *composita corripiuntur,* ut 'ratus', inde fit -us. GRAMM. suppl. 295, 25 '-us' componitur ex 'in' et 'ratus', quod corripitur. GLOSS. Vatic. Reg. 203 ed. Merchie (Musée Belge 26, 1922, 266) -us brev⟨em⟩ habet 'i' quod a 'ratus' participio componitur. *de scriptura*: GRAMM. suppl. 294, 8 '-um' per duas 'r'. 297, 20 '-um' per i littera⟨m⟩ scribitur (300, 11). *scribitur saepe* inr-. iritus *v. p. 436, 33. al. litteris graecis* ἴρριτος: THEOPHIL. inst. Iust. 2, 11, 5. 2, 17, 4 sqq. *cf. Triantaphyllides, Bibl. Ecole Hautes Etudes 92, 1892, 255 sqq. v. et l. 60 sq.* NOT. Tir. 52, 6.

de notione: PAVL. FEST. p. 225 procitum testamentum dicebatur velut procatum (procitum *codd.*), provocatum, id est -um et ruptum. SERV. ecl. 4, 14 -a, ad nihilum deducta vestigia. Aen. 11, 735 -a ⟨id est⟩ inertia, quae nos ulcisci minime valent. SERV. auct. Aen. 10, 95 -a vana, substantiam non habentia. GLOSS.^{L} III Abol. IO 2 -um inane. Abstr. IN 201 -a sine effectu vel sine causa. V Abba IR 1 -um vanum, sine effectu (*v. et Thes. Gloss.*). GLOSS. non profutura (*Goetz,* irrina *codd.*). inania. GLOSS.^{L} II Philox. IN 442 -a *ἄκυρα, ἀνωφελῆ, μάταια.* GLOSS. *ἀνίσχυρα. ἀκυρωσία* abrogatio, evacuatio, -um. *ἀκυρῶ* -um facio. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A *ἴνριτος. ἄκυρος διαθήκη. ἴνριτος ἄκυρος. legitur inde a* PLAVTO *per totam latinitatem.*

[*variat in codd. c.*: asper, anxius: STAT. Theb. 11, 715. fictus: CIC. p. red. in sen. 13. immeritus: *v. p. 434, 40.* impius: *v. p. 433, 82.* iners: *v. p. 435, 18.* in momento: *v. p. 434, 40.* inrisus: CIC. Verr. II 3, 30 LIV. 25, 25, 2. interitus: LVCAN. 5, 469. intritus: *v. p. 435, 8.* irritare: CONC.^{S} I 5 p. 367, 31. *et v. e. g. p. 433, 36. 83.* ritus: *v. p. 436, 13. e coni.*: Ov. met. 13, 718 (*Heinsius*; inita, impia *codd.*). COMM. instr. 1, 26, 18 (*Rigaltius,* inruitum *codd.*). *loci corrupti*: LIV. 22, 17, 3 GRATT. 64 PAPIN. resp. frg. 5, 8. 9, 13 FRG. Vat. 253 EPIST. praef. praet. ad Saepin. (CIL IX 2438) 24.]

I *fere i. q. ἄκυρος, qui vim iuris non habet, invalidus, abrogatus, infirmatus* (*acced. dat. p. 433, 22*): **A** *usu generali*: PLAVT. Amph. 184 bene quae in me fecerunt *dei,* ingrata ea habui atque -a (Asin. 136). 925 ego istaec feci verba (*i. crimen adulterii*) virtute -a. TER. Phorm. 151 quod dictum, indictumst, quod modo erat ratum, -umst. CATVLL. 64, 59 *Theseus* -a ventosae linquens promissa procellae ([*cf.* 64, 142. *sim. p. 433, 42 sq.*]. LIV. 2, 31, 5 *ut* -a ... caderent). VERG. ecl. 4, 14 sceleris vestigia ... -a ... solvent formidine terras. HOR. carm. 3, 29, 45 *Iuppiter* non ... -um, quodcumque retro est, efficiet neque diffinget infectumque reddet *praeteritum.* TIB. 2, 5, 102 ingeret ... iuvenis maledicta ..., quae votis -a facta velit (*v. et p. 433, 41*). Ov. met. 3, 336 *non* licet -a cuiquam facta dei fecisse deo (SEN. benef. 1, 5, 3 recte factum, quod -um nulla vis efficit). GELL. 1, 3, 28. *al.*

B *technice*: **1** *in iure civili* (*sacro l. 5. 6*): **a** *generatim*: CIC. Verr. II 2, 63 *ut Metellus* iniurias ... rescinderet et -as faceret. leg. 2, 21 quaeque augur iniusta nefasta vitiosa dira defixerit, -a infectaque sunto (*cf.* SEN. nat. 2, 34, 2 non potest ... *verum* auspicium fulmine -um fieri). *al.* LIV. 6, 38, 6 intercessionem (*i. ius tribunicium*) ... partam vobis ... facitis -am. 10, 24, 9 *apud senatum* quaeri, quemadmodum -a sint non suffragia modo populi, sed arbitria etiam fortunae. *al.* CALP. ecl. 2, 23 me iudice pignora ... -a sint. PLIN. nat. 2, 26 poenas ... maleficiis aliquando seras, ... numquam ... -as esse. TAC. ann. 1, 39, 2 venisse ... *legatos,* qui -a facerent, quae *milites* per seditionem expresserant. PAPIN. dig. 12, 6, 59 prior solutio, quae fuit -a. 29, 1, 27 quae ... scripsit. 40, 15, 2, 2 praescriptio. *al.* VLP. dig. 28, 3, 7 primus gradus *in testamento* -us fiet. *al.* VVLG. Esth. 16, 17 litteras ... sciatis esse -as (*gr. aliter*). COD. Theod. 6, 29, 3 (= Iust. 12, 22, 3) condemnationes. 9, 39, 2 (= Iust. 9, 46, 8, 1) iudicium -ae delationis. *al.* PRISC. Anast. 29 vanum nomen retinebant -a iura. COD. Iust. 1, 5, 10 pr. (*a. 466—472*) -a omnia documenta et tamquam penitus nec scripta esse censemus. 3, 36, 12 (*a. 252*) non ... divisio ... facta -a habenda est (4, 21, 9 [*a. 293*]). 5, 4, 13 (*a. 285—295*) *non* iure contractum matrimonium -um est. *al.* INST. Iust. 3, 11, 1 rescriptionis nostrae emolumentum ... -um fiat. *et saepe.*

b *speciatim*: acta *sim.*: CIC. prov. 45 *Clodii* tribunatus si ratus est, nihil est, quod -um ex actis Caesaris possit esse. SPART. Hadr. 27, 1. *cf.* CIC. Att. 14, 22, 1 -a fore, quae ... *Caesar* egisset. contractum: COD. Iust. 4, 2, 10 (*a. 294*) contractum habitum recte non constituit -um. 4, 38, 9 (*a. 294*). *al.* conventio *sim.*: PAPIN. dig. 20, 1, 1, 3. VVLG. II Macc. 14, 28 si ea, quae convenerant, -a faceret (*ἀθετήσει*). donatio: PAPIN. dig. 39, 5, 27 non videri donationem sequentis temporis -am esse. frg. Vat. 265. VLP. dig. 24, 1, 3, 4 (*syn.* nullius momenti). *al.* EDICT. impp. Diocl. et Max. frg. Vat. 283 COD. Theod. 8, 12, 6. COD. Iust. 5, 3, 11 (*a. 294—305*) -a donatio fieri non potest. 7, 27, 3 (*a. 293—305*) -am facere donationem perfectam. 8, 53, 20 (*a. 294*) non habebitur -a. *al.* emptio: SCAEV. dig. 18, 5, 10 pr. an -a emptio facta esset (*seq.* inemptam). VLP. dig. 19, 1, 11, 6. COD. Iust. 4, 44, 1 (*a. 222*) mala fide ... emptio -a est. foedus: VAL. FL. 6, 692 interpres ... venerat, ut ... foedera ... non -a iungeret. gesta *sim.*: SEN. contr. exc. 4, 8 (*thema*) per vim metumque gesta -a sint (CONSVLT. 1, 6 quae ... gesta sunt, ... -a esse debere). 6, 2. PAPIN. dig. 28, 4, 4 quae iure gesta sunt, ... non constituentur -a (COD. Iust. 7, 11, 4 [*a. 224*]). VLP. dig. 4, 4, 44 non omnia, quae minores annis viginti quinque gerunt, -a sunt. *al.* iudicium *sim.*: CIC. Verr. II 2, 66 iudicium ... de compromisso ... *Verres* -um iussit esse. Phil. 11, 11 res iudicatas -as fecimus. lex: CIC. Phil. 5, 21 *quae fecit Antonius,* si leges -as feceritis, rata esse non possunt. PLIN. nat. 36, 8 *veteres* nullas potius quam -as esse leges maluerunt. TAC. ann. 4, 30, 2. pactum, pactio: SIL. 6, 696 *Libyes* iurabant -a pacta. POMPON. dig. 24, 1, 31, 4 ut ... pactio -a sit, quemadmodum -a esset, si *eqs. ibid.* verius est pactum ... -um esse. CONSVLT. 1, 8 quod mala fide factum est. *al.* COD. Iust. 2, 3, 8 (*a. 222*). pax: LIV. perioch. 55 pacem factam -am fieri senatus censuerat. senatus consultum *sim.*: LIV. 4, 56, 12. TAC. hist. 4, 40, 1 *quod patres iussere* de Pisone -um fuit. ann. 12, 52, 3 s. c. atrox et -um. testamentum (legatum *l. 61,* tabulae *l. 66,* voluntas *l. 60*): CIC. Phil. 2, 109 *Antonius* acta Caesaris rescidit, ... leges ... sustulit ..., testamentum -um fecit. TAC. hist. 1, 48, 4 testamentum ... Vini magnitudine opum -um, Pisonis ... voluntatem paupertas firmavit. *al.* SVET. Cal. 14, 1 -a Tiberii voluntate (COD. Theod. 4, 4, 4 [Iust. 6, 23, 18] mortuorum. COD. Iust. 6, 36, 2 pr. [*a. 244*]). Dom. 9, 2 legatum ... ex testamento. *al.* GAIVS inst. 2, 146 -a fieri testamenta dicemus, cum ... et quae rumpuntur, -a fiant, et quae ... ab initio non iure fiunt, -a sint. *ibid.* propter capitis deminutionem -a fiunt. *ibid.* quaedam non iure fieri dicuntur, quaedam iure facta rumpi vel -a fieri. 2, 147. 2, 148 secundum tabulas testamenti, quae aut statim ab initio non iure factae sint aut iure factae postea ruptae vel -ae erunt (COD. Iust. 6, 23, 15 pr. [*a. 339*] ob inanem observationem -as fieri tabulas et iudicia mortuorum. INST. Iust. 2, 17, 7). PAPIN. dig. 29, 1, 36, 3 veteranus testamentum iure ... factum -um esse voluit. *al.* VLP. dig. 5, 2, 8, 12. 28, 3, 6, 6 an ... poena -um factum reficiendum est? 28, 3, 6, 7 (*opp.* valebit). 28, 3, 6, 11. 29, 3, 2, 1 testamentum ... proprie illud dicitur, quod iure perfectum est, sed abusive ... ea ... appellamus, quae falsa sunt vel iniusta vel -a vel rupta, itemque imperfecta solemus testamenta dicere. 44, 2, 1. reg. 23, 1 infirmatur ..., si ruptum aut -um (in -um *V*) factum sit. *al.* PAVL. sent. 3, 5, 14. 4, 8, 2. *al.* DIG. 28, 3 rubr. de iniusto, rupto, -o facto testamento. *et saepe.* venditio: CIC. Flacc. 74 -ae venditiones, -ae proscriptiones. S. C. de aedif. (CIL X 1401) 17 tales venditiones -as fieri (PAVL. dig. 18, 1, 52 MOD. dig. 49, 14, 8). PAPIN. dig. 31, 77, 5 si ... mulier venditionem -am faceret (PAVL. dig. 48, 11, 8, 1). COD. Theod. 8, 15, 2 ut ... venditiones extortas -as inanesque efficiant. *al.*

2 *in iure ecclesiastico* (*in comparatione c. iure civili l. 84*): **a** *generatim*: ITALA Gal. 3, 15 (Pelag. *ad l.* p. 321, 4) hominis confir-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

matum testamentum nemo -um facit ([*ἀθετεῖ, Vulg.* spernit]. VVLG. Gal. 3, 17 testamentum confirmatum a deo . . . lex non -um [-am *l. v.*] facit [*ἀκυροῖ*]). NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 5 p. 553, 25 ne quid non ut oportet factum tamquam -um ab omnibus iudicetur (*opp. l. 16* firmum). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 94, 19 si aliquid volueritis . . . definire, id quod fuerit usurpatum, -o evanescet effectu. HIER. psalt. sec. Hebr. 33, 10 dominus dissolvit consilium gentium, -as fecit cogitationes populorum (*ἀθετεῖ, Vulg.* reprobat). VVLG. lev. 7, 18 -a fiet oblatio. num. 6, 12 ut dies priores -i fiant. Iob 40, 3 numquid -um facies iudicium meum? LEO M. epist. 114, 2 (Conc.^{S} II 4 p. 71, 17) infirmum atque -um erit, quidquid a . . . canonibus discreparit. CONC.^{S} I 2 p. 84, 35 superflue et vacue . . . facta et contra . . . consequentiam canonum scripta . . . -a et cassa . . . esse decrevimus (*gr. I 1, 3 p. 30, 8 ἄκυρά τε καὶ μάταια*). *al.*

b *speciatim*: fides *Christiana*: VVLG. I Tim. 5, 12 *adulescentiores viduae* primam fidem -am fecerunt ([*ἠθέτησαν*]. CONSVLT. Zacch. 3, 3 p. 101, 7 *monachi*). Ps. VIGIL. THAPS. trin. 1, 60 rec. II. lex, mandata *dei sim.*: ITALA prov. 1, 25 (Ps. Cypr. singul. cler. 1 p. 174, 14) -a faciebatis mea consilia (*ἀκύρους, Vulg.* despexistis). IVVENC. 3, 143 -a vos istaec (*sc. praecepta legis*) facitis. FILASTR. 142, 9 *philosophi, poetae, oratores, historiographi* legem dei divinam -am (-a *l. v.*) saeculo facere properarunt (VVLG. Hebr. 10, 28 [*ἀθετήσας*]). VVLG. num. 15, 31 verbum . . . domini contempsit et praeceptum illius fecit -um (Marc. 7, 9 [*ἀθετεῖτε*]). I Esdr. 9, 14 ut non . . . -a faceremus mandata tua (Matth. 15, 6 [*ἠκυρώσατε*]). ORIG. in Matth. 17, 31 p. 675, 15 mortuus est . . . sermo legis, ex eo quod evacuatus per novum testamentum -us factus est. pactum, foedus *dei cum hominibus*, pax *ecclesiae*: CYPR. laps. 15 p. 247, 28 laxatur incautis communicatio, -a et falsa pax. VVLG. gen. 17, 14 *non circumcisus* pactum meum (*i. dei*) -um fecit (lev. 26, 44 deut. 31, 20 Ier. 11, 10. *al.*). deut. 31, 16 *populus* -um faciet foedus (III reg. 15, 19 Zach. 11, 10. *al.*). promissa, verbum *sim.*: VVLG. num. 30, 3 si quis . . . votum domino voverit aut se constrinxerit iuramento, non faciet -um verbum suum, sed . . . implebit (Ios. 21, 43 [*seq.* rebus expleta sunt omnia]). 30, 6 vota et iuramenta eius (*i. mulieris*) -a erunt ([irritaberunt, irritaverunt, irritaverit *vv. ll.*]. Ezech. 17, 16). 30, 9 *si vir* -as fecerit pollicitationes . . . verbaque *mulieris*. PSALT. Rom. 88, 35 quae procedunt de labiis meis non faciam -a (*ἀθετήσω*).

II *qui effectu, utilitate, ratione sim. caret, fere i. q. vanus, inanis: refertur ad*: **A** *res actionesque*: **1** *c. subst.*: **a** *generalia*: *α* verba, dicta *sim.*: CATVLL. 30, 10 retrahis te ac tua dicta omnia factaque ventos -a ferre ac nebulas aërias sinis ([CLAVD. rapt. Pros. 3, 133 procul -a venti dicta ferant. *cf. l. 45. 47. 82. p. 431, 78*]. VERG. Aen. 10, 244 mea si non -a dicta putaris). TIB. 1, 4, 22 Veneris periuria venti -a . . . ferunt (LYGD. 6, 50 Ov. ars 1, 634). PROP. 3, 13, 66 (*de Cassandra*) experta est veros -a lingua deos. OV. am. 2, 16, 46 verba puellarum . . . -a . . . ventus et unda ferunt (rem. 286. *al.*). Pont. 4, 7, 5 accedet voci per te non -a nostrae . . . fides (*i. testimonium*). LIV. 1, 10, 7 *non* -am conditoris templi vocem esse (SEN. epist. 14, 13 Cato . . . misit -as voces). 6, 35, 10 haud -ae cecidere minae. 21, 10, 1 praeterquam quod admissi auditique sunt, ea quoque vana atque -a legatio fuit (*cf. p. 434, 77*). SEN. dial. 6, 1, 6 studia . . . surdas aures -o et vix ad brevem occupationem proficiente solacio transeunt. epist. 94, 22 stultum est . . . praecipere aegro, quid facere . . . sanus debeat, cum restituenda sanitas sit, sine qua -a sunt praecepta. CALP. ecl. 4, 45 -a septena modularer sibila canna. HOMER. 694 -a legati referunt responsa Pelasgis. TAC. hist. 2, 20, 2 pax et concordia speciosis et -is nominibus iactata sunt. 3, 27, 3 *milites* velut -as exhortationes *abnuentes*. ann. 1, 13, 4 non -as fore senatus preces (SVET. Aug. 17, 5 LACT. mort. pers. 41, 3. *al.*). 4, 14, 3 saepius -is praetorum questibus (11, 37, 4). 15, 51, 4 nomina . . . coniuratorum reticuit; unde Proculi indicium -um fuit. ZENO 1, 3, 4 p. 285^{C} qui divinas litteras . . . lectas -as putaverunt. AMM. 15, 8, 3 abiectis . . . disputationibus -is. CLAVD. carm. min. app. 2, 42 -a taetri iussa parant implere angues. VITA Caes. Arel. 2, 24 ne servi dei oratio -a fieret. *al.*

β causa, ratio *sim.*: AETNA 519 signum commune leve est atque -a causa, quae trepidat. MANIL. 2, 786 materies primum rerum ratione remota tradenda est, ratio sit ne post -a (OROS. hist. 6, 1, 10 *si* aliqui hanc lucidissimam rationem -am putant). Ps. APVL. herm. p. 275 fiet coniugatio -a duarum particularium *propositionum*.

γ donum, munus, praemium *sim.*: CATVLL. 66, 85 *adulterae* mala dona (*i. libationem*) levis bibat -a pulvis (VERG. georg. 4, 519 *Orpheus* -a Ditis dona querens [Ov. met. 10, 52]. OV. fast. 4, 558 AVSON. 325, 19 p. 110 P.). CIRIS 2 me . . . -a . . . expertum fallacis praemia vulgi. OV. met. 7, 589 quis non altaribus illis -a tura dedit? (Pont. 2, 9, 28 -a, Neptuno . . . feram). LIV. 2, 42, 8 vana lex vanique legis auctores iactando -um munus facti (SER. SAMM. 603 -a coniugii sterilis si munera languent). PHAEDR. app. 23, 6 praedam dimisit ore serpens -am (TAC. hist. 3, 34, 2). PAVL. NOL. carm. 18, 279 nil habeo, quod . . . dulce laboranti non -a gratia praestet oblectans inopem.

δ somnia, omina, prodigia *sim.*: LYGD. 4, 96 *deus crudelia somnia* iubeat tepidos -a (impia *l. v.*) ferre notos (*cf. l. 43.* SVET. Aug. 91, 1 *Augustus somnia* formidulosissima et vana et -a [irritanda *l. v.*] videbat. CLAVD. 27, 22). GERM. frg. 4, 163 tibi signa dabunt non -a pisces (SIL. 9, 2 VVLG. Is. 44, 25). STAT. silv. 5, 2, 164 vatum non -a currunt omina (*al. cf. infra l. 63*). TAC. ann. 14, 12, 2 prodigia . . . crebra et -a intercessere. PRVD. c. Symm. 2, 487 *fatalia* opposito vanescunt -a Christo.

b *obi. est id, quod effunditur, fere i. q. inspergere, infundere*: ***α*** *alicui (dat. suppl. l. 46. 50. 57) aliquid*: Ov. met. 1, 371 *Deucalion et Pyrrha* ubi libatos -vere liquores vestibus et capiti. Val. Fl. 7, 360 viscere vultur adeso tollitur e scopulis et rostro -at aperto (*sc. sanguinem, cf. Apoll. Rhod. 3, 851 sqq. κατασταξαντος ἕραζε αἱετοῦ ... αἱματόεντ' ἰχῶρα Προμηθῆος*). Sil. 11, 302 Bacchi ... liquorem -at mensis turba. Fvlg. aet. mund. p. 155 *vas olei unctionis* capiti fermentum diadematici germinis -vit. Mart. Cap. 2, 110 -ti (*sc. corpori*) liquoris allinebat unguentum (*vix recte vol. VIII 753, 8*). Fvlg. Rvsp. epist. 7, 17 p. 358D cum stillam dives ardens digito beati pauperis linguae suae posceret -ari (*cf. l. 17*). *in imagine vel translate*: Pers. 6, 21 ipse sacrum -ans patinae piper. Sil. 10, 356 *Somnus* oculis ... quietem -at. Zeno 2, 59 *deus* infirmis ... mannae teneritudinem -vit. 2, 63 illis -ta est manna. Avg. epist. 166, 12 *dicitur deus* animas ... *non* de seipso tamquam suas particulas -are (*sc. nascentibus*). Cypr. Gall. exod. 1123 *turis* halitus ... dulces -at sensibus auras. Greg. M. moral. 27, 45 p. 425C *vita coelestis* sanctorum nobis praedicatione -etur. ***β*** *in aliquid*: Vita Amator. 28 (AASS Mai I) p. 58E ex his (*i. aquis Iordanis fluminis*) in ora leprosorum -ans.

B ***intransitive:*** **1** *subi. est deus sim., qui rorem emittit, i. q. pluere*: Verg. georg. 3, 304 cadit extremoque -at Aquarius anno. Colvm. 10, 331 saepe ... gravidis -at pestifer (*i. Iuppiter*) undis.

2 *subi. est id, quod defluit, fere i. q. pluere, guttatim demanare*: **a** *nude*: Cypr. ad Donat. 14 p. 15, 12 sponte sol radiat, ... fons rigat, imber -at (Hier. in Eph. 6, 11 p. 548B nubes, ex quibus fundantur pluviae et imber -et. *cf. in imag.*: Cassiod. in psalm. 31, 8 (11) sermo domini quasi mellifluus imber -at). Sedvl. op. pasch. 1, 10 p. 184, 10 nectareus aetheriae maiestatis nimbus -ans populo dapes ex pluviis ... effudit. **b** *c. dat.*: Ov. met. 9, 369 lacrimae -ant foliis. Ps. Avg. serm. ed. Caillau 2, 36, 1 p. 48 gentium populus ... caecus remanserat in animo suo, nisi lumen gratiae ... ingratis -asset de caelo.

deriv.: irroratio. *Primmer.*

irroseus, -a, -um. *ab* in *et* roseus. *vox ficta a grammaticis. i. q. non roseus*: Serv. Aen. 7, 26 *aurora* 'in roseis fulgebat lutea bigis', ... unde multi iungunt 'inroseis', id est 'non roseis', quasi 'non rubicundis'.

irrōsus, -a, -um. *ab* in *et* rosus. *i. q. non rosus*: Gloss. II 215, 23 *ἄβρωτον*, inrosum, in[a]esum.

irrotātio, -ōnis *f. ab* irrotare. *i. q. vertigo*: Gloss.L V Aa 280 vertigines, inrotationes.

irroto, (-āvī, -ātum), -āre. *ab* in *et* rotare. *scribitur in codd. potius* inr-. *i. q. efficere, ut aliquid procedendo in orbem circum-*

[Ruhstaller]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

agatur: MIN. FEL. 3, 6 testam plano situ digitis comprehensam ... super undas -are. CASSIOD. in psalm. 58, 5 p. 412A potest quis currere et non dirigi, ut illi, quorum vita tortuosis semitis -atur.

deriv.: irrotatio.

irrubēsco, -uī, -ere. *ab* in *et* rubescere. *scribitur in codd. potius* inr- *quam* irr-. *legitur inde a* STATIO. [*variat in codd. c.* erubescere *v. l. 16. 20.* rubescere *v. l. 13. cf. et l. 20.*]

i. q. rubescere, rubrum fieri: **1** *generatim de rebus quibuslibet*: STAT. silv. 5, 3, 32 tuus ut mihi vultibus ignis -uit (*cf.* SIDON. epist. 8, 11, 9 in occasu cruentis ignibus -entes seu ... Mercurius ... seu ... Saturnus ... seu ... Mars). Theb. 6, 231 nec sanguine ferrum -uit. 9, 647 -uit caeli plaga sidere mixto. SOL. 5, 27 haemachates sanguineis maculis -it (rubescit *l. v.*). BOETH. cons. 2 carm. 3, 6 nemus ... vernis -uit rosis. **2** *speciatim de vultu*: SIDON. epist. 4, 23, 1 ad haec ille (*sc. filius*) confusus -uit. 8, 6, 6 *Nicetius* cum quodam prologo pudoris vultum modeste demissus -uit (erubuit *l. v.*). BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 9 p. 100, 13 si ... cuiquam facies -uerit. ALC. AVIT. hom. 20 p. 133, 30 *rubum*, de quo ... rosae blanditer mollescentis sero pudore vultus -uit. NICET. virg. laps. 35 pallescat facies, quae quondam -uit (erubuit, erupuit, viruit *ll. vv.*) impudica.

irrubio, -īre *vel* -iāre. *ab* in *et* ruber. *i. q. rubrum facere* (*vel esse*): GLOSS. III 78, 8 ξανθίζω, inrubio.

irrubōrātus, -a, -um. *ab* in *et* ruboratus (*cf. Tert. anim. 25, 3* ruboratior) *vel ab* in *et* rubor. *i. q. expers ruboris seu pudoris*: ITALA prov. 7, 13 (Didasc. apost. 5, 16) inruborato (inroburato *legi potest in cod.*) ... vultu dicit ad eum *mulier* (ἀναιδεῖ, *Vulg.* procaci).

irructo, (-āvī, -ātum), -āre. *ab* in *et* ructare. *i. q. cum afflatu ructare*: PLAVT. Pseud. 1295 quid tu ... in os ... mi ebrius inructas? (*cf. 1300* ructare in os).

[irrudis, -e. *v. vol. VII 1, 1316, 13. falso* NOT. Tir. 75, 71 *pro* inruit.]

[irrudītio *v. vol. VII 1, 1316, 5.*]

irrūfo, (-āvī), -ātum, -āre. *ab* in *et* rufare. *scribitur in codd. potius* inr- *quam* irr-. *i. q. rufum vel rubrum facere*: TERT. apol. 22, 12 barbam tactu -tam. ieiun. 17 p. 296, 22 lenticulam defruto -tam. HIER. epist. 107, 5, 1 ne capillum -es.

irrūgātio, -ōnis *f. ab* irrugare. *i. q. rugarum contractio*: SERV. Aen. 1, 648 palla dicta est ab inrugatione et mobilitate, quae est et circa finem huiusmodi vestium, *ἀπὸ τοῦ πάλλειν*.

irrugio, -iī, (-ītum), -īre. *ab* in *et* rugīre. *i. q. rugire vel clamare incipere*: VVLG. gen. 27, 34 *Esau* inrugiit (inrugit, rugiit, rugit, irruit, irriguit *ll. vv.*) clamore magno.

irrūgo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* in *et* ruga (*vel ab* in *et* rugare). *scribitur in codd. potius* inr- *quam* irr-. *p. p. p. pro adi. v. l. 53sq. legitur inde a* STATIO. [*hisp.* arrugar. *R.*]

i. q. in rugas vel plicas contrahere: **1** *de vestimentis*: STAT. Theb. 4, 266 *Parthenopaeus* undantem ... sinum nodis -at Hiberis. *in imagine*: PACIAN. epist. 3, 4 p. 53 *haereticus* vestem domini, ecclesiam Christi, scindit, intercipit, vitiat, -at (*antea*: non habens maculam neque rugam; sinus maculosi atque rugosi). **2** *de partibus corporis*: GELL. 12, 1, 8 *ne mulierum prodigiosarum* aequor illud ventris -etur. HIER. in Gal. 5, 22 p. 420B potest bonitas esse tristior *benignitate* et fronte severis moribus -ta (*cf.* LVCVLENT. 4 p. 816B qui *hoc* facit, cum simplicitate debet facere, non cum -ta facie). hom. Orig. in cant. 2, 3 p. 46, 11 meretricum mammae laxis pellibus -antur (irrigantur *l. v.*).

deriv.: irrugatio.

irrumābiliter *adv. ab* irrumare. *i. q. irrumantium modo* (*sc. de rebus veneriis perficiendis*): CIL IV 1931 -r.

irrumātio, -ōnis *f. ab* irrumare. *i. q. actus irrumandi* (*sensu hyperbolico, cf. p. 444, 11*): CATVLL. 21, 8 tangam te prior -e (irruminatione *V*).

irrumātor, -ōris *m. ab* irrumare. *qui irrumare solet* (*hyperbolice, cf. p. 444, 11*): CATVLL. 10, 12 *cohorti* esset -r praetor. CIL IV 1529 -r. IV suppl. 3, 8790a vator *vel* ⟨irru⟩mator. *ibid.* b va⟨le i⟩rrumato⟨r⟩.

irrumo, -āvī, -ātum, -āre. [*incertae orig., fortasse ab* in *et* rūma '*guttur*' (*vocali* ū *in formis longioribus et in vocibus derivatis ante* -mā- *correpta ex usu sermonis vulgaris, deinde mensura brevi etiam ad formas verbi breviores translata*). *Szemerényi.*] *scribitur in inscr.* irrim- *p. 444, 24,* iru- *p. 444, 21. 22; cf. et p. 454, 83.* irr- *in inscr. et codd.; raro* inr- *in codd. legitur fere ap.* CATVLL., MART. (*sensu proprio tantum; cf. Comfort, AJA 52, 1948, 322*); *in* PRIAP. *et* INSCR. [*variat c.* irruminatus *v. p. 444, 16. cf. et l. 61. textus incertus*: CIL IV 1473 Martialis vos ⟨irumas ro⟩ (*i.* irrumaro *vel* irrumas⟨se⟩ ro⟨go⟩*?*). *v. et p. 444, 22. e coni. falsa*: LAMPR. Comm. 5, 11 (*Mommsen*).]

vox obscaena: i. q. penem in os alterius inserere semenque effundere: **1** *usu proprio*: **a** *sensu pleno*: PRIAP. 56, 6 *ego Priapus* mandabo domino ... *horti* salaci, ut pro me velit -are fures. MART. 2, 47, 4 *maritus* quae faciat duo sunt: -at aut futuit. 2, 83, 5 credis te satis esse vindicatum *a moecho, cui nares tantum auresque abscidisti?* erras: iste potest et -are (*i. non solum adulterare, sed etiam peius facere. cf. l. 84*). 4, 17, 3 *Paule.* -are vis solus (*vix translate, ut accipi voluit et hunc locum et antecedentem [l. 82] Housman, Hermes 66, 1931, 407 sqq.*).

4, 50, 2 nemo est, Thai, senex ad -andum (*i. quem felles*). SCHOL. Iuv. 6, 51 'quarum non timeat pater oscula', quia et -antur (erremantur *codd.*) mulieres, dicit. **b** *sensu attenuato*: **α** *iocose de statuis Priapi* (*ad minas violentiamque quod attinet cf. l. 13 sqq., sed 'deus' est, qui loquitur*): PRIAP. 35, 2 pedicabere fur semel, sed idem, si deprensus eris bis, -bo. *ibid.* 5 pedicaberis -berisque (*v. et l. 15*). 44, 4 deprensos ego ter quaterque fures omnes ... -bo. 70, 13 ne ... custodes habeatis -tos (*sc. canes, qui statuam Priapi lingunt*). **β** *de alia re ac ore hominis pollutione obscaena tacta: i. q. pollutus*: MART. 2, 70, 3 undis ne fovearis -tis (*postea*: necesse est, ante hic [*sc. in solio*] mentula quam caput lavetur).

2 *in imagine obscaena hyperbolice dicitur de eis, qui cum contumelia decipiuntur ac illudendo superantur*: **a** *ubicumque ad -andos pertinet invitos (praecipue ubi aliquis alicui violentiam minatur aut egisse narratur), sc. cum actus ille inhonestus cum homine invito vix perfici possit*: CATVLL. 16, 1 pedicabo vos et -bo (16, 14). 21, 13 desine, dum licet ..., ne finem facias, sed -tus (irruminatus *V*). 28, 10 o Memmi, bene me ac diu supinum tota ista trabe lentus -asti (*postea*: nihilo minore verpa farti estis). 37, 8 an ... non putatis ausurum me una ducentos -are sessores. 74, 5 nam quamvis *Gellius* -et ipsum nunc patruum, verbum non faciet patruus (*antea*: patrui perdepsuit ipsam uxorem). INSCR. AJA 52, 1948, 321 irumo te Sex⟨te⟩ (*bis*). CIL IV 2277 -o (*contextus incertus*). IV suppl. 2, 4547 irumo (*sine contextu*).

b *vi imaginis evanescente: i. q. irridere*: INSCR. Die Antike 15, 1939, 103 benē caca et irrima medicos!

deriv.: irrumabiliter, irrumatio, irrumator.

Ruhstaller.

irrumpibilis, (-e). *ab* in *et* rumpere, *cf.* indirumpibilis. *qui rumpi non potest*: GLOSS. II 245, 54 ἄρρηκτος inrumpibilis.

***irrumpo,** -ūpī, -uptum, -ere. *ab* in *et* rumpere. *scribitur* inr- *in inscr.; in codd. et* irr-. *de formis: perf.* -upui(*?*): DECL. in Catil. 58 (*v. ed. Kristoferson p. 137*). -rump-: *p. 447, 67.* NOT. Tir. 46, 64a -it. -upit. *de notione*: CHAR. gramm. p. 469, 28 B. verba, quae praepositionibus additis aliam significationem habent: ... rumpo. -o. CLAVD. DON. Aen. 4, 645 p. 413, 4 non dicit 'ingressa est', sed '-upit', ut ostenderet furentem. GLOSS.L III Abstr. IN 203 -it, festinus ingreditur. GLOSS. II 287, 23 εἰσπηδῶ insilio invado -o. II 300, 6 ἐνρήσσω intrat. *legitur inde a* RHET. Her., CIC., LVCR., CAES. *per totam latinitatem.*

[*variat in codd. c.*: rumpere: TER. Eun. 996 (-ere *γ, falso*). *al.* erumpere: PLIN. nat. 6, 36 (-it *DFRE, recte*). *al.* interrumpere: *v. p. 447, 59.* irrepere: FLOR. epit. 2, 12, 7 *dux* cum ... aliā inrepsisset (-repisset, -rupisset *vv. ll.*). *v. et p. 402, 11.* irruere: CIC. de orat. 3, 165. *al. e coni.*: LIV. 33, 10, 6 (*cf. Lindgren, Studia Curt. p. 53*). 41, 26, 4 (*Walch,* r- *trad.*). TREB. Claud. 6, 2 (*Peter,* in rep̄ venerunt *P*). AMM. 28, 2, 12 (*Gelenius,* erump- *probabilius Clark,* torum pentum *trad.*). *loci mutili*: SALL. hist. frg. 4, 85. LAVD. [Turiae] (CIL VI 37053 = II 10a Durry). FRONTO frg. (Bischoff, SB Münch. 1958, 2 p. 20) P 133, I 2.]

i. q. ***magno impetu penetrare*** *vel aggredi,* ***incurrere, irruere*** (*interrumpere p. 447, 51. rumpere p. 448, 16*):

I *vi praepositionis* in *vigente*: **A** *violenter* (*sc. impedimentum quoddam [paulo aliter asperitatem viae, locorum] superantem sive infringendo tollentem*) *vel hostiliter, minaciter -ere*: **1** *proprie, vi corporea*: **a** *-unt animantes* (*bestiae e. g. l. 71. p. 445, 5. Erinys l. 76. navis p. 445, 2*): **α** (*in*) *loca quaedam* (*domos, oppida, terras, forum sim.*; pontum *p. 445, 2*): ① *intransitive: accedit*: in: RHET. Her. 4, 52, 65 *iste* -upit in aedes subito (SALL. Iug. 12, 5). CIC. Phil. 6, 3 qui ... cum latronum manu in Galliam -erit, Brutum oppugnet. div. 1, 50 improviso eos in castra -isse (CAES. civ. 3, 67, 6. LIV. 26, 6, 9 inopinato ... cum elephantis. *al.*). fam. 15, 2, 1 *Parthi* si ex Syria egredi atque -ere in meam provinciam conarentur. *al.* CAES. civ. 2, 12, 4 non posse milites contineri, quin spe praedae in urbem -rent (LIV. 26, 44, 4 ut ... permixti fugientibus -pturi fuisse ... viderentur. LIV. perioch. 125 hostiliter. VAL. MAX. 3, 2, 1 ponte sublicio. *al. cf.* LIV. 2, 33, 7 per patentem portam ferox -upit in proxima urbis [*v. adn. cr.*]). LIV. 1, 47, 8 *Tarquinius* stipatus agmine armatorum in forum -upit (3, 49, 6). 3, 70, 13 in munitiones. 43, 18, 1 ne qua in regnum vacuum -rent Romani (*cf.* LVCAN. 2, 441 in agros). SEN. contr. 1, 4, 11 -upi in cubiculum adulterorum; quid mentior miser? aperto cubiculo exspectabant adulteri (*cf. p. 445, 74*). CVRT. 7, 3, 2 Satibarzanem ... -isse ... in Arios. PLIN. nat. 9, 13 *orcae* -unt ... in secreta *ballaenarum* ac vitulos earum ... lancinant morsu. QVINT. decl. 307 p. 208, 31 cur in custodiam -isti? *al.* ad: FRONTIN. strat. 3, 17, 4 Caesarem ad castellum ... avide -entem. *dat.*: VERG. Aen. 6, 528 thalamo (*ad l. v. p. 448, 60*). SIL. 2, 378 templo. *al. adv.*: STAT. silv. 5, 3, 286 nemus, quo nulla -upit Erinys. TAC. ann. 12, 35, 3 eo quoque (*i. in iuga montium*) -ēre ferentarius gravisque miles.

② *transitive*: CAES. civ. 1, 27, 3 ne ... milites oppidum -rent (AVG. civ. 1, 2 p. 5, 31 D. -pto oppido. *al.*). 3, 111, 1 Achillas ... primo impetu domum eius -ere conatus (VAL. MAX. 8, 7 ext. 7 praedandi gratia. TAC. hist. 4, 50, 1 *equites* raptim vecti ... destrictis gladiis). *al.* BELL. Afr. 29, 2 Labienus ... Leptim oppidum ... oppugnare ac vi -ere conabatur. SALL. Iug. 25, 9 exercitu circumdato summa vi Cirtam -ere nititur. PLIN. nat. 16, 11 quod *Hostilius* Fidenam primus -isset.

[Primmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al. Sil. 2, 692 vacuam ... tot cladibus arcem. 8, 639 castra ... et vallum ... -ēre ferae. Stat. Theb. 6, 23 *biremes* pontum -ere fretae *sunt* longius (*cf.* Clavd. 26, 2 intacti cum claustra freti ... audax -ret Argo. rapt. Pros. praef. 11 *homo* iam vagus -it pelagus). 6, 40 ceu ... letalis ... -ret atria serpens. 11, 108 *loquitur Tisiphone*: adeo moror ipsa -ere Thebas adsuetumque larem. *al.* Tac. hist. 1, 61, 1 Cottianis Alpibus Italiam. 1, 82, 1 militum impetus ne foribus quidem palati coercitus, quo minus convivium -rent. 3, 9, 1 repentino incursu ... stationes hostium. 3, 47, 2 *Anicetus* Trapezuntem ... subitus -upit. ann. 1, 48, 3 -unt contubernia, trucidant ignaros. *al.* Svet. Vesp. 5, 4 bos arator decusso iugo triclinium -upit. Itala II par. 21, 17 (Complut.) *Philistini* ascenderunt adversum Iuda et -erunt eam (*κατεδυνάστευον*, *Vulg.* vastaverunt). Amm. 21, 12, 14 inquirens, qua vi vel machinis posset patefactam -ere civitatem. Svlp. Sev. Mart. 21, 2 *diabolus* cum ingenti fremitu cellulam eius -upit. Hyd. chron. II p. 25, 142 -pta per dolum Ilerdensi urbe. Pass. Paul. 7 p. 31, 2 ut populus ... palatium virtute -ret. Vitae patr. Iurens. 1, 3 p. 133, 26 a parte illa -pta eremo (eremi *l. v., ed.*). *al.*

β *(in) ea, quae locum aliquem claudunt vel cingunt (portas, moenia sim.; nota* aditus genitales *l. 35): sive i. q. per portam sim. irruere (cf. l. 67. 81) sive i. q. ipsum aditum incurrendo refringere, aperire (l. 32; de exeuntibus l. 35)*: Ⓘ *intransitive (acced.* in *l. 23. 24.* intra *l. 26. dat. l. 25)*: Cic. Mil. 41 cum ille in saepta -isset *eqs.* Liv. 34, 47, 2 in portam quaestoriam -erant Galli. Sil. 10, 367 nec ... sacris -ere muris *Romae* ... magis *tibi* dabitur ... quam scindere caelum. *al.* Vvlg. II Macc. 14, 43 cum ... turbae intra ostia -rent (*εἴσω τῶν θυρωμάτων εἰσβαλλόντων*).

Ⓘⓘ *transitive*: Sall. Iug. 58, 1 *Iugurtha* portam -it (*antea*: castra ... invadit). Verg. Aen. 11, 879 qui cursu portas primi -ēre patentes (*cf.* Ov. met. 15, 598 apertas). Sil. 13, 79 moenia Romae. *al.* Amm. 15, 4, 1 *Alamannis* conli⟨mi⟩tia ... Romana latius -entibus. Clavd. Don. Aen. 9, 680 p. 274, 23 non aditus -unt, qui iam patebant, sed irruunt Rutuli, ut viderunt aditus porta patefacta (*ad l. 66*). Ps. Avg. serm. ed. Mai 72, 1 p. 141$^{med.}$ cum *foetus* aditus genitales -unt, ... sulcantur cicatrices. Pavl. Petric. Mart. 1, 140 effractis -pto limite claustris Gallica rura ... populari coeperat hostis. Greg. Tvr. Franc. 10, 5 p. 487, 17 -pto Toronicae urbis termino. *al.*

γ *(in) homines (fere conglobatos. fere i. q. perrumpere e. g. l. 46. 55. 59)*: Ⓘ *intransitive: accedit*: in: Cic. div. 1, 51 *P. Decius* devovit se et in aciem Latinorum -upit armatus (*cf.* Val. Max. 5, 6, 5). Caes. Gall. 7, 50, 5 in medios hostes (Ps. Frontin. strat. 4, 5, 4. *al.*). Liv. 45, 26, 9 in primam stationem hostium. Hil. in Matth. 10, 2 p. 966^{C} nullus in turbas vexator -erat. Heges. 5, 42, 5 p. 389, 6 *Caesar* maiore ... manu sequenti die disposuit in hostem -ere. *al.* ad: Sall. Catil. 50, 2 Cethegus *custodiae traditus* ... libertos suos ... orabat, ut grege facto cum telis ad sese -rent. Vvlg. IV reg. 3, 26 ad regem Edom (*i. illa parte aciei, ubi erat rex*). *dat.*: Sil. 9, 365 laxati *sunt* cunei perque intervalla citatus -upit trepidis hostis.

Ⓘⓘ *transitive*: Caes. Gall. 5, 44, 4 quae ... hostium pars confertissima est visa, eam -it *Pullo*. Sil. 5, 185 non ego ... mediam penetrare phalangem Cinyphiaeque globos dubitarim -ere turmae. Tac. ann. 2, 11, 3 Chariovalda ... hortatus suos, ut ingruentes catervas globo perfringerent, atque ipse densissimos -ens *eqs.* Tert. adv. Marc. 4, 8 p. 438, 14 *Iesus* per medios evasit ... soluto ... tumultu vel etiam -pto. Amm. 16, 12, 49 optimatium globus ... agmina nostrorum -upit et iter sibi aperiendo *eqs. al.* Clavd. Don. Aen. 2, 405 p. 203, 17 *Coroebus* in hostes ... invasit mediumque agmen -upit (*Verg.* sese ... iniecit). Veg. mil. 3, 20 p. 106, 12 si hiatus aliqui ... fit, in eo loco acies frequenter -itur. *al.* Heges. 1, 20 p. 32, 13 Aristobolus ... -upit aciem et ... sese recepit. *al.*

δ *absolute (indicatur qua per adv. l. 65. per praep.* per *e. g. l. 68. 69. per abl. e. g. l. 81)*: Cic. Phil. 12, 13 cum tot uno tempore -erint. Caes. civ. 3, 67, 5 cum -ere nostri conarentur, illi castra defenderent. Sall. Iug. 38, 6 centurio ... per munitionem ... locum hostibus introeundi dedit eaque Numidae cuncti -ēre. Verg. Aen. 9, 683 -unt, aditus Rutuli ut videre patentes (*cf. l. 32*). *al.* Liv. 1, 14, 11 haerens in tergo Romanus, priusquam fores portarum obicerentur, velut agmine uno -it. 10, 19, 21 per vallum, per fossas -erunt. 25, 3, 18 publicani per vacuum summoto locum cuneo -erunt. 34, 15, 6 ea parte. 34, 29, 7 per patefactum ruina iter. 41, 26, 4 ita repente -erunt, ut sustinere impetum eorum Celtiberi nequirent. *al.* Cvrt. 6, 5, 17 circumire *rex* saltum milites iubet, ut, si qua pateret, -rent. Val. Fl. 1, 819 -unt sonitu (*v. adn. cr.*), qui saeva ferebant imperia et strictos ... enses. Mart. 10, 40, 3 cum mihi diceretur esse secreto mea Polla cum cinaedo, -upi (*cf. p. 444, 70*). Sil. 14, 408 -it Cumana ratis. 17, 424 -it mole ruinae Ausonius globus. Frontin. strat. 1, 4, 4 Nicostratus ... per alterum locum -pturum se ostendens ... quo non exspectabatur aditu intravit. Tac. hist. 2, 32, 1 -pturis tam infestis nationibus. 2, 51, 1 Verginius per aversam domus partem ... degressus -entes frustratus est. 3, 46, 2 ne externa moles utrimque ingrueret, si Dacus Germanusque diversi -issent. 3, 82, 3 *equites* porta Collina -erant. *al.* Paneg. 4, 29, 5 invadis primus aciem, solus -is. Romvl. fab. 63, 9 rec. vet. lupi ... -erunt. *al.*

b *-unt res aliquo modo ingruentes (eminentes p. 446, 20. 27.* lumen *p. 446, 23. 30. saepe in geographia: -unt mare, fluvius [usu attenuato,*

i. q. influere e. g. l. 4], mons): Sen. dial. 6, 17, 2 subitum illo mare -upit et 'Hesperium Siculo latus abscidit'. nat. 2, 20, 2 ignem ... -ere (er- *l. v.*) posse nubes et non exsilire. Cvrt. 5, 1, 15 *amnes* per Babyloniorum fines in rubrum mare -unt (*cf.* Plin. nat. 3, 12 Singilis fluvius in Baetim. Prisc. periheg. 758 Pontum). Mela 2, 52 Rhion ... anguste et velut freto latus orae ... incidens inter Aetolos et Peloponnesiacos usque ad Isthmon -it (*cf.* 3, 38 terras quasi fluvius [*syn.* influxit]. Plin. nat. 4, 75 mare ... angusto meatu ... in terras. 6, 38 artis faucibus). 2, 85 Pyrenaeus primo hinc in Britannicum procurrit oceanum, tum ... Hispaniam -it. 3, 72 *mare rubrum* quas ripas inflexerat, bis -it duosque ... sinus aperit. Lvcan. 7, 478 aethera tendit extremique fragor convexa -it Olympi. Plin. nat. 3, 74 maria nuncupantur: unde -it, Atlanticum; ... qua intrat, ... Gaditanum fretum, cum intravit, Hispanum. 4, 19 tot sinus Peloponnesi oram lancinant, tot maria adlatrant, siquidem a septemtrione Ionium -it *eqs.* 5, 84 Ommam vocant -entem, mox ubi perfregit *Taurum montem*, Euphraten (*cf.* Ivl. Hon. cosmogr. A 37 fluvius ... -ens montem Caucasum). 6, 1 non fuerat satis oceano ... partem *terrarum* ... abstulisse, non -isse fractis montibus (*seq.* infudisse). *al.* Sil. 5, 450 *iaculum* -upit costas (5, 549 fraxinus). 15, 167 tellurem ... -entem in sidera cernunt. Tac. ann. 2, 23, 4 *navigantes* non exhaurire -entes undas poterant (*sim. in navem*: Heges. 3, 20, 2 p. 224, 2 vacillantibus alveis ... mare). Tert. nat. 1, 7, 20 tenebris repentino lumine -ptis. Sol. 23, 13 oceanus ... ab occasu solis -ens ... Europam radit (Paneg. 9, 20, 3 impetu). Paneg. 8, 7, 3 cum ... eadem claustra qui primus incubuit aestus -erit totaque illa ... acies arborum ... dilapsa sit. Pallad. 4, 10, 10 seria clauditur, ne ventus -at. Avson. Mos. 329 *villa* sublimi ... minans -it in aethera tecto. Amm. 15, 4, 4 paludem spumosis strependo verticibus amnis -ens et ... permeans ... mediam ... intersecat. 28, 4, 18 si ... per foramen umbraculi ... radiolus -erit solis. Veg. mil. 4, 29 p. 149, 2 *ballistae et onagri* more fulminis, quicquid percusserint, aut dissolvere aut -ere consuerunt. Clavd. Mam. anim. 2, 4 p. 115, 12 *ignis* velut in patriam tendens subtilis natura magnas partes stipati aeris -it. *al.*

2 *in imag. vel translate (nota de ἐνθουσιασμῷ l. 41)*: Cic. ac. 2, 125 *tune putas* imagines extrinsecus in animos nostros per corpus -ere? Ov. met. 11, 538 totidemque videntur, quot veniunt fluctus, ruere atque -ere mortes (*cf. l. 21*). Sen. contr. 7 praef. 1 *Albucium* non ...frequenter *audivi*, cum ... ad secretas exercitationes non multi -rent (*cf. p. 447, 21*). Val. Max. 6, 9, 14 *Marius* patientia ... repulsarum -upit magis in curiam quam venit (*cf. p. 447, 16*). Lvcan. 5, 167 potitus pectore ... artus Phoebados -upit Paean mentemque priorem expulit (*cf.* Stat. Theb. 10, 341 *Phoebe*, saepe veni, saepe hanc dignare -ere mentem). Qvint. inst. 2, 5, 8 *orator* dominetur in affectibus atque in pectora -at. Plin. paneg. 49, 1 dimovit perfregitque custodias poena angustosque per aditus et obstructos non secus ac per apertas fores et invitantia limina -upit. Tac. ann. 6, 16, 1 magna vis accusatorum in eos -upit, qui pecunias faenore auctitabant. *al.* Tert. apol. 3, 2 id, quod sciunt, eo, quod ignorant, -unt. Cypr. epist. 28, 2 p. 546, 2 *haec acies* euangelium conatur -ere. Hil. c. Const. 27 p. 602^{A} in decreta *patrum* ... perversus -is. Hier. epist. 14, 4, 2 inde me persequitur luxuria, inde avaritia conatur -ere. Avg. in euang. Ioh. 22, 7 p. 1578$^{in.}$ vox salvatoris -upit duritiam lapidis (*i. sepulcrum Lazari*): et cor tuum ita durum est, ut nondum illa vox divina te rumpat? nat. et grat. 52, 60 p. 277, 7 videte, quas moles *Pelagius* conetur, qua suam sententiam ducat, -ere, si valeret. Vincent. Ler. 18, 3 *Tertullianus* nihil sibi paene ad expugnandum *proposuit* ..., quod non aut acumine -erit aut pondere eliserit. Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 191^{D} ut *ecclesia* caecorum oculos feriat, surdorum aures -at. Sidon. epist. 9, 1, 1 ut epistularum priorum limite -pto stilus noster in ulteriora procurrat. Ennod. epist. 3, 2, 4 p. 73, 5 amati commemoratio ... viscera carorum aculeis violenter -it. *al.*

B *turbando ordinem quendam rerum, naturae (contra ius fasque, morem, voluntatem alicuius. hic illic pellucet notio vim adhibendi, e. g. l. 67. 82. nota de intestinis l. 72. fere i. q. interrumpere p. 447, 51 sqq.)*:

1 *proprie*: Cic. har. resp. 22 vis ... innumerabilis ... repente ... in scaenam signo dato immissa -upit. Phil. 11, 4 invasit ... in alienam uterque provinciam; ... alter in Asiam -upit. nat. deor. 2, 144 si qua minima bestiola conaretur -ere *in aurem*. Lvcr. 2, 306 neque, quo possit genus ullum materiai effugere ..., quicquam est, neque in omne unde coorta queat nova vis -ere et omnem naturam rerum mutare. Fest. p. 302 Atticos ... iuvenes solitos aiunt in hortos ... -ere ficosque deligere. Cels. 7, 14, 1 intestinum eo -ere (*i. in umbilicum, cf.* 7, 14, 6 illuc). Sen. epist. 80, 1 *spectaculum* omnes molestos ... avocavit: nemo -et, nemo cogitationem meam impediet. Cvrt. 3, 12, 10 *nuntius in tabernaculum* -isse non admissus videbatur. 6, 9, 9 eo, ubi lavabar. *al.* Stat. Theb. 9, 343 sacrum amnem ... deumque altrices -is aquas. Svet. Cal. 14, 1 -entis in curiam turbae. Apvl. met. 1, 17, 3 importune. Itala II par. 27, 2 (Complut.) non -upit in domo domini (*εἰσῆλθεν*, *Vulg.* est ingressus. *cf.* Lampr. Heliog. 6, 7 in penum Vestae. Svlp. Sev. chron. 1, 21, 2 ut tabernaculum, quod erat nefas ni sacerdotibus introire, -rent). Cypr. hab. virg. 11 p. 195, 11 quo nullus insidians grassator -at. Paneg. 12, 19, 3 sacrum limen *palatii*. Dict. 1, 8 priusquam ex more sententiae dicerentur, reguli repente consilium -unt. *al.* Svlp. Sev. dial. 2, 1, 4 secretum beati viri. Cod. Iust. 7, 32, 9 (*a. 294*)

[Primmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fundum . . . alienum. ACT. Petr. 6 p. 51, 28 Iudaeum quendam -isse in urbem. CIL V 8988[e] quam *arcam* post excessum suum si quis -erit. *al.*

2 *in imag. vel translate*: **a** *sensu usitato penetrandi*: *α -unt homines* (deus *l. 20*): Ⓘ (*in*) *loca vel animantes congregatos*: CIC. leg. agr. 2, 47 cum . . . adhibeant manus vectigalibus vestris, -ant in aerarium. de orat. 3, 108 *philosophi* in nostrum (*i. oratorum*) patrimonium -erunt (*cf.* QVINT. inst. 2, 1, 2 *grammatici* ad prosopopoeias usque et ad suasorias . . . -unt [*i. in possessiones rhetorum*]). Ov. Pont. 1, 7, 23 quo non licet ire. SEN. contr. exc. 4, 3, 2 *raptor filiae* -upit contumeliose tamquam in exsulis domum. VAL. MAX. 9, 15, 5 qui . . . in domum . . . Dionis -upit filiumque eius patriis penatibus expulit vociferando . . . se Dione esse procreatum. STAT. Theb. 3, 549 *vatem* piget -isse volantum concilia et caelo mentem insertasse vetanti (*cf.* 3, 634. Ach. 1, 508 heia, -e deos et fata latentia vexa). 10, 810 sponte . . . peremptus -is maestas fatis nolentibus umbras. TAC. ann. 11, 23, 3 quod Veneti . . . curiam -erint ([*i. senatores facti sint*]. 14, 11, 1. *al. cf. p. 446, 40*). PLIN. epist. 2, 14, 4 nunc refractis pudoris et reverentiae claustris omnia patent omnibus, nec inducuntur, sed -unt *adulescentes ad causas agendas*. TERT. adv. Marc. 1, 23 p. 322, 17 deus Marcionis -ens in alienum (*sc. dei Christianorum*) mundum. *al.* Ⓘⓘ (*in*) *secreta sim.*: SEN. epist. 68, 4 multi . . . condita et abstrusa rimantur; . . . *imperitissimus quisque* in secreta -ere cupit (*cf. paulo aliter* VAL. CEM. hom. 20, 9 p. 755[A] quod secretum pectoris oblatae pecuniae pondus -erit). QVINT. decl. 332 p. 309, 22 *ille* in ipsum -upit animum et penitus intuendam omnibus hominibus mentem dedit. AVSON. 326 p. 114, 3 P. operta Musarum mearum . . ., quamquam non profanus, -is. FAVST. REI. spir. 1, 9 p. 116, 6 nefas est -ere divina silentia. ALC. AVIT. carm. 2, 281 artibus inlicitis cognoscere velle futura . . . et cautas naturae -ere leges.

β -unt res (*fere vexantes vel nocentes*): CIC. de orat. 3, 165 verecunda debet esse tralatio, ut deducta esse in alienum locum, non -isse, atque ut precario, non vi venisse videatur. 3, 168 luxuries quam in domum -upit. ac. 2, 136 atrocitas . . . ista tua . . . in veterem academiam. OV. met. 1, 128 protinus -upit venae peioris in aevum omne nefas. trist. 5, 1, 78 *curae* -unt quoque vetantur eunt. SEN. contr. 2, 7, 3 libido. SEN. benef. 3, 3, 2 -it (-upit *l. v.*) animum aliorum admiratio. epist. 117, 21 quomodo istas calamitates removeam, quae ad me -erunt, quomodo illas, ad quas ego -upi. *al.* LVCAN. 1, 470 vana . . . fama . . . -upit . . . animos populi. PLIN. nat. 17, 224 in pedes . . . -it vis morbi. STAT. Theb. 4, 212 aurum fatale penates -upit. QVINT. inst. 3, 5, 2 *affectus* ut non ubique habent locum *in oratione*, ita, quocumque -erunt, plurimum valent. 9, 4, 89 *metrici pedes damnati* -ent etiam ad invitos (adiutos *trad., v. adn. cr.; cf. et p. 448, 13*). 10, 3, 33 -unt . . . optimi nonnumquam sensus (*antea*: quae scribentibus solent extra ordinem . . . occurrere). TAC. dial. 11, 3 *aera et imagines* me nolente in domum meam -erunt. *al.* TERT. monog. 9, 10 ne necessitas vel occasio tertiae concarnationis -at. ARNOB. nat. 1, 3 p. 5, 15 novitas. LACT. inst. 1, 20, 17 vitia cum virtutibus. POMER. 3, 6, 4 p. 481[C] per os carnis non -it delectatio gustus ad mentem nec erumpit sermo turpis ex mente, nisi se voluntarie mens ante corrumpat.

b *accedit (vel praevalet) notio interrumpendi* (*quae vergit ad sensum rumpendi e. g. l. 55. 61* [*v. etiam p. 448, 16*]): CIC. Lig. 13 in nostrum fletum -es. TAC. ann. 4, 67, 1 ne quis quietem eius -ret (*al.*). AVSON. 170, 2 p. 36 P. tu . . . maturos, puer immature, dolores -is, maesti luctus acerbus avi. SYMM. or. 1, 17 imperii liberam pacem (*al.*). RVFIN. Orig. in lev. 4, 10 p. 331, 19 *spiritalia sacrificia* neque -i umquam neque cessare possunt. in cant. 3 p. 201, 2 ordinem dramatis et historiae textum. GILD. Brit. 4 chron III p. 29, 22 *transmarina relatio* crebris -pta (interr- *l. v.*) intercapedinibus non satis claret. ALC. AVIT. hom. 16, 2 p. 124, 20 si numquam sermonis petulantia honestatem silentii salubrioris -upit. ENNOD. epist. 7, 13, 1 p. 181, 13 ferias meas . . . -o. 9, 31, 1 p. 254, 19 diu nolui medicinam desiderii (*i. memoriam*) . . . -ere. opusc. 2, 127 p. 326, 22 *dolor internus* loquendi affectum, quem imperavit, -it. GREG. M. moral. 4, 35 p. 655[B] perpetrationem culpae . . . pie desaeviens amaritudo paenitentiae -at.

c *c. sensu occupandi* (*cf. e. g. supra l. 7*): LEX Visig. 8, 6, 1 si quis . . . alienum signatum -erit (-umperit *l. v.*).

C *raptim, subito, ex improviso, temere*: **1** *vel in loca, fores sim. vel in homines* (*nota* **aquas** *l. 82*): CAES. Gall. 7, 70, 6 nonnulli perterriti in oppidum -unt. BELL. Alex. 21, 2 quo (*sc. in navem*) multitudo . . . cum -ret. VERG. Aen. 4, 645 Dido . . . pallida morte futura interiora domus -it limina. SEN. contr. exc. 3, 6, 2 non elegit domum tyrannus . . ., sed in eam, quam potuit, -upit (*cf.* Ps. RVFIN. [IVLIAN.] in Am. 5, 18 sqq. p. 1081[C]). OCTAVIA 732 -upit intra tecta . . . trepidus mea . . . Nero. LVCAN. 2, 328 pulsatae sonuere fores, quas . . . -upit Marcia. 5, 127 *antistes* Phemonoen . . . cogit . . . fores -ere templi. PETRON. 98, 2 Eumolpus . . ., quia effractum ostium cellae neminem poterat excludere, -it perturbatus. SIL. 1, 167 pernix . . . in aulam. 2, 559 Eumenis in medios -it turbida coetus. STAT. Theb. 3, 592 Argos. 6, 641 *adulescentibus certatim currentibus Parthenopaeus* -it clamore fores, clamore recurrit ante ducem. 7, 336 gramineo de litore Glaucus poscentes -upit aquas. 12, 269 *Argia* horrendos -it turbida campos. PLIN. epist. 6, 20, 4 -it cubiculum meum mater (*al.*). FRONTO p. 226, 6 v. d. H. (p. 238 N.) *praedones* cum haec . . . dicerent, Arion -upit ipse eodem momento. APVL. met. 9, 2, 1 quidam subito puer . . . percitus . . . -it triclinium. 10, 30, 7 -upit alia, quam putares Minervam, *in scaenam*. VVLG. II reg. 19, 17 *viri* -entes Iordanem. CLAVD. 15, 139 *Africa* superbas -upit clamore fores *Olympi*. 22, 378 nunc *libet* Elysii lucos -ere campi. AVIAN. fab. 13, 5 *taurum fugientem* summissa meditantem -ere fronte *antrum* . . . terruit . . . caper. MART. CAP. 1, 9 uti *Virtus* . . . aetherios . . . recessus -ere parili celeritate posset. CONC.[S] I 5 p. 362, 8 *Memnon* praevenit sermones meos et in meam -upit domum (*gr. I 1, 7 p. 68, 30 ὥρμησεν*). SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 780 ianuam. *al. cf. p. 446, 23.*

2 *in actionem, fere i. q. temere procurrere* (*syn.*): HIL. trin. 3, 21 p. 89[B] in ipsam veritatem infidelitas nostra procurrit et violenti in excidium dei potestatis -imus.

D *furtim, i. q. irrepere* (GLOSS. II 562, 3 *παρεισδύνειν* -ere inrepere obrepere): CYPR. GALL. Ios. 35 *iuvenes* -unt urbis aditus custode vacantes occultique situm lustrant. *v. et p. 447, 42. 48.*

II *vi praep. plus minus evanida, fere i. q. rumpere*: **A** *translate, i. q. rumpendo violare vel tollere* (*fere legem, vincula sim.; iniquitates l. 25.* **moram** *l. 36*): TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 486, 24 ut mulier . . . legem -ret eam, cui adhuc tenebatur (p. 487, 16 *illa* potest videri legem non -isse, sed distinxisse. *al.*). ITALA I Macc. 6, 62 (rec. L) rex . . . -upit iusiurandum (*sim.* rec. B; *gr. ἠθέτησεν, Vulg.* rupit). Ps. CYPR. singul. cler. 43 p. 218, 16 ducis vel imperatoris dispositiones. LACT. ira 24, 12 humanae societatis et publici foederis divina coniunctio -itur, dirimitur, dissipatur. *al.* VVLG. Sirach 7, 6 nisi valeas virtute -ere iniquitates (*ἐξᾶραι*). Ps. AVG. quaest. test. I 109, 7 p. 260, 22 praeceptum. CASSIAN. conl. 16, 28 *diabolus* ad -enda amicitiarum vincla praecipitat (EPIST. Austras. 3 p. 114, 35 caritatis). 23, 12, 6 decreti . . . sanctionem. AVELL. p. 397, 20 paternis canonibus evidenter -ptis (*cf.* LEX Visig. 2, 5, 4 facta seniorum iniuste). ENNOD. opusc. 3, 169 p. 375, 3 pactionis illius durissimae nexus. GREG. TVR. Franc. 5, 26 p. 233, 4 Varochus obliviscens promissionis suae, volens -ere, quod fecerat. COD. Iust. 5, 16, 12 (*a. 243*) eandem obligationem defensionis tuae firmitatem -ere (LEX Visig. 5, 4, 7 nemo propterea firmitatem venditionis -at, eo quod dicat rem . . . vili pretio vendidisse). LEX Visig. 10, 1, 5 placitum divisionis *possessionis* (*al.*). PASS. Is. et Max. Migne 8, 771[A] moram suae comminationis.

B *proprie, vi corporea*: **a** *fere i. q. frangendo patefacere, aperire*: PELAGON. 281 si . . . tumores -erint vulnera (*cf. Hippiatr. gr. I p. 317, 5 ἡνίκα δὲ τὰ τῆς φλεγμονῆς ἀπορραγέντα εἰς τραῦμα μεταβληθῇ*). ITALA psalm. 73, 15 (cod. 325. 400) tu -isti fontes et torrentes (*διέρρηξας, Vulg.* dirupisti). ENNOD. carm. 1, 4, 46 *corpus Veneris* carcere -pto (*i. vestibus depositis*) nituit serenum. CORIPP. Ioh. 8, 393 fluvium . . . cruoris dat specus *vulneris* -ptum. **b** *i. q. scindere*: HIL. in Matth. 33, 7 p. 1075[B] 'petrae scissae sunt': omnia . . . valida . . . penetrans dei verbum . . . -erat. PAVL. NOL. carm. 26, 374 non Petrus -upit virga mare, *sed Moyses*.

deriv.: irruptio, irruptus (-ūs).

***irruo,** -uī, -ere. *ab* in *et* ruere. *scribitur* inr- *passim. de formis et coniugatione*: CHAR. gramm. p. 477, 15 B. *inter verba activa coniugationis tertiae. al.* MART. CAP. 3, 311 v littera . . . vocalis locum, ut est -o . . ., valet obtinere. *part. praes.: abl. sg.* -enti: *p. 452, 84. gen. pl.* -entum: COD. Theod. 16, 8, 12. *v. et p. 452, 23.* NOT. Tir. 75, 71 -it. 75, 77 -uit (*perf.*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 427, 31 incidit. incurrit. -uit. inpegit. inhaesit. prolapsus est. praecipitavit. p. 429, 22 -ere. incumbere. pergere. tendere. DON. Ter. Eun. 788 -ere proprie dicuntur, qui cum furore proelium ineunt. Ad. 550 dixit '-at' tamquam de eo, qui pugnaturus sit, ut in Eunucho (*788*) . . . aut tamquam de sue, ut Horatius (*epist. 2, 2, 75*) . . . et Vergilius (*georg. 3, 255*). CLAVD. DON. Aen. 6, 525 p. 577, 26 'inrumpunt thalamo', hoc est cum violentia -unt, ceterum, si vis non esset, 'ingrediuntur' fuerat dicendum. 10, 575 p. 366, 18 quod dixit -uit, celeritatem facti significat . . ., nam repentinum et insperatum fuit, quod Aeneas effecerat. HIER. in Is. 66, 7 p. 658[A] *ἐπιπίπτοντες* id est -entes. GLOSS.[L] III Abstr. IN 81 infestus -ens vel molestus (V Abba IN 85 iratus). Abol. IN 143 ingruit imminet -it. GLOSS. II 321, 14 *ἐφοδιάζω* impetum facio, -o. 18 *ἐφορμῶ* -o invado. 404, 8 *περιπίπτω* incido, cado, -o. *al. de usu: de refl.*: DON. Ter. Ad. 550 neutrum verbum quasi activum 'se -at' posuit *eqs. (v. p. 450, 52). part. pro subst. e. g. p. 452, 20. pro adi. l. 64. transitive obvenit inde a* QVINT. *p. 450, 54,* APVL. *p. 449, 19,* MIN. FEL. *p. 453, 12,* TERT. *e. g. p. 452, 52. legitur inde a* PLAVTO (*p. 451, 60. 452, 39*), TER., RHET. Her., LAEVIO, CIC., VERG. *per totam latinitatem.*

[*variat in codd. c.*: ruere: HIER. epist. 53, 8, 8 -uituram (*falso prol. in Am. cod. Amiat.*). *al. v. et p. 451, 23.* introire: CONC. Rom. a. 501 p. 429, 2 -entibus (*recte*). intueri: *e. g. p. 452, 57. v. p. 269, 67.* irrumpere: SVLP. SEV. Mart. 4, 1. venire: FLOR. epit. 3, 4, 1 (-erunt *falso*). *e coni.*: LAEV. carm. frg. 27 (*Salmasius,* eruunt *trad.*). PAVL. sent. 5, 4, 8 (*Krueger,* ingr- *trad.*). CAEL. AVR. gyn. 1, 1 (*recte Drabkin, item* 1, 37). *v. et p. 450, 11. 451, 62. locus mutilus*: LAEV. carm. frg. 14 iniunt -unt cachinnos ioca dicta risitantis.]

fere i. q. impetu magno **invehi, incurrere** (*invitum incidere p. 451, 72 sqq.; notio impetus evanescit p. 452, 80. 83. 453, 25 sq.*):

I *-unt animantes eaeque res, quae animantium modo agere viden-*

[Primmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tur: **A** *strictius: de impetu, qui fit*: **1** *vel violenter vel hostiliter*: **a** *proprie*: *α in domum, portam, oppidum, terram sim.* (messem *l. 30*), *fere i. q. vi penetrare, irrumpere (oppugnare e. g. l. 16. 30)*: *accedit*: Ⓘ in (*c. abl. pro acc. l. 13*): TER. Ad. 88 *filius* fores effregit atque in aedis -uit alienas (QVEROL. p. 49, 18 R.). RHET. Her. 4, 8, 12 quo pacto hostes . . . deiectis moenibus ovantes -rent in civitatem. CIC. Tull. 34 vi in tectum -unt. ITALA II Tim. 3, 6 (Pelag. *ad l.* p. 518, 11) qui -unt in domos (*οἱ ἐνδύνοντες εἰς, Vulg.* penetrant). PANEG. 10, 5, 1 cum *barbari* . . . praecipiti impetu in has provincias -issent. VVLG. I reg. 27, 10 in quem -isti hodie? respondebatque David: contra meridiem Iudae. II par. 22, 1 *latrones* -erant in castra. OROS. hist. 4, 1, 4 in universos Tarentinorum fines. AVELL. p. 27, 3 *adversarii* -unt . . . in ecclesia. *al.* Ⓘⓘ *dat.*: ITIN. Alex. 41 pactum fit . . . conclavi regis -rent. HEGES. 4, 13, 2 *sicarii* -bant agris, urbibus, templis, praedas agebant. VVLG. II Macc. 12, 15 *Maccabaeus* -uit ferociter muris (*ἐνέσεισαν*). AVG. civ. 3, 19 p. 128, 23 D. Hannibale . . . torrentis modo Italiae faucibus -ente (*v. p. 453, 2*). *al.* Ⓘⓘⓘ *acc.*: APVL. met. 2, 32, 2 quidam . . . fores nostras ex summis viribus -entes (*seq.* insultantes). ITIN. Alex. 19 *Alexander* quarta demum die -it Gazam ac diripit. IVL. VAL. 2, 14 quis rex . . . Aegyptum aliquando adgredi aut -ere ausus est? 3, 32 p. 140, 2 -unt nocte barbaricam civitatem (*Ps. Call. p. 118, 11 εἰσῆλθον* [*εἰσβάλλουσιν l. v.*]). *al.* VVLG. II Macc. 14, 41 turbis . . . -ere domum eius et ianuam disrumpere . . . cupientibus (*τὸν πύργον καταλαβέσθαι*). RVFIN. hist. 2, 21, 1 paratus . . . -ere Hierosolyma (*εἰς Ἱερ. παρελθεῖν βιάζεσθαι*). CLAVD. carm. min. 50, 5 non barbarus -at Alpes. *al.* Ⓘⓥ *structurae aliae: c. praep.*: contra *v. l. 11.* intra: SVLP. SEV. Mart. 4, 1 -entibus intra Gallias barbaris. super (supra): HEGES. 5, 14, 1 *Caesar* -ens supra murum secundum. VVLG. iud. 9, 33 -e super civitatem (*al.*). Is. 16, 9 super messem tuam vox calcantium -uit (Ier. 48, 32). *adv.*: ITALA iud. 18, 17 (Hier. epist. 29, 3, 6) viri . . . -erunt illuc (*ἐπελθόντες, Vulg. aliter*).

β in homines, i. q. vehementer vel ex improviso adoriri, incurrere, vim afferre sim. (legitur hoc sensu per totam latinitatem, praecipue de singulis aut paucis -entibus. notione impetus praecipitis evanescente obvenit inde a TERT. [*l. 66*] *sensu aggrediendi, fere de exercitu vel duce. -unt bestiae l. 53. 59. 78, cf. l. 62. 64. 74. daemones l. 56. mors l. 52. potentia l. 57. 61. raeda l. 75*): *accedit*: Ⓘ in: CIC. dom. 106 in quem quisque per homines concitatos -erit, quem impetu perculerit. 119 qui . . . omni impetu furoris in . . . civem -erit (*seq.* per vim adflixerit). Mil. 76 *Clodius* aequabiliter in rem publicam, in privatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos -bat. Tusc. 2, 59 cum in aciem *hostium* . . . -bant *Decii* (HOMER. 392 in medias acies. *cf.* VERG. Aen. 9, 555 medios . . . in hostes [SEN. epist. 67, 9. *cf. et l. 53*]. LIV. 22, 47, 8 -entibus incaute in medium Romanis). VELL. 2, 3, 2 senatus atque . . . plebs -ēre in Gracchum HOMER. 467 Oenides . . . nebulas . . . per ipsas fertur et in Venerem flagrantibus -it armis. ITALA gen. 19, 9 (Lugd.) -bant in virum Lot vehementer (*παρεβιάζοντο, Vulg.* vim faciebant). I Macc. 12, 26 (rec. B) condixerunt -ere in nos per noctem (*ἐπιπεσεῖν, Vulg.* supervenire). SPART. Hadr. 12, 5 servo in *Hadrianum* . . . cum gladio furiosius -ente. HIL. hymn. 2, 12 dei . . . tota vivi in corpus -is (*subi. mors*). PROB. Verg. georg. 3, 267 quo cupidius in hostem -rent *equae* et perniciosius. VVLG. psalm. 58, 4 -erunt in (super *Veron.*) me fortes (*ἐπέθεντο*). II Macc. 12, 35 eques . . . -uit in eum (*τινὸς . . . ἐπενεχθέντος αὐτῷ*). *al.* RVFIN. hist. mon. 1 p. 401[A] *daemones* absque ulla miseratione -entes in eum (11 p. 431[B]. *cf. et p. 452, 60*). CLAVD. carm. min. 22, 55 -at in miseros . . . potentia cives (*cf. l. 61*). VITA Caes. Arel. 2, 21 p. 492, 10 statim multitudo corvorum in faciem ipsius lacerantes -bant. *al.* Ⓘⓘ *dat.*: STAT. Theb. 9, 233 ille . . . -uit attonitis. VVLG. prov. 3, 25 ne paveas . . . -entes tibi potentias impiorum (*cf. l. 57*). II Macc. 11, 11 leonum . . . impetu -entes hostibus (*ἐντινάξαντες*). CAEL. AVR. chron. 1, 3, 55 *aegri* sibi quemquam -isse repente existimant. VITAE patr. Iurens. 3, 17 p. 161, 19 *Alamanni* inopinatis viantibus . . . ritu superventuque solent -ere bestiali. *al.* Ⓘⓘⓘ *acc.*: TERT. paenit. 12, 8 *Pharao* populum dei . . . persecutus in proelio -uit. ITIN. Alex. 7 cum *Alexander* . . . Getas -isset. 44 cum . . . luce inopini -unt securos . . . barbaros. *al.* IVL. VAL. 1, 13 p. 24, 17 *Alexander* omnes . . ., qui forte sese veluti ad comprehendendum -erant, disicit. *al.* Ⓘⓥ super (supra): AMBR. Abr. 2, 8, 59 p. 612, 13 naturaliter . . . violentiores potioresque viribus super infirmiores -unt *eqs.* HEGES. 1, 24, 2 nisi Antipater . . . -isset . . . super eos (*gr. 1, 1, 192 προσπεσών*). 3, 15, 1 -entibus supra se aliis. 4, 30, 1 (*gr. 1, 4, 641 ἦγεν ἐπί*). 5, 4, 1 (*gr. 1, 5, 59 ἐμπηδᾷ*). HIER. interpr. Iob 24, 5 -erunt sicut asini feri in agro super me (*ἀπέβησαν, Vulg. aliter*). vita Hilar. 6 *Hilario in visione* cernit raedam ferventibus equis super se -ere (*cf. p. 450, 23*). MARCELL. auct. chron. II p. 107, 545, 2 Iohannes -ens super tyrannum Stotiam interimit eum. OP. imperf. in Matth. 6 p. 671 sine aliqua mora -uit super eum *bestia* (*syn.* se . . . iactat). IORD. Rom. 233 Pompeius . . . super Mithridatem -ens. *al.*

γ absolute (*c. notione cum penetrandi [e. g. l. 84. p. 450, 16. 24] tum adoriendi [l. 83 et saepe. ad plagam mortiferam infligendam p. 450, 19]. -unt bestiae p. 450, 12 sqq.* arma *p. 450, 25.* eruptio *p. 450, 22.* naves *p. 450, 28.* currus *p. 450, 23*): TER. Eun. 788 quam mox -imus? VERG. Aen. 2, 383 -imus densis et circumfundimur armis. 2, 757 -erant Danai et tectum omne tenebant. 6, 294 *Aeneas* -at et . . . ferro diverberet umbras. *al.* Ov. epist. 11, 79 *pater* -it et nostrum vulgat clamore pudorem. 13, 75 *Menelaus* -at et causa quem vicit vincat et armis. LIV. 5, 21, 12 patefactis . . . portis cum *milites* . . . agmine -rent (*cf.* AMM. 20, 7, 13. CLAVD. DON. Aen. 9, 680 p. 274, 23 non aditus inrumpunt, qui iam patebant, sed -unt Rutuli, ut viderunt aditus porta patefacta). VITR. 6, 1, 10 qui . . . refrigeratis nascuntur regionibus, ad armorum vehementiam paratiores sunt . . ., sed tarditate animi sine considerantia -entes . . . suis consiliis refragantur. VELL. 2, 70, 2 Cassius . . . existimans hostes esse, qui -rent. SEN. benef. 6, 31, 5 paene totius generis humani -entis (*Madvig*, ruentis *trad.*) impetum paucissimi sistent. dial. 1, 2, 8 adulescens . . . -entem feram venabulo excepit, . . . leonis incursum . . . pertulit (*cf.* TERT. fug. 11, 4 eos, qui gregi praesunt, fugere, cum lupi -unt, nec decet *eqs.* RVFIN. hist. mon. epil. 8 p. 462[B] *crocodili* excitati -ere et insectari nos vehementer coeperunt. PRVD. cath. 4, 99 leones). LVCAN. 10, 373 -e, nocturnas rumpamus funere taedas. VAL. FL. 2, 247 -erant actae pariter nataeque nurusque. 4, 299 Amycus . . . caestu elatus utroque -it. 6, 254 -it ultro . . . Lacon et . . . invadit inermem. *al.* SVET. Iul. 82, 2 *Caesarem* Bruto -enti dixisse: *καὶ σύ, τέκνον*; (*sim. ad aliquem necandum*: VVLG. II reg. 1, 15 vocans . . . David unum de pueris ait: accedens -e in eum; qui percussit illum. *al.*). ITIN. Alex. 19 eruptio . . . -ens . . . militem turbat. 25 Paeones . . . -ere currus intuentur (*cf. p. 449, 76*). VOPISC. Aurelian. 7, 1 *Aurelianus* Francos -entes, cum vagarentur per totam Galliam, . . . adflixit. AMM. 23, 1, 7 -entibus armis externis. 24, 1, 2 ne quis repentinus -ret (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 9, 610 p. 267, 5 improvisus. AMBR. Abr. 2, 8, 59 p. 612, 14 ex improviso). 26, 8, 8 claustrum . . . ori portus insertum . . ., ne rostratae -rent naves hostiles. HIER. psalt. sec. Hebr. 10, 10 *impius* -et viribus suis valenter. RVFIN. hist. 3, 6, 6 *praedones* despicatis foribus praecipites -bant (*εἰσεπήδων*). LEX Burg. Rom. 8, 1 si quis violentiam ita convincitur admisisse, ut collectis turbis per vim -ens deiciat possidentem. *al.*

b *in imag. vel translate* (*accedit* in *passim, acc. l. 42, adv. l. 37,* super *l. 45. nota sensum accusandi, verbis laedendi, minandi e. g. l. 35. 37. 46*): CIC. Sull. 40 Torquatus . . . in me -it, me accusat. de orat. 2, 301 permulta sunt in causis circumspicienda, ne quid offendas, ne quo -as *eqs.* Brut. 274 *Calidius verbis translatis utebatur*, sic tamen, ut ea non -isse in alienum locum, sed immigrasse in suum diceres (*aliter l. 64*). Att. 13, 26, 1 metuo, ne turbem et -am in Drusum. LIV. 9, 26, 17 in . . . appellationem . . . patricii confugerunt, postremo repulsi inde . . . in nos -erunt. SEN. Oed. 786 undique in me saeva Fortuna -it. SCHOL. Hor. sat. 1, 7, 26 sq. sic iniuriam (in iniur- *l. v.*) Rupili Persius -bat, quomodo fluvius ille (*v. et p. 453, 2*). VVLG. Iob 16, 15 *deus* -uit in me quasi gigas. 30, 14 quasi rupto muro et aperta ianua -erunt super me *maledici*. Dan. 14, 29 dixerunt: . . . trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te . . .; vidit ergo rex, quod -rent in eum vehementer. *al.*

2 *prohibentibus aditum iure, lege, more, voluntate eius, quem turbari non oportebat (hic illic, praecipue sub a, pellucet aliquatenus notio vi irrumpendi)*: **a** *proprie in loca* (*in homines l. 57. accedit* in *e. g. l. 56* [*c. abl. pro acc. l. 59*]. ad *l. 57. acc. e. g. l. 54. adv. e. g. l. 58. absol. l. 53*): TER. Ad. 550 vide, ne ille huc prorsus se -at. CIC. Lig. 14 si, cum hoc domi faceremus, . . . tu repente -isses. QVINT. decl. 310 p. 222, 8 duo cubicula -isti, duobus maritis iniuriam fecisti. LAMPR. Alex. 61, 5 ille . . . sperans non posse se evadere, quod in tentorium principis -isset. HIER. epist. 18[A], 12, 3 Oziam in templum -entem. VVLG. Is. 3, 5 -et populus, vir ad virum . . .; tumultuabitur puer contra senem. VAL. CEM. hom. 8, 4 p. 718[C] ubi nullus fur -at. COD. Iust. 1, 9, 4 (*a. 365*) in synagoga Iudaicae legis velut hospitii merito -entes iubeas emigrare (*ἐν τῇ συναγωγῇ . . . ἐφορμῶντας*). 1, 12, 4 pr. (*a. 432*) si servus . . . ecclesiam . . . inopinatus -erit. *al.* **b** *in imag. vel translate* (*accedit* in *passim* [*c. abl. pro acc. l. 71*]. *dat. e. g. l. 76. adv. l. 65. absol. l. 78*): CIC. de orat. 1, 41 quod in alienas possessiones tam temere -isses. IREN. 1, 4, 1 Horon coercentem *Enthymesin* . . ., ne anterius -ret (*κωλύοντα αὐτὴν τῆς εἰς τοὔμπροσθεν ὁρμῆς. antea*: in exquisitionem egressam . . . luminis). ARNOB. nat. 1, 34 *deus aeternus est; at Iuppiter nascens dicitur* ignotam sibi in lucem sensu -isse vitali. 7, 26 p. 260, 12 in antiquam et veterem consuetudinem quaenam -uit novitas? Ps. AVR. VICT. epit. 41, 21 Constantinus latrocinii specie . . . incautus foedeque temulentus in aliena -uit. OPTAT. 2, 25 p. 62, 6 quid in potestate aliena -is? *al.* AVG. c. acad. 2, 8, 20 p. 37, 27 videbatur . . . mihi fama improbe -isse in quaestionem vestram. civ. 4, 13 p. 163, 31 D. cum omnes *di* occupati sint officiis et operibus propriis nec alter -at in alterius. epist. 92, 6 p. 443, 9 si aliquando *quidam* -erint auribus tuis. 134, 1 p. 84, 20 ut non tibi videar importunus -ere actibus tuis. pecc. mer. 1, 19, 24 p. 24, 16 *parvuli* baptismo . . . non tantum frustra, verum etiam improbe videntur -ere. retr. 2, 25, 1 antequam finirem libros de trinitate . . ., -uit causa respondendi litteris Petiliani. MACR. Sat. 1, 7, 4 licet fortuna fecisset -ere *me secretis vestris*. 1, 7, 10 sponte -ere in convivium aliis praeparatum. COD. Iust. 7, 35, 2 pr. (*a. 286*) cum . . . eos . . . in res iuris tui -isse adseveres. *al.*

3 *appetenter, cupide*: **a** *in res* (*bestias e. g. p. 451, 1. mortuos p. 451, 8. nota in imperium p. 451, 5*): **α** *in praedam, escam sim.* (*absol. e. g. p. 451, 1. accedit* in *e. g. p. 451, 4. dat. e. g. p. 451, 10. acc. e. g.*

[Primmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 3. super *l. 8. adv. l. 7*): VERG. Aen. 3, 222 armenta videmus . . ., -imus ferro. TERT. anim. 31, 4 Aethalides . . . fabam quoque in pabulis communibus -erat. PORPH. Hor. carm. 4, 4 pr. Drusum ait tanto vigore . . . Vindelicos invasisse, quanta vi soleat aquila in rapinam -ere. *al.* LAMPR. Alex. 64, 1 certatim -entibus et aliis semenstribus, ⟨aliis⟩ annuis plerisque per biennium . . . imperantibus (*v. p. 450, 83*). DICT. 2, 46 undique versus nostri -entes arma, equos, regias opes . . . praeripiunt. VVLG. gen. 34, 27 -erunt super occisos ceteri filii Iacob. AVG. serm. 210, 8, 10 p. 1052$^{\text{fin.}}$ ubi tempus reficiendi advenerit, opimis mensis tamquam pecora praesepibus -unt. Ps. ORIG. hom. in Matth. 4, 1 p. 263, 11 *infideles* aliquando pecuniae -unt alienae, aliquando in ipsos pecuniarum dominos.

β in res nocentes, quas sponte sua aliquis petit: Ⓘ *proprie vel in imagine, in tela (cf. l. 76), ignem, loca periculosa* (*accedit* in *e. g. l. 16.* super *l. 31. dat. e. g. l. 23. absol. l. 25. pendet enuntiatum l. 21*): LIV. 30, 33, 3 *ut velites* viam, qua -rent in ancipitia tela, beluis darent (*cf. p. 449, 1*). VAL. MAX. 2, 2, 5 *civitas,* in praevalidum imperii nostri mucronem caeca et amens -isti. SEN. benef. 7, 26, 4 caeca ambitione et in gladios -ente. dial. 3, 1, 1 dum alteri noceat, sui neglegens, in ipsa -ens tela. ITIN. Alex. 6 *Alexander erat* pernix cursu, quo vellet, . . . fervens -ere, quo audendum. PRVD. perist. 6, 81 ne vestigia . . . tardis gressibus -ant in ignem. 13, 82 christicolae . . . sponte -rent (ru-, corru- *vv. ll.*) in ima fossae. CLAVD. 17, 194 *iustus* -et intrepidus flammis. AVG. civ. 3, 18 p. 127, 27 D. *aede Vestae ardente* Metellus . . . suae . . . salutis oblitus -ens ea *sacra* semiustus abripuit. c. Gaud. 1, 22, 25 p. 223, 7 vos ipsos necatis vel -endo armis alienis vel . . . ignibus vestris. *peculiariter de eis, qui se socios proeliantibus applicant*: VAL. FL. 5, 689 vadite et adversis, ut quis volet, -at armis (*cf. Hom. Il. 20, 25 ἀμφοτέροισι δ' ἀρήγεθ', ὅπῃ νόος ἐστὶν ἑκάστου*). *nota: i. q. incumbere*: VVLG. I reg. 31, 4 arripuit . . . Saul gladium et -uit super eum (I par. 10, 4. *al.*). Ⓘⓘ *translate, in mala, pericula sim.* (*accedit* in *e. g. l. 34. dat. e. g. l. 37*): CIC. Verr. I 35 quasi de industria in odium offensionemque populi Romani -ere. SEN. epist. 82, 23 in media pericula. LVCAN. 7, 60 cladibus. EDICT. impp. Diocl. et Maximian. Coll. Mos. 6, 4, 8 nec . . . quisquam aestimet veniam se consequi posse, qui tam evidenti crimini (crimen *trad.*, in . . . crimen *VW*) . . . non dubitabit -ere. COD. Iust. 2, 12, 21 pr. (*a. 315*) ne feminae in contumeliam matronalis pudoris irreverenter -ant.

γ in actionem quandam malam, fere i. q. ingredi (*pendet inf. l. 44, accedit* in *e. g. l. 45.* ad *e. g. l. 47. dat. l. 43*): EDICT. impp. Diocl. et Maximian. Coll. Mos. 6, 4, 2 cum *complures* ad inlicita conubia instinctu exsecrandae libidinis sine ullo respectu pudoris ac pietatis -erint (*cf.* CANON. Turner II 1 p. 12^{b} nuptiis. *cf. l. 58*). RVFIN. hist. 6, 4, 1 discerpere *Origenem* . . . paene et interficere vulgus -erat. AVG. in psalm. 99, 12 p. 1278$^{\text{med.}}$ maledici -unt in vituperationem. CONC.^{S} I 2 p. 82, 20 *Iohannes* contra constituta et canones ecclesiae ad hanc -erit novitatem (*gr. I 1, 3 p. 24, 27 ὥρμησαν*). p. 87, 33 ad pessimas et saevissimas res (*gr. I 1, 3 p. 8, 28 χωρεῖν*). IORD. Get. 47 rex in bellum -uit. *al.*

b *in animantes*: *α de incursione amicitiae* (*absol. l. 52. accedit* in *e. g. l. 55* [*c. abl. pro acc. l. 54*]. super *l. 56*): STAT. Theb. 5, 721 *filii* per tela manusque -erant matremque . . . complexibus . . . diripiunt. ITALA Luc. 15, 20 (Epiphan. in euang. 37 p. 81, 24) *pater* -uit in collo eius (*ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον, Vulg.* cecidit). AMBR. epist. 15, 10 p. 958^{B} quo studio, quo affectu ipse in me et ego in eum -uimus. VVLG. gen. 46, 29 super collum. AVG. quaest. hept. 1, 87 p. 45, 6 in eius osculum.

β de appetitione veneris (*sensu obscaeno i. q. inire e. g. l. 61. 71. accedit* in *e. g. l. 60. absol. e. g. l. 69*): PLAVT. Cas. 890 magis iam adpropero, magis iam libet in Casinam -ere. LAMPR. Comm. 5, 11 nec -entium in se iuvenum carebat infamia *Commodus*. FILASTR. 33, 4 tenebrae -entes (tenebras intuentes *trad.*) in spiritum genuerunt quattuor Aeonas (*Epiphan. panar. 25, 5 p. 272, 20 H. τὸ . . . σκότος ἀναδραμὸν περιεπλάκη τῷ πνεύματι*). AVSON. 63, 1 p. 434 P. -et in me (*i. buculam*) taurus amans (*Anth. Pal. 9, 730 βήσεται*). PRVD. perist. 14, 29 omnis iuventus -et (*sc. in virginem*) et novum ludibriorum mancipium petet. 14, 75 *virgo de carnifice*: hic amator iam . . . placet: ibo -entis gressibus obviam *eqs.* (*subest etiam notio ea, quam explicui p. 449, 81*). AVG. civ. 1, 19 p. 32, 23 D. *Lucretia* iuveni violenter -enti . . . consensit. *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 5, 3 *Sodoma* oppidum infame incolis, viris in viros -entibus. *al.*

4 *ita, ut aliquis vel invitus vel inopinans in aliquid (aliquem) incidat* (*passim translate [in mala]. proprie, i. q. decidere p. 452, 10. offendere l. 78. accedit* in *passim [c. abl. p. 452, 7]. dat. l. 83. acc. e. g. l. 82.* per *p. 452, 10*): CIC. Pis. frg. 4 quem . . . iste in scopulum non incidit, quod in telum non -uit? (*cf.* VVLG. Iob 20, 24 fugiet arma ferrea et -et in arcum aereum). IAVOL. dig. 9, 2, 57 unus ex *comitibus una tecum equitantibus* . . . -uit in equum teque deiecit. ITALA Luc. 15, 15 (Aug. serm. coll. Morin p. 256, 22) *filius prodigus* -uit in quendam principem regionis (*ἐκολλήθη, Vulg.* adhaesit. *cf.* AVG. *ad l.* intelligitur . . . diabolus, in qualem -unt omnes curiosi). PRISCILL. tract. 3, 73 ne . . . haereticae falsitatis -ant foveam. AVG. bapt. 5, 15, 20 p. 278, 28 in quamlibet horribilem voraginem peccatorum (*cf.* CONC.^{S} II 3, 2 p. 47, 2 talibus peccatis. *al.*). 5, 19, 25 p. 284, 5 unaquaeque haeresis . . . poterat -entes in se aliquos baptizare (*cf.* 6, 5, 7 p. 302, 19 in aliquem haereticum. c. Parm. 1, 4, 7 p. 26, 24 in sacrilegium schismatis . . . caecitate impietatis. *al.*). civ. 2, 23 p. 85, 18 D. ne in manus Sullae . . . -ret *Marius*. conf. 8, 6, 15 illos vagabundos -isse in quandam casam. in euang. Ioh. 97, 2 p. 1878$^{\text{med.}}$ cavete . . ., ne -atis in illud aenigma Salomonis *eqs.* serm. 277, 5, 5 p. 1260$^{\text{med.}}$ tu quamlibet acute discernas cibum, imprudens -is in venenum. GREG. TVR. Mart. 2, 10 vir in valetudine -ens (VEN. FORT. vita Germ. 59, 158 *matrona* valetudinem -ens. *cf.* vita Pat. 18, 50 in infirmitatem [*seq.* in infirmitate incidit]. *al.*). Ps. THOM. euang. 7, 1 unus . . . de istis pueris -uit per posticum (*gr. A 9, 1 πεσὼν ἀπὸ τοῦ δώματος κάτω. B 8, 1 κρημνιζόμενον. aliter l. 26*). *al.*

B *laxius: spectatur tantummodo vis impetus* (*non quomodo fiat*): **1** *de multitudine se infundente (e. g. l. 20) vel affluente* (*e. g. l. 16. accedit* in *e. g. l. 18.* ad *l. 16. acc. l. 21. absol. e. g. l. 23*): TAC. hist. 1, 35, 1 donec . . . Galba -enti turbae . . . sella levaretur. IVVENC. 1, 327 *Iohannes* tot populos diversis sedibus ortos -ere ad fluvium cernit (VITA Hil. Arel. 29 l. 2). AVR. VICT. Caes. 33, 31 -ens vulgus. VVLG. Marc. 3, 10 ut -rent in *Iesum* ([*ἐπιπίπτειν*]. Luc. 5, 1 cum turbae -rent in eum [*ἐπικεῖσθαι*]). PRVD. cath. 9, 73 *porta inferi est* prompta ad -entes, ad revertentes tenax. CLAVD. 8, 50 cum barbaries . . . gementem -ret Rhodopen et mixto turbine gentes . . . suas in nos transfunderet Arctos. SVLP. SEV. dial. 2, 8, 8 in secretarium illud virgines -erunt (-unt *l. v.*). SIDON. epist. 3, 3, 6 dum -entum tumultuoso diriperis amplexu. *al.*

2 *de eis, qui celeriter currunt in aliquem locum*: VVLG. Dan. 13, 26 *famuli* -erunt per posticum. SVLP. SEV. Mart. 7, 4 qui pro foribus adstiterant, statim -unt.

3 *de spiritu sancto sim. homines intrante*: ITALA act. 10, 44 (Ps. Cypr. rebapt. 5 p. 75, 11) -uit spiritus sanctus super omnes (*ἐπέπεσεν . . . ἐπὶ, Vulg.* cecidit). *al.* AMBR. Abr. 2, 9, 61 p. 614, 15 quando venit gratia dei super propheticam mentem, subito -it, et inde incubuisse et decidisse super prophetam spiritum sanctum legimus. VVLG. num. 24, 2 -ente in se spiritu dei. *al.*

II *-unt res*: **A** *peculiariter afficientes hominem* (*fere in malam partem; aliter l. 67. 75. 80. 83. accedente notione intrandi in locum vetitum e. g. l. 81 [cf. p. 450, 48]. notione impetus evanida l. 80. 83*): **1** *in universum* (*-unt quaelibet aegre ferenda [quaestio l. 46]. passim absolute, accedit* in *l. 39.* super *l. 43. dat. e. g. l. 42*): PLAVT. Epid. 84 in te -unt montes mali. SEN. dial. 9, 9, 3 non potest . . . iniquitas casuum ita depelli, ut non multum procellarum -at magna armamenta pandentibus. DICT. 3, 26 Priamus . . . non sine decreto divum adversa hominibus -ere ait. CLAVD. DON. Aen. 12, 200 p. 578, 8 si vis -at maior (AVG. civ. 1, 8 p. 13, 31 D.). VVLG. II par. 20, 9 si -erint super nos mala, gladius iudicii, pestilentia et fames. prov. 1, 27 cum -erit repentina calamitas et interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio. *al.* AVG. bapt. 2, 7, 12 p. 187, 12 -ente . . . tam magna quaestione. civ. 3, 13 p. 111, 2 D. clades . . . tanta -uit huius inopiae. 14, 10 p. 26, 21 nullum omnino alicunde malum, quod contristaret, -bat. *al.*

2 *mentem* (*subi. sunt affectus sim.; accedit* in *e. g. l. 55.* super *e. g. l. 53. acc. e. g. l. 54. absol. e. g. l. 58*): TERT. anim. 24, 8 quoquo . . . tempore *animam* . . . oblivio -erit. ITALA I Macc. 7, 18 (rec. B) -uit timor eorum et tremor super populum omnem (*ἐπέπεσεν . . . εἰς, Vulg.* incubuit. IVVENC. 2, 37 infidos animos). HIER. epist. 22, 6, 6 impossibile est in sensum hominis non ere notum medullarum calorem. VVLG. I par. 27, 24 ira -erat in Israel. *al.* AVG. bapt. 2, 7, 12 p. 187, 18 -erunt (intuerunt *l. v.*) in oculos animae (*v. l. 78*) verisimiles rationes. quaest. hept. 6, 29 p. 446, 9 auferre a corde suo -entia vana phantasmata. VITAE patr. 3, 207 p. 806^{B} tentatio . . . aut impugnatio. CASSIOD. hist. 11, 5, 5 formido subito daemonica -uit super eos (*cf. p. 449, 56*). SACR. Greg. 117, 5 vitiis -entibus. *al.*

3 *corpus: -unt res*: **a** *incorporeae* (*dolores, morbi* [*saepe apud medicos*]; somnus, sopor *l. 66. 67.* vox *l. 75. saepe absol. vel c. dat., accedit* in *e. g. l. 75.* super *e. g. l. 66*): VVLG. I reg. 4, 19 -erant in eam dolores subiti (Iob 20, 22 in [super *l. v.*] eum). Iob 33, 15 quando -uit sopor super homines et dormiunt (*cf.* PLIN. VAL. 3, 1 l. 33 aegrum cooperies: inde somnus -et). *al.* AVG. anim. 4, 18, 27 p. 407, 5 si plaga -erit ignoranti, qua caro feriatur. *al.* HIPPOCR. aer. 3 pueris . . . -ere spasmum et suspirium, quem putant pueris -isse (*ἐπιπίπτειν*). CAEL. AVR. chron. 1, 5, 149 in passionem pronis vigiliae -unt et anxietates. 3, 4, 67 his visceribus -unt speciales passiones. diaet. pass. 6 *febres* omni regioni atque tempori et naturis corporum et aetatibus omnibus -unt. gyn. 1, 37 priusquam fluor corporibus -at. 1, 58 pro mitigandis accidentibus, quae praegnantibus -unt. *saepe*. MVTIAN. Chrysost. hom. 17, 5 p. 350$^{\text{fin.}}$ vox . . . illa in auditum -ens nostrum (*antea*: magna voce . . . conclamat. *gr. p. 133$^{\text{in.}}$ ἐμπίπτουσα*). *al.*

b *corporeae* (*accedit* in *c. abl. l. 84.* ad *l. 81. dat. e. g. l. 83. absol. l. 80*): AVG. serm. 28, 3 p. 183$^{\text{fin.}}$ nec aliquid -uit oculis (*cf.* CAEL. AVR. gyn. 1, 149 quid . . . palpebris). VINDIC. med. 17 p. 219, 18 in quibus *partibus corporis* . . . -entia (*i. aer*) perficiuntur. HIPPOCR. aer. 9 quando urinam facit, *calculus* ad meatum vesicae -it (*προσπίπτει*). CAEL. AVR. chron. 2, 14, 210 *amylum in ore* in defluxionem veniens subiectis partibus patientibus -at. CASS. FEL. 28 p. 44, 7 aqua in ipsa caverna auditoria -enti.

[Primmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *generaliter* (*notione impetus evanida l. 25. 26. sensu presso i. q. obstaculo cuidam offendere l. 24*): **1** *de fluviis, fluctibus sim.* (*accedit dat. e. g. l. 4. acc. e. g. l. 6. absol. l. 7*): ITALA Luc. 6, 48 (cod. c) -uit flumen domui (*προσέρρηξεν, Vulg.* illisum est). AVIEN. orb. terr. 594 Achelous -it Hadriaci tergum maris (*Dionys. periheg. 434 ἐπὶ πόντον ἑλισσόμενος*). AMM. 17, 13, 4 has . . . terras Parthiscus -ens obliquatis meatibus. 22, 8, 46 *Pontus* -entium undarum magnitudine temperatur. Ps. ORIG. hom. in Matth. 3, 1 p. 257, 19 fluctus naviculae -bant (*cf. Marc. 4, 37 ἐπέβαλλεν εἰς*). *al.*

2 *de rebus naturae, quales sunt ventus, fulmen, nix, tenebrae sim.* (*saepe absolute [indicatur unde l. 14. 16. 18]. accedit* in *l. 15.* super *l. 17. dat. l. 19. acc. loco primo*): MIN. FEL. 5, 9 *fulmina* montes -unt, arboribus incurrunt. TERT. nat. 1, 7, 32 cum tenebrae -erint (CLAVD. DON. Aen. 7, 490 p. 74, 22). VVLG. Iob 1, 19 ventus vehemens -uit a regione deserti (Matth. 7, 25 in domum illam [*l. v.* impegerunt, *προσέπεσαν*]. *cf.* HIPPOCR. aer. 6 calidi flatus -unt et frigidi de septemtrionali [*παραρρεῖ*]). 6, 16 -et super eos nix. Ezech. 13, 11 dabo lapides praegrandes desuper -entes. CASSIAN. conl. 18, 13, 3 *Iesus in parabola* dicit *domibus* . . . pluviarum ac fluminum vel tempestatum turbines -isse. *al.* *in imag.*: AVG. in Iob p. 607, 22 'grando' sunt illi iniqui, quando . . . obstinata duritia persequendo vel -endo contundunt.

3 *de radio oculorum sim.* (*absol.* [*seq.* per] *l. 26.* in *l. 24. dat. l. 25*): AVG. serm. 277, 10, 10 p. 1262$^{\text{fin.}}$ si velis videre longius et interponatur aliquod corpus, -it radius in corpus obiectum. VINDIC. med. 19 p. 220, 20 *in visu sensifica virtus* -ens visibilibus rebus . . . earum facit apprehensionem (p. 221, 6 per visificas vias).

***irruptio,** -ōnis *f.* *ab* irrumpere. *scribitur*: inr- *passim.* -umpt-: CYPR. mortal. 8 p. 301, 21 (*G*). *al.* -umt-: HEGES. 3, 7 p. 199, 12 (*C*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 419, 24 collatio. comparatio. certatio. certamen. contentio. animositas. coetus. impetus. -o. GLOSS. *ἐπεισέλευσις.* *legitur inde a* PLAVT. prol. (*hoc uno loco excepto non invenitur apud poetas*), CIC., CAES., LIV.

[*variat in codd. c.*: eruptio: *e. g. l. 63.* interruptio: HEGES. 1, 16, 4. *del.*: AMBR. Noe 27, 104 p. 484, 27 *virtus dei* neque omnia confundi nimia solutione neque disrumpi nimia intentione (*Primmer,* -e *trad.*) patiatur (*antea*: arcus . . . nunc tenditur, nunc resolvitur *eqs.*). PLAC. med. 4, 8 rec. α *medicamentum* facit et ad ruptiones (*edd., cf. Marcell. 8, 124;* -es *trad.*) ex ictu tunicularum. COD. Theod. 8, 12, 1, 2 (*a. 323*) ad excludendam vim atque irreptionem (*Gothofredus,* -em *trad.*).]

i. q. actio irrumpendi: **A** *irrumpunt homines* (*diabolus p. 454, 11. bestiae p. 454, 7*): **1** *violenter vel hostiliter; fere i. q. incursio, oppugnatio, expugnatio sim.* (*de eruptione l. 84*): **a** *in re militari* (*per imag. l. 48*): **α** *de eis, qui aut intrare temptant (sive impetu subito [e. g. l. 57] sive obsessione [e. g. l. 56]) aut potiuntur aditu in oppida, castra, aedificia* (*popinam [per lusum] l. 48. obi. subiungitur per: praep.* in *e. g. l. 63. gen. e. g. l. 61. adi. l. 67*): PLAVT. Poen. 42 in popinam, pedisequi, -em facite (*seq.* occurrite. LIV. 24, 19, 9 caedes . . . circa portam primo, deinde -e facta etiam in urbe fieri coepta est). CAES. Gall. 7, 70, 2 Caesar . . . legiones pro castris constituit, ne qua subito -o ab hostium péditatu fiat. VAL. MAX. 1, 7 ext. 8 castris . . . subita -e oppressis (TAC. ann. 12, 45, 2). 5, 4 ext. 7 imperator patrem *hostis urbem defendentis* . . . occisurum se minitans, nisi -i suae iter praebuisset. TAC. hist. 3, 74, 1 Domitianus prima -e *Vitellianorum in urbem* . . . occultatus. ann. 3, 62, 2 *Stratonicenses sunt* laudati, quod Parthorum -em . . . pertulissent. FLOR. epit. 1, 12, 9 non scalis nec -e, sed cuniculo et subterraneis dolis peractum urbis excidium. CYPR. mortal. 8 p. 301, 21 cum -e hostili civitas aliqua possessa est. PANEG. 6, 20, 2 *illum,* si prima copiam habuisset -o, eripere ferro nemo potuisset. IVL. VAL. 1, 36 Alexander -em oppidi acrius agitabat (OROS. hist. 3, 23, 17 urbis. *al.*). DARES 40 *proditores* exercitui Argivorum portam reseraturos eisque lumen prolaturos: id signum -is (erup- *l. v.*) fore. 41 in regiam. *al.* HEGES. 1, 16, 4 templi. 2, 7, 1 pseudopropheta . . . frequenti -e penetrabat Hierosolyma. 2, 15, 4 Romani quinque diebus temptantes diversos aditus cum impossibilem sibi cernerent -em (*gr. 2, 535 προσβολή*). 5, 14, 3 (*gr. 5, 348 τὴν πολιορκίαν*). *al.* OROS. hist. 7, 40, 3 ante biennium Romanae -is. SIDON. epist. 8, 15, 1 urbis obsidio, oppugnatio, -o nec direptio. *al.* β *de invadentibus in alienam terram*: CIC. Manil. 15 cum hostium copiae non longe absunt, etiamsi -o nulla facta est, tamen . . . agri cultura deseritur. TAC. ann. 2, 7, 1 in Chattos. *al.* TREB. trig. tyr. 5, 4 subita -e Germanorum (ARNOB. nat. 1, 4 p. 7, 9 Germanorum et Scythicas -es). SYMM. epist. 5, 39 ante -em tyrannicam *Maximi.* AMM. 21, 5, 3 -es Alamannorum adsiduas . . . fregi. HEGES. 1, 13, 1 facta -e in terras Armeniorum (*gr. 1, 116 ἐμβεβληκότας*). AVG. civ. 5, 23 p. 236, 5 D. barbarica. *al.* COD. Theod. 5, 7, 1, 2 (*a. 366*) si *qui captivi* non transierunt, sed hostilis -is necessitate transducti sunt. GILD. Brit. 23 chron. III p. 38, 11 tam ferales et tam crebras supradictarum gentium -es praedasque. SIDON. epist. 7, 7, 1 huic -i nos . . . ianua sumus. *al.* γ *de invehentibus in hostem*: LIV. 1, 47, 5 *triarii* primam -em sustinere non potuerant. SVET. Tib. 6, 1 *parentes* apud Neapolim sub -em hostis navigium clam petentes. FLOR. epit. 2, 12, 5 *hostis* regem . . . securum et nihil tale metuentem subita belli -e deprehendit. DARES 38 ut . . . e portis -em faciant (*cf.* OROS. hist. 5, 7, 9 si qua ab erumpente hoste in eum *urbem obsidentem* temptaretur -o). HEGES. 5, 11, 1 id, quod acciderat (*i. turrium ruina*), casus repentini, non ullius hostilis fuisse -is *dicitur.* *al.*

b *extra rem militarem*: CIC. Phil. 11, 7 -em armatorum in Treboni domum, cum miser ille prius latronum gladios videret, quam, quae res esset, audisset. VAL. MAX. 4, 7, 6 eo (*i. in latebras*) . . . facta -e. PLIN. paneg. 81, 2 decus habebatur summota campis -o ferarum et obsidione quadam liberatus agrestium labor. APVL. met. 3, 2, 1 cum magna -e patefactis aedibus (*antea:* quati fores). 4, 26, 7 -is subitae gladiatorum impetus ad belli faciem saeviens. Ps. CYPR. ad Novat. 1 p. 52, 11 *peccatores* vulnerati . . . diaboli saevientis -e. SYMM. epist. 5, 18 ne ius praedii nostri violenta perturbet -o. EPIST. pontif. 611 Schwartz p. 40, 34 tumultus . . . haereticorum -e *in urbem* commotus est. *al.*

2 *appetenter: de eis, qui feminam in matrimonium petunt*: COD. Theod. 3, 17, 4, 2 (= Iust. 5, 35, 2) ne sit facilis in eas (*i. matres*) post tutelam iure susceptam -o.

B *irrumpunt res ingressu nocenti penetrantes*: **1** *mare, fluvii sim.* (*allegorice: divitiae l. 31*): SEN. nat. 3, 30, 5 cum semel aliquid ex hac idonea diligentia remiserit mundus, statim undique, ex aperto et abdito, superne, ab infimo aquarum fiet -o. 6, 2, 6 -es maris extra litus eiecti. VLP. dig. 10, 1, 8 si -e fluminis fines agri confudit inundatio. SOL. 9, 8 *eminentias montium Thessalicorum* solas diluvialis -o, cum universa obduceret umido situ, inaccessas reliquit. RVFIN. hist. mon. prol. p. 390$^{\text{med.}}$ -es fluvii in perniciem vicinarum regionum concitatas. MART. CAP. 6, 666 *Britannia* confinis est Galliae Hispaniaeque, quibus, nisi oceani . . . prohiberet -o, misceretur. *huc spectare videtur*: ENNOD. opusc. 1, 31 p. 270, 8 urguebantur telis, quos vorago aut -o non tenebat (*an dicuntur 'irrumpere' ii, qui suo pondere in palude merguntur?*). *allegorice, fere i. q. inundatio*: RVFIN. Basil. hom. 3, 4 p. 1749^{C} *avare,* tu fluentes divitias obstruis et concludis, ut intra lacus tuos stagnantes etiam -es operentur.

2 *lumen, fulgur*: PALLAD. 10, 17 *botryones* oportet . . . in loco . . . obscuro sine luminis -e suspendi. THEOD. MOPS. epit. in psalm. 67, 35^{c} ad p. 446, 18 licet nubes ferant . . . timoris divini testimonium . . . -e fulgorum (*κατάπληξιν*).

3 *res acutae*: EVCHER. instr. 1 p. 90, 2 *Christus* dum clavorum adfigentium -e penetratur (*inde* CASSIOD. in psalm. 15, 11 p. 115^{D} clavorum et lanceae).

1. irruptus, -a, -um. [*ab* in *et* ruptus *sec. gr. ἄρρηκτος. J. B. H.*]

1 *i. q. non fractus, inviolatus*: **a** *corporaliter* (*in imagine loco primo*): HOR. carm. 1, 13, 18 felices . . ., quos -a tenet copula nec malis divolsus querimoniis . . . solvet amor. PAVL. NOL. carm. 21, 343 omnis . . . -o stamine chorda canet. 21, 625 arcam vidimus -a solii compage manentem. **b** *incorporaliter*: PAVL. NOL. epist. 40, 2 p. 341, 16 sicut . . . lex mortis -a, ita et caritatis catena *eqs.* PROSP. carm. de ingrat. 673 si progeniem super omnem -a maneret *lex mortis.*

2 *i. q. non interruptus*: PAVL. NOL. carm. 27, 80 explicet -os animata ut tibia cantus.

2. irruptus, -a, -um *v. s.* irrumpo.

3. irruptus, -ūs *m.* *ab* irrumpere. *i. q. irruptio*: FVLG. aet. mund. p. 169, 6 quid *referam* urbis inruptum anserinae vocis indicio erutum? *Primmer.*

irrutilo, -āvī, (-ātum), -āre. *ab* in *et* rutilare. *scribitur in codd. potius* inr- *quam* irr-. *legitur fere apud* AMBR. [*variat in trad. c.* rutilare: AMBR. exc. Sat. 2, 10 *caelum non semper* radiis solis rutilat (-at *l. v.*). *v. et l. 61.* *c.* irradiare *v. l. 59.*]

i. q. rubro colore fulgere (*incipere*): **1** *proprie de quibuscumque rebus rubris*: AMBR. apol. Dav. I 8, 45 p. 328, 6 ut purpurae verior atque perfectior fulgor -et (irradiet *l. v.*). epist. 18, 24 p. 979^{B} *luna paulatim* cornua sua complens . . . clari splendore fulgoris -at (*cf.* TRACT. Pelag. 3, 20, 2 p. 65$^{\text{med.}}$ cum ille -are [rutilare *l. v.*] coeperit dies olim a domino destinatus. *v. et l. 56*). Isaac 7, 60 p. 684, 7 quid . . . pleno agro pulchrius, . . . cum poma -ant (*cf.* in Luc. 8, 29 p. 405, 17 fructus eius [*sc. arboris*] . . . iam formatus -at). off. 2, 28, 139 p. 141^{A} agnosco infusum auro sanguinem Christi . . . -asse (in psalm. 118 serm. 18, 22 p. 408, 7 in cocco . . . species ignis et crucis dominicae sanguis -at). **2** *metaphorice pro eminere*: AMBR. hex. 3, 11, 48 p. 91, 13 -es . . ., o homo, aut splendore nobilitatis aut fastigio potestatis aut fulgore virtutis. CASSIOD. in psalm. praef. 15 l. 53 *sacra scriptura* schematibus decora . . ., disciplinis -ans. *Ruhstaller.*

[GROM. p. 321, 27 L. itineri montium, hoc est paziis et **irsis** (*vocabulum corruptum, ut vid.; cf. Josephson, Casae litterarum, Stud. z. Corp. agrimensorum, 1951, 272 adn. 1*).]

irtiola, -ae *f.* (*sc. vitis*). *nec scriptura (v. l. 77. 78) nec originatio vocis certa est; fortasse ab* hirtus, *si* h- *scriptura genuina est.* *nomen cuiusdam generis vitis*: COLVM. 3, 2, 28 *vites* nuper ⟨. . . cognitas, per⟩gulanam dico et -am (hi- *SA*) ferreolamque. PLIN. nat. 14, 37 -a (ytriciae *M*, irt-, irc-, hirc- *cett.*) Vmbriae Mevanatique et Piceno agro peculiaris est.

[ORIBAS. syn. 3 add. p. 923 n. 71 l. 4 dosis coclearium **irubii** (*corruptum; fortasse leg.* I aut II).]

irudo, irundo *v. s.* hir-.

[CIL IV 4449 **iruo** (*pro* irumo *?, cf. p. 444, 21 sq.*).]

irūs *v. s.* idus, *vol. VII 1, 239, 21.* *Hi.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. is, ea, id *pron.* [*nom. sg.* is, *acc.* im/em, *n.* id-*stirpis pron.* i- *formas hereditarias esse ex got.* is '*is*', in-a '*eum*', it-a '*id*', *ind.* im-am '*hunc*', id-am '*hoc*' *apparet.* eo-/eā- *stirps Latina ne a dialectis quidem Italicis aliena vix redit ad nom.* *ei-om *a Romanis pro acc.* *eom *habitum (sic Sommer coll. ind.* ayam, *quod et ipsum sec. f.* iyam ⟨*ī+am *innovatum esse moneo) vel acc.* *ei-om *ex acc.* om *et particula praefixa conflatum (sic Meillet), sed potius ad formas hereditarias nom. acc. f. (cf. got.* si '*ea f. sg.*', ija '*eam*', ijos '*eae, eas*' *et ind.-pers.* iy-am '*ea f. sg.*') *et n. pl. (cf. got.* ija '*ea n. pl.*'*), in quas* e- *ex formis* eius (*esyo, *cf. ind.* asya '*huius*'), *dat.* ei (*eyyei *sec. gen.* *eyyos), *nom. m. pl.* *eyes (*cf.* quēs ⟨*k^{w}eyes, *got.* eis) *ita irrepsit, ut inde cetera vel mutarentur vel formarentur. Szemerényi.*]

legitur tam pro adi. quam pro subst. inde a temporibus antiquissimis (LEX XII tab. *p. 466, 48.* LIV. ANDR. *p. 459, 64*) *per totam latinitatem; cf. Meader, The latin pronouns 'is hic iste ipse' 1901, 6 sqq. in poesi post scaenicos vetustos nusquam leguntur formae nom. pl.* ei (ii), eae (*abl. pl.* eis *semel, v. p. 459, 25*). *praevalent fere nom. sing. et n. pl., adamantur quaedam iuncturae a* VERG. *creatae ut* isque, atque (vix) ea. *vocem liberrime adhibent* LVCIL., CATVLL. (*39^{ies}, ex quibus 27^{ies} in dactylis, 8^{ies} in hendecasyllabis, quater in ceteris versibus*), *poetae didactici q. d.* (LVCR. *302^{ies}*, VERG. *v. l. 23*, MANIL. *30^{ies}; cf. l. 24. 27*) *eique, quorum genus dicendi prosae orationi propinquum est, ut* HOR. sat. epist. (*32^{ies}; cf. l. 29*), OV. trist. Pont. (*72^{ies}; cf. l. 24*). *vix aspernantur etiam* VERG. (*92^{ies}, ex quibus 9^{ies}* georg.), OV. *in operibus ante exilium scriptis (149^{ies}; dat. sing.* ei *nonnisi* hal. 34), PHAEDR. (*23^{ies}*), SEN. trag., VAL. FL., SIL., STAT., MART., *aevo cadente e. g.* PRVD. (*34^{ies}, ex quibus 13^{ies} in metr. lyr.*). *rarissime admittunt* LVCAN. (*5^{ies} formis variis*), COLVM. *10^{ies}* (*semel* ea *n. pl.*), PERS. (*6^{ies}* id *tantum*), IVV. (*quater* id *tantum*), CLAVD. *plane vitant* HOR. carm. (3, 11, 18 *certe interpol.*; 4, 8, 18 *valde dub.*) *et* BOETH. cons. carm.; *cf. Axelson, Unpoet. Wörter, 70 sq. ap. scriptores legitur in operibus stili gravioris usque ad ultimam aetatem saepissime* (*e. g.* AVG. conf. *1335^{ies}, omnes formae praeter* ii eae, *cf. Hrdlicka, A Study of the Late Latin Vocabulary . . . of Aug., Diss. Washington 1931, 254; etiam in* civ. *passim*); *in operibus stili q. d. vulgaris aevo cadente* (*e. g.* FILASTR., QVEROL., CHIRON, VICT. VIT.; *cf. Schmalz-Hofmann^{5} 478*) *nominativi* is ea ii eae *rarius leguntur, eo crebrius iuncturae ut* id est (PEREGR. Aeth. *113^{ies}*, id *solum ter*).

[*it.* desso *ex* 'id ipsum', *francog. mer.* era *ex* 'ea hora', *francog. vet.* gieres *ex* 'de ea re' (*i. q. itaque, item helvet. occid.* ğir), *prov. vet.* zo, za *ex* 'ecce eum, ecce eam' (*pro articulo definito*), *vascon.* žou *ex* 'eorum' (*i. q. francog.* '*leur*'). *R.*]

CONSPECTVS MATERIAE

CAPVT PRIMVM: ***de scriptura, formis, prosodia sim.***

I *sing.*: **A** *nom.*: **1** *masc.* **is:** *p. 456, 35.* **2** *fem.* **ea:** *p. 456, 44.* **3** *neutr.* **id:** *p. 456, 47.*
B *gen.*: **1 eius:** *p. 456, 55.* **2** *formae fem. generis: p. 457, 21.*
C *dat.*: **1 ei:** *p. 457, 24.* **2** *formae sui generis* (eae, eo): *p. 457, 63.*
D *acc.: p. 457, 75.*
E *abl.: p. 458, 15.*
II *plur.*: **A** *nom.*: **1** *masc.*: **a ei** *sim.: p. 458, 27.* **b eis** *sim.: p. 458, 51.* **2** *fem.* **eae:** *p. 458, 60.* **3** *neutr.* **ea:** *p. 458, 62.*
B *gen.: p. 458, 64.*
C *dat., abl.*: **1 eis** *sim.: p. 458, 84.* **2 ibus** *sim.: p. 459, 28.* **3** *formae fictae, erroneae: p. 459, 37.*
D *acc.: p. 459, 40.*

CAPVT SECVNDVM: ***de notione et usu*** (*doctrinae gramm.: p. 459, 45*).

I *anaphorice*:
A *strictius* *pertinet ad ea, quae memorata sunt*:
1 *sententia quolibet modo continuatur*: **a** *pertinet ad membra orationis per se posita*: **α** *usu sollemni: p. 459, 63.* **β** *structura solutiore: p. 460, 60.* **b** *in oppositione pertinet ad membra orationis singula*: **α** *priora: p. 462, 2.* **β** *posteriora: p. 462, 38.* **γ** *et prius et posterius: p. 462, 68.*
2 *sententia completur vel augetur*: **a** *excipiuntur nomina sim.*: **α** *nomina, adi.: p. 463, 16.* **β** *pron.: p. 464, 42.* **b** *excipiuntur enuntiata secundaria*: **α** *relativa sim.: p. 465, 50.* **β** *mere coniunctionalia q. d.: p. 467, 14.* **γ** *varia: p. 467, 60.*
3 *sententia explicatur*: **a id est:** **α** *forma originaria: p. 468, 1.* **β** *formae secundariae: p. 468, 72.* **b** *locutiones variae*: **α** *c. copulis: p. 468, 84.* **β** *c. particulis adversativis: p. 469, 67.* **γ** *pron. absolute ponitur: p. 469, 81.*
B *laxius* *pertinet ad ea, quae animo obversantur*:
1 *nexu sententiae libero, i. κατὰ σύνεσιν facto*: **a** *generatim*: **α** *usu vario: p. 470, 28.* **β** *forma* 'Plautinus – is (*Plautus*)': *p. 471, 23.* **γ** *forma* 'tres – is tertius': *p. 471, 33.* **δ** *forma praedicativa* 'magnus – is (id) sum' *sim.: p. 471, 38.* **b** *per variationem substituitur*: **α** *plur. pro sing. collect. et invicem: p. 471, 43.* **β** *homo pro conventu sim. et invicem: p. 471, 82.* **γ** *neutr. pro subst.: p. 472, 12.* **δ** *vox synonyma: p. 472, 56.*
2 *significantius dictum*: **a** *fere i. q. probus, verus: p. 472, 60.* **b** *fere i. q. in eo statu rerum positus, ea re: p. 472, 73.* **c** *fere i. q. talis, tantus: p. 472, 80.*
3 *vi quadam indefinita i. q.* ὅ δεῖνα: **a** *usu vario: p. 473, 45.* **b** *in sermone iuris: p. 473, 63.* **c** *vice notae: p. 474, 1.*
II *praeparative* *q. d.*:
A *vario usu*: **1** *generatim: p. 474, 6.* **2** *anticipative q. d.: p. 474, 35.*
B *spectat ad enuntiata secundaria*:
1 *relativa*: **a** qui: **α** *plena vi determinativa: p. 474, 63.* **β** *attenuata vi determinativa: p. 475, 70.* **b** *pron. rel. sim. varia: p. 476, 33.* **c** *enuntiata similia: p. 476, 49.*
2 *mere coniunctionalia: p. 477, 20.*
3 *varia: p. 479, 20.*
4 *per anacoluthon: p. 479, 74.*
III *singularia et recentiora:* **A** *vi demonstrativa fere i. q. hic: p. 480, 3.* **B** *vi comparativa fere i. q. idem: p. 480, 12.* **C** *vi indefinita: p. 480, 27.* **D** *vice articuli definiti: p. 480, 36.*

CAPVT TERTIVM: ***syntactica et stilistica potiora.***
I *de collocatione: p. 480, 73.*
II *de geminatione facta per anaphoram, polyptoton: p. 481, 30.*
III *de attractione genetivi: p. 481, 57.*
IV *de ellipsi verbi, nominis: p. 481, 81.*
V *de neutro notabilia quaedam (gen. pro subst., c. gen. partit.): p. 482, 23.*
VI *locutiones adverbiales*: **A** *iuncturae modales*: **1** eiusmodi: *p. 482, 80.* **2** eo modo: *p. 483, 76.* **3** ad eum modum: *p. 484, 7.* **4** per eum modum: *p. 484, 18.*
B *formae causales vel finales*: **1** id: *p. 484, 20.* **2** eo: *p. 484, 44.*

CAPVT PRIMVM: ***de scriptura, formis, prosodia sim.***
(*formae incipientes ab* h *l. 36. 77. p. 458, 68. ab* ae *l. 68 sq. p. 457, 29. 81. 458, 19. 459, 11. 40.* sum, sam, sis, sos, sas *v. s.* 2. sum).

I *sing.*: **A** *nom.*: **1** *masc.* **is:** eis: LEX repetund. (CIL I^{2} 583) *ter* (*sed ibid.* is *passim*). his: LEX Vrson. (CIL I^{2} 594) 95, 2, 6 (Iis 95, 2, 26; is *passim*). EDICT. imp. Constant. de civit. Hispell. (CIL XI 5265) 30 CIL VIII 1270 (= INSCR. christ. Diehl 366), 11 XIV 497, 5 INSCR. RevA. VI 4, 1934, 243 n. 37. *in codd.*: VARRO ling. 7, 19 DIOSC. 1, 70 p. 38, 12. 14 M. 3, 92 p. 417, 23 CASSIOD. hist. 1, 11, 35. 4, 24, 26. *al.* ? ios: *v. p. 360, 73.* Is: CIL X 3334, 2 INSCR. RevA. 26, 1927, 389 n. 158. Iis: *l. 37.* *producitur*: CYPR. GALL. num. 87 is igitur. *compos.* in (*ex* isne): PLAVT. Merc. 598 *P* (isne *A*).
2 *fem.* **ea:** *scrib. per compend.* e: LEX Vrson. (CIL I^{2} 594) e(a) r(es) *14^{ies}* (ea res *bis*). LEX Malac. (CIL II 1964) 3, 68. 5, 41. eam (*ante* memoria): CIL XIV 4862.
3 *neutr.* **id** (*nom., acc.*; **it** *tam ante voc. quam ante cons., praecipue* q): LEX Vrson. (CIL I^{2} 594) *passim* (id *bis*). SENT. procos. Sard. (CIL X 7852) 3. DECRET. decur. Aquil. Ital. (CIL V 875) 6. LEX Brix. (CIL suppl. Ital. I 1273) 1, 1. 3 LEX de flam. Narbon. (CIL XII 6038) 25. *al. in codd. passim.* *corripitur per proclisin sim.*: PLAVT. Amph. 793 (*troch. sept.*) id quod verumst (Epid. 507 [*A*]. Rud. 1335 [id *del. Bentley, perperam*]). Pseud. 442 (*iamb. sen.*) idne tu (*cf. Skutsch, Plautin. u. Roman. 153*). TER. Phorm. 850 (*troch. sept.*) id quidem.
B *gen.*: **1 eius** (*formam generis ambigui esse testantur* VARRO ling. 8, 51 AVG. quaest. hept. 2, 11 p. 98, 1 CLEDON. gramm. V 15, 18; *v. tamen formas generis fem. p. 457, 21 sqq.*):
a *formae, script.*: eIus: CIL I^{2} 597 a (*iuxta* eius). 1365. LEX Malac. (CIL II 1964) *7$^{i's}$* (eius *bis*, eiIus *saepe*). VI 10223. *cf.* CIL XIII 8387 eſus ('*apex supra* I *pertinet ad* E' *Zangemeister*). XIV 1574 aeIus.
eiius: *scripturam esse antiquam dicunt* PRISC. gramm. II 14, 6. 303, 6 CASSIOD. gramm. VII 206, 6 (*ex Caesellio*). *legitur in titulis aevi imperatorii passim (iuxta* huiius *vol. VI 3, 2697, 37 sq.), in libris e. g.* PLAVT. Most. 957 (*A*). Pseud. 986 Trin. 430. *per* I *longam*: LEX Malac. (CIL II 1964) 1, 41 eiIus (*al.* CIL II 1687 [*trad.* etIus]. 1953 [*a. 53/4*]. 3437 VI 37317 XIII 1876. 8358. 11971. *al.*). CIL XIII 8244 eIius (8267^{b}. 8352. *al.*).
aeius: CIL II 205 III 907. 1898. 2008. 8413. *al.* aeiu(s): INSCR. christ. Diehl 3656. *cf. l. 60. 80.*
eeius: INSCR. RevA. VI 10, 1937, 391 n. 185. eeus: CIL XIII 4532. eus: CIL VIII 23972 (*a. 269*). IX 1384 (= INSCR. christ. Diehl 3186^{a}, *a. 529*), 7. ? eieeus: INSCR. christ. Silvagni 2416 ('*litt.* ei *emendatae postea a quadratario, ut* h *evaderet*' *Silv.*). evius: INSCR. Röm. Mitt. 24, 1909, 172.
iius: CIL VI 19688 (= INSCR. christ. Diehl 3898^{D}). PLAVT. Poen. 1177 (*A*). ius: INSCR. Afr. Gsell I 3872 (= INSCR. christ. Diehl 2118).
heius: CIL III 3917 (*v. p. 482, 21*). VI 35765 h. ossa hic sunt. VIII 3520 heiu. 14281. 25364.
eis: INSCR. Besewljew, Epigr. prinosi, 1952, 72.
eiu: CIL III 8345 XIII 816 INSCR. Tun. Merlin 1715, 2. *cf. l. 68. 78.*
? is: TER. Ad. 452 pater is nihili pendit (eius *monosyll. A, cf. Kauer ad l.*; p., is *Lindsay al. coll.* PLAVT. Poen. 1069 [*v. p. 464, 15*]).
? eis (*cf. scripturam* eis *saepius in codd. occurrentem*): ITALA Dan. 5, 24 (cod. 176) a facie eis. Os. 2, 2 (cod. 176; *iuxta ter* eius). CHIRON 120

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eis viti. 514 (eius *Veg. mulom. 2, 143, 1*). 547 (eius *Veg. mulom. 2, 34, 2*); *cf. l. 17 sqq. dub.*: LEX Manc. (CIL VIII 25902) 2, 10 (eius *saepe*).

eiusce: IVL. VAL. 3, 15 e. (eius *P*) insulae vel sepulchri. 3, 24 gentis. 3, 57 regionis. *cf.* huiuscemodi (*vol. VI 3, 2697, 43 sqq.*), *p. 482, 82, Stengel, De Iul. Val. usu pron. 27.*

compendia: e: *in formula* e(ius) h(ac) l(ege) n(ihil) r(ogatur): LEX agr. (CIL I² 585) *ter* ([*cf. p. 482, 33*]. *sed* eius *in eadem formula* 34, *ceterum passim*). LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 6^{ies}. LEX Cic. Att. 3, 23, 3. *alias*: LEX Rubr. (CIL I² 592) 1, 27 e(ius) i(udex) (*item* 1, 37; eius 9^{ies}). CIL III 6294 col(oniae) e(ius). PROB. litt. sing. gramm. IV 272, 8 C·E·C· colonis eius coloniae. CIL VIII 2981 h(eres) e(ius) f(ecit) (2983. 3669. 3788). 3892 ob merita e(ius) (XI 4395 ob m e). *al.* ei: CIL III 917 pos obitum ei(us).

b *prosodia (v. etiam l. 35 sqq.)*: *mensura sollemnis est trochaica praevalente ictu* éius (*in 'corrept. iamb.'*: PLAVT. Persa 830 [*sed v. vol. VI 3, 2696, 54*]. Poen. 882. *de* TER. *v. Hauler ad* Phorm. 113). *monosyll. vel pyrrhich. ap. scaenicos tam in arsi quam in thesi* (*e. g.* PLAVT. Amph. 85 Capt. 107), *ceterum in iambis* CE 168, *in dactylis* CIC. Arat. frg. 15 (14), 2 atque eius ipse. *? trisyll. in rhythmo ap.* AMM.: *v. W. Kroll, Glotta 5, 1914, 368.*

2 *formae fem. generis*: eae *testatur* CHAR. gramm. p. 207, 2 B. (*iuxta* eius). eaius *fingit analogiae gratia* VARRO ling. 8, 51 (*cf. l. 63. p. 459, 37*). eia: INSCR. christ. Diehl 2308A.

C *dat.*: **1 ei** (*generis communis*): **a** *formae, script.*: eiei: LEX repetund. (CIL I² 583) *septies* (ei 10^{ies}). iei: LEX Rubr. (CIL I² 592) 2, 12. 30 (ei *saepius*). eei: DECRET. decur. Hercul. (CIL X 1453) 10. eI: CIL I² 2123, 19. PAP. Corp. 247a, 11 (*a. 21/18 a. Chr.*). LEX de flam. Narbon. (CIL XII 6038) 8. 11. 18 R. GEST. div. Aug. 19 DECRET. fabr. Sentin. (CIL XI 5748) 23 XI 6123, 10. *al.* aei: CIL V 4410. 6617 CE 80, 5. *?* i: ELOG. Scip. 958, 2 (*cf. Maurenbrecher, Parerga 256*). *non aspiratur sec.* PROB. inst. gramm. IV 146, 17 (*opp.* hei *interiect.*). *compendium* e: LEX agr. (CIL I² 585) 78 e(i) e. v. LEX Vrson. (CIL I² 594) 103, 5 *et* 8 e(i) s. f. s. f. l. (ei *in eadem formula* 61, 2). CIL XI 1780 quod e(i) debueran⟨t⟩.

b *prosodia* (PRISC. gramm. II 303, 26 'ei' ... cum rationabiliter monosyllabum esse deberet, cum genetivus 'eius' sit disyllabus, per diaeresin a poetis proferri invenitur ..., ne ... interiectio esse putetur. *cf. p. 458, 35.* III 10, 2 sqq. GRAMM. suppl. 265, 25 'ei' interiectio est monosyllaba, 'ei' vero pronomen disyllabum. *cf. Maurenbrecher, Parerga 12 sqq.*): *spondaice* ēi: *saepius ap. scaenicos* (PLAVT. Aul. 13 reliquit ei nōn. Bacch. 525 mendācium ei dixit. Cas. 35. 37 Cist. 138 Curc. 544. *al.* TER. Andr. 443 Hec. 798 Haut. 455. *al.*) *et ap.* LVCR. *in fine hexametri* (2, 1136. *al.*; *dub.* MANIL. 1, 285, *v. Housman ad l.*). *iambice* ĕī: OV. hal. 34 *post primum troch.* (*item* GERM. 333. 457). TER. MAVR. 605 (*sept. troch.*) ei. 1542 (*ionicus*). ARGVM. Plaut. Mil. 1, 11 ei. CLAVD. carm. min. app. 22, 6 (*exstat in codice nullo, tradidit Binetus; pentam.*) mūtat ei. SEDVL. carm. pasch. 4, 57 post oblātus ei. DRAC. laud. dei 1, 132 nec celantur ei. ĕ *probari videtur etiam* PLAVT. Rud. 934 (*anap.; post hiatum*) ei ego (*Merula*, elego *codd. deficiente A*) úrbi. Stich. 653 ātque ei ut dīceret (*v. Maurenbrecher l. c. 13, 2*). *de ceteris mensurae exemplis, quae ap. scaenicos* (*et* ARGVM. Plaut., SVLP. APOLL. perioch. Ter. Andr. 4) *inveniuntur, non liquet. monosyll.* ei: PLAVT. Bacch. 45 (*sept. troch.*) ubi ei dederīt. CATVLL. 82, 3 (*dactyl.*) ēripere ei nolī. *probatur in versibus dimidiatis*: PLAVT. Bacch. 1098 (*anap.*) factum quod ego ei. Rud. 389 (*sept. iamb.*) cistulam ei. *dub., utrum monosyll. an pyrrhich. per 'corrept. iamb.', ap. scaenicos passim tam in arsi quam in thesi* (*e. g.* PLAVT. Asin. 916 [*sept. troch.*] ei det, in partem hac amanti ut liceat ei potirier. Bacch. 197 advenienti ei redderem), *praeterea in sen.* PVBLIL. A 49 assidua ei sunt. CE 80, 5 optet aei terram. *mensura prorsus incerta* (*in metris rudibus*): COMM. apol. 330 crēdit ei (*W. Meyer*, et *cod.*) sic sīt. 1060 (*vs. mutilus*). instr. 1, 24, 16. 2, 30, 8 CE 239. 331, 9.

2 *formae sui generis*: **a** *fem.* **eae** (*postulant analogiae gratia* VARRO ling. 8, 51. CHAR. gramm. p. 207, 2 B. 'ei' vel 'eae'): PLAVT. Mil. 348 hic illi subparasitatur semper, hic eae (eae *A*, ea *P*) proxumust. CATO agr. 46, 1. 142. TAB. cer. Dac. 3 (CIL III p. 930) int. 5 = ext. 10 (*a. 162*). **b** *masc.* **eo:** LEX Manc. (CIL VIII 25902) 2, 22 ficeti fructum ... eo, qui seruerit, percipere permittitur. CIL VIII 3302 eo fecerunt (*infra*: ei fecit. *cf.* 3889). *potius abl., ut vid.*: CIL VI 25961 si quis eo vel titulo manus intulerit (*cf. Lōfstedt, Synt. I² 286*). ITALA act. 10, 41 (cod. e) cumbibimus eo (*gr. συνεπίομεν αὐτῷ, Vulg.* cum illo). 19, 31 (cod. e) constituti eo amici (*gr. αὐτοῦ pro αὐτῷ*, VVLG. eius). 20, 4 comitabatur ... eo (*gr. συνείπετο ... αὐτῷ*, VVLG. comitatus est ... eum).

D *acc.* (*neutr.* id *v. sub A 3; inferiore aetate* eum *quoque saepe iungitur c. subst. neutrius gen., cf. e. g. Hiltbrunner, MusHelv. 9, 1952, 43. Lundström, Übersetzungstechn. Unters. 252*): **1 eum, eam:** ium: LEX luci Lucer. (CIL I² 401) 4. CIL VI 29544 (= XI 3848) cum ium (*per soloecismum pro* 'eo'). iam: INSCR. christ. Diehl 1848 (= CE Engström 433). *in codd.: vol. VII 1, 80, 81 sq.* (*add.* VARRO ling. 5, 166. 8, 44 *bis*), *cf. 81, 23 sq.* aeam: CIL III 2107. VI 12055 aeam domum eternam. aem (*i. 'eam'*): CIL III 14836. eym (*i. 'eum'*): CIL III 37 (*a. 95*). eun: TAB. cer. Dac. 7 (CIL III p. 940) int. 9 (ext. 15: eum). eu: INSCR. numm. Grueber cat. Brit. mus. II p. 53 (*aet. Iul. Caes.*). *compendium* e(am) *in formula* ob e(am) r(em): LEX Rubr. (CIL I² 592) *ter*. LEX Vrson. (CIL I² 594) 81, 26 (*sed* eam *in eadem formula* 95, 2, 21).

per synizesin aut per 'corrept. iamb.' saepius ap. comicos (*e. g.* PLAVT. Bacch. 210 [*sen. iamb.*] quīn eum nōminet. Cist. 101 [*sept. troch.*] nam eum pater eius); *monosyll. in dactylis* ACC. carm. frg. 3, 3 eumque ('*an* conque *?*' *Morel; an* em-, im-, sumque *?*) diem celebrant.

2 em, im (*i. 'eum'*): em (PAVL. FEST. p. 77 *antiqui dicebant* 'em' pro 'eum'; *cf.* emdem *? vol. VII 1, 180, 67*): LEX XII tab. 1, 1 (*trad.* en). CATO or. frg. 40, 7. im (PAVL. FEST. p. 47 *antiqui dicebant* 'im' pro 'eum'. CHAR. gramm. p. 169, 20 B. [*ex Romano, qui affert verba Scauri*]): LEX XII tab. 8, 12. 10, 8. GLOSS. II 251, 49 *αὐτόν* im. *dub.*: CE 528, 4 (*v. Buecheler ad l.*, iam *Cagnat*).

3 *formae dubiae*: FEST. p. 162 'nec erim' nec eum. GLOSS. II 252, 8 *αὐτόν* (*αὐτῶν trad.*), *τοῦτον* eim.

E *abl.* **eō, eā:** eod: LEX luci Spolet. (CIL I² 366; *cf.* p. 832) 1, 7 eod died. ead: *v. p. 486, 5.* eeo: INSCR. christ. Diehl 4376C. eó: R. GEST. div. Aug. 10. 14. 25 ACT. ARV. a. 80/81, 50 LEX de flam. Narbon. (CIL XII 6038) 16. 26. 29. éó: CIL II 5513. eá: R. GEST. div. Aug. 26. aeo: INSCR. Die Antike 19, 1943, 55. *?* o: CE 199 (*post* de). *cf. vol. VI 3, 2699, 34.* eopte: PAVL. FEST. p. 110 in eopte: eo ipso.

compendium e(a) *in formula* d(e) e(a) r(e): LEX Rubr. (CIL I² 592) *passim* (*sed e. g.* 1, 53 de ea re). LEX Vrson. (CIL I² 594) *passim* (de ea re *ter*). LEX Rubr. (?) frg. Atest. (CIL I² 600) *quater*. CIL I² 2500, 35. *al.*

monosyll. vel per 'corrept. iamb.': PLAVT. Aul. 240 (*sept. troch.*) eo dicō. Bacch. 263 (*sen. iamb.*) eo praesente. *al.*

II ***plur.*:** **A** *nom.*: **1** *masc.*: **a ei** *sim.*: ***α*** *formae, script.*: *doctrinae gramm. exstant in tabulis declinationum, e. g.* PROB. inst. gramm. IV 132, 24 'ii' et 'ei', ..., 'iis' et 'eis'. CHAR. gramm. p. 207, 1 B. ii ... iis. DIOM. gramm. I 331, 6 ei ... eis. *adde* PRISC. gramm. II 298, 9 'ei' et 'ii', 'eis' et 'iis', e quibus illud apparet, quod vetustissimi ... pro una longa vocali solebant duas scribere; ecce enim vestigium antiquitatis in his adhuc servatur, cum duae i pro una longa ponantur ... in ... pronominis ternis casibus ... 'ii iis ab iis' ..., ne ... dubitatio fiat significationis *eqs.* (*at cf. l. 36. p. 459, 2*). 304, 11 'ei' et 'eis' ... per diaeresin proferuntur. *in inscr. antiquissimis fere* ei *legitur*, ii *nonnisi* LEX Vrson. (CIL I² 594) *quater* (ei 14^{ies}). *variat* LEX Malac. (CIL II 1964) *inter* iI (1, 13 *al.*), I (1, 16), eI (4, 66; *subesse* eiei *coni. Mommsen*). *ceterum notn*: iei: LEX Corn. de XX quaest. (CIL I² 587) 1, 7 (ei *quater*). LEX Anton. de Term. (CIL I² 589) 5^{ies} (ei *semel*). LEX Tarent. (CIL I² 590) 2, 38 LEX Rubr. (CIL I² 592) 1, 48. LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 24 (ei *quater*). ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 40 ie⟨i⟩. 66. 109. *in codd. e. g.*: VARRO ling. 9, 2 (*antea*: ii). 35. CIC. fam. 1, 9, 17 (*M*). 14, 16. iI: *v. l. 38.* CIL X 444, 16. Ii: CIL XIV 4508, 4. i (*cf. l. 33*): CIL XIV 4505, 2 (*a. 182*); *in codd. e. g.* NAEV. carm. frg. 42 (Fest. p. 317; ei *edd.*). PLAVT. Trin. 17 (*A*, ii *B*, hi *CD*). I (*cf. l. 33*): CIL IX 1618, 12. XIV 4499, 2 (*a. 166*). 4503, 4 (*a. 181*). eei: DECRET. decur. Hercul. (CIL X 1453) 8. *de* hi(i) *v. vol. VI 3, 2692, 25 sqq.*

β *prosodia: disyll.* (*cf. l. 35. p. 457, 37. 459, 21*): PLAVT. Merc. 869 (*sept. troch.*) sunt ei. Pseud. 819 (*sen. iamb.*) ei hómines.

b eis *sim.* (CHAR. gramm. p. 169, 23 B. [*ex Romano*] *Scaurus disputavit antiquos dixisse* numero plurali ⟨'is'⟩ [*affert* PACVV. *l. 57*]. *cf.* heis *sim. vol. VI 3, 2699, 69 sqq.*): eis: LEX Bant. (CIL I² 582) 16. 23 LEX repetund. (CIL I² 583) 26. 27. 57 *?* S. C. de pago Mont. (CIL I² 591) 1, 1. INSCR. RevA. 15, 1910, 327 (*a. 113*). *falso scriptum* eus: SENT. Minuc. (CIL I² 584) 29. eeis: S. C. de Bacch. (CIL I² 581) 4. ieis: CIL I² 402, 7 (*?*). LEX par. fac. Put. (CIL I² 698) 3, 12. is: PACVV. trag. 221 (*teste* CHAR. *l. c., om. id. p. 115, 31*; isti *Prisc. gramm. III 9, 16*). RHET. Her. 4, 50, 63 (isti *E*). LEX Malac. (CIL II 1964) 4, 69.

2 *fem.* **eae:** eai: LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 162. *vix* EPIPHAN. in euang. 31 p. 55, 9 (*cf. Erikson, Sprachl. Bem. 30*).

3 *neutr.* **ea:** ia: CIL V 8775 (= INSCR. christ. Diehl 716; *antea* ea).

B *gen.*: **1 eōrum, eārum:** **a** *formae*: eór-: R. GEST. div. Aug. 2 CIL XIV 3608, 21. XVI 1 ext. 9 (int. 10 eor-). eior-: INSCR. Arch. Ertesitō 4/5, 1944/45, 176 (*Pannon.*) pro salute sua et e. or-: *v. l. 75.* aeor-: CIL III 1808 V 3411. 4410. X 3349 (*iuxta* eius). *al.* PAP. Corp. 303, 12. heor-: CIL VI 15860 *bis*. XIII 11649 INSCR. christ. Diehl 737. eu(o)r-: CIL VI 20137. CE Engström 441 (= CIL XIII 2484 INSCR. christ. Diehl 4827; *ultimae aetatis*), 6. 8. *?* ihorum: CIL XIV 5037, 7 (*ibid.* eorum). -run: CIL VI 13246 (-pun *lapis*). XI 6849. -runt: CIL VI 19345. -rom: CIL XIV 3421 (= INSCR. christ. Diehl 1948) eoro ⟨...⟩. TAB. devot. Audollent 111, 9. -ru: CIL XIV 209. 581. 583. *al.*

compendia: e: INSCR. NSc. 1920 p. 341 (*Tauromenii*). eor: LEX Vrson. (CIL I² 594) 129, 34. 37 (or). 132, 31 (eorum *passim*). CIL XI 6167 INSCR. Ital. X 1, 269. ear: ACT. ARV. a. 224 (CIL VI 2107) 5 ear(um)q(ue) arbor(um).

prosodia: in synizesi vel 'corrept. iamb.' e. g. PLAVT. Amph. 210 (*oct. iamb.*) eorum oppidum. Capt. 161 (*sen. iamb.*) eorum. Mil. 186 (*sept. troch.*) eārumque artem.

2 eum (PAVL. FEST. p. 77 'eum' antiqui dicebant pro 'eorum'. *cf. Lindsay ad Plaut. Capt. 821*): LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 52 eum h. l. n. r. ('*aut explica* eorum *aut emenda* eius' *Mommsen*).

C *dat., abl.*: **1 eīs** *sim.*: **a** *formae, script. (cf. l. 29 sqq.)*:

[Buchwald]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in inscr. antiquissimis eis *praevalet, occurrunt* iis LEX VRSON. (CIL I² 594) *16ies* (eis *12ies*, is *semel*), is LEX agr. (CIL I² 585) 78 S. C. de Asclep. (CIL I² 588) 8. 9 LEX VRSON. (*l. c.*) 77, 32. *variat* LEX Malac. (CIL II 1964) *inter* is (1, 29. *al.*), Is (*v. l. 16*), iIs (*v. l. 13*), eIs (*v. l. 11*), *cf.* his *1, 3. al.* *ceterum nota*: eeis: S. C. de Bacch. (CIL I² 581) 5. 25. eieis: EPIST. praet. ad Tiburt. (CIL I² 586) 11. 12. CIL XIV 3584 *bis*. ieis: LEX Anton. de Term. (CIL I² 589) *12ies*. LEX Rubr. (CIL I² 592) *quater* (e *bis*). LEX Iul. munic. (CIL I² 593) *7ies* (eis *14ies*). LEX Rubr. (?) frg. Atest. (CIL I² 600) 8 CIL I² 792, 10. 2677, 18 ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 8. 57. *al.* *in codd.*: CIC. Font. 3. VARRO ling. 9, 5 (Iejs). aeis: CIL XIV 790. 4768 (*iuxta* eis). eIs: LEX de flam. Narbon. (CIL XII 6038) 16. LEX Malac. (CIL II 1964) 1, 49. 3, 54. *al.* is: FAST. mag. Ost. a. 112 (INSCR. Ital. XIII 1 p. 201). iIs: CIL XI 1828, 6 (= I² p. 193). 6481, 7 R. GEST. div. Aug. 3. 12 (*Antioch.*). FAST. ann. Iul. Praen. Ian. 2 LEX de imp. Vesp. (CIL VI 930) 24 LEX Malac. (CIL II 1964) 3, 36. 4, 64 CIL X 444, 5. XVI 1 *ter*. 14 *ter*. Is: INSCR. Gall. Narb. Espér. 12 int. 11 *al.* (*a. 71*). LEX Malac. (CIL I² 1964) 1, 16. 21 CE 240, 3. *de* hi(i)s *v. vol. VI 3, 2692, 25 sqq.*

compendium e: LEX agr. (CIL I² 585) 35. S. C. de Asclep. (CIL I² 588) *ter*. LEX Rubr. (CIL I² 592) 2, 45 *bis in formula* d(e) e(is) r(ebus).

b *prosodia: disyll.* (*cf. p. 458, 33*): PLAVT. Curc. 373 (*sen. iamb.*) rĕddo eīs. Rud. 73 (*sen. iamb.*) eĭs. Stich. 17 (*anap.*) áb eis (*A*, is *B*, his *CD*). ENN. scaen. 322 (*sept. troch.*) ăb iis (his *codd.*, *v. Lachmann ad Lucr. 4, 933*). TER. Eun. 250 (*sept. troch.*) sĕd eis ŭltro. *al. in dactylis nonnisi* MANIL. 2, 744 dimidias, viresque in eĭs (*falso trad.* LVCIL. 1128). *monosyll.*: PLAVT. Amph. 92 (*sen. iamb.*) aŭxilio ĭs. ENN. ann. 286 ĭs pernās. CE 240, 3 (*sept. troch.*). 465, 7 (*hex. dactyl.*).

2 ĭbus *sim.*: ibus (*cf.* hibus *vol. VI 3, 2701, 37 et* NON. p. 486, 11 'ibus' pro 'is' minus latinum putat consuetudo, cum veterum auctoritate plurimum valeat [*affert scaenicos*]): PLAVT. Mil. 74 latrones, i. (*test. etiam* DON. Ter. Eun. 432 GLOSS. V 75, 9; latronis bus *vel* latronibus *codd. Plauti deficiente A*). TITIN. com. 59 POMPON. Atell. 104. *e coni. dub.*: PLAVT. Truc. 106. LVCR. 2, 88 (*v. Lachmann ad 4, 933*). ARGVM. Plaut. Capt. 5 (*v. vol. VII 1, 1610, 36*). *f.* eābus (PRISC. gramm. II 294, 4 'eabus' ... pro 'eis' differentiae causa in feminino (*affert* HEMINAM]): CATO agr. 152 HEMINA hist. 32.

3 *formae fictae, erroneae*: es: *postulat* VARRO ling. 8, 51 *analogiae gratia* (eais *A. Spengel, cf. p. 457, 21. 63*). eius: HIPPOCR. aer. 4 p. 7, 21. 21 p. 41, 8.

D *acc.*: **eōs, eās:** aeos: CIL V 6087 (*iuxta* eius). ias: CIL XI 6690. euos: CIL VI 33981. *apex*: eós: R. GEST. div. Aug. 17 (*Antioch.*). eás: *ibid.* 3.

CAPVT SECVNDVM: *de notione et usu.*

doctrinae gramm.: CHAR. gramm. p. 392, 13 B. (*v. vol. VI 3, 2692, 9*) 'eum' absentem refert. CLEDON. gramm. V 15, 15 subiunctivum dictum est aut relativum, quod subiungitur aut refertur; nam ista pronomina articularibus praepositivis subiecta sunt; nam cum verbo tenus interrogamus 'hic est magister?' respondes 'is'; nam si 'hic' dixeris, vitiosum est (*cf.* PRISC. gramm. II 577, 19 tertia ... persona modo demonstrativa est, ut 'hic', 'iste', modo relativa, ut 'is', 'ipse' [*sim.* III 142, 29 GRAMM. suppl. 138, 7]. 579, 19 'is' ..., quod secundum cognitionem significat, subiungitur, unde et subiunctivum pro merito nuncupatur, quod redigat in memoriam primae cognitionis. III 158, 2 *v. p. 474, 84*. VIRG. gramm. suppl. 194, 15). PRISC. gramm. II 589, 13 tria *pronomina* ... unam interpretationem apud Graecos habentia *οὗτος*: 'iste', 'hic', 'is'. GLOSS. is: *οὗτος*. ea: *αὐτή*. id: hoc, ipsum. *ad singulos locos v. infra.*

2 eo modo (Gloss.[L] II Philox. eo 3 eo modo: *τοιούτῳ* [*-τον trad.*] *τρόπῳ*. *in hyperbato*: Lvcr. 4, 686 eoque modo [Cic. nat. deor. 2, 138 Sall. Iug. 52, 6 Plin. nat. 24, 12. *al.*]. Sall. Iug. 42, 1 eo perculsa modo. Cels. 3, 12, 4 eo quoque modo. Cod. Theod. 2, 1, 1 eo enim modo): **a** *anaphorice*: Cato agr. 133, 3 eo m. quodvis genus arborum facere poteris *eqs.* Cic. inv. 2, 125 Verr. II 2, 129 orat. 99. *et passim.* **b** *praeparative*: Plavt. Amph. 1023 quo modo? : : eo m., ut profecto vivas aetatem miser (Cic. Att. 8, 14, 1 Sall. Iug. 63, 5. Frontin. strat. 2, 3, 9 [*supra*: sic]). Rhet. Her. 2, 7, 11 haec . . . eo (hoc *H*) m. exponi, quo modo (Cic. inv. 2, 84 Ivlian. dig. 41, 1, 37, 1 Avg. mag. 12, 40). Liv. 39, 43, 4 eo m., quo (Fest. p. 213 Cels. 3, 7, 2[D]. 7, 26, 1[B] Qvint. inst. 4, 1, 32. *al.* Itala apoc. 6, 13 [Primas.; *gr. ὡς, Vulg.* sicut]). Nerat. dig. 30, 118 et eo m. relictum: 'exigo', 'desidero. uti des', fideicommissum valet; sed et ita: *eqs.* (*cf.* Mod. dig. 33, 2, 19), Vlp. dig. 26, 4, 1, 3 ne. 40, 7, 6, 6 perinde atque si. *al.*

3 ad eum modum (*in hyperbato l. 12. 17*): **a** *anaphorice*: Plavt. Men. 211 aut sincipitamenta porcina aut aliquid ad e. m. (*cf. Langen, Beitr. 111*). **b** *praeparative*: Colvm. 2, 18, 2 ad e. m., quem (Cels. dig. 16, 3, 32 Marcell. dig. 47, 6, 5. *al. cf.* Scaev. dig. 33, 2, 33, 2 ad e. m. . . ., ad quem modum). Vlp. dig. 30, 32 pr. si repetitio legatorum ad e. m. concepta sit, veluti: '*eqs.*' 37, 5, 5, 7 ad e. autem m. talibus personis succurrendum est, ut . . . tueantur (Pavl. dig. 9, 4, 31. *aliter l. 17*). Tert. test. anim. 1 p. 134, 10 ad e. m. opuscula . . . condiderunt: commemorantes *eqs.* Boeth. in Porph. comm. sec. 3, 6 p. 220, 2 subalternum genus est, quod et genus esse poterit et species, ad eumque m. est ut in familiis, quae *eqs. (v. app. crit.).* *al.*

4 per eum modum: Pavl. dig. 3, 3, 43 pr. per e. m., qui procedere potest, procuratorem dare.

B *formae causales vel finales*: **1 id** *i. q. ob id, ideo*: **a** *usu scaenicorum proprio*: *α c. verbis eundi sim.*: Plavt. Amph. 909 id huc revorti, ut⟨i⟩ me purgarem tibi (Cas. 679 id huc missa sum, tibi ut dicerem *eqs.* Ter. Eun. 1005 nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem [Don.: propter id]). Mil. 1158 id nos ad te, si quid velles, venimus. Ter. Andr. 414 erus me . . . iussit Pamphilum hodie observare, ut quid ageret . . . scirem; id (*om. p*) propterea (id '*observandi causa*', p. '*quia iussit' intellegit Spengel*) . . . hunc . . . sequor. *al.* *β in formula* 'id quod' (*cf. l. 42*): Ter. Hec. 368 *ancillae* laetae exclamant 'venit', id q. me repente aspexerant (Don.: propter id, ob id). Haut. 1019.

b *exempla varia incerta*: *α potius pro obi. int.* (*v. C. F. W. Müller, Nom. u. Acc. 73 sqq.; exempla peculiaria quaedam afferimus omissis eis, in quibus* id *a verbis affectus indicantibus pendet, quamquam nonnulla haud dissimilia sunt* [*v. p. 477, 71. al.*]): Plavt. *p. 479, 32 sqq.* Ter. Andr. 157 id operam do, ut *eqs.* (Don.: propter id. *cf.* 307 id . . ., qui). Ad. 791 rescivit omnem rem: id nunc clamat (Don.: ob id. *v. vol. III 1252, 80*). Lvcr. 4, 1274 id . . . consuerunt scorta moveri (*i. 'eum motum', ut vid.*). Cic. Phil. 10, 22 id pugnant, ⌊id agunt⌋ (*del. Kleyn*), ut *eqs.* Liv. 23, 47, 1 id (*i. tantum*') modo moratus, ut *eqs.* *β vel obscura vel corrupta* (*cf. Löfstedt, Synt. I² 265*): Varro Men. 33 (*contextu incerto*; ideo *Roth*). ling. 5, 129 (ob id *Laetus*). Liv. 42, 3, 7 (ad id *Hartel*, ideo *Heraeus*). 44, 10, 2 id ipsum quod accidit (Vitr. 2, 8, 15 id autem . . . quod [10, 3, 3. 10, 13, 2]. *cf. l. 28*).

2 eo *i. q. ideo* (Char. gramm. p. 290, 28 B. [*ex Palaem.*] eo ideo . . . idcirco [Synon. Cic. p. 438, 16 Diom. gramm. I 416, 6]. *difficillime discernitur ab abl. mens. iuxta compar.; etsi hic illic vis causalis subesse videtur [cf. p. 485, 8. 45,* 'eo maxime' *p. 485, 37,* 'ideo levior' *sim. vol. VII 1, 215, 10], exempla excepto* Cic. Verr. II 5, 7 7 [*v. p. 485, 42*] *in capite secundo congerere maluimus [v. p. 459, 73. 465, 80. 474, 10. al.]. ceterum fines ablativi instr. attingit maxime iuxta adi. [l. 55. 77. al.]; sed nota syn.* ob id *l. 79 sq.* *dub. interpr.*: Cic. ad Brut. 1, 2 [= 9, 7 Sj.], 1. *var. lect. pro* ideo: Cic. de orat. 3, 214 {*v. vol. VII 1, 216, 45*}):

a *per se ponitur*: *α praevalente vi causali*: Plavt. Bacch. 298 non me fefellit, sensi, eo exanimatus fui. 319 nec mihi credere . . . voluit: eo ego nescio, quantillum attulerit. Capt. 837 nescioquem . . . nactus es, ubi cenes, eo fastidis. 860 nihil sentio. : : non enim es in senticeto, eo non sentis. Cist. 7 mihi frequentem operam dedistis: eo ego vos amo et eo a me magnam iniistis gratiam. 380 Persa 276. Pseud. 655 (*Harpax*:) hostis vivos rapere soleo ex acie: eo hoc nomen mihi est. Rud. 61 ait sese Veneri velle votum solvere . . . et eo ad prandium vocavit adulescentem huc ([*'ad votum solvendum' Leo; vix recte Marx*]. Cic. Att. 11, 15, 4 ad Q. fr. 1, 3, 8 Liv. 45, 44, 11. *cf.* Liv. 8, 8, 8 eo et. Cic. Att. 15, 25 eoque [Hor. sat. 2, 8, 65 Liv. 5, 46, 9. 22, 47, 5. 29, 20, 1 Tac. Agr. 21, 1. *al.*]. Tac. ann. 3, 35, 2 atque eo [4, 22, 1. *al.*]). Truc. 85. 180. Ter. Hec. 238 (Don.: id est propterea). Ad. 620 rogito, . . . iam partus adsiet, eone obstetricem accersat *Pamphila*. Cic. div. 2, 46 frater es, eo vereor. *al.* *β praevalente vi finali*: Cic. Att. 5, 17, 1 paucis diebus habebam (*i. habiturus eram*) certos homines, quibus darem litteras; itaque eo (*sc. ut eis litteras darem*) me servavi (*cf. p. 485, 43*). Catvll. 66, 57 ipsa suum Zephyritis eo (*Callim. frg. 110, 57 Pf. ἐπὶ χρέος*) famulum legarat.

b *respondet coniunctioni*: *α causali*: Ⓘ quia: *disiunctum*: Plavt. Amph. 756 eo fit, q. *eqs.* (Curc. 61 Rud. 24 Ter. Haut. 505. *cf.* Cist. 492 eo factu's). Asin. 620 q. oculi sunt tibi lacrumantes, eo rogavi. Persa 785 q. ei fidem non habui argenti, eo mihi eas machinas molitust. *al.* Ter. Haut. 787. Eun. 415 es ferox (Don.: causale est 'ideone' significans. *cf. vol. VI 1, 567, 84*). Cic. Caecin. 100 de orat. 2, 38. fin. 2, 24 *v. p. 485, 4.* Tusc. 1, 13 miseros esse (*infra*: ob id ipsum, q.). 3, 17 Sall. Catil. 20, 3. *al.* *coniunctum*: Plavt. Capt. 70 iuventus nomen indidit Scorto mihi eo q. invocatus soleo esse in convivio. Persa 834 Stich. 177 Cato agr. 6, 4. 17, 1 (*?*). Cic. Tull. 6 (*seq.* idcirco, q.). Deiot. 34 Liv. 2, 7, 4. *al.*

Ⓘⓘ quod (*seq. inf. p. 485, 23*): *disiunctum*: Rhet. Her.

[Buchwald]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 4, 7 hoc (*sc. laudabile*) ⌊nos eo⌋ (⌊ ⌋ *E*, non eo modo *M*) separavimus . . ., non q. . . . non soleant; sed *eqs.* CIC. Quinct. 17 hoc eo per te agebatur, q. Verr. II 3, 63. de orat. 3, 214 haec eo (*HL*, ideo *alii*, *Wilkins, vol. VII 1, 216, 45*) dico, q. fin. 2, 24 nec ille . . . eo dictus est sapiens, q. non intellegeret . . ., sed quia *eqs.* Att. 9, 9, 3. 9, 18, 1 fam. 6, 1, 6 NEP. Alc. 8, 2. SCAEV. dig. 3, 5, 8 (9) eo dictum ('dumtaxat *?*' *Mommsen*) te mihi non teneri, quod reprobare non possim semel probatum. *al.*

coniunctum: RHET. Her. 3, 8, 15 nec hoc genus causae, eo q. raro accidit . . ., neglegentius commendandum est. 4, 11, 16 'fluctuans' eo q. fluctuat. CIC. Phil. 13, 23 (*verba Antonii*) eo q. . . . occiderit. LVCR. 4, 293 HOR. sat. 2, 3, 120 ars 222. HERM. Pal. sim. 4, 4 peccatores . . . comburentur, quia . . .; gentes autem eo q. non cognoverunt creatorem suum, comburentur (*gr.* ὅτι . . . ὅτι, *vulg.* ideo, quia . . . quia). *al.*

per abundantiam: MAXIMIN. Aug. coll. c. Max. 11 ob hoc invisibilis filius a te pronuntiatur, eo q. . . . contemplari non possit (RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 14, 37 ob h. . . . eo q. non . . . ducebantur [*gr. Migne 78, 1257B* τὸ γὰρ μὴ . . . ἥκειν]. p. 94, 2 ob h. eo q. . . . advenerit [*gr. I 1, 7 p. 147, 11* διὰ τὴν . . . ἐνδημίαν]. c. aceph. p. 1236^{D} GREG. TVR. Franc. 5, 5 p. 200, 7). IORD. Get. 93 urbem . . . hac re . . . aedificavit, eo q. *eqs. cf. vol. VII 1, 175, 27 sqq.* (idcirco). *217, 6 sqq.* (ideo). *1118, 47* (inde). *c. verbis dicendi vel sentiendi*: PEREGR. Aeth. 8, 2 dicent eo q. filii . . . eas posuerint (15, 5. 19, 17 IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 6, 12. *al.*). 20, 6 audieram eos, eo q. . . . non eos descendere (Ps. AVG. serm. cod. Guelf. app. 6, 1 p. 190, 5 audivimus modo in euangelio, eo q. . . . apparuit). CONC.^{S} IV 2 p. 169, 2 scripsit. p. 170, 18 persuaserunt. VEN. FORT. vita Hil. 6, 18 cognovit. 6, 19 indicans.

Ⓜ quo: TER. Haut. 554 neque eo nunc dico, q. (*A*, quod *cett.*) quicquam illum senserim *eqs.* (CIC. Quinct. 5 non eo dico . . ., q. mihi veniat in dubium tua fides aut q. *eqs.* VARRO rust. 1, 5, 2 APVL. apol. 24). Eun. 97 non pol, q. (quod *p*) quemquam plus amem . . ., eo feci. CIC. inv. 1, 8 neque eo (id eo *R*), q. . . . videatur. S. Rosc. 51 profero. Att. 3, 15, 4 scribo (8, 9, 1 scripsi). *al.* GAIVS inst. 1, 40 eo ipso, q. ([quod *Goeschen*]. AVG. c. Faust. 16, 20 p. 462, 15 [quod *unus P, Zycha*]). *al.*

Ⓝ *aliis*: PLAVT. Trin. 341 non eo haec dico, quin quae tu vis ego velim *eqs.* GELL. 6, 13, 3 hoc eo . . . notavi, quoniam *eqs.* (DICT. 3, 3). 16, 10, 4 eo maxime . . . te dicere hoc oportet, quando . . . peritus iuris es. HEGES. 1, 37, 6 rex, ubi audivit secretum suum proditum, eo (*om. pars codd.*) cogitare coepit (*seq. a. c. i.*). *al.*

β finali: eo . . ., ut (ut ne, ne): PLAVT. Aul. 133 eo . . . te⟨d⟩ huc foras seduxi, ut *eqs.* (CIC. inv. 2, 113. Verr. II 1, 37 ut . . . liceret, eo Sullanus . . . factus est, non ut *eqs.* 5, 77 qui triumphant eoque diutius vivos . . . duces reservant, ut *eqs.* [Att. 1, 10, 4 vindemiolas eo reservo, ut]. 5, 82 facit. de orat. 3, 37. Att. 3, 10, 3 haec eo scripsi, ut . . . revelares me quod facis, . . . eoque ad te minus multa scribo, quod . . . impedior. *al.*). 240 eo dico, ne . . . censeas (CIC. de orat. 3, 189 LIV. 8, 30, 9). CIC. Rab. perd. 9 eo mihi semihoram . . . praestitutam esse, ut ne plura . . . dicerem.

adv. **eō** (eād *p. 486, 4*). *legitur inde a* PLAVTO (*l. 53*), CATONE (*l. 58*); *post saec. p. Chr. I raro usurpatur (l. 70. 76. 83. p. 486, 2); in poesi ap. solum* PLAVTVM. [*e coni. prob.*: LIV. 44, 6, 6, *ubi trad.* eo, *dub. trad.*: LIV. perioch. 4.]

A *de loco i. q. ea via, ea parte, per eum locum*: **1** *proprie*: **a** *per se positum*: PLAVT. Most. 1047 ostium, quod in angiportu est horti, patefeci fores, eaque eduxi . . . legionem (*cf.* CIC. inv. 2, 96 ea [eo *var. l.*] traduci. POMPON. dig. 8, 1, 13 duci). Rud. 178 si ad saxum quo capessit, ea deorsum cadit. Stich. 451 ⌊ea (*sc. per posticum*) ibo opsonatum,⌋ (i. o. atque *A*) eadem referam opsonium (LIV. 26, 11, 12. *cf.* POMPON. dig. 8, 1, 13 inire). CATO agr. 154 id *labrum culleare* imum pertundito, ea fistulam subdito. CIC. Caecin. 21 cum in . . . fundum ingredi vellet, quod ea proxime accedi poterat *eqs.* (*antea*: qua adiri poterat). CAES. Gall. 5, 51, 3 obstructis in speciem portis . . ., quod ea (*β*, eas *α*) non posse introrumpere videbantur (*cf.* SALL. Iug. 38, 6 inrupere. CELS. 7, 4, 2^{B} prorumpit [eo *J*]). VARRO rust. 3, 11, 3 ne eo (*sc. in cubile anatium*) involare aquila possit neve ea (*del. Keil*) evolare anas (*cf.* SALL. Iug. 50, 6 evadere. LIV. 2, 47, 9 erumpunt. CELS. 7, 5, 1 extrahere). LIV. 21, 32, 9 transitum ea non esse (43, 19, 3. LABEO dig. 19, 2, 60, 8 se transiturum *esse*). 36, 16, 3 vim . . . exercitum facturum *esse*. 21, 47, 6 praemissos. 27, 15, 18 ea primum captus est murus. 35, 16, 3 praetergressi. PAVL. FEST. p. 89 Tiberis partem ea fluxisse. LAMPR. Heliog. 19, 7 stravit . . . porticus ac sic ea deambulavit. **b** *in correlatione*: CIC. Mil. 98 qua fines imperii . . . sunt, ea . . . fama . . . peragravit (CAES. civ. 1, 64, 2 ⌊ea transire flumen, q.⌋ [t. f., quo *pars codd.*] traductus esset equitatus. NEP. Hann. 3, 4. LIV. 1, 27, 6 [eam, eo *var. ll.*]. 5, 43, 2 [*seq.*: quo . . ., eo]. 32, 17, 4 CELS. 7, 1, 1. 7, 5, 4. 7, 9, 5 [hae *J*]. SEN. nat. 6, 31, 2 EDICT. praet. *p. 487, 7*. IAVOL. dig. 8, 3, 13, 1. CELS. dig. 8, 1, 9 [*v. app. crit.*]. LAMPR. Alex. 56, 7 [que *codd.*, qua *edd.*]. *cf. l. 81*). LIV. 24, 46, 1 quae pars tutissima moenibus erat . . ., ea (eam *dett.*) . . . adgredi statuit (CELS. 8, 10, 1^{F} si qua parte os eminet, triplex ea pannus obiciendus. *cf.* 8, 9, 1^{G} quo loco . . ., ibi . . . eaque). **2** *in imag. et translate*: CORNELIA epist. frg. 2 ne ille sirit Iuppiter te ea perseverare *eqs.* SEN. benef. 4, 33, 2 ea ire, qua ducit veri similitudo (nat. 4 praef. 4 ea maxime quisque patet, qua petitur. TERT. resurr. 57 p. 118, 8 caro . . . eatenus passibilis, qua . . .; ea tamen impassibilis, qua [*var. l.* quia] *eqs. cf. l. 71*).

B *de modo i. q. ea causa, propterea*: CLAVD. MAM. anim. 3, 8 p. 167, 9 *diabolus* inlocaliter sanctitate prolapsus eaque localiter caelo . . . deiectus (*cf. Engelbrecht, Unters. 1885, 100*).

arvorsum eād: S. C. de Bacch. (CIL I^{2} 581) 24 sei ques essent, quei a. ead fecisent, quam supra scriptum est, eeis *eqs.*

eāpropter. *cf.* propterea. *locis certis inde a* POMPON. Atell., LVCR. (propterea *saepe in initio vel ante monosyll. in fine versus*), *postea non nisi in or. pedestri.* [*dub.*: TER. Andr. 959 (*Serv. auct. ecl. 7, 31*; propterea *codd., Non., Eugraph. ex usu auctoris*).]

i. q. ob eam causam, ideo: **1** *per se positum*: POMPON. Atell. 82 dolasti uxorem. : : nunc -r me cupis concidere? LVCR. 4, 337 quaecumque latuscula sunt speculorum . . . dextera -r nobis simulacra remittunt. CALP. decl. 26 hos . . . pueros . . . educavi; -r *eqs.* VLP. dig. 3, 1, 1, 1 hunc titulum praetor proposuit habendae rationis causa . . .; -r *eqs.* 10, 3, 4, 4. 39, 4, 14. 40, 7, 9 pr. COD. Iust. 4, 31, 2 (*a. 211/17*). 9, 50, 1, 1 (*a. 212*). 10, 11, 2, 1 (*a. 238*). SOL. 30, 3. 35, 6 SYMM. epist. 1, 31, 3. 1, 79 Ps. AMBR. mans. 26 p. 29^{D} GREG. M. epist. 6, 17 p. 396, 32. 6, 45 p. 420, 19. 6, 61 p. 437, 7. 8, 19 p. 21, 14. **2** *in correlatione* (*fere praeparative; anaphorice l. 20. 21. 29*): VLP. dig. 28, 7, 8, 2 -r, quia (47, 10, 17, 9. *cf.* GREG. M. epist. 6, 38 p. 415, 7 quia . . ., -r [6, 45 p. 420, 19. *per pleonasmum*: 8, 11 p. 14, 1 ideo, quia . . .; -r *eqs.*]). ITALA IV reg. 10, 30 (Lucif. non parc. 5 p. 217, 25) -r, quod fecisti bona . . ., filii tui . . . sedebunt *eqs.* ([*gr.* ἀνθ' ὧν ὅσα, *Vulg.* quia]. COD. Iust. 6, 30, 3 pr. [*a. 241*]. 9, 35, 3 [*a. 239*]. AMM. 15, 11, 4 SCHOL. Cic. Bob. p. 120, 25. *cf.* SOL. 7, 14 -r . . ., quod [SCHOL. Cic. Bob. p. 78, 31. 115, 5. 168, 13]). AMM. 18, 2, 15 -r, ut . . . susciperentur (*cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 91, 22 -r . . ., ut [130, 12. 166, 21]). SCHOL. Cic. Bob. p. 149, 31 -r . . ., ne *eqs.* p. 155, 11 -r . . ., quoniam (GREG. M. epist. 6, 15 p. 395, 3 q. . . ., -r).

eātenus *v. vol. V 2, 2, 22 sqq.*

anteā, intereā, posteā, praetereā, propterea *v. s. vv.*

adv. ***eō.** AGROEC. gramm. VII 122, 12 'eo' . . . adverbium loci, ut si dicas 'eo redactus sum' (DON. Ter. Ad. 231, 1). *legitur inde a* NAEV., PLAVTO, CATONE. [*e coni.*: PLAVT. Bacch. 95 (*trad.* ego). Curc. 344 eo accedunt (coaccedunt *codd.*). LIV. 24, 34, 12 (*v. app. crit.*). 25, 23, 5 eo verterant (cō verterant *codd.*). 33, 18, 17 (*trad.* ex). *falso trad.*: AFRAN. com. 168 vide hoc quo pacto eo (ego *vulg.*) aurum in medium proferam. *var. lect. pro* huc *vel* hoc: TER. Ad. 878 (*v. vol. VI 3, 3074, 66*).]

I *i. q. in eum locum* (*accedunt adv.* obviam *l. 44*, *praepos.* ad *l. 46. 62. 63. p. 487, 28. al.*, in *l. 46. 62. 74. 77. al.*, intra *l. 79* [*cf. etiam verba l. 51 sq. 55*]): **A** *proprie*: **1** *generatim*: **a** *per se ponitur*: **α** *c. verbis vel locutionibus verborum vice fungentibus*: NAEV. carm. frg. 44 censet eo venturum obviam Poenum (PLAVT. Epid. 69 ibi manere iussit, eo venturust ipsus. 304 veni [*imper.*]. Poen. 1175 [*context. dub.*]. ENN. frg. var. 110 eo ad eum in ius veniebant. TER. Ad. 231 nisi eo ad mercatum venio [*cf.* DON. *ad l.*]. 574 CIC. Verr. II 3, 67. *al. cf.* PLAVT. Merc. 940 advenerim. CIC. Verr. II 3, 149 convenire. BELL. Afr. 74, 2 Iubam . . ., antequam Caesaris praesidium eo perveniret, ad oppidum adcucurrisse. LIV. 24, 35, 9). trag. 25 ducite (LIV. 24, 29, 2. *cf.* PLAVT. Merc. 927 introducam [LEX Anton. de Term. (CIL I^{2} 589) 2, 10 *seq.* ibei. CAES. civ. 3, 26, 4 LIV. 45, 2, 4]. TER. Phorm. 599 adducturum [GRACCH. or. frg. Gell. 10, 3, 3]. QVADRIG. hist. 35 reducunt. CIC. inv. 1, 17 deducatur. *al.*). PLAVT. Bacch. 907 sine me . . . ire huc intro ad filium. : : quid eo introibis? (*v. et p. 74, 21 sqq. cf.* Stich. 625 ibo. TER. Hec. 425 redeundum). Poen. 478 viscum legioni dedi fundasque; eo praesternebant folia farferi. 1025 sub cratim . . . se supponi atque eo lapides imponi (CATO agr. 48, 2 CAES. Gall. 1, 51, 3. 3, 24, 1. *al.* SALL. Iug. 75, 4. *cf. p. 487, 20 et* CATO agr. 18, 5 supponito). Pseud. 816 apponunt rumicem, brassicam, . . ., eo laserpici libram . . . diluont (*i. apponendo*). Stich. 432 amicam ego habeo . . . hinc ex proxumo . . .: eo condixi in symbolam ad cenam, ad . . . conservom. CATO agr. 7, 3 mala mustea et Punica: eo . . . stercus ad radicem addere oportet (37, 2. *al.* CIC. Brut. 161. *al. cf. p. 487, 40*). 18, 3 infundito (128. *cf.* 20, 1 effundere). CATO agr. 18, 4 indito (18, 7. 21, 1). 41, 2 eo (*sc. in medullam*) surculos . . . artito (41, 3). 92 eo (*sc. in granarium*) frumentum . . . condito (TITIN. com. 178 CIC. div. 2, 86). 157, 11 sub sellam supponito *urinam fervefactam* . . .; eo (*apogr.*, ea *V*) mulier adsidat. *al.* TER. Hec. 173 in Imbro moritur . . . senex . . .; eo . . . Pamphilum extrudit pater. VAL. ANT. hist. 61 vituli . . . coniecti *sunt* (VARRO ling. 5, 138 CELS. 7, 8, 2). CIC. Quinct. 78 accedat (VARRO rust. 3, 10, 4). BELL. Afr. 91, 2 omnibus rebus eo coacervatis. NEP. Ages. 3, 1 eo . . . hostes impetum facturos (LIV. 37, 38, 3 *consul* posuit castra; eo . . . equites . . . in stationes impetum fecerunt. *cf.* VAL. MAX. 4, 7, 6 facta inruptione). LIV. 1, 9, 10 deditae . . . eo (*sc. spectaculo*) mentes cum oculis erant. 2, 55, 6 ubi indignantium pro se acerrimus erat clamor, eo se in turbam confertissimam recipit. 8, 16, 14 (*de colonia deducenda*) ut . . . homines eo scriberentur (*cf.* 32, 7, 3 adscripserunt). 9, 28, 4 eo (*sc. Nolam*) se intra moenia . . . contulerant. 21, 57, 10 terror populationum eo (*sc. in emporium*) plerosque ex agris compulerat. 23, 32, 4 eo (*sc. ad Piscinam publicam*) vadimonia fieri iusserunt ibique *eqs.* 29, 27, 13 'huc dirigite naves'; eo classis decurrit. *al.* CELS. 7, 25, 1^{B} *cutis* nudatur . . . circa pubem velut circulus, eoque linamenta dantur. *al.*

elliptice quid eo? (*suppletur ex antecedentibus*): TER. Hec. 432 in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

arcem transcurso opus est . . . : : in arcem? quid eo? 809 curre ad Pamphilam. : : quid eo? Haut. 335 ad tuam matrem abducetur. : : quid eo? *β c. subst.*: HIRT. Gall. 8, 40, 4 erat . . . oppidanis difficilis . . . eo descensus. **b** *in correlatione* (*cf. etiam l. 71 sqq.; usurpatur tam anaphorice quam praeparative*): PLAVT. Cist. 580 quo avecta est, eo sequemur (CIC. Verr. II 4, 101. *al.* HOR. epist. 2, 2, 40. EDICT. praet. dig. 11, 8, 1 pr. quo quave . . . mortuum inferre . . . eo eave mortuum inferre. *et saepe. cf.* PLAVT. Pseud. 858 quoquo hic spectabit, eo tu spectato simul). CIC. Quinct. 38 venit in agrum communem, eo denique, ubi *eqs.* (Tusc. 4, 44 VARRO rust. 3, 16, 21. *al. cf.* LIV. 6, 26, 6 bellum eo, sicubi est, avertatis). Caecin. 80 ut, unde deiectus esset, eo restitueretur (82 eo, unde. 88. 89 LVCR. 4, 1055 VARRO ling. 7, 80 SALL. Catil. 60, 2. *al.*). CAES. Gall. 7, 67, 4 si qua in parte . . ., eo. VITR. 9, 1, 10 eo, ex quo (*sc. signo*). *al.*

2 *speciatim de tertia persona animantium*: PLAVT. Poen. 561 ubi is detulerit *pecuniam*, tu eo (*sc. ad lenonem*) . . . advenies. TER. Haut. 740 transeundumst . . . tibi ad Menedemum et tua pompa eo transducendast. CALP. hist. 27 Flavius . . . dicitur ad collegam venisse . . .; eo in conclave postquam introivit *eqs.* CAES. Gall. 1, 42, 5 omnibus equis Gallis equitibus detractis legionarios eo milites . . . imponere. 3, 11, 5 Brutum . . . in Venetos proficisci iubet; ipse eo (eodem *Meusel*) . . . contendit (*item de gentibus*: 3, 28, 1. *al.* LIV. 2, 48, 4. *al.*). LIV. 1, 10, 1 congregabantur undique ad T. Tatium . . . et legationes eo . . . conveniebant. 4, 28, 6 dictator . . . suis advenit eoque omne proelium versum est. 7, 32, 3 priori Valerio . . . legiones — eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant — occurrunt. 23, 8, 2 deversatus est *Hannibal* apud Ninnios Celeres . . .; eo Pacuvius . . . filium . . . adduxit. APVL. apol. 72 apud Appios . . . decumbo; eo venit ad me Pontianus. *al.*

B *in imagine et translate*: **1** *generatim*: **a** *per se ponitur*: *α vario usu*: RHET. Her. 1, 16, 26 reperta iudicatione omnem rationem . . . eo conferri oportebit. 4, 11, 16 qui in mediocre genus orationis profecti sunt, si pervenire eo non potuerunt *eqs.* (VARRO ling. 9, 56. *cf.* LIV. 30, 10, 4 postquam eo ventum est). CIC. Caecin. 89 verba nos eo ducunt. Phil. 11, 23 facis tu id quidem et eo maxime incumbis. orat. 111 illud medium *dicendi genus* . . . arripit et . . . eo potissimum delabitur. Att. 7, 9, 3 si ille eo descendat. 12, 47, 2 specto. LIV. 2, 2, 5 rem, quae eo pertineat. 4, 2, 8 imperium eo recidere. CELS. 7, 17, 2 *partem* hanc . . . eo differo. *al.* *β c. verbis addendi*: PLAVT. Cas. 518 cur amem me castigare, id ponito ad compendium, 'cano capite' . . . eo addito ad compendium (CIC. Brut. 161. *al.*). CIC. S. Rosc. 46 eo accessit studium doctrinae (Verr. II 2, 42 leg. agr. 2, 36 rep. 3, 3 ac. 2, 30 Att. 1, 13, 1. *al.*). Att. 13, 33, 4 adiunxeram. VARRO rust. 3, 5, 2 adiciant. *al.* *per ellipsin*: PLAVT. Epid. 7 venire salvom gaudeo. : : quid ceterum? : : quod eo (*sc. accedere; delet Guietus*) adsolet: cena tibi dabitur. *γ* opus est *sim.* (*cf.* huc *vol. VI 3, 3069, 38 sqq.*): CATO agr. 22, 3 eo (*sc. ad trapetum concinnandum*) sumpti opus est HS LX. CELS. 7, 3, 4 victus ratio eo (*sc. ad ulcus reprimendum*) confert (8, 11, 6).

b *in correlatione* (eo *usurpatur tam anaphorice quam praeparative*): *α c. coniunctione*: Ⓘ *finali* (*respicitur modus, gradus sim.; v. etiam p. 488, 23 sqq.*): ut: TER. Phorm. 201 quod si eo meae fortunae redeunt, . . . abs te ut distrahar. Eun. 690 eo rediges me, ut . . . nesciam? CIC. S. Rosc. 12 eo prorumpere . . . audaciam, ut *eqs.* 96 rem . . . adducam (Verr. II 5, 3 Cluent. 199. *cf.* Att. 2, 18, 2 deducta. PLANC. Cic. fam. 10, 7, 2 perducerem [SEN. clem. 1, 13, 2]). Lig. 13 res . . . eo spectat (div. 2, 118 fam. 13, 4, 3. *cf. l. 64*). ac. 2, 139 labor. fam. 6, 1, 4 pertinet oratio (LIV. 2, 2, 5 QVINT. inst. 4, 2, 19. 82. *al.*). BELL. Alex. 14, 1 ventum est. SALL. Iug. 21, 1 processum *esse* (or. Lep. 8 LIV. 4, 1, 2 PLIN. nat. 10, 54. 21, 11). NEP. Ham. 2, 4 compulit. Them. 4, 4 hoc eo valebat. LIV. 1 praef. 4 quae *res* . . . eo creverit, ut iam . . . laboret. 2, 42, 11 terrores . . . eo evasere. 5, 23, 10 eo, quod lenissimum videbatur, decursum est, ut (22, 31, 10 TAC. ann. 3, 59, 1. *cf.* LIV. 45, 15, 5 descensum est [TAC. ann. 14, 7, 3 ⟨ut⟩]). *al.* *constr. mixta*: LIV. 38, 25, 7 frustratio Gallorum eo spectabat, primum ut tererent tempus . . ., deinde quod . . . insidiabantur. *al.* *c. adi.*: AVR. VICT. Caes. 41, 4 Constantinus cunctos hostes . . . texit . . ., eo pius, ut etiam *eqs.* ne: QVINT. decl. 325 p. 278, 18 hoc eo pertinet, ne quis . . . exigat probationes. MART. CAP. 7, 767 ventum est. *restrictive*: Ps. VARRO sent. 40 ex negotio semper otium sumendum, eo tamen, ne . . . necesse sit id deseri. 62 eo tantum studia intermittantur, ne omittantur.

Ⓘⓘ *locali* (*in imag.; cf. p. 488, 22 et sub A 1 b*): quo: PLAVT. Aul. 594 (*interpol.?*) hoc servi esse officium reor, retinere *erum* ad salutem, non . . ., quo incumbat, eo impellere. TER. Phorm. 641 pervenirier (CIC. Brut. 167 VARRO ling. 5, 5. *cf.* CIC. S. Rosc. 83 venio [de orat. 2, 87]). PACVV. trag. 368 quo saxum impulerit Fors, eo cadere Fortunam. CIC. S. Rosc. 51 profero (*cf.* de orat. 1, 135 ferat). Verr. II 1, 12 proficiscar (*cf.* Att. 10, 4, 5 progressus est). Sull. 69 revocandi estis. Phil. 6, 4 tractum e⟨s⟩t (part. 108). *al.* ubi: CIC. Cluent. 83 eo transire . . . infamiam, ubi cetera maleficia consistunt. Tusc. 4, 44 ubi . . . quicquid esset quod disci posset, eo veniendum. LIV. 2, 45, 1 ne rem committerent eo, ubi duae simul acies timendae essent. SEN. contr. 1, 2, 3 deducta es. *al.* unde: CIC. de orat. 2, 157 eo revocetur, unde huc declinavit oratio. nat. deor. 3, 60 eo . . ., unde huc digressi sumus, revertamur (Att. 2, 16, 3 eo, unde. QVINT. inst. 2, 4, 15). off. 2, 77 referat se oratio. CAEL. Cic. Att. 10, 9ª, 5 (= fam. 8, 16, 5) ne te . . . eo demittas, unde. LIV. 42, 13, 3 civitates . . . eo processuras *esse*. SEN. clem. 1, 21, 3 reponi. dial. 9, 6, 4 accedendum *est*. epist. 52, 1 inpellit. 94, 68 restitui. *al.*

Ⓘⓘⓘ quod (*iuxta* ut *p. 487, 65*; quod *pron. rel. v. l. 12*): CIC. Brut. 299 quod . . . plures a nobis nominati sunt, eo pertinuit, . . ., quod intellegi volui *eqs.*

Ⓘⓥ tamquam: TAC. Germ. 39, 2 eo . . . omnis superstitio respicit, tamquam inde initia gentis *eqs.*

Ⓥ quia: GAIVS inst. 3, 184 quod eo pertinet, quia *eqs.* (quod *Polenaar*).

β c. enunt. relat. (*cf. p. 487, 61*): TER. Phorm. 158 utinam ne . . . me . . . eo impulisset, quod mihi principiumst mali. CIC. fin. 5, 81 quod . . . satis est, eo quicquid accessit, nimium est. CAES. civ. 1, 85, 4 uti eo recurrant et id . . . petant, quod . . . contempserint. SEN. epist. 20, 6 perduceris ad summum aut eo, quod summum nondum esse solus intellegas. QVINT. inst. 7, 1, 59 nec statim eo tendamus, quod occurrit ultro. *al.*

γ c. acc. c. inf.: CIC. ac. 2, 79 eo . . . rem demittit Epicurus, . . . nulli *sensui* . . . esse credendum.

2 *speciatim c. gen.* (eo *anteponitur praeter l. 25*): SALL. Iug. 1, 5 eo magnitudinis procederent, ubi . . . aeterni fierent. 5, 2 eo . . . vecordiae processit, ut . . . finem faceret (LIV. 25, 8, 11. 32, 18, 8. 41, 23, 1 SEN. nat. 4ª praef. 9 epist. 16, 8. *al.*). 14, 3 quoniam eo miseriarum venturus eram. LVCAN. 7, 406 Romam . . . cladis eo dedimus, ne tanto in corpore bellum iam possit civile geri (*i. in tantam cladem*. COMMENT.: usque eo. ADNOT.: ad id cladis adduximus). TAC. Agr. 42, 4 eo laudis excedere (escendere *Lipsius*), quo plerique . . . incaluerunt. ann. 2, 33, 2 postquam eo magnificentiae venerit. AMM. 14, 11, 8 eo necessitatis adductus. *al.*

II *i. q. in eo loco, ibi* (*cf.* eodem *vol. VII 1, 208, 74 sqq.*): **A** eo loci (*cf. p. 482, 51; monosyllabo interiecto l. 33. 43*): CIC. Sest. 68 res erat . . . eo iam l., ut erigere oculos . . . videretur (TAC. ann. 14, 61, 2 non eo l. res suas agi [ait *Bezzenberger*], ut *eqs.*). VITR. 9, 7, 2 in quibuscumque locis . . ., eo l. 9, 7, 2 circini centrum conlocandum est eo l., quo secat circinationem . . . radius (VLP. dig. 8, 2, 17 pr. eo [in eo *PVL*] l., quo gratum erat eum *solem* non esse. 9, 2, 29 pr. 13, 4, 2, 8. *cf.* LABEO dig. 14, 2, 10, 1 eo l. . . ., in quem. VLP. dig. 50, 16, 199 pr. eo l., in quo loco). VAL. MAX. 2, 4, 5 eo l. nullam aram viderat. PLIN. nat. 11, 136 aurum eo l. (*sc. in auriculis*) gestare. TAC. ann. 15, 74, 1 templum . . . exstrueretur eo l. (*lac. statuit Nipperdey*), ex quo Scaevinus ferrum prompserat. VLP. dig. 5, 1, 52, 3. 10, 4, 11, 1 eo l. . . ., ubi (13, 5, 16, 1). SYMM. epist. 9, 83 (78), 1 eo me l. reppererunt litterae tuae. *al.*

B *nude positum* (*dub.*: CIC. ad Brut. 1, 2 [= 9, 7 Sj.], 1 NEP. Dat. 7, 3): POMPON. dig. 33, 1, 7 pupillum eo morari, ubi pater iusserit (*syn.* ibi).

adeō *v. vol. I 605, 41 sqq.*

usque eō (eo usque: CIC. Verr. II 1, 158 eo enim usque [*verbo inserto ut*: LVCR. 6, 970 LIV. 23, 19, 14 VAL. MAX. 8, 7 ext. 3 LVCIF. non parc. 13 p. 237, 14. 18 p. 248, 6]. 5, 27. LIV. *quater* [u. eo *? semel, v. l. 56*]. VAL. MAX. *omnibus locis*. SEN. *quater* [u. eo *24ʳ*]. COLVM. *promiscue*. QVINT. inst. *omnibus locis*. TAC. *11ies* [u. eo *semel, v. p. 489, 26*]; *aetate vergente magis magisque praevalet*): GLOSS.L III Abstr. EO 1 eo u.: in tantum. *legitur inde a* RHET. Her. (*l. 59*), CIC.; *in carm. tantum apud* LVCR. (*p. 489, 14*), PRVD. cath. 2, 75. [*var. lect.* u. adeo: CIC. Verr. II 3, 77 Flacc. 54 LIV. 3, 65, 4 CELS. 5, 26, 27B S. C. Iuvent. (dig. 5, 3, 20, 6C).]

i. q. in eum locum (*respondet* quo *l. 60. 71. 84. p. 489, 16, cf. l. 71*): **1** *proprie* (*cf. l. 76*): RHET. Her. 1, 9, 14 non ad extremum, sed u. eo, quo opus erit, persequemur *rem* (*item de locis librorum sim.*: Ps. APVL. Ascl. 27 haec u. eo narrata sint. AVG. serm. 155, 1, 1 hesterna lectio . . . eo u. terminata est, ubi dictum est *eqs.*). HIRT. Gall. 8, 14, 3 u. eo legiones admovendas, ut discedere . . . barbari . . . non possent (BELL. Afr. 56, 1 bracchiis . . . promotis . . . u. eo, ut [*S, om. J*, quo *vel* quod *cett.*] telum . . . adigi [abici *codd.*] non posset. QVINT. inst. 11, 3, 141 SVET. Iul. 14, 2). CELS. 5, 26, 34B quicquid . . . proximum quoque locum male habet, u. eo . . . concidere ('*ad proximum locum*' *Marx*). SEN. nat. 3, 26, 5 Alpheon ex Achaia eo u. (*sc. in Siciliam*) penetrare (*cf.* VLP. dig. 43, 24, 7, 4 pervenisset). TERT. virg. vel. 17, 3 fines eius *capitis* eo u. porriguntur, unde incipit vestis. RVFIN. symb. 29 *creator* eo u. . . . descendit, u. quo tu peccando deiectus es. *al.*

2 *translate*: **a** *de tempore*: *α in correlatione* (*praeparative; anaphorice l. 80*): CIC. S. Rosc. 60 u. eo animadverti . . . eum iocari . . ., antequam Chrysogonum nominavi (*de constructione mixta v. Landgraf ad l.*). Tull. 14 quem *fundum* se habere u. eo non moleste tulit, donec vicinum . . . nactus est (BELL. Afr. 23, 2 u. eo passi propius accedere, d. ad ipsas portas . . . adpropinquaret [*simul de loco*]. 31, 2 LIV. 40, 8, 18 SEN. contr. 1, 3, 1. *et saepe*). Deiot. 11 u. eo se tenuit, quoad . . . legati ad eum . . . venerunt (NEP. Epam. 9, 3 VLP. dig. 50, 13, 1, 4. *praecedit* quoad: TRYPH. dig. 49, 17, 19, 3. *cf. p. 489, 11 sqq.*). Pis. 67 bibitur u. eo, dum de dolio ministretur (top. 29 ac. 2, 19 nat. deor. 2, 124 LIV. 23, 19, 14. *al.*). LAMPR. Alex. 45, 2 quamdiu. LVCIF. non parc. 18 p. 248, 6 praedicare eo voluerunt u., quo etiam mactati fuissent. PRAEDEST. 1, 43 p. 600B usque quo. *β per se positum*: TAC. ann.

[Buchwald]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

12, 8, 1 die nuptiarum Silanus mortem sibi conscivit, sive eo u. spem vitae produxerat, seu *eqs.* CELS. dig. 43, 26, 11 ut u. eo precarium teneret. TERT. resurr. 22 p. 55, 25 tunc aderit redemptio nostra, quae eo u. adpropinquare dicitur. AVG. civ. 18, 27 p. 292, 4 D.

b *de gradu* (*accedit* dumtaxat *l. 10. 15*): **α** *generatim*: Ⓘ *in correlatione*: CIC. Quinct. 38 u. eo fervet ferturque avaritia, ut . . . velit (94 ista superiora esse . . . sentit . . .; non u. eo tamen, ut *eqs.* S. Rosc. 24. 45. 57. 66 Q. Rosc. 5. Verr. I 8 u. eo . . ., u. eo . . ., ut. Sest. 110 u. eo non fuit popularis, ut. *et saepe. cf. etiam l. 31*). 59 inferiorem ⟨se⟩ esse patitur, dumtaxat u. eo, ne . . . dedatur. Cluent. 111 u. eo pervenit, quoad eum industria . . . prosecuta est (leg. agr. 3, 14. RVT. LVP. 1, 1 [*ex Demosthene; opp.* statim]. COLVM. 6, 31, 2. *cf.* VLP. dig. 43, 19, 1, 5 [*ex Iuliano*] q. u. . . ., eo u.). LVCR. 6, 970 oleaster eo iuvat u. capellas, effluat ambrosias quasi vero et nectare tinctus. CELS. dig. 6, 1, 38 reddat impensam, . . ., u. eo dumtaxat, quo pretiosior factus est ([*syn.* tantum . . ., quantum]. S. C. Iuvent. [dig. 5, 3, 20, 6^{c}]. *cf.* PAVL. dig. 6, 1, 33 Trebatii . . . putantis eo u. fructuum rationem habendam, q. u. haberetur, si non perisset, id est ad rei iudicandae tempus). Ⓘ *per se ponitur*: CIC. de orat. 1, 224 *Plato* finxit in libris civitatem; u. eo illa, quae dicenda de iustitia putabat, . . . abhorrebant. Tusc. 3, 27 Dionysius . . . Syracusis expulsus Corinthi pueros docebat; u. eo imperio carere non poterat. SEN. contr. 7 praef. 6 sollicitus declamator et qui de dictione sua timeret, etiam cum dixisset; u. eo nullum tempus securum erat. SEN. dial. 9, 12, 4 quorundam quasi ad incendium currentium misereberis; u. eo impellunt obvios *eqs.* nat. 1, 3, 4 (*attulit Ov. met. 6, 67* usque adeo). TAC. ann. 2, 70, 1 non u. eo defectum Germanicum *esse*. IAVOL. dig. 34, 3, 6, 1 eo u. extendi actionem (*antea*: eatenus). VLP. dig. 14, 1, 1, 5 eo u. producendam utilitatem. *al.*

β *c. gen.*: QVINT. inst. 2, 1, 6 aliquem . . . eo u. scientiae progredi posse, ut *eqs.* (TAC. ann. 2, 55, 5 eo u. corruptionis provectus est, ut. *cf. p. 487, 51*).

eō tenus *v. vol. V 2, 651, 36 sqq.*

compos.: ideo, idcirco; *v. et p. 486, 6. 30. 31. 488, 47. supra l. 33. cf.* idem, ille, ipse, iste.

2. is, *hebr.* 'îš. HIER. in Ier. 1, 7, 2 in principio geneseos a 'viro', qui dicitur 'is', appellatur mulier 'issa'. quaest. hebr. in gen. p. 6, 5 sq. (*scrib.* his). EVCHER. instr. 1 p. 68, 20. *Buchwald.*

īsagōga (-ē), -ae *f.*, εἰσαγωγή. *scrib. hic illic* his-, (h)ys-. *formantur sg. nom.* -a *et* -e, *gen.* -ae *et* -es, *acc.* -am *et* -en *et* -em, *pl. gen.* -arum, *acc.* -as, *abl.* -is.

i. q. introductio ad artem (*imprimis philosophiam; medicinam* PS. SORAN.): **1** *in universum*: GELL. 1, 2, 6 iuvenes . . . theorematis tantum nugalibus et puerilium -arum commentationibus deblaterantes (*cf. 16, 8, 1* εἰσαγωγάς). PS. SORAN. quaest. med. pr. p. 247, 8 quoniam utilior videtur eis, qui ad medicinam introducuntur, interrogationum et responsionum modus, . . . brevi in controversia -a tradenda est illis. 21 quid est -a? -a est introductio doctrinae cum demonstratione primarum rationum. CASSIOD. inst. 2, 3, 3 *philosophi* antequam ad -en (-am *vel* -em *var. ll.*) veniant exponendam (*inde* ISID. orig. 2, 23, 3). in psalm. praef. 17 l. 56 per quandam -en, quae est sequentis operis introductio. ISID. orig. 2, 25, 1 -a . . . graece, latine introductio dicitur, eorum scilicet, qui philosophiam incipiunt.

2 *peculiariter in inscriptione certorum librorum*: **a** *Porphyrii*: RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 42 p. 619^{A} ut etiam per -en impiissimi Porphyrii inductum se esse glorietur ad logicam (*spectat ad Hier. epist. 50, 1, 3* per εἰσαγωγήν). BOETH. Porph. isag. tit. incipit -e (-a *var. l.*) Porfirii. CASSIOD. inst. 2, 3, 8 ad Porphyrii librum, qui -es (-ae *vel* -e *var. ll.*) scribitur (*i.* inscr-), accedamus: -es (*sc. liber*) Porphyrii tractat de partibus quinque. 2, 3, 18. ISID. orig. 2, 25, 1 de -is Porphyrii: . . . nunc -as Porphyrii expediamus (*plur. etiam in parte codd.* SVBSCR. Boeth. in Porph. comm. pr. *et* sec.). **b** *artis med.*: PS. SORAN. isag. tit.

īsagōgeus, *dat.* -gī *m.*, εἰσαγωγεύς. *i. q. instructor, technice de eo, qui officio quodam fungitur in celebrandis ludis* (*dignitate cedit agonothetae; cf. West, Corinth VIII 2, 67 sq.*): INSCR. lat. Corinth. West 82 C. Rutilio . . . Fusco -i Tibereon Claudieon Cae⟨s⟩a⟨reon Seba⟩steon. 83 (*suppletur*). 84. 85.

īsagōgicus, -a, -um, εἰσαγωγικός. *de libro, i. qui isagogen continet*: GELL. 14, 7 cap. Varro . . . commentarium dedit, quem appellavit ipse -um (*ἰσαγογικοῦ X, εἰσαγωγικόν ut 14, 7, 2 ed. Hosius*), de officio senatus habendi (*cf. Henriksson, Griech. Büchertitel 162 sqq.*).

īsagōgus instructor litterarum GLOSS. IV 102, 2. *ex gr.* εἰσαγωγός. *v. et Onom.*

īsatis, -is *f.*, ἰσάτις. *scrib. hic illic* -ss-, his-, ys-. *acc.* -im *vel* -in *l. 84. p. 490, 2*, -ida(m) *p. 490, 4*. GLOSS. III 547, 14 do⟨. . .⟩os, qui tintores berogo (*pro* vitrago *? cf. l. 79*) vocant. 547, 20 canape (591, 60 isastis canapis [613, 12]. 625, 33 isotis idest capanacis). 550, 49 sqq. agigneme. aperion. aluta (*cf. p. 490, 6*). 565, 43 vitrago sive par⟨i⟩etaria. 583, 48 uvas dus (*cf. p. 490, 10*), unde tingunt persum.

i. q. vitrum (*herba, qua tinctores ad colorem caeruleum efficiendum utuntur, adhibita etiam a medicis; distinguuntur* ἰσάτις ἥμερος [-is domestica *p. 490, 11. 12. al.*] *et* ἀγρία [-is silvestris *p. 490, 11*]): **1** *de nomine*: VITR. 7, 14, 2 cretam . . . vitro, quod Graeci -in (insallim *codd.*) appellant, inficientes imitationem faciunt Indici coloris. PLIN. nat. 20, 59 *lactucae* tertium genus in silvis nascens -in (*vulg.*, ἰσσάτιν *Q*, ysatim *d*, statim *cett.*) vocant. MARCELL. med. 23, 10 herba, quam nos vitrum, Graeci -ida (*Cornarius*, sapidam *P*, '*fortasse scribendum* isatidam' *Niedermann*) vocant, qua infectores utuntur. PS. APVL. herb. 70 l. 6 a Graecis dicitur -is . . ., Itali alutam. DIOSC. 2, 170 p. 246, 17 de -is, id est herba bitrea (*seq. descriptio; gr. 2, 184 sq.* ἰσάτις). ORIBAS. syn. 2, 13 Aa p. 100, 8 Mø. -es, hoc est herba vitru (satis *Ab, gr.* ἰσάτις). 3, 36 p. 859, 19 -es herba, quam tinctores herba bitrum dicunt, Goti ubisdile vocant ([*gr. 3, 35, 18* ἰσάτις ἥμερος]. 7, 1, 6 Aa p. 131 [*ibid.* La p. 132 qui domesticam est sive silvestris]. 7, 11, 9 Aa p. 142. 7, 20, 7 Aa p. 153. eup. 2, 1 I 5 Aa p. 481 -es domestica, quam temtures utuntur et vocant eam herba bitru *eqs.*). **2** *de usu* (*cf. sub 1*): PLIN. nat. 1, 20, 25 medicinae ex is, quae in hortis seruntur: . . . -i I. 33, 161 (*de caeruleo*) tinguitur . . . omne et -i (in sua *codd.*, cum -i *proposuit Mayhoff*) coquitur herba bibitque sucum. PS. APVL. herb. 70 herba -is: ad morsum serpentis: herbae -is folium contritum . . . adiuvat. PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 70 -is qua tinctores (hisitis quati tontores *cod.*) utuntur, virtutem nimium siccam habet *eqs.* ORIBAS. syn. 7, 35, 7 Aa p. 179 tumores digerit (*cf.* La -es . . . herba domestica; *gr.* ἰσάτις ἡ ἥμερος). **3** *de similitudine cum aliis herbis*: PLIN. nat. 26, 39 tripolion . . . folio ⟨i⟩satis crassiore (*cf. Diosc. 4, 132* ἰσάτει παραπλήσια). 27, 84 glycyside . . . habet . . . folia qualia -is. DIOSC. 4, 147 p. 69, 1 stafis agria . . . habet . . . semen simile -i (tisaci *Mon.*) et flore (*gr. 4, 152* ἰσάτει ὅμοιον).

[isatrus idest bagas (h)edere GLOSS. III 625, 20 (*corruptum, ut vid., ex* cistarus *i.* κίσθαρος, *cf. Diosc. 1, 107 p. 73, 2 M.* hedera, quam multi cistero vocant).]

isaurium *v. Onom.*

isazūsa, *acc.* -an *f.*, ἰσάζουσα (*sc.* ὑπόθεσις). *t. t. artis rhetoricae, species controversiae asystatae* (*cf. Volkmann, Rhetorik² 95*): FORTVN. rhet. 1, 2 p. 82, 16 *asystata fiunt* secundum Hermagoran quattuor, cum *materia* est aut ἐλλείπουσα aut ἰσάζουσα (isasusa *B*) aut μονομερὴς aut ἄπορος. *ibid.* l. 22 quae est -a? cum *in controversia* eadem ex utraque parte dicuntur . . .; quidquid enim altera pars dixerit, eadem et altera dictura est (RHET. min. p. 586, 22 [isazus *cod.*]). *ibid.* l. 25 -an quibus aliis nominibus vocant? et ἰσομερῆ et κατ' ἰσότητα (*cf. Aug. rhet. 15 p. 146, 10*) et πρίονα.

īsbolē, *acc.* -ēn *f.*, εἰσβολή. *t. t. medicorum, i. q. initium morbi*: PS. SORAN. quaest. med. 88 initium *aegritudinis acutae* dicunt arche⟨n⟩ vel -en (*Rose*, ysvolis *cod.*).

isc- *v. etiam* sc-.

isca, -ae *f.*, ἴσκα. GLOSS.^{L} Corp. I 491 tyndrin. *v. vol. V 2, 855, 72 sqq.*

iscāria *v. vol. V 2, 856, 26.*

isce, eace, idce *v. p. 483, 4.* *Hiltbrunner.*

ischaemon (-ōn *?*), *acc.* -nem *f. cf.* ischaemos *et gr.* ἴσχαιμος (*f.*). *scrib. fere* sc(h)e-. *genus herbae*: PLIN. nat. 25, 83 -em Thracia invenit, qua ferunt sanguinem sisti *eqs.* (*huc spectat* 1, 25, 45 -n [-mone *vel* -mos *codd.*]). 26, 131 *sanguinis profluvia* sistit et -n.

ischaemos, -on *et* -um, ἴσχαιμος. *scrib.* hishe-, iche-, ste- (*item* SORAN.) *ap.* CHIRONEM; sche- *vel* chesm- *sim. ap.* CASS. FEL.; (e)isce-, asci- *ap.* ORIBAS. *i. q. sistens sanguinem*: CHIRON 142 si emorigia fuerit, uti medicamento -o quod appellatur. 657 genus -on. 936 compositiones -on (*gen. pl. perspexit Heraeus in exemplari suo coll. 915* ceroticon c.) ad sanguinem suppremendum. SORAN. app. 10 pessus -um (-us *Rose*) ad fluxum. CASS. FEL. 30 p. 61, 12 quod appellatur a Graecis . . . -on id est . . . retinens sanguinem (39 p. 90, 1 anagargarisma -on appellatum. *cf.* ORIBAS. syn. 3, 12 pr. p. 851 [*de genere emplastri*] est . . . -os, i. e. s. . . . reprimit. 3 add. p. 912, 47 pulver -on[i] i. e. qui s. repremunt [*infra*: pulver -on]).

ischas (ischias *?*), *acc.* -ada *f.*, ἰσχ(ι)άς. *scrib. etiam* is(s)c-, esc-, sc(h)-; -i- *exhibent acc.* sciada (DIOSC., *iuxta* scada), *nom. deformatus* itia, icia (GLOSS.; *cf.* ischa, isscia[s], isca *ante* s- *in parte codd.* PLIN. nat. 1, 26, 46. 26, 72). *genera herbae*: **1** PLIN. nat. 22, 40 (*cf.* 1, 22, 18) leucacantham alii phyllon, alii -ada, alii polygonaton appellant. DIOSC. 3, 19 p. 384, 10 leucacantu . . . aut sciada dicunt (*gr. 3, 19* ἰσχιάδα). **2** PLIN. nat. 26, 72 (*cf.* 1, 26, 46 [*var. l.* scillas *sim.*]) apios -as sive raphanos agria. DIOSC. 4, 170 p. 85, 12 apiu aut scada . . . dicunt (*gr. 4, 175* ἰσχάδα). GLOSS. III 591, 59 itia rafana (613, 11 icia. 625, 32 itia). *Ehlers.*

1. ischia, (-ōrum) *n. et* scia, -ae *f. et* ischion *n.*, ἰσχία (*n. pl.*). sci- *praeter fem. etiam l. 76.* *fere i. q. coxae: n. pl.*: GELL. 4, 13, 1 -a cum maxime doleant. CAEL. AVR. acut. 1, 10, 71 vertebris, quas Graeci -a (ἰσχια *G*) vocant (chron. 5, 1, 1. ISID. orig. 4, 7, 29 ἰσχία [scia *BC*, socian *T*, ascia *K*]). chron. 4, 3, 38 sub . . . coxarum summitatibus, quas Graeci -a vocant. *f. sg.*: PS. THEOD. PRISC. add. p. 296, 4 ad . . . -ae et renum dolorem (ORIBAS. eup. 4, 121). PLIN. VAL. 2, 45 l. 13 cui coxa vel -a dolet. CAEL. AVR. gyn. 1, 9 inter utraque ossa quae Graeci -am vocant (*cf.* 1, 11. 21. 59. 90 [*Soran. p. 44, 11* ἰσχίων]. -ā *vel* -am *vel* -an *cod.*, -a *Drabkin*). *n. sg.*: CAEL. AVR. chron. 5, 1, 25 os . . . quod -on Graeci vocant. diaet. pass. 148 -on . . ., hoc est coxam.

2. ischia, -ae *f. v.* ischias.

ischiacus, (-a, -um), ἰσχιακός. *scrib. etiam* isci-, sci-. [*e coni.* *[Tietze]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dub.: CHIRON 991.] *pro subst. i. qui ischiade laborat*: CATO agr. 123 (*cf.* tit. 132) vinum ad -os sic facito. GELL. 4, 13 praef. -is mederi.

ischiadicus, -a, -um (-on *l. 17*), *ἰσχιαδικός. scrib. hic illic* isci-, *saepe* sci- (schi-, scy-, cy-), *maxime in forma* sciaticus (*sec.* paralyticus *sim.*) *recentioribus fere solita* (CHIRON 492 MARCELL. med. 14, 69. *al.* HIPPOCR. aer. 9 p. 19, 9. *et passim, etiam var. l.*), *cf. l. 19; ceterum varie depravatur.* GLOSS. II 574, 3 coxosus -us. III 605, 18 -a passio id est ... dolor circa ... clunes *eqs. inde a* PLIN. nat., GARG. MART., PLIN. med. [*it.* sciatico; *it.* sciatica *et it. mer.* siática '*ischias*', *cf. l. 18. R.*]

i. q. ad ischiada pertinens: **1** *de rebus*: PLIN. nat. 26, 42 -os dolores ... levat agaricum (DIOSC. 1, 95 p. 50, 12 M. [*gr. 1, 85 ὀσφύος ἀλγήματα*]. 4, 26 p. 20, 19 [*gr. 4, 27 ὀσφύος ἄλγημα*]. BOETH. mus. 1, 1 p. 185, 21. ORIBAS. eup. 2, 1 C 5 Aa p. 448 [*gr. K 16 αἱ κατ' ἰσχίον ὀδύναι*]). ANON. med. ed. Piechotta 57 -us morbus. PLIN. VAL. 2, 45 l. 75 malagma -on. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 26 passio (ORIBAS. syn. 9, 49 add. p. 372. *adde l. 8*). *subst.* -a *sc. passio* (*cf. l. 10*): CASS. FEL. 53 tit. ad -am. **2** *de animantibus ischiade laborantibus*: CHIRON 492 ures *iumentum syrmaticum* ... similiter ut -um. HIPPOCR. aer. 9 p. 19, 9 homines ... -i ... fiunt ([*gr. paulo aliter*]. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 22). *m. subst.* (*fere plur.*): PLIN. nat. 23, 53 *vinum bion* prodest ... paralyticis ..., -is. 23, 86 paralyticis, spasticis, -is. *saepe.* GARG. MART. med. 13. 36 PLIN. med. 2, 3 tit. FVLG. myth. 3, 7 p. 71, 17 MARCELL. med. 14, 69. 25, 22 -o remedium (*sing. ut*: 25, 38. 43 Ps. APVL. herb. app. 24, 4. *contextu pravo*: ORIBAS. syn. 9, 56, 8 La [*gr. ἰσχιάδος*]). *al.*

1. ischias, -adis *et* scia (*sim.*), -ae *f.*, *ἰσχιάς. de script. et formis*: ischi- *ap.* PLIN. nat. (*var. ll.* hisci-, schi-, sci-, ischi-) *et* CAEL. AVR., *ceterum* sci- *praeter l. 33 et 37 sqq. ab* -as *derivantur* (-at- *l. 34, cf. supra l. 5*) *sg. dat.* -di (PLIN. nat. 27, 27), *acc.* -da (PLIN. nat. 27, 33. 118 *et ap.* CAEL. AVR., ORIBAS. [scida syn. 9, 61 add. Ab p. 396]), schiadam (PELAGON. 386), (i)sciadem (PLAC. med. 22, 2 rec. β *bis*), *pl. acc.* -das (MART. CAP. 9, 926), *abl.* sciatibus (HIPPOCR. aer. 22 p. 43, 23; *gr. ἰσχιάδων*). scia, -ae: SER. SAMM. tit. 36 PLIN. VAL. 2, 33 l. 21. 2, 45 tit. *et* l. 17 ORIBAS. eup. 2, 1 C 1 Aa p. 446. *al. cf.* Ps. APVL. herb. 93 l. 51 nesciam ([sceam *var. l.*]. herb. app. 24 l. 3 [-cicam *var. l.*]. MARCELL. med. 14, 70. *al.* GLOSS. III 602, 12 [*?*]. 603, 22. *adde infra l. 41 et v. Walde-Hofmann³ s. v.* ischiadicus). ANTIDOT. Brux. 19 p. 370, 7 schiam. MISC. Tir. p. 53, 19 hisciam. *plur. l. 34; per soloecismum* (*quasi n., ex sg.*): MISC. Tir. p. 67, 3 ad gutta sive nescia. ORIBAS. eup. 4, 120 ad ... sananda scia (*gr. 116, 6 τὴν ὀδύνην*). syn. 2 add. p. 144, 25 Mø. ad diuturna ... sciada. *de notione*: PLAC. med. 22, 2 rec. β -dem, id est lumborum dolorem (*cf.* Ps. APVL. herb. 93 l. 51 -am vel coxarum dolorem [MISC. Tir. p. 53, 19]). GLOSS. III 693, 22 passio in clune sinistro. *legitur inde a* PLIN. nat., SER. SAMM., PELAG N.

i. q. dolor coxae vel coxarum (-s duplex CAEL. AVR. chron. 5, 1, 2, *passionem perseverantem intellegi dicit idem* 5, 3, 52): PLIN. nat. 27, 27 *androsaemon* prodest -di. 27, 33 *arction* bibitur propter -da (27, 118). SER. SAMM. tit. 36 -ae et articulari morbo. PELAGON. 386 homines, qui ex frigore nervorum -dam patiuntur ([*Hippiatr. gr. I 398, 11 τὰ ἰσχία*]. ORIBAS. eup. 4, 120 -da [*gr. 4, 116, 5 ἐπὶ τῶν ἰσχιαδικῶν*]. syn. 1, 19, 1 add. La p. 65, 1 Mø. -a. *cf.* eup. 2, 1 C 1 Aa p. 446 -am laborantibus). *al.*

cf. ischiacus, ischiadicus, ischiasis.

? **2. ischias** *v.* ischas.

ischiasis, *acc.* -im *f.*, *ἰσχίασις. scrib.* sci-. *fere i. q. ischias*: Ps. APVL. herb. app. 24 l. 3 (*cod. V*) nesci[c]am id est -im. ISID. orig. 4, 7, 29 -is vocata a parte corporis, quam vexat.

ischion *v.* 1. ischia. *Tietze.*

ischnon eromenion (*q. v.*) LVCR. 4, 1166. *i. ἰσχνόν* (*litt. gr. Quint. inst. 12, 10, 58 de genere dicendi, cf. ἰσχνότης ibid. 1, 5, 32*).

ischūria, -ae *f.*, *ἰσχουρία. vitium vesicae, i. q. retentio urinae*: PELAGON. 152 dysuria ... stranguria ... -a, quando omnino non meiat (*cf.* VEG. mulom. 2, 79, 2. CHIRON 206 [curia *trad.*]. 457 [siria *trad.*]). CASS. FEL. 46 p. 115, 13 -a (scuria *trad.*) id est ex toto urinae abstinentia (*sim.* 51 p. 134, 1 [disu- *trad.*]).

ischȳroteron (*scrib.* cir-) ORIBAS. eup. 2, 1 A 27 La p. 436 (*gr. 58 ἰσχυρότερον*).

iscias *sim. v.* ischias *sim.*

[iscis id est inscis GLOSS. III 625, 37 (*post* isius) *obscurum.*]

iscius *v.* ixia. **iscla** *v.* insula.

[iscopiem i(d est) gramen GLOSS. III 566, 2 *obscurum.*]

iscus *v.* discus. **isdem** *v.* idem, item.

īselasticus, (-a), -um, *εἰσελαστικός. t. t. de certaminibus, ex quibus ius invehendi patriam dabatur* (*v. Jüthner, RE V 2141*): PLIN. epist. 10, 118, 1 athletae ... ea, quae pro -is certaminibus constituisti, deberi sibi putant statim *eqs.* ([*infra*: -i nomine]. 118, 2 [*antea*: pro eo agone, qui a te -us factus est]. TRAIAN. *ibid.* 10, 119 obsonia eorum c., quae -a esse placuit mihi, si ante -a non fuerunt, retro non debentur *eqs.* EPIST. imp. Traian. ad Pergamen. [CIL III 7086] 30. CIL X 515 [*a. 142*] *Antonino Pio* constitutori sacri c. -i). *n. subst.* -um *i. q. praemium certaminis -i*: TRAIAN. *l. c.* -um tunc primum mihi videtur incipere deberi, cum quis in civitatem suam ipse *εἰσήλασεν.*

PAVL. FEST. p. 24 Graeci ... **isēmeriān** (issmerian [-am *I*] *codd.*), id est aequidiale, dicentes. *i. ἰσημερίαν.*

isēmerinos, -on, *ἰσημερινός. i. q. aequidialis*: FIRM. math. 2, 10, 3 *signum* aequinoctiale vel solstitiale ..., quod a Graecis tropicon -on appellatum est. CHALC. comm. 65 *circulus* aequidialis, quem -on adpellant (HYG. astr. 1, 6 p. 24, 21 c. aequinoctialis, qui a Graecis -os appellatur).

? **1. isex** *v.* esox *vol. V 2, 860, 74.* *?* **2. īsex** *v.* isicium *l. 39.*

isgīnum *v.* hysg-.

isic laex (*anglosax.*) GLOSS.[L] Corp. I 490. *pro* esox; *cf. Schwentner, KZ 71, 1954, 112.*

īsicēs *v.* isicium *l. 39.*

īsiciārius, -ī *m. ab* isicium. *i. qui isicia conficit*: TEST. porcelli p. 269, 7 *dabo* -is (es- *plerique codd.*) femora. *cf. gr. ἰσικιάριος.*

īsiciātus, -a, -um. *ab* isicium. *scrib. fere* es-. [*dub.*: APVL. met. 6, 31, 6 (*Heinsius pro* insiticius, *v. vol. VII 1, 1926, 50*). APIC. exc. 37 -e pullu (esicia de pullo *coni. Ihm probabiliter; ad corruptelam cf.* APIC. 2, 46).] *i. q. isiciis fartus*: APIC. 2, 54 vulvulae. 2, 60 circellos. 8, 384 pullus. 8, 402 leporem. *f. subst.* -a (*sc. gallina, ut vid.*): ANTH. 176, 4 (*de ansere dapibus farto*) ventris ... soluti truditur e medio -a (esitiata *cod., corr. Gronovius*) nitens. 225 tit. de -a.

[īsicini *v. l. 42.*]

īsiciolum, -ī *n. ab* isicium *deminutive. scrib. fere* es-; sic- APIC. 4, 175. *i. q. isicium* (*minutum*): APIC. 2, 48 -a incoques. 4, 171 -a de pisce minuta facies (4, 172 valde m. [*Schuch*, vel dem- *codd.*]. 4, 173. 175. *cf. infra l. 55*). 5, 203 -a porcina.

? CIL VI 24930 vixit **iūcundōsē** per silbae stetit officio. *verba* iucunde se(m)per *latere suspicatur Huelsen, cf. p. 595, 57.*

***iūcundus,** -a, -um. *cf. c.* iuvare, *v. Walde-Hofmann*[3] *s. v. de origine*: CIC. fin. 2, 14 'iuvare' ..., ex eoque '-um' (*cf. p. 595, 22*). ISID. orig. 10, 125 'iocundus', eo quod sit semper iocis aptus ...; a frequentia, sicut iracundus; 'iocosus', iocis usus (*cf. p. 595, 26*).

de i *semivocali v.* NIGID. Gell. 19, 14, 6. *de script. et formis*: iuc- (*cf.* GLOSS.L I Ansil. IV 80 per 'u'): *scriptura sollemnis tam titulorum* (CIL I[2] 1215 b, 4. 1270 *et aevo imperatorio passim*) *quam codicum meliorum velut* CIC. rep., VERG., FRONTONIS. ioc- (*fort. sec.* iocus, *cf. p. 591, 83 et post alios Prinz, De 'o' et 'u' 94*): *excepto nomine proprio quater tantum in titulis christianis, quos collegit Prinz l. c., saepius in codd. recc. et fort. apud ipsos auctores aevi cadentis velut* GREG. TVR. (*v. Bonnet 135sq.*). *compar.* -ior *inde a* RHET. Her. *et* CIC., *superl.* -issimus *inde a* PLAVTO *passim; in vim superl. vergunt locutiones q. s.* nimis -us (CIC. Balb. 54. CLAVD. carm. min. app. 14, 12 [comes *Bücheler*]. *cf.* VAL. FL. 7, 336 nimium), quam maxime -us (CIC. de orat. 3, 91. *cf.* fam. 3, 10, 4 maxime [QVINT. inst. 4, 3, 15. *per zeugma* CIC. Sest. 6]), magno opere -us (CIC. Att. 1, 8, 1), summe -us (CIC. fam. 13, 18, 2), vehementer -us (RVT. LVP. 1, 17. *per zeugma* CIC. leg. agr. 2, 21), perquam -us (PLIN. epist. 4, 15, 13. 6, 2, 3), *cf.* prorsus -e *p. 595, 61. abbreviatur* iuc CIL X 6432. NOT. Tir. 30, 2. *de notione*: SYNON. Cic. p. 414, 18 acceptum ... suave. -um. dulce. 418, 5 comis ... humanus. -us. gratus *eqs.* 426, 33. 435, 12. GLOSS. χρηστός. ἡδύς. τερπνός. laetus. gaudens. -um: προσηνές. -i: εὐφραντοί. *legitur inde a* PLAVTO (*bis*), LVCIL. (*semel*), NOVIO (*semel*), RHET. Her. (*quater*), CIC. (*ca. 300ies, maxime in epistulis*); *postea sunt, quibus minus placere videatur, tam historici* (*singulis tantum locis* CAES. [civ.; *praeterea* Cic. Att.], BELL. Alex., SALL., TAC. [hist.; *praeterea* Germ., dial.], *bis* LIV.) *quam poetae* (*singulis tantum locis* VERG., VAL. FL., STAT. Theb. [*praeterea* silv.], *bis* HOMER.; *deest* HOR. carm. [*exstat* epod., sat., epist.], OV. met. [*exstat in operibus amatoriis et* trist., Pont.], SIL.); *usum frequentiamque tractavit Moussy, RevEL. 42, 1964, 389sqq.*

I *vi obiectiva fere i. q. suavis, gratus sim. (accedit dat. commodi passim, fin. infra l. 61). iuxta ponitur* gratus *saepe, hic illic vi iucunditatis quodammodo aucta* (CIC. off. 2, 60 fam. 4, 6, 1. 10, 3, 1 quae omnia mihi -a, hoc extremum etiam g. fuit. 13, 18, 2 HIER. epist. 60, 14, 1) *vel restricta* (CIC. Att. 3, 24, 2 veritas, etiam si -a non est, mihi tamen g. est. fam. 5, 15, 1), *cf. vol. VI 2, 2263, 83sqq. et Moussy l. c. cum respectu hilaritatis effectae hic illic accedit* laetus (TERT. mart. 3, 4 a cibis laetioribus, a potu -iore [*sim.* CYPR. zel. 7 p. 423, 25]. TRACT. Pelag. 6 p. 161 AVG. civ. 2, 11 p. 66, 6 D.), *cf. etiam iuncturas velut* -a laetitia (SYNOD. Hil. ad Const. 1, 4, 1 grata libertas ... et -a l.), -a exsultatio (CASSIOD. in psalm. 105, 1 l. 10) *et v. sub II.*

A *generatim*: **1** *de eis, quae (qui) animum afficiunt*: **a** *de rebus*: **α** *exempla varia* (*afferuntur selecta*): PLAVT. Poen. 206 i foras ..., si vis videre ludos -issimos (CIC. Phil. 4, 11). RHET. Her. 4, 14, 20 qui nihil habet in vita -ius vita (CIC. inv. 1, 5. Verr. II 3, 5 *opp.* necessariam. fin. 4, 30 *syn.* beata. *al.* HOR. epod. 1, 6 *opp.* gravis. SEN. dial. 7, 8, 1 optimam sequi v., non -issimam. CIL XI 2543, 5. *et saepe. cf. p. 593, 34*). 4, 15, 21 -a principia, ... exitus amarissimos. *al.* CIC. inv. 2, 114 quae ... rara et ardua sint, ea experiendo pulchra et -a hominibus videri. Q. Rosc. 23 pecunia (*opp.* acerba). Verr. II 5, 26 facilem ... et -um *laborem* (fin. 2, 105 vulgo ... dicitur: '-i acti labores'. CATVLL. 64, 161). 5, 37 mihi -issimus est honos populi (Caecin. 12 Planc. 50. LIV. 3, 51, 4 nec mihi *Verginio* filia inulta h. ullum -um esse patitur. *al.*). Catil. 4, 16 quis est ..., cui non ... commune patriae solum cum sit carum tum vero dulce atque -um? fam. 5, 12, 5 -issima lectionis voluptate (LVCR. 2, 3 PROP. 1, 10, 3. *al.*). *saepe*. CATVLL. 46, 3 caeli furor ... -is Zephyri silescit aureis (*cf.* 68, 16 -um ... ver). 68, 93 ei misero fratri -um lumen ademptum (VERG. Aen. 6, 363 te per caeli -um l. et auras ... oro. CE 963, 1 o -um l. superum, o vitae -a voluptas ['*tolle* -um' *Bücheler*]). *al.* PVBLIL. I 10 -um nihil est, nisi quod reficit varietas. 45 -a macula est ex inimici sanguine. LIV. 28, 39, 12 vectigal ... capimus, quod nobis non fructu -ius est quam ultione (VEN. FORT. carm. 2, 6, 27 *sancta crux* -a f. fertili *i. Christo*). *et passim. indicatur finis*: PLIN. nat. 13, 63 flos et coronis -us et medicamentis utilis. BOETH. arithm. 1, 26 p. 53, 9 quaedam alia ... inspiciemus et ad subtilitatem tenuissima et ad scientiam utilissima et ad exercitationem -issima (*cf. p. 593, 83. 84*).

β -um est, videtur *sim. c. (acc. c.) inf. vel enunt. secund.* (*accedit pron. l. 67. 68. 75. al.*): si: PLAVT. Pseud. 238 non -umst nisi amans facit stulte. CIC. Verr. II 5, 72 ut, si ..., id mihi praeclarum et -um putem. de orat. 1, 96. fam. 16, 22, 1 hoc multo erit, si valebis, -ius. PLIN. epist. 4, 15, 13. *al.* *inf.* (*cf. etiam p. 594, 2*): RHET. Her. 4, 14, 21 amari -um est. CIC. Cluent. 28 fin. 1, 53 Cato 47 PROP. 2, 12, 17 MANIL. 5, 432 SEN. contr. 1 praef. 1. *al.* SEN. epist. 73, 3 (*opp.* grave). *al.* QVINT. inst. 2, 5, 16. PLIN. epist. 3, 8, 2 (*ibid.* gratum). 6, 22, 8 (*opp.* miserum). *al.* *acc. c. inf.*: CIC. Phil. 2, 5 non tam -um mihi videri debuit non interfectum ⟨me⟩ a te quam miserum *eqs.* Att. 9, 7, 2 in quibus *litteris* hoc mihi -issimum fuit *eqs.* 14, 19, 1 fam. 2, 1, 1. 13, 27, 2. 13, 41, 1. PLIN. epist. 5, 11, 2 (*opp.* laetissimum). *al.* quod: CIC. Att. 7, 2, 5 hoc -issimum, q. intellexi *eqs.* fam. 3, 11, 3 duo mihi illa ... -issima fuerunt: unum, q. *eqs. al.* MARCELL. Cic. fam. 4, 10, 1 SEN. dial. 12 (11), 10, 6 PLIN. epist. 3, 11, 8. *al.* cum: CIC. fam. 1, 8, 5 cui -um erit ..., quom me esse gratum videbit. ut: CAES. civ. 1, 86, 1 id ... militibus fuit pergratum et -um, ... ut ... praemium missionis ferrent. DON. Ter. Eun. 674, 1 id ... erit -um, ut *eqs.* HIER. tract. in psalm. I p. 168, 15 (*ad 103, 34*). VAL. CEM. hom. 12, 6 p. 730D quid est -ius, quam ut ...? *ibid.* haec est ... -a coniunctio, ut *eqs.*

[Lossau]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

structura solutiore: Cic. fam. 13, 13, 1 cui quibuscumque rebus commodaveris, tibi ... -um ... erit.

γ neutr. pro subst.: Cic. top. 69 *anteponuntur* -a minus -is. fin. 3, 1 si honestis -a anteponat *voluptas*. 4, 30 ad -um accessio (*si verba recte restituit Lambinus, sing. ut*: Tusc. 3, 38 plus ... -i quam mali). nat. deor. 2, 131 tam varia, tam -a gignit *natura*. Sen. dial. 7, 10, 2 nequitiam abundare -is. 7, 25, 5 malo faciliora ac -iora veniant et minus vexatura tractantem. *al.* Qvint. inst. 1, 10, 24 et voce et modulatione ... -a dulciter ... canit *musice*. *al.* Ivv. 10, 349 pro -is aptissima quaeque dabunt di. Plin. epist. 8, 21, 3 ut necessitates voluptatibus, seria -is anteferrem. *et saepius*. *c. gen. partit.*: Hor. ars 334 aut prodesse volunt aut delectare poetae aut simul et -a et idonea dicere vitae. Mart. 12, 34, 4 quarum *messium* dulcia mixta sunt amaris, sed -a tamen fuere plura. Clavd. 28, 624 pulchras errorum artes -aque Martis cernimus.

b *de animantibus*: *α ipsis*: Ⓘ *vario usu*: Cic. Verr. II 1, 112 quid ... natura nobis -ius, quid carius esse voluit *quam filias*? (*cf.* Att. 5, 19, 2 Ps. Sall. in Tull. 2 Amm. 18, 5, 4). Cluent. 202 virum ... plurimis carum atque -issimum (rep. 1, 18. fam. 9, 24, 3 bonis, -is, amantibus tui. *al.*). Mur. 66 quis ... C. Laelio comior ⟨fuit⟩, quis -ior? de orat. 1, 265 (*opp.* molestus). Cato 26 -um potius quam odiosum *senem*. Att. 16, 16 A, 7 mihi nemo est amicior nec -ior nec carior Attico. *al.* Caes. Cic. Att. 9, 16, 3. Catvll. 62, 47 cum castum amisit ... florem *virgo*, nec pueris -a manet nec cara puellis. Nep. Att. 16, 1 (*antea*: humanitatis, *syn.* aptissimus). Hor. sat. 1, 3, 93 amicus (1, 5, 44. *al.*). Paneg. in Mess. 9. Prop. 1, 19, 7 coniugis (CE 1440, 5 casta, decens, sapiens, humilis, -a marito. CIL VI 15225, 3 -issimae). Ov. am. 1, 13, 21 (*ad Auroram*) nec tu consulto, nec tu -a diserto. Sen. dial. 7, 20, 5 ero amicis -us, inimicis mitis et facilis. Mart. 12, 47, 1 difficilis facilis, -us acerbus. *et passim*. in *aliqua re*: Ps. Evseb. Gallic. hom. p. 665[A] sit unusquisque vestrum ... in ira mitior, in mansuetudine moderatior, ... in caritate -ior. Ⓘⓘ *in allocutione* (*fere superl.*): Catvll. 14, 2 -issime Calve. 50, 16 hoc, -e *sc. Licini*, tibi poema feci (*posit. ut*: Ov. Pont. 1, 8, 25 o -e sodalis. Avson. 199, 4 p. 58 P. -e). 64, 215 gnate mihi longe -ior unice vita. Dolab. Cic. fam. 9, 9, 3 mi -issime Cicero. Epist. imp. Aug. Suet. Tib. 21, 4 vale, -issime Tiberi, *eqs.* Gell. 15, 7, 3 ave, mi Gai, meus asellus -issimus. Plin. nat. praef. 1 -issime imperator. Mart. 10, 47, 2 -issime Martialis. Avr. Fronto p. 39, 16 v. d. H. (= p. 44 N.) vale mihi Fronto carissime et -issime mihi (*cf.* p. 77, 12 [= p. 82] vale mi optime et -issime magister. *al.*). *et saepius*.

β de part. corp. vel animo sim. (*sunt, quae transeant ad p. 595, 12*): Catvll. 9, 9 -um os oculosque suaviabor (*aliter p. 594, 70*). Qvint. inst. 5, 13, 48 vir ingenii -i et elegantis. Zeno 1, 12, 5 caro ... conviviorum celebritate -a. Clavd. 22, 131 nec te -a fronte fefellit luxuries praedulce malum (*cf. 135* blanda ... vultus). Physiogn. 81 p. 109, 8 *Loxus* dicit, quod pupillae, quotiens foris sunt ..., -um animum et mansuetum mentemque timidam indicent. 100 p. 124, 12 mansuetum ingenium tale est: vultus omnis -us *eqs.* (*gr. 1 p. 417, 4 καρτερὸς τὸ πᾶν εἶδος*).

γ per periphrasin: Ivv. 4, 81 venit et Crispi -a senectus, cuius erant mores qualis facundia, mite ingenium. Spart. Carac. 1, 3 pueritia ... amicis parentum -a.

2 *de eis, quae sensibus percipiuntur* (*per imag.* Qvint. *l. 78, cf. p. 594, 68; in utramque partem* Cic. Tusc. 5, 95 omnia ... -a, quamquam sensu corporis iudicentur, ad animum referri tamen [*Epicur. p. 288, 7 Us.*]. *al.*): **a** *-i dicuntur ipsi sensus*: Cic. Verr. II 3, 23 ut odor Aproni taeterrimus oris et corporis ... uni isti suavis et -us videretur (Catvll. 64, 284 *florum*. Phaedr. 3, 1, 3 Plin. nat. 21, 14. 27, 133 o. medicato, cum quadam acrimonia -o [-e *codd.*]. *al.*). fin. 1, 39 sine -o motu voluptatis (2, 8 omnes ... -um m., quo sensus hilaretur, Graece *ἡδονήν*, Latine voluptatem vocant. 2, 75). nat. deor. 2, 158 *pomorum* -us non gustatus solum, sed odoratus etiam et aspectus. Lvcr. 2, 19 sensu (2, 399). Varro rust. 2, 4, 6 carnis -um saporem (Tib. 1, 7, 35. Colvm. 5, 10, 12 [= arb. 22, 1]. *al.*). Plin. nat. 28, 108 nidore. 37, 62 nullius coloris aspectus -ior est *quam smaragdi* (Qvint. decl. 299 p. 181, 9. *cf. l. 62 et* Plin. epist. 5, 6, 30 prospectum).

b *de singulis rebus sensus afficientibus*: *α absolute*: Ⓘ *generatim*: Lvcil. 585 placentas. Varro Men. 111 vino nihil -ius (Colvm. 3, 2, 6 Plin. nat. 23, 10. Gell. 13, 5, 8 *ex Aristotele*. *al.*). rust. 1, 15, 1 frondem (*inde* Colvm. 5, 6, 3). 1, 56, 1 pabulum (Colvm. 5, 6, 5). *al.* Cic. de orat. 3, 25 Lvcr. 5, 898. 6, 977 *spurcities* subus -a videtur. Hor. epod. 2, 55 attagen Ionicus. Tib. 2, 3, 63 uvae (Plin. nat. 23, 12). Cels. 5, 26, 27 *aqua* sic temperanda est, ut manu contingenti -a sit (Colvm. 6, 22, 2). Sen. dial. 5, 15, 1 (*ironice*) cena. Colvm. 2, 18, 1 -iorem cibum *pecudibus*. *al.* Plin. nat. 11, 239 acorem (14, 127 Qvint. inst. 9, 3, 27). 13, 111 nucleus *paliuri* ... -us per se ac suavior e vino. Qvint. inst. 10, 1, 31 historia ... *alit* oratorem quodam ... -o ... suco. *et saepius*. *n. pl. pro subst.*: Cic. nat. deor. 3, 32 sentit *animal* ... et calida et frigida et dulcia et amara nec potest ullo sensu -a accipere *eqs.* Apvl. met. 10, 14, 2 -iora eligens abligurribam dulcia. Ⓘⓘ *speciatim de medicamentis sim.*: Cels. 3, 4, 3 qui per omnia -am eius *Asclepiadis* disciplinam esse concipiunt. Plin. nat. 23, 29 mustum omne stomacho inutile, venis -um (23, 30 ad omnia *mala* infirmius album, -ius passi m.). 31, 105 ad omnia *mala* ... spuma salis -ior utiliorque. 31, 121 flos eius *nitri* ... articulorum doloribus -us est. *al.* Garg. Mart. med. 58 oxyporium. -um est *c. inf.* (*cf. p. 592, 69*): Cels. 7, 26, 5 si cubare in ventrem -ius est. Plin. nat. 17, 24 quibusdam satis e longinquo aspicere maria -um, propius admoveri salis halitum inutile.

β c. determinatione (*cf. infra l. 48*): odore *sim.*: Varro ling. 5, 109 *ius* -um magis conditione. Plin. nat. 13, 54 *fructus* odore -us (27, 29. Ps. Apvl. herb. 81 l. 16 [*v. Diosc. 3, 52, 1 εὐώδης*]. *cf.* Clavd. Don. Aen. 6, 655 p. 593, 27 locus herbis hilaris et -us odoribus lauri). 14, 28 *uva* sapore -a (15, 54 acidulo. Pallad. 3, 24, 8). Mvtian. Chrysost. hom. 30, 1 p. 427/8 fructus ... suavitate -i sunt (*gr. γλυκεῖς*). esui, aspectu *sim.*: Colvm. 11, 3, 57 *satureia* viridis esui est -a. Plin. nat. 6, 203 *aqua* potui -a (*opp.* amara. *cf. Sol. 56, 15* p. accommodatas). 24, 165 ut fiat corpus aspectu -um. Plin. epist. 5, 6, 23 piscinam ... strepitu visuque -am. Fronto p. 147, 23 v. d. H. (= p. 154 N.) dulce esu ... haustu -um. *dat.* naribus *sim.*: Prisc. periheg. 879 -ae naribus aurae. Pomer. 3, 1, 4 sensibus (*antea*: naribus suave ... tactui blandum ... oculis delectabile).

B *usu fere technico* (*cf. usum medicorum p. 593, 81*): **1** *respicitur facundia dicendi, scribendi, sonandi sim.*: **a** *de rebus*: *α absolute*: Novivs Atell. 56 unde hoc ... -um inaudivi melum? Rhet. Her. 1, 8, 13 illud genus narrationis ... debet habere ... -um exitum rerum (*cf.* Cic. inv. 1, 27). Cic. Sest. 96 *dicta* multitudini -a volebant esse. Vatin. 4 verbum ... quod non -um et honorificum ad aures tuas accidat (Prop. 1, 2, 29. Gell. 17, 2, 6 -ius amoeniusque. *al.*). de orat. 1, 32 quid esse potest ... aut -ius aut magis proprium humanitatis quam sermo facetus ...? (nat. deor. 3, 2. fam. 7, 32, 3 litterarum. Sen. benef. 6, 29, 2 s. comis et sine adulatione -us. *al.*). 2, 33 tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus aut mentibus -ius percipi possit. 2, 326 ut -a et ad persuadendum accommodata sit *narratio* (Evstath. Basil. hex. 7, 6, 14 -issima ... cordibus ... dominicorum n. mirabilium [*gr. γλυκεῖα*]). 3, 29 quid -ius auribus ... accidit huius oratione Catuli? (3, 91 fam. 3, 1, 2. Qvint. inst. 4, 3, 15 -am et ornatam). orat. 128 illud superius (*sc. ἠθικόν*) come, -um, ad benivolentiam conciliandam paratum *est* (*cf.* Qvint. inst. 6, 2, 13 *ἦθος* ... non solum mite ac placidum, sed plerumque blandum et humanum et audientibus amabile atque -um). Att. 5, 20, 8 litteris *i. epistula* (16, 15, 4. fam. 5, 7, 2 [*infra*: laetari soleo]. *al. de elementis verborum*: Qvint. inst. 12, 10, 27 -issimas ex Graecis l. [*sc.* y *et* z] non habemus ..., quibus nullae ... dulcius spirant. 12, 10, 31 ny -am). *al.* Laber. mim. 121 vocis -ae sonum (Sen. contr. 7, 1, 9 Val. Max. 8, 9 ext. 2 Phaedr. app. 27, 8 Qvint. inst. 1, 10, 16. *al.*). Lydia 19 querellas. Ov. ars 794 blandae voces -aque murmura. *et saepe*. *n. pro subst.*: Cic. Att. 5, 20, 8 -a de Caesare *eqs.* (*sc. scribis. cf.* 14, 13, 2. Avr. Fronto p. 84, 22 v. d. H. [= p. 90 N.] opto, ... -iora indices). Qvint. inst. 8, 3, 49 *vitium ingratae orationis* -o diversum est. 12, 10, 80 -a, non dissoluta. Plin. epist. 5, 17, 2 severis -a mutabat *Calpurnius Piso*. *adde l. 50. 52*. *β c. determinatione* (*liberius l. 24. 30. 33. al.*): *supin.*: Cic. de orat. 1, 31 -um cognitu atque auditu (Val. Max. 5, 7 ext. 1 ut ad -iora c. veniamus. Plin. nat. 14, 115 Gell. 1, 23 tit.). 2, 343 auditu (Plin. epist. 5, 6, 3 quae et tibi a. et mihi relatu -a erunt. *adde l. 49*). Plin. nat. praef. 12 -a dictu aut legentibus blanda (26, 14 d. grata atque -a). Gell. 8 frg. p. 308, 18 Hos. memoratu (Sidon. epist. 7, 2, 2). ad: Cic. de orat. 1, 213 verbis ad audiendum -is. Gell. 1, 7, 20 ad aurem. *abl.*: Cic. orat. 182 voce -um. Qvint. inst. 6, 3, 102 proprio quodam lepore -a. 8 prooem. 33 orationem ... -am non deformi voluptate (Ivst. praef. 4 cognoscendi v.). 8, 3, 12 figuris -um (9, 3, 71. 12, 10, 60). 8, 3, 17 quae *verba* ... sono sunt -issima. Apvl. flor. 17 p. 80 fistula susurru -ior *voce hominis*. Avson. 158 p. 28 P. ('Parentalia') hoc opusculum nec materia amoenum est nec appellatione -um.

b *de animantibus, part. corp.* (*exempla significantiora; ceterum v. p. 593, 15 sqq.*): Cic. de orat. 2, 34 qui actor imitanda quam orator suscipienda veritate -ior? (2, 153 -iorem et probabiliorem). Verg. (?) catal. 4, 9 quis te *Musa* ... loquitur -ior uno? Ov. trist. 2, 369 Menandri. Stat. silv. 1, 2, 49 Erato. Qvint. inst. 2, 5, 20 Cicero ... et -us incipientibus quoque et apertus est satis. 9, 3, 4 (*de figuris*) si quis parce ... utetur, velut asperso quodam condimento -ior erit 10, 1, 46 *Homerus* laetus ac pressus, -us et gravis. 10, 1, 119 Vibius Crispus compositus et -us et delectationi natus. 11, 3, 30 os facile, explanatum, -um, urbanum, id est, in quo nulla neque rusticitas neque peregrinitas resonet (*cf.* Ven. Fort. carm. 9, 7, 1 corde -o, calamo venusto litteras mittis [*infra*: blanda conscribens]). Evagr. vita Anton. 73 p. 945[A] neque ... agrestis et rigidus erat, sed -us atque affabilis sermonem ... divino conditum sale proferebat (*gr. χαρίεις καὶ πολιτικός, Vita Anton. 73 p. 76, 18* gratus et subtilis). Ven. Fort. carm. praef. 1 epilogiorum calce -i. *determinatur*: Greg. Tvr. Franc. 2, 32 p. 79, 20 erat ... -us in fabulis *Aredius*.

2 *respicitur facundia sculpendi, pingendi*: Plin. nat. 34, 66 austero maluit genere quam -o placere *Euthycrates statuarius*. 35, 134 *Athenion* austerior colore et in austeritate -ior.

II *vi subiectiva fere i. q. laetus* (*cf. quae monuimus p. 592, 34*): **A** *de animantibus ipsis*: Itala II par. 23, 13 (Complut., *cf.* Legion.) omnis populus terre -us tubis canuerunt (*gr. ηὐφράνθη κτλ., Vulg.*

[Lossau]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gaudentem. *cf.* Vvlg. Iudith 16, 24). Esth. 1, 10 (p. 37, 8 Motzo) -us factus est rex Artaxarxes ([*gr. ἡδέως γενόμενος, Vulg.* hilariter]. Vvlg. *p. 591, 40.* Sacr. Leon. 1233 ut . . . Andreae simul fiat et veneratione -us et intercessione securus *populus. cf. l. 14*). Zach. 8, 19 (Ps. Chrysost. de solstit. 65 Migne suppl. 1, 559) -i eritis ⌊iucunditatem⌋ et pacem amabitis ([*gr. καὶ εὐφρανθήσεσθε καὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν εἰρήνην ἀγαπήσατε, om. Vulg.*; ⌊ ⌋ *corruptum?*]. Hil. in psalm. 118 beth 9 p. 375, 14 non de communis consuetudine gaudii -us propheta est: delectatur enim *eqs.* [*cf. p. 591, 33*]. Greg. Tvr. Thom. p. 98, 16 gaudete et estote -i. p. 112, 25 esto -a in domo tua cum viro). Drac. Romul. 10, 274 Bacchum sequitur -a manus. Sacr. Greg. 147, 1 -os . . . interesse festivitati. Vita Castrens. *p. 591, 74.* **B** *de animo sim.* (*ambigua v. p. 593, 41*): Itala II reg. 13, 28 (cod. 93) videte quum factum fuerit -um cor Ammon in vino ([*gr. ἀγαθυνθῇ, Vulg.* cum temulentus fuerit A. vino]. Vvlg. I reg. 25, 36 c. Nabal -um; erat enim ebrius nimis). Avell. p. 652, 3 litteras grato -oque suscepimus animo (Greg. M. dial. 3, 37 p. 218, 8 M. -i erat et vultus et a. *Sanctolus* [*infra*: laeto vultu]. Caes. Arel. serm. 225, 5 p. 846, 4 laeto ac -o a. [*affert II Cor. 9, 7* hilarem datorem]). p. 701, 11 -is eos *viros* oculis aspeximus. Sacr. Greg. 77, 8 olei unctio vultus nostros -os efficit ac serenos (*adde l. 17*).

paronomasiae probabiliores: *c.* iuvare: Cic. Att. 16, 16 F, 18 multum potes nos . . . iuvare; . . . scio, quam sis amicis -us; nemo nos . . . plus iuvare potest quam tu. Sen. epist. 81, 20 gratus sum, . . . ut rem -issimam . . . faciam; gratus sum, . . . quia iuvat. Mart. 11, 104, 3 me -a iuvant tractae per pocula noctes. *al.* *c.* iocus: Cic. fil. Cic. fam. 16, 21, 4 -issima convictio; non est enim seiunctus iocus a . . . *συζητήσει.* Hor. epist. 1, 6, 66 sine amore iocisque nil est -um (*Mimn. frg. 1, 1 τί δὲ τερπνὸν ἄτερ . . . Ἀφροδίτης;*). Ov. ars 3, 795. Pont. 2, 4, 10 -is . . . iocis (4, 3, 14). Plin. epist. 8, 8, 4. *al.*

adv. **iūcundē,** *compar.* -ius, *superl.* -issime (*cf.* prorsus -e *l. 61*). Gloss. *τερπνῶς. ἡδέως. ἀσμένως.* *inde a* Cic., Lvcr.

i. q. cum voluptate (*additur verbis praeter l. 41; per ellipsin p. 596, 12*): **1** *strictius:* **a** *vi obiectiva q. e. comiter, blande, grate sim.:* *α usu generali:* Ⓘ *spectat ad vim maxime sensibus percipiendam* (*primo loco in imagine*): Cic. Mur. 66 non ista quidem erunt meliora . . ., sed certe condīta -ius. Tusc. 3, 46 (*Epicur. p. 121, 8 Us.*) formas eas, quibus oculi -e moveantur. Lvcr. 2, 403 sensus -e tangere. Colvm. 7, 8, 2 nec dubium, quin fici ramulis glaciatus caseus -issime sapiat. Plin. nat. 20, 177 *heraclium Creticum* -e olet (31, 37 Avg. c. acad. 3, 11, 26 p. 66, 17). 21, 60 odore -e gravi (*Diosc. 3, 24, 1 εὐῶδες μετὰ ποσοῦ βάρους*). *in medicina:* Lvcr. 2, 31 non magnis opibus -e corpora curant ([*cf.* 5, 1394 -e corpora habebant]. Cels. 3, 4, 1 Asclepiades officium esse medici dicit, . . . ut -e curet). Cels. 3, 4, 18 (*contextu corrupto*). Plin. nat. 22, 58 -ius alvum molliri. 23, 26 -ius hoc idem praestat nigra vitis. 34, 177 *sandaraca* -e medetur. Garg. Mart. med. 15 *pepo* coctus ex aqua . . . -issime sumitur. *al.*

Ⓘⓘ *spectat ad ea, quae commode gesta hilaritatem efficiunt:* -e vivere: Cic. Cael. 13 cum tristibus severe, cum remissis -e . . . vivere. rep. 1, 1 in illa tranquillitate . . . -issime vivere. fin. 1, 42 summum esse bonum -e v. (*usu philos. ut*: 1, 57 clamat Epicurus . . . non posse -e vivi, nisi sapienter honeste iusteque vivatur, nec sapienter honeste iuste, nisi -e [*cf. Epicur. p. 64, 21 Us. ἡδέως*]. *et saepius in eodem opere.* Tusc. 3, 49. 5, 26 Sen. dial. 7, 7, 1. 7, 10, 1). fam. 13, 27, 4 ego cum tuo Servio -issime et coniunctissime vivo magnamque . . . voluptatem capio. Ambr. exc. Sat. 1, 34. Ven. Fort. carm. 7, 24[e], 2 vivere -e mensa benigna monet. CIL XIII 5111 -e vixit annis lxv. *alia:* Cic. Deiot. 19 cum in convivio comiter et -e fuisses (*cf.* Tusc. 5, 97 Darius in fuga cum aquam turbidam . . . bibisset, negavit umquam se bibisse -ius [Att. 13, 52, 1 *Caesar* et edit et bibit *ἁδεῶς* et -e. *antea*: fuit . . . periucunde]. Hor. sat. 1, 5, 70 prorsus -e cenam produximus illam. Sen. contr. 9, 2, 11 ut iste cum amica cenaret -ius. *aliter p. 596, 20*). fin. 1, 57 est . . . situm in nobis, ut . . . secunda -e ac suaviter meminerimus (Plin. epist. 7, 15, 3). Att. 5, 12, 1 ad Ceo -e *venimus.* 5, 21, 1 spero te istic -e hiemare et libenter requiescere. Epist. imp. Aug. Suet. Aug. 71, 3 quinquatrus satis -e egimus (*cf.* Ven. Fort. vita Sev. 6 cum dies sui anniversarii -issime coleretur). CE 1005, 5 (*aevi Claudii*) mea -e aetas florebat. Colvm. 1, 4, 8 ut et libentius rus veniat et degat in eo -ius *pater familiae.* Plin. epist. 4, 13, 4 ubi . . . -ius morarentur *liberi* quam in patria . . .? Avg. beat. vit. 11 p. 98, 14 *si rebus largis* contentus decenter -eque perfruatur. Ⓘⓘⓘ *spectat ad urbanitatem, humanitatem sim.:* Plin. epist. 9, 2, 1 facis -e, quod . . . plurimas epistulas meas . . . flagitas (*cf.* 9, 16, 2 *novos versiculos* tibi . . . -issime exigenti . . . mittemus. Avr. Fronto p. 28, 9 v. d. H. [= p. 34 N.] hexametros meos -issime petis). Max. Aug. epist. 16, 1 me . . . -issime salva caritate pulsasti. Boeth. arithm. praef. p. 3, 5 quod *munus* -ius benevolentia complecteretur.

β usu speciali et fere technico respicitur ars vel mos scribendi, dicendi sim.: Cic. de orat. 2, 327 mores adulescentis (*eqs.*) . . . pervarie -eque narrantur (Lael. 1 memoriter et -e). orat. 177 *concluse apteque dictum* cecidisse -e (215 sunt clausulae plures, quae numerose et -e cadant). Q. Cic. pet. 45 (*contextu corrupto*). Val. Max. 7, 2 ext. 11 (*sim.* Amm. 18, 3, 7) *Aristoteles Callisthenem monuit, ut cum Alexandro* quam -issime loqueretur, quo . . . sermone esset acceptior (*cf.* Porph. Hor. sat. 2, 6, 72 quod -e et molliter et saltaret et eloqueretur *Lepos mimus*). Qvint. inst. 6, 2, 19 proprie, -e, credibiliter dicere (Porph. Hor. carm. 2, 7, 13sq. Avson. 419, 68 p. 370 P. quis oratorum laeta -ius . . . aut dixit aut . . . cogitavit? Schol. Stat. Theb. 1, 121). 9, 3, 73 -e consonat vox (*cf.* Char. gramm. p. 137, 11 B. sonabat [Avg. ord. 2, 11, 34 p. 171, 30 quidquid -e sonat]). Svet. Tit. 3, 2 qui cantaret et psalleret -e scienterque. Gell. 2, 29, 2 *Aesopi fabula* lepide atque -e promonet (20, 9, 3 -e lepideque fictum). Avg. spec. 6 p. 48, 22 qui . . . inspexerit sola verba psalmorum, multo -ius et ob hoc utilius ex divinis afficietur eloquiis. *et passim, maxime ap. scholiastas* (*per ellipsin*: Porph. Hor. epod. 10, 3 'ut . . . verberes latus, Auster, memento . . .': -e, quasi vento praesenti praecipiat. 16, 32 Schol. Iuv. 14, 29).

b *vi subiectiva q. e. laete, cum gaudio* (*cf. p. 595, 48*): Amm. 25, 4, 3 legebat -e *Iulianus Bacchylidem.* 28, 1, 4 paulisper . . . -e auditus . . . indignatione damnatus est populi *Phrynichus* (Avg. serm. 37, 17, 26). Avg. catech. rud. 16, 12 verius atque -ius gaudere hominem de bona conscientia *eqs.* civ. 17, 20 p. 250, 32 D. haec voluptas allegoricis tegminibus involuta est, ut desideretur ardentius nudeturque -ius (c. mend. 10, 24 p. 501, 6 ut quasi subtracta desiderentur a. et inveniantur desiderata -ius). in psalm. 127, 10 l. 18 -ius manducabunt fructus laborum. Evstath. Basil. hex. 3, 2, 6 *labore quaesita* -e percipiuntur (*gr. περιχαρῶς*).

2 *latius fere i. q. salutariter vel apte sim.* (*aliter l. 9*): Orig. in Matth. ser. 137 p. 281, 20 -e . . . quis potest uti hoc textu adversus eos, qui *eqs.*

adv. **iūcunditer.** Gloss.[L] II Abav. el 15 elegenter (-ant-): facete, -r (ioc- *trad.*).

deriv.: iucunditas, *?*iucunditudo, iucundo(r), *?*iucundose.

compos.: in-, periucundus.

cf. Onom. *Lossau.*

***iūdaismus** (-ā- *?*, *cf. Schwyzer, Gr. Gr. I 265 sq.*), -ī *m.*, *ἰουδαϊσμός.* *scrib. etiam* -days-, -d(a)eis- (Ps. Avg. quaest. test. *l. c. in parte codd.*). *inde a* Tert., Itala.

i. q. ἰουδαϊσμός (*quae vox ubique respondet*): **1** *usu sollemni de conversatione sim. sec. religionem Iudaeorum* (*cf.* Filastr. 36, 5 [*ad act. 15, 5 sqq.*] -o, id est circumcisioni aliisque talibus superstitionis vanae . . . carnalibus): Tert. adv. Marc. 1, 20 p. 315, 25 (*ad Gal. 2, 11 sqq., cf. infra l. 84*) si . . . adversus -um aliquid in conversatione reprehendendum existimavit *Paulus,* passivum (*i. differentiarum non curantem*) scilicet ⟨vindicans⟩ convictum *eqs.* 3, 6 p. 385, 26 *Christum* Iudaeum, sed -i exorbitatorem et destructorem (5, 5 p. 584, 15 *de Paulo*). 4, 4 p. 429, 23 *evangelium Lucae* interpolatum a protectoribus -i. 4, 6 p. 433, 5 differentiam . . . inter -um et christianismum (5, 6 p. 591, 7 [*ad Is. 3, 1 sqq.*]. Favst. Aug. c. Faust. 13, 1 p. 377, 18). resurr. 50 p. 104, 18 sunt, qui carnem et sanguinem -um velint accipi propter circumcisionem (*cf.* Hier. hom. Orig. in Is. 3, 1 p. 253, 26 sapientiam Christi mei, . . . sapientiam -i veri, iuxta quod nos circumcidimur spiritaliter *eqs.* Ps. Avg. quaest. test. I 81, 1 circumcisio . . . signum -i est, non -us). Ps. Tert. haer. 1 p. 213, 4 -i haereticos *Dositheum, Saducaeos, Pharisaeos* (*cf.* Hier. c. Lucif. 23 *et p. 597, 2*). Itala II Macc. 2, 22 (rec. B, *cf.* M) qui pro -o . . . bellaverunt (*rec. L* pro ritu Iudaico, *sim. X; rec. P et Vulg.* pro Iudaeis). 8, 1 (recc. *omnes* = Vvlg.) qui permanserant in -o. 14, 38 (recc. LX) *Razias* iudicium -i intulerat *Iudaeis* (rec. P non permiscendi -i, *sim.* Vvlg.; *rec. B* [*cf. M*] quod . . . intulisset iudicium Iudaeis, ut minime commiscerent se extraneis). Gal. 1, 13 (cod. d *al.* = Vvlg.) conversationem meam . . . in -o. 1, 14 (*ibid.*) proficiebam in -o . . . aemulator existens paternārum mearum trāditionum. Filastr. 57, 2 -o . . . et paganitati parere . . . properantes *Carpocratiani* (*sim. iuxta ponitur* gentilitas: Hier. tract. in Marc. p. 353, 31 Conc.[S] I 2 p. 69, 36 Evseb. Emes. serm. 19, 39 p. 76, 13). Hier. in Eph. 2, 12 p. 471[D] Nathanael, cuius occultum -um dominus intuens ait (*Ioh. 1, 47*): 'ecce vere Israelites *eqs.*' Avg. epist. 149, 26 ne umbris -i seducantur. Ven. Fort. vita Germ. 62, 166 quidam Iudaeus . . . conversus est habens in -o Mammonam nomine coniugem. *al.*

2 *meton. de ipsis Iudaeis* (*aliter supra l. 64*): Ps. Avg. quaest. test. I 44, 11 qua . . . audacia dicunt Iudaei non nostra nos lege uti, sed sua (*affert exempla e vet. test.*) . . .? -us . . . proprias habet significationes: aut enim populus iste in Iacob significatur aut in Samaria aut in Hierusalem aut in Iuda aut in Israhel; de gentibus autem apertum est, quia aliter illos significat *eqs.*

***iūdaizo** (-dā- *?*, *v.* iudaismus), -āre, *ἰουδαΐζειν.* *scrib. etiam* -dayzo, -d(a)eizo (Itala Esth. *l. c. cod. V.* Avg. de mend. 5, 8 p. 424, 13. 15. 20 *codd. pauci*) *necnon* -daeidio (Comm. *l. c.*). *inde ab* Itala. [*falsa var. lect.* Itala Ioh. 4, 9 (cod. *δ*) -ans *pro* Iudaeus. *restituitur* Synod. Hil. coll. antiar. p. 67, 16 -antem (iuda artem *trad.*, *emendatur varie*).]

i. q. more Iudaeorum se gerere, ἰουδαΐζειν (*quae vox ubique respondet praeter* Rvfin. *p. 597, 16, ubi gr. οἱ Ἰουδαΐσται*): Itala Esth. 8, 17 p. 62, 4 Motzo (*cf.* p. 90, 36) multi gentilium circumcidebant se et -bant *eqs.* (*Vulg.* ut . . . eorum religioni et caerimoniis iungerentur. *cf.* Ambrosiast. in Gal. 1, 6 [*ad act. 15, 1*] quia, nisi circumciderentur . . . et -rent, salvi esse non possent. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 2, 18 [*gr. 454*] deprecantem et usque ad circumcisionem -are se promittentem). Gal. 2, 14 (cod. d *al.* = Vvlg.) tu *Cepha* Iudaeus cum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sis, gentiliter et non Iudaice vivis, quomodo gentes cogis -are? (*saepe allegatur ab ecclesiasticis*). FILASTR. 6, 2 hi *Pharisaei haeretici* -ant et evangelia non accipiunt (HIER. in Mal. 4, 5/6 p. 1578^{A} Iudaei et -antes h. adv. Rufin. 2, 33 Theodotionem h. et -antem [VVLG. Iob praef. p. 73, 2 Iudaeus Aquila et Symmachus ac Th. -antes h.]). AMBROSIAST. in Rom. 3, 29 (*ad act. 10, 24 sqq.*) Cornelium ... gentilem non -antem. in Gal. 2, 4/5 'falsi fratres' ... dicuntur, qui credentes -bant. HIER. in Is. 11, 6 sqq. p. 147^{B} Iudaei et nostri -antes (p. 152^{B} n., immo non n., -antes. 35, 3/4 p. 378^{A} in Ier. 2, 110, 4. 3, 18, 2. *al.* in Ezech. 38 p. 356^{A}. *al.*). 23, 18 p. 205^{B} Christiani -antes (in Ezech. 37 p. 353^{D} AVG. epist. 196, 16 CASSIAN. conl. 17, 20, 5 LEX Visig. 12, 2, 16). lib. 18 praef. p. 627^{B} quam *apocalypsim* si iuxta litteram accipimus, -andum est. adv. Iovin. 2, 7 p. 295^{B} pessimam -antis vulgi emendans consuetudinem *Valens* (*lege non tradita*) pro altilibus ... vitulos consumentis. vir. ill. 8 Philon ... videns Alexandriae primam ecclesiam adhuc -antem. RVFIN. Adamant. 2, 15 p. 89, 31 hoc (*sc. Matth. 5, 17 ordine mutato*) illi scripserunt, qui -bant (*v. p. 596, 78*). AVG. epist. 196, 7 (*de Pelagianis sim.*, qui se Israhelitas esse carnaliter gaudent) non quidem nomine, sed tamen errore -ant. *al.* COMM. instr. 1, 37 tit. qui -ant fanatici (*cf. ibid. 1* medius Iudaeus, medius vis esse profanus). CONC.^{S} II 3, 1 p. 187, 24 -ant perscrutantes salvatorem omnium Christum. OP. imperf. in Matth. 49 p. 919 contra Iudaeos et omnes, qui denegantes filium dei crucifixum in corpore -ant. Ps. VIGIL. THAPS. trin. 8, 4 rec. II si ... unam personam trinitatis dicimus, -amus (Iudaei nomen portabimus *rec. I*), quia Iudaei unam personam dicunt *eqs.* *al.*

cf. iudaismus. *B.*

***iūdex,** -icis *m.* (*f. l. 43*). *ex* *ious-dic-s, *cf.* ius dicere. *de orig.*: VARRO ling. 6, 61 hinc -x, quod iudicat accepta potestate, id est quibusdam verbis dicendo finit. RVFIN. Orig. in Rom. 3, 1 p. 923^{C} a iustitia ... et -x et iudicium nominatur (*cf.* CASSIOD. var. 3, 27, 2). ISID. orig. 9, 4, 14 -es dicti quasi ius dicentes populo, sive quod iure disceptent (*sim.* 18, 15, 6). *cf. p. 598, 68.* *de scriptura*: iūd-: ELOG. CIL I^{2} p. 199 n. 29 CIL IX 4169, 7. PAP. Corp. 236 (*s. I*) I 11. II 4. ioud:- LEX Bant. (CIL I^{2} 582) 15. LEX repetund. (CIL I^{2} 583) *passim* (*iuxta* iud-). CIL I^{2} 2106, 1. -exs: CIL XIV 2630, 7. -ix: IORD. Rom. 40. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357^{A} *ἰούδιξ· ὁ κριτὴς γάρ.* *de formis: dat. sg.* -ei: LEX repetund. (*l. c.*) 60. *de gen. pl.* -ium (*v. Neue-Wagener I^{3} 419*) *ne ap. recentissimos quidem auctores constat, vix recte imprimitur* HIL. in Matth. 4, 17 p. 937^{C} HIER. in Hab. 1, 3/4 p. 1277^{A}. *de notis*: i: LEX Rubr. (CIL I^{2} 592) I 22 i(udex) e(sto) (32 PROB. litt. sing. gramm. IV 275, 13). 27. 37 PROB. *l. c.* 274, 4. iud: CIL II 6094, 9 VI 1480/1481, 6. 31395, 7 *et saepe in codicibus.* iudic(i): CIL IX 3306, 5. NOT. Tir. 21, 25 (*?*). 26. *fem. p. 600, 66. 602, 51. 603, 4. 16. cf.* -x femina *p. 601, 2; ceterum animantia vel res feminini generis* -es *dicuntur p. 601, 4. 77. 84. 602, 17. 47. 49 sqq. et passim sub II A 2 et B, ubi etiam neutra occurrunt. potius per appositionem quam pro adi. ponitur p. 601, 42. 603, 9. 19. al.* *de notione et differentiis*: CIC. Mur. 27 utrum ... '-em' an 'arbitrum' ... dici oporteret (SEN. benef. 3, 7, 5 illum *-em* formula includit et certos, quos non excedat, terminos ponit, huius *a.* libera ... religio *eqs.* ISID. diff. 1, 33 a. ex voluntate fit, -x ex lege [*cf.* DIFF. ed. Beck p. 39, 98]. *v. et l. 69 sqq.*). SCHOL. Cic. Gron. B p. 327, 7 recuperatores dicuntur -es, qui ad unam causam dantur; -es, qui ad iudicium utriusque causae (*item* GLOSS. V 659, 26 sq.). MART. CAP. 5, 447 qui secundum aequitatem aliquid statuit. LEX Sal. Merov. 100, 1 -i, hoc est comite aut grafione. SYNON. Cic. p. 413, 12 arbiter. -x. medius *eqs.* GLOSS. *δικαστής. ἄρχων. κριτής* (*cf. supra l. 36*). -es: censores. *legitur inde a* LEGE XII tab., PLAVTO. [*val.* jude, *it.* giudice, *sard. vet.* yudike, *sard. centr.* dzuige, *raet. occ.* dźüdiš, yüdaš, *raet. or.* dzudis, *francog.* juge, *cat.* jutge, *hisp.* juez, *port.* juiz. *G.*] [*confunditur in codd. maxime c.* index (*v. vol. VII 1, 1140, 24*), vindex (PROP. 4, 6, 41 Ov. met. 1, 93 fast. 6, 648. *al.*); *cf. l. 66. p. 603, 26.*]

i. qui iudicat (*in graecis respondent κριτής, δικαστής, nisi alia adnotantur*): **I *strictius,*** *sc. usu forensi* (*ad rem cf. praeter alios Steinwenter-Kleinfeller, RE IX 2464 sqq. Suppl. V 350 sqq.; Broggini, -x arbiterve, 1957; id., Vindex und -x, ZSavSt. 76, 1959, 113 sqq.; Kaser, Röm. Zivilprozeßrecht 41 sqq. 138 sqq. al.*): **A** *generatim*: **1** *exempla paucissima vocibus affinibus notabilia*: LEX XII tab. 2, 2 quid horum fuit unum (*sc. morbus sonticus aut status dies cum hoste*) -i arbitrove reove, eo dies diffissus esto (*plura v. p. 598, 9. 73. 599, 14. 22. al., cf. distinctionem supra l. 48*). RHET. Her. 2, 13, 19 ut aliud alio -i aut praetori aut consuli ... placitum sit (*cf. p. 598, 3. 599, 78*). CIC. S. Rosc. 85 *L. Cassium* quaesitorem ac -em fugiebant (*cf. p. 598, 38*). Cluent. 146 legum ministri magistratus, legum interpretes -es, legum ... omnes servi sumus. HOR. sat. 2, 7, 54 tu cum proiectis insignibus, anulo equestri Romanoque habitu, prodis ex -e Dama *i. ex equite servus* (*cf. p. 599, 7 et* PLIN. nat. 33, 30 divo Augusto decurias ordinante maior pars -um in ferreo anulo fuit iique non equites, sed -es vocabantur *eqs.* 33, 33. 33, 34 -um ... appellatione separare eum ordinem *equitum* primi omnium instituere Gracchi. *ad rem v. etiam vol. V 2, 714, 75 sqq.* [eques] *et Henderson, JRS 53, 1963, 61 sqq.*). *opp.* censor *p. 599, 41*, recuperator *ex. gr. p. 599, 27. 49* (*cf. supra l. 52*).

2 *iuncturae notabiliores* (*in imagine p. 598, 11. 45. 599, 23. al.*): **a** *nominales*: ***α*** *c. gen.*: Ⓘ *obi.*: LEX repetund. (CIL I^{2} 583) 27 -es unius rei (CIC. Verr. II 2, 32 *v. p. 599, 6.* 2, 71 r. privatae [LIV. 3, 72, 5]. LIV. 3, 33, 10 QVINT. inst. 4, 1, 18. 7, 3, 33 r. capitalis. *et saepius. cf. p. 602, 1. 23. al.*). LEX Corn. (Coll. Mos. 1, 3, 1) praetor -xve quaestionis (CIC. Verr. II 1, 158 Cluent. 74. *al.* ELOG. CIL I^{2} p. 199 n. 29. p. 200 n. 33 veneficIs. CIL I^{2} 814, 4 rerum capitalium. MARCIAN. dig. 48, 8, 1, 1 MACER dig. 49, 8, 1 pr. *al. cf. Mommsen, Staatsr. III 586. Pfaff, RE IX 2474*). CIC. Verr. II 4, 70 -x huius criminis (LIV. 3, 56, 4 COD. Iust. 4, 21, 21, 1). leg. agr. 2, 43 urbis copiosissimae pulcherrimorumque agrorum -x, arbiter, dominus. fin. 2, 36 privatarum litium (FIRM. math. 4, 14, 6). *al.* CVRT. 6, 10, 3 causae meae (PLIN. nat. praef. 10 *in imagine. al.*). CIL II 2203, 6 sacrarum cognitionum (III 14195^{28}, 7 VI 31395, 7. 31401, 5 X 1700, 10). *et saepius, maxime in* DIG.; *cf. p. 599, 81. 83. 602, 22. al.* Ⓘⓘ *partit.*: COD. Theod. 14, 1, 3 (= Iust. 11, 14, 1) decuriae -em (CIL II 4211, 5. 4275, 8. 6095, 7 V 7022, 4). *cf. p. 600, 50.*

β *c. dat.*: VLP. dig. 10, 3, 3, 1 familiae erciscundae et communi dividundo -x (*item* PAVL. dig. 10, 3, 19, 3; f. e. *etiam* POMPON. dig. 10, 2, 42 VLP. dig. 2, 10, 18, 2. *al. cf. p. 614, 16*).

γ *c. adi., subst.* (*infra l. 38 et fort.* LIV. 3, 55, 7 -bus decemviris, *v. vol. V 1, 129, 34*): CIC. Verr. II 3, 138 idoneum (Sull. 50 SEN. benef. 3, 8, 1). 5, 19 iuratorum (Cluent. 122 leg. agr. 1, 12 Rab. perd. 7 ac. 2, 146 QVINT. decl. 388 p. 439, 21). Cluent. 87 sequestre. Mur. 47 editicios (*v. vol. V 2, 78, 71 sqq.*). Phil. 1, 20 manipularis. orat. 72 unum (opt. gen. 10 QVINT. inst. 3, 10, 1 TAC. ann. 3, 10, 2 GAIVS inst. 4, 104. *al.*). Att. 6, 1, 15 peregrinis (*v. Larsen, ClPh. 43, 1948, 187 sqq.*). LIV. 3, 33, 10 legitimus (LAVS Pis. 29 COD. Iust. 2, 11, 1. *cf.* GLOSS. II 594, 67 tabularius: -x legalis). LAVS Pis. 42 centeno (STAT. silv. 4, 4, 43 [*cf.* 4, 9, 16 centum prope -es]). PLIN. nat. praef. 10 summum (*cf. p. 600, 30*). QVINT. inst. 5, 10, 115 privatum (TAC. ann. 14, 28, 1 SVET. Claud. 14 FRONTO p. 11, 3 v. d. H. = p. 14 N. *al. cf.* GLOSS.^{L} II Abav. IV 7 -x p.: arbiter). SVET. Aug. 32, 3 ducenariorum (*cf.* -x CCCC *i. quadringenarius* CIL IX 2600, 16 X 5197, 7). CALL. dig. 4, 8, 41 compromissarium (*v. vol. III 2167, 24 sqq.*). VLP. dig. 1, 14, 4 specialem (1, 18, 5 COD. Iust. 3, 1, 18). PAVL. sent. 5, 16, 2 tutelaris. VEG. mil. 2, 9 proprius (2, 11 COD. Theod. 11, 36, 17 = Iust. 7, 65, 3. *al.*). CASSIOD. compl. in act. 19, 33 p. 1398^{B} publicis ([placis *cod.*, *corr. Stangl, Cassiodoriana 67*]. COD. Iust. 1, 11, 7, 1 *a. 451. cf. p. 601, 28*). CIL VI 1480/1481, 6 q(uaesitor *?*) iud(ex) (IX 3306, 5 quaesit. iudic. *cf. l. 4. p. 597, 73*). *ceterum v. infra l. 74* (-x datus) *et sub B.*

δ *c. praepos.*: CIL II 2079, 2 -x de quinque decuriis (*cf.* 4617, 7 ex q. d. [IX 4169, 7]). *v. etiam p. 600, 42 sq.*

b *verbales*: ***α*** *nom.*: Ⓘ -em esse: CIC. Verr. II 2, 31 (*formula*) L. Octavius -x esto. LEX Rubr. *p. 597, 40.* GAIVS inst. 4, 34. *al.* *c. praepos.*: LEX repetund. (CIL I^{2} 583) 11 ⟨qu⟩ei ... -x in eam rem erit (26. 36 CIC. Rab. Post. 12. fam. 2, 1, 1 [*in imag.*] si iniquus es in me -x. CALP. decl. 24 p. 22, 15. *cf. p. 602, 19. al.*). CIC. Verr. II 3, 218 cum -es sitis de pecunia capta conciliata (Cluent. 120. *al.*). fam. 9, 10, 1 me inter Niciam nostrum et Vidium -em esse. GELL. 1, 3, 4 super amici capite -x ... fui. *cf. p. 602, 65.* Ⓘⓘ *alia*: CIC. Cluent. 75 quidnam sententiae ferrent ... -es (CAES. civ. 3, 1, 4 sententiam [SEN. contr. exc. 6, 5, 2 SEN. dial. 3, 14, 2. *al. cf. infra l. 67*]. SEN. contr. 7, 8, 7 tabellam). 105 sedissentne -es in C. Fabricium (Mur. 69 Rab. Post. 9 de orat. 2, 245 Ov. Pont. 3, 5, 24 VAL. MAX. 6, 2, 5. *et saepius, cf. p. 600, 64. 601, 70. 76 al. necnon infra l. 71. 83.* CIC. Planc. 40 consessum ... -um [Phil. 5, 12 PLIN. epist. 2, 19, 2]). 116 ut ... eos ... -es absolvant (de orat. 1, 231 damnarent an absolverent [SEN. contr. 1, 5, 3. *al.*]. SEN. clem. 1, 6, 1. *et saepe*). Rab. perd. 7 quid ... -es iudicarint (Pis. 94 Marcell. 29 PVBLIL. T 7 SEN. dial. 5, 33, 2. *al.*). Planc. 14 quare victus sis, non debere -em quaerere (SVLP. RVF. Gell. 4, 4, 2 QVINT. inst. 9, 2, 71. *al.*). off. 3, 66 -x ita pronuntiavit (PLIN. nat. 14, 90 QVINT. inst. 3, 6, 73. *al.*). PVBLIL. S 31 se damnat -x, innocentem qui opprimit (VAL. MAX. 8, 5, 6. *et saepe. cf. l. 56 et* SVET. Iul. 12 condemnavit [GAIVS inst. 3, 224. *al.*]). CAES. civ. 3, 1, 4 aliis audientibus -bus (VELL. 2, 129, 2 SEN. apocol. 12, 3 v. 42 QVINT. inst. 4, 1, 9. *al.*). SVLP. RVF. Gell. 4, 4, 2 -es cognoscebant (VLP. dig. 13, 4, 4, 1. 25, 3, 5 pr. 26, 7, 7 TERT. apol. 4, 12. *al.*). QVINT. decl. 257 p. 49, 28 ut sententiam -es dicere velimus (271 p. 110, 11 SERV. auct. Aen. 2, 424. *cf. l. 50 et* Cod. Iust. 6, 47, 2, 1 [*a. 212*] -x, qui ... ius dicit). VLP. dig. 5, 1, 1 -is, qui tribunali praeest vel aliam iurisdictionem habet (COD. Iust. 9, 22, 23, 2 [*a. 376*] -x, qui praeerit quaestioni. *cf.* 4, 1, 12, 2^{b} -x appellationi praesidens [*al.*]). *al.*

β *acc.*: Ⓘ *dare, constituere sim.*: LEX XII tab. 9, 3 -em arbitrumve iure datum (PLAVT. Merc. 752 quos inter -x datu's? CIC. Tull. 41. *et saepe, sollemniter* -x datus VLP. dig. 5, 1, 18 pr. PAVL. dig. 5, 1, 46 MOD. dig. 42, 1, 28. *cf.* datio *vol. V 1, 40, 10 sqq. et* CIC. dom. 85 subdidit [PAVL. FEST. p. 342 subditus -x dicitur, qui loco mortui datur]. Planc. 41 editos [42]). SISENNA hist. 117 uti lex perveniret ad quaestorem ac -es, quos vellent, instituerent (*cf.* CIC. dom. 33 qui de quaque re constituti -es sint [Planc. 41 ab accusatore. Phil. 5, 12. *al.*]. ITALA II par. 19, 5 [Complut., *cf.* VVLG.] statuit [*item p. 602, 41*]). RHET. Her. 1, 12, 22 -es mutandos (MACER dig. 48, 11, 7 pr. Ps. AVR. VICT. epit. 46, 3. *cf. p. 602, 40*). CIC. Verr. II 1, 19 quo ... die primum, -es, citati in hunc reum consedistis (2, 41 Phil. 5, 14 SEN. contr. exc. 6, 5 tit. PLIN. epist. 10, 58, 1). 2, 32 ut de eo praetor -es ...

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sortiatur (2, 39. 42. 44. ad Q. fr. 2, 1, 2 [*ibid.* sortitione *ut* Ascon. Mil. p. 36, 6. 32 Svet. Aug. 29, 1]. Plin. nat. praef. 8 [*in imag.*] sortiatur aliquis -em an eligat. *al. cf.* Cic. Cluent. 96 subsortitus [Serv. georg. 3, 71 subsortiri dicuntur -es, qui occupatorum funguntur officio. *v. etiam* subsortitione ... -um Cic. Verr. II 1, 157]. Svet. Iul. 12 sorte ... ductus [Apvl. apol. 15]). *ibid.* ceterarum rerum selecti -es ... proponi solent (2, 34. Hor. sat. 1, 4, 123 [Porph.: -es equites Romanos dixit]. Ov. am. i, 10, 38 trist. 2, 132 CIL III 726, 4. *al. ad rem v. Staveley, RhM. 96, 1953, 201 sqq. cf.* Cic. Verr. II 5, 173 delegerim [rep. 1, 47 iudicii delectorum -um. *al.*]. Cluent. 120 legi [Mil. 21. *al.*]. Sen. dial. 4, 7, 3 eligitur [Plin. *l. 3. al.*]. Svet. Aug. 32, 3 adlegit. *adde* Cic. Phil. 5, 13 dilectus ... et notatio -um). 2, 34 propositi ex negotiatoribus -es nulli (*cf. l. 6*). Lex Rubr. (?) frg. Atest. (CIL I² 600) 7 quo minus ... -x arbiterve addicatur, detur (Val. Max. 7, 2, 4 -x addictus [additus *C*, aditus *Cuiacius*] de sponsione. Papin. dig. 5, 1, 39 pr. *cf.* addictio *vol. I 578, 5*). Val. Max. 8, 2, 2 adductus (addictus *Vorstius*). Cod. Iust. 3, 1, 5 (*a. 238*) a -e -x delegatus (*cf. p. 600, 42*). *al.* Ⓘ *capere, habere sim.*: Plavt. Merc. 736 de istac sum -x captus (Most. 557 Gaivs inst. 4, 17ᵇ. *al. cf.* Plin. epist. 6, 29, 10 acceptis [Gaivs inst. 4, 15. *al.*]). Rud. 1380 (*cf.* 712) cedo quicum habeam -em (Cic. Verr. I 29 *Caesonium* -em ex kalendis Ianuariis non habebimus. II 2, 44. *al.*). Cic. Quinct. 32 te -em ... sumpsit (Q. Rosc. 12 arbitrum et -em. 42 Flacc. 50 ad Brut. 1, 6 [9, 15 Sj.], 4. Ov. Ib. 263 est -x de lite iocosa sumptus *Tiresias* [*met. 3, 332* arbiter]. Val. Max. 8, 2, 3 inter eos. *al.*). Q. Rosc. 45 quem -em probarit (Verr. II 5, 173). *al.* Ⓘ *ferre, postulare sim.*: Cic. Q. Rosc. 45 quem ego si ferrem -em (de orat. 2, 263. 285 Liv. 3, 24, 5. *al.*). Verr. II 2, 44 postularat (3, 135 reciperatores aut -em. *al. cf.* postulatio Gaivs inst. 4, 12. 20). 2, 174 quos *equites* ... nunc populus -es poscit (*cf.* Val. Max. 3, 7, 7 deposceret). Cluent. 83 requirebant (*cf.* Phil. 5, 15 quaesiti [Varro rust. 1, 15, 1]). Liv. 3, 56, 4 dices. Svet. Dom. 8, 2 petendi (*al.*). Cypr. testim. 3, 44 tit. experiri. Sort. Sangall. 130 (51), 7 adi (*al.*). Ⓘ *alia*: Cic. Verr. I 16 dum -es reiecti sunt ([*ibid.* reiectio *ut* 10 Planc. 36 Ascon. tog. candid. p. 68, 4]. 41. II 1, 4. *al.* Qvint. decl. 249 p. 21, 24). Sen. contr. 2, 4, 6 nullum genus -um recuso (Tac. dial. 5, 1 *in imagine*. Cod. Iust. 3, 1, 16. *al.*).

γ *c. praepos.*: Ⓘ *indicatur, ubi vel quo*: apud: Plavt. Most. 1099 tanto a. -em hunc argenti condemnabo facilius. Pseud. 645 res agitur (Cic. Arch. 3 de orat. 2, 199 Liv. 42, 41, 1 Sen. contr. 7, 8, 8. *al.*). Rud. 18 res falsas qui impetrant a. -em. Rhet. Her. 2, 3, 5 non se de moribus eius apud censores, sed de criminibus adversariorum a. -es dicere (Cic. Quinct. 43 causam [Qvint. decl. 331 p. 306, 15 Svet. Iul. 30, 3 Gell. 15, 28, 3]. Planc. 43 de orat. 2, 262 orat. 72 Qvint. inst. 4, 1, 3. *al.*). Cic. inv. 2, 81 qui eum ... a. -es accusent (Avg. civ. 8, 19 p. 349, 10 D.). 2, 110 a. -es de praemio ... accusatorum quaeritur (Qvint. inst. 4, 2, 2. *cf.* Tac. ann. 3, 12, 7 anquiritur. Gaivs dig. 29, 3, 1, 1 exquiri veritas ... potest). ad (*dub.* Plavt. Men. 587): Plavt. Most. 1101 ire ad -em (Liv. 3, 57, 5. 3, 72, 7 Gaivs inst. 4, 122. 4, 141 ad -em recuperatoresve). Ter. Phorm. 129 ad -es veniemus (282. Cic. Quinct. 32 spes ... ad talem ... virum -em veniendi. *al.* Qvint. inst. 3, 4, 7 decl. 300 p. 184, 18 Gaivs inst. 4, 15. *et saepius*). Scip. min. or. frg. Isid. orig. 2, 21, 4 facta sponsione ad -em adduxi *illum* (*cf.* Sen. benef. 3, 8, 1 deduceretur. Qvint. decl. 300 p. 184, 10 perduxeras [319 p. 253, 22. 340 p. 343, 25]. Avg. civ. 2, 20 p. 78, 18 D. ducatur). Sen. contr. 2, 3, 5 vocat (Sen. benef. 3, 7, 1 Qvint. inst. 2, 4, 33 decl. 328 p. 291, 14. *cf.* 377 p. 420, 9 revocantur. Apvl. flor. 18 p. 88 provocavit). Sen. benef. 2, 8, 2 missus (*cf. p. 602, 73*). *al.*; *ludum* ad -es *describit* Spart. Sept. Sev. 1, 4. coram: Lex repetund. (CIL I² 583) 42 Svet. Aug. 56, 4. sub *c. abl.*: Hor. ars 78 (*in imag.*) adhuc s. -e lis est. Ov. met. 13, 190 s. iniquo -e. Pers. 5, 80 Ivv. 7, 13. Tac. ann. 3, 36, 3 quam fraudis s. -e damnavisset. *et saepius, cf. l. 81. p. 601, 72. 602, 74. 78.* penes: Apvl. flor. 18 p. 87. 88. 89. ante: Avg. civ. 20, 24 p. 469, 25 D. Ⓘ *alia*: per: Cic. Q. Rosc. 10 *pecunia* petitur p. -em (Qvint. decl. 289 p. 157, 18). 25 hunc p. -em condemnabis (*cf.* Spart. Hadr. 18, 7 damnari). Plin. epist. 7, 7, 2 Hier. epist. 1, 9, 2. *al.* citra: Sen. benef. 3, 7, 2 quod debebat, c. -em solvit. ab: Gaivs dig. 2, 8, 9 ab -bus appellare (Papir. dig. 49, 1, 21, 1). in: Pavl. dig. 4, 4, 34, 1 minores si in -em compromiserunt.

B *de officiis specialibus* (*vi iudicandi attenuata p. 600, 53 sqq.; de defensore p. 601, 35; resp. gr. ἄρχων p. 600, 10. 33. 36. 48. 51. 601, 13* [*cf. p. 597, 57*], *καθολικός p. 600, 36, ἡγούμενος p. 601, 18*):

2 *de subtilitate et elegantia artificum* (*huc transeunt l. 12. p. 615, 80. al.*): **a** *apud rhetores* (*inde in philosophia l. 37*): Lvcil. 386 horum est -um ..., hoc est, quid sumam, quid non *in verbis sive materia eligenda* (*v. Marx ad l.*). Rhet. Her. 3, 9, 17 *dispositio* oratoris -o ad tempus adcommodatur. Cic. de orat. 1, 142 inventa ... etiam momento quodam atque -o dispensare atque componere (*similiter connectitur cum inventione*: orat. 48 -um adhibebit nec inveniet solum, quid dicat, sed etiam expendet. Qvint. inst. 3, 3, 5 ut inventioni -um subnecterent. 3, 3, 6. 6, 5, 1. 3. 12, 10, 79. *cf.* Boeth. in Porph. comm. sec. 1, 3 p. 142, 23 est ... finis logicae inventio -umque rationum). orat. 49. 162 rerum verborumque -um in prudentia est, vocum ... et numerorum aures sunt iudices (*cf.* Ov. Pont. 1, 5, 20 sub -um singula verba vocem. Qvint. inst. 10, 1, 6). Tac. dial. 22, 1 oratores praecurri' *Cicero* ... -o. 25, 4. Plin. epist. 7, 9, 3 intellegentia ... et -um adquiritur. Gell. 13, 21, 10 'tres' et 'tris' posuit *Vergilius* eodem in loco (*Aen. 10, 350 sq.*) ea -i subtilitate, ut *eqs. al.* **b** *apud varios* (*pro gr. κριτήριον l. 48 sqq. 65, cf. p. 612, 82*): Cic. leg. 1, 36 qui in disputando non tuum -um sequare, sed auctoritati aliorum pareas (*cf.* ac. 2, 114 disputandi et intellegendi -um ... et artificium). fin. 1, 22 *sensibus errantibus* sublatum esse omne -um veri ac falsi putat *Epicurus*. 1, 64 cognitionis regula et -o ab ... illa *doctrina Epicuri* constituto veri a falso distinctio traditur (nat. deor. 1, 43 ex ... Epicuri de r. et -o volumine. Sen. epist. 89, 11 quem locum de -o et r. nominant. *cf. Diog. Laert. 7, 41* [= *42*] *τὸ περὶ κανόνων καὶ κριτηρίων. 10, 27 περὶ κριτηρίου ἢ κανών*). ac. 2, 141 quoniam vera a falsis nullo visi discrimine separantur, praesertim cum -a ista dialecticorum nulla sint. 2, 142 aliud -um Pythagorae est, qui putet *eqs.*; ... omne -um veritatis ... mentis esse voluit *Plato*. nat. deor. 1, 42 non philosophorum -a, sed delirantium somnia. off. 3, 11. Lvcr. 4, 519 ut ... ruant ... prodita -is fallacibus omnia *aedificia* primis (*i. mensuris. cf.* Vitr. 2, 1, 7 *domos* e vagantibus -is et incertis ad certas symmetriarum perduxerunt rationes). Hor. ars 386 tu nihil invita dices faciesve Minerva, id tibi -um est, ea mens. Ov. trist. 2, 316 paenitet ingenii -ique mei (Qvint. inst. 2, 4, 14. *cf. l. 23*). Qvint. inst. 1, 5, 72 ne 'balare' quidem ... diceremus, nisi -o vetustatis niterentur. 10, 1, 27. Firm. math. 4, 10, 8 Luna ... plena ... facit criticos, idest bono -o. Cael. Avr. acut. 2, 37, 191 Sorani nos -um servantes (*antea*: sententiam). Orig. in Matth. 15, 14 p. 388, 11 inconsonantia ... coaptare potuimus, utentes -o ceterarum editionum (*gr. κριτηρίῳ χρησάμενοι ταῖς ... ἐκδόσεσιν*). p. 388, 16 facientes -um ex editionibus reliquis convenientia servavimus (*gr. κρίσιν*). *al.*

3 *peculiariter in arte medicinali*: Cael. Avr. acut. 1, 17, 181 *Heraclides* videtur -um sui operis medicamini dimisisse, ut tamquam sentiens animal operetur, separando a naturalibus aliena (*cf.* chron. 5, 2, 45 *quidam medici* indocte descensum ab aliis in alias species *medicinarum* faciendum iubent, donec, ut aestimant, -a ['*fort.* utilia *vel sim.*' *Drabkin vix recte*] reperiantur). chron. 4, 8, 113 Glaucus ... scripsit reiectos ... lumbricos initio significare indigestionum frequentiam, ultimo vero aegritudinis properare -um, quod crisin appellant (*incautius Löfstedt, Late Latin 92; cf. acut. 2, 19, 120* passionis atque naturae conflictus sustinere, quos Graeci crises appellant).

C *in certis quibusdam locutionibus*: **1** *auctore -i indicato*: **a** *abl.*: Rhet. Her. 3, 9, 17 *v. supra l. 31.* Cic. inv. 1, 40 et multitudinis et suo -o dignus, qui rem publicam gereret (Liv. 39, 5, 3 s. quemque -o et homines odisse aut diligere debere. *al. cf.* Rvfin. Adamant. 2, 6 nihil proprio -o agit [*gr. κατ' ἰδίαν διάθεσιν*]). Verr. I 10 vitam ... iam pridem omnium voluntate -oque damnatam (dom. 108 qui non o. -o sceleratissimus haberetur. *al.*). Phil. 11, 7 magna laus

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

meoque -o omnium maxima. Tim. 17 eius -o praestabat dissimilitudini similitudo (*gr. νομίσας*). Verg. ecl. 5, 18 -o nostro . . . tibi cedit Amyntas. Hor. sat. 1, 6, 98 demens -o volgi, sanus . . . tuo. Ov. epist. 3, 104 semper -is ossa verenda meis (*plur. non nisi apud* Ov. *invenimus, ut*: ars 2, 416 Pont. 3, 5, 52. 4, 3, 16 [*sing.* 2, 4, 2]). *al.* **b** *c. praepos.*: Cic. fam. 15, 6, 1 ad meum sensum et ad illud sincerum ac suptile -um nihil potest esse laudabilius (Caecin. Cic. fam. 6, 7, 4 Lampr. Alex. 46, 5). Qvint. decl. 270 p. 102, 12 secundum meum quidem -um idem praestare declamatio debet. Plin. epist. 5, 3, 10 intelleget me quaedam . . . praeterisse, fortasse etiam ex suo -o, quamvis ipse nihil dixerit mihi.

2 *nude (adverbialiter)*: **a** *abl.*: Cic. de orat. 2, 10 sive -o . . . sive . . . pudore . . . refugisti (orat. 235 non desperatione . . ., sed -o. *cf.* Nep. Att. 15, 3 non inertia, sed -o fugisse rei publicae procurationem). 3, 110 nunc . . . inopia reticere intelleguntur, tum -o viderentur. off. 1, 49 quae *beneficia* -o, considerate constanterque delata sunt (*cf.* Sen. contr. 1, 6, 9 beneficium esse, quod -o detur, non furore). Caes. Gall. 6, 31, 1 Ambiorix copias suas -one non conduxerit . . . an tempore exclusus. Sen. contr. 2, 1, 25 ut in insaniam non casu incideret, sed -o perveniret. dial. 4, 1, 1 quaerimus . . ., ira utrum -o an impetu incipiat. 11, 7, 3 non -o elegerunt locum, sed lassitudine primum occupaverunt. Qvint. inst. 8, 3, 3 illos credo . . . nec sponte -oque plausisse, sed velut mente captos. Tac. dial. 19, 1 non infirmitate ingenii . . . transtulisse se ad illud dicendi genus . . ., sed -o et intellectu. Plin. epist. 4, 15, 1 hoc certe -o facio, quod . . . Rufum singulariter amo. Rvfin. Orig. in num. 11, 4 p. 85, 21 omnia . . . apud deum ratione et -o fiunt. *al.*

b *c. praepos.*: Qvint. inst. 10, 1, 116 multa, si cum -o legatur, dabit imitatione digna Cassius Severus (10, 2, 3 caute et c. -o. Iren. 3, 25, 2 [= 3, 40, 1 H.]. Porph. Hor. epist. 2, 2, 108. *al.*). Paneg. 2, 15, 3 cum duplex fuerit iste dilectus, unus ex -o, alter ex fato (Cassiod. var. 3, 51, 13). Avg. enchir. 25, 98 cum facit *deus*, per misericordiam facit, cum autem non facit, per -um non facit (Ennod. epist. 3, 22, 2 p. 88, 6 quamvis plura per affectum debeam, maiora . . . solvo p. -um).

deriv.: iudicialis, iudiciarius, iudiciolum.

compos.: praeiudicium.

***iūdico,** -āvī, -ātum, -āre *et* -or, -ārī (*p. 622, 43 sqq.*). *a* iudex. *de origine*: Varro ling. 6, 61 'dico' . . ., hinc Ennius (*frg. inc. 39*) 'dico qui hunc dicare'; hinc (*sc. a* dicere) -are, quod tunc ius dicatur; hinc iudex, quod -at accepta potestate, id est quibusdam verbis dicendo finit. *de scriptura*: ioud-: Lex luci Lucer. (CIL I² 401) 5 Lex Bant. (CIL I² 582) 10. 20 Lex repetund. (CIL I² 583) 72. 75 ⟨io⟩ud-. 82 (iud- *saepius*). Lex agr. (CIL I² 585) 39. 44 (iud- *saepius*). CIL I² 2516 (*ter*). *al.* iod-: Tab. devot. Audollent 251 b 14 (*ibid.* iudices). iúd-: CIL V 4359 VI 31684 IX 3306, 7 XII 3167, 9 CE 1031, 3. -dik(andis): CIL I² 15. -dec-: Plavt. Curc. 704 *B*. Greg. Tvr. Franc. 4, 9 p. 141, 6. *notatur*: i *in formulis*: IIIvir a(gris) i(udicandis) a(ssignandis) CIL I² 639. 640. 642. 643. 644. *sim. ibid.* 719, 9 VI 3826. v(ice) s(acra) i(udicans) Inscr. RevA. IV 12, 1908 p. 348. iud: *in formula* XVir agr(is) dand(is) adtr(ibuendis) iud(icandis) Elog. CIL I² p. 198 n. 27, 4. iudic: Lex Vrson. (CIL I² 594) 95, 4 iudic(etur). CIL I² 2516 iudic(avit) *ter. v. etiam l. 43.* *de formis: perf. stirpis brev. et long.* (*cf.* Cic. orat. 157 quid quod sic loqui 'nosse, -asse' vetant *analogiae sectatores*, 'novisse' iubent et '-visse', quasi vero nesciamus in hoc genere et plenum verbum recte dici et imminutum usitate): *omnino formae breves frequentiores sunt; exstant e. g. ap.* Cic. -asse 14^{ies} (-visse *quater nec invenimus hoc ap. posteriores, ubi* -asse *hic illic occurrit*), -arit 17^{ies} (-verit *bis*), -arint 6^{ies} (-verint *numquam*; Phil. 13, 36 [*bis*] Antoni *verba sunt*), -assent 7^{ies} (-vissent *semel*); *contra* -astis 6^{ies} (-vistis 8^{ies}), -arunt 8^{ies} (-verunt 17^{ies}). *ap.* Caes. *breves sunt tres* (*quarum duo in epist.* Cic. Att. 10, 8 b, 1, *una* Gall. 1, 30, 3), *longiores quattuor* (Gall., civ.). *coni.* -assit: Cic. leg. 3, 6 (*in lege*). Lex colleg. aq. (CIL VI 10298) 20. 23. *? III. pers. sg.* -fid CE 1031, 3 ('*quod male opinati sunt pro* -vit *inlatum esse sive vitio mero sive imperfecta Claudiana elitteraturae imitatione' Bücheler, qui edit* -at id). -vere Plin. nat. *ter.* -ere (*i.* -eris) Cic. fam. 10, 26, 2 (-are *trad.; antecedit* mereare). *gen. pl. part. praes.* -antum (*cf. Norberg, In reg. Greg. M. II 206*): Greg. M. epist. 5, 34 p. 315, 10. 9, 45 p. 141, 28. *restit.* Synod. Hil. coll. antiar. p. 118, 5 (-tum *trad.*). *imper. pass. (med.)*: Vvlg. Iob 35, 14 (*v. p. 622, 83*). *de notione*: Varro *v. supra l. 36.* Tert. adv. Marc. 4, 24 p. 500, 25 'dignus . . . operarius mercede sua' (*Luc. 10, 7*) quis magis pronuntiarit quam deus iudex? quia et hoc ipsum -are est, dignum facere mercede operarium; nulla retributio non ex iudicatione consistit. Synon. Cic. p. 413, 16 arbitror . . . reor. -o. in animo statuo *eqs.* 419, 17 confessus. convictus. damnatus. -tus. reus *eqs.* 429, 18 -at. decernit. statuit . . . pronuntiat. fert sententiam. Gloss. *κρίνω. δικάζω.* -tus: *καταδικασθείς. κατάκριτος.* iudicio addictus damnatusque. Gloss.^{L} II Abav. IV 4 -at: decernit. *v. et p. 623, 15.* *legitur inde a* Lege regia (*p. 618, 11*), Lege XII tab., Plavto, Enn., Catone, Ter., Rhet. Her., Cic.; *post scaenicos raro in poesi* (Hor. carm. 2, 13, 22 epist. 2, 1, 68. 2, 2, 191, *?* Prop. 4, 11, 20 [vindic- *var. l. potior*], Sen. Med. 194, Phaedr. *quinquies*, Lvcan. 9, 548, Mart. *bis*, Ivv. 13, 226 [vindic- *var. l.*], Comm. 8^{ies}, CE 1031, 3, Anth. 478, 10, Prvd. *quater*, Clavd. *ter. cf. Axelson, Unpoet. Wörter 64*). [*val.* judeca, *it.* giudicare, *raet. occ. vet.* giüdgêr, *francog.* juger, *cat.* jutjar. *hisp.* juzgar, *port.* julgar, *G.*] [*variat in codd. c.* indicare (*v. vol. VII 1, 1151, 33 sqq.*), vindicare (Rhet. Her. 2, 14, 21 Pvblil. I 25. Prop. 4, 11, 20 [*v. p. 617, 79*]. Colvm. 6, 2, 11. Ivv. 13, 226 [*v. p. 619, 50*]. *cf. variationem dicendi* Tert. idol. 2 p. 32, 7). *falso vel dub. trad.*: Cic. Mur. 61 -anda (iucunda *edd.*). Att. 2, 12, 3 -ta (liquata *Orelli et edd. plerique*).]

I *usu communi*: **A** *vi primaria i. q. κρίνειν, δικάζειν* (*quae voces respondent, ubi nihil aliud adnotatur*): **1** *generalia quaedam*: **a** *usu forensi*: *α vario*: Ⓘ *in formulis priscis*: (*alicui*) perduellionem -are (*i. tam -are reum p. commisisse quam crimine -to sententiam ferre, cf. Weißenborn-M. ad* Liv. *l. c. Mommsen, Strafr. 528, 1; v. etiam p. 620, 45*): Lex reg. Liv. 1, 26, 5 (*verba regis*) 'duumviros . . ., qui Horatio p. -ent, secundum legem (s. l. *vix pertinet ad* -ent) facio'; lex horrendi carminis erat: 'duumviri p. -ent'; . . . alter ex iis: 'P. Horati, tibi p. -o' inquit, 'lictor, conliga manus'. Liv. 43, 16, 11 utrique censori p. se -are pronuntiavit tribunus. *multam* in sacrum -are (*iuxta* multare; *cf. Mommsen, Strafr. 158, 3. 1025*): Lex Sil. (Fest. p. 246) *qui pondera sim. dolo malo mutavit*, eum quis volet magistratus multare[tur] . . . liceto; sive quis in (im *Scaliger alii coll.* Fest. p. 318 homo sacer is est, quem populus -vit ob maleficium) s. -are voluerit, liceto. Lex Tudert. (CIL XI 4632) 6 ei multa esto . . . eiusque pecuni⟨ae . . . eamque pecuniam vel⟩ populi iudicio petere vel in s. -are liceto.

Ⓘ *exempla varia selecta*: Ⓐ *c. obi.*: Lex XII tab. 3, 1 aeris confessi rebus ⌊iure⌋ (*om. Gell. loco gemino*) -tis XXX dies iusti sunto, post deinde manus iniectio esto, in ius ducito; ni -tum facit . . ., secum ducito ([*quae explicat ad l.* Gaivs inst. 4, 21 *v. p. 621, 2 sqq.*]. Plavt. Curc. 719 hoc iudicium meumst . . . :: hercle istam rem -asti perfidiose. Rud. 19 iterum ille eam rem -tam -at. Truc. 842 Vid. frg. 5. Cic. S. Rosc. 62 neque accusatoris ingenio res -atur. *al.*). Plavt. Merc. 281 mihi tres hodie lites -andas dicito (CIL I² 15 *Scipio* XVir s(t)l(itibus) iudik(andis). *cetera de his decemviris v. ap. Mommsen, Staatsr. II³ 605 sqq.*). Most. 1143 sine me dum istuc -are . . . :: maxime, accipito hanc ad te litem. CIL I² 2516 (*ter*) pr(aetor) urb(anus) . . . poplic(um) ioudic(avit) *agrum* (Cic. leg. 3, 8 iuris disceptator, qui privata -et -arive iubeat, p. esto. *al.*). Rhet. Her. 1, 13, 23 (*cf.* Cic. inv. 2, 149) qui parentem necasse -tus erit . . .; Malleolus -tus est matrem necasse, ei damnato . . . os obvolutum est *eqs.* (*item hominem*: 4, 16, 23 quam inpudicam -arant, ea veneficii quoque damnata existimabatur. Cic. inv. 1, 11 utrum fur an sacrilegus sit -andus. S. Rosc. 18 hunc adfinem culpae -atote. Verr. II 1, 26 Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus; antea vel -ari primo poterat vel amplius pronuntiari. *et saepe*). Cic. inv. 2, 60 (= 80) quo modo . . . aut agi aut -ari aut quid statui de ea re conveniat. Cluent. 55 quid est illa damnatione -tum nisi venenum esse quaesitum? Rab. Post. 8 causae -tae atque damnatae. *al.* Ⓑ *absolute*: Plavt. Curc. 704 dicam meam sententiam . . . :: dum . . . ita -es *eqs.* Lex repetund. (CIL I² 583) 49 ⟨iudice⟩s, quei -are negarint. Rhet. Her. 2, 4, 7. Cic. inv. 1, 92 equites Romanos cupidos -andi. 1, 125 eos, qui -ent. Tull. 6 ut his aliquid ad -andum relinquas. Verr. I 30 ex kalendis Ianuariis non -bunt *tribuni*. 40 cum senatorius ordo -ret (*cf.* 47 senatoribus -antibus). II 1, 18 in -ando. 1, 22 onus esse grave . . . -are. fin. 1, 2 quos ego posse -are arbitrarer. ac. 2, 8 -andi potestas. off. 1, 33 decipere hoc quidem est, non -are. ad Q. fr. 2, 12, 2 nos -amus, vos laudatis. Sen. Med. 194 si -as, cognosce; si regnas, iube. benef. 6, 6, 2 in beneficio tota potestas mea est, ego -o. *al.* *part. praes. fere pro subst.*: Val. Max. 9, 15, 4 -antium religio (Gaivs dig. 50, 13, 6 [*antea*: iudex]. Amm. 30, 4, 10 [*affert Cic. rep. 5, 11, ubi exstat* iudicem]). Qvint. inst. 12, 10, 55 Svet. Cal. 16, 2. Gaivs dig. 2, 1, 11 pr. intra iuris dictionem -antis. *et saepius.*

β de rectoribus sim. civitatum (*ceterum cf. distinctionem* Hil. in psalm. 2, 44 differre iudicem atque regem ipso usu terrenae consuetudinis noscimus, quia non idem sit regnare quod -are, quia regnum dominatio sit, iudicium vero modus sit aequitatis): Ⓘ *vigente notione originaria -ant 'iudices' Israelitarum* (*exempla selecta*): Itala gen. 49, 16 (Lugd. *al.*, *cf.* Vvlg.) Dan -bit plebem suam sicut una tribus Istrahel. iud. 3, 30 (Lugd., *deest Vulg.*) -vit illos Aod. 4, 4 (Lugd. = Vvlg.). I reg. 7, 15 (Iren. 4, 26, 4 = 4, 41, 2 H., *cf.* Vvlg.) Samuel tot annis -ans populum. II par. 1, 11 (Complut., *cf.* Vvlg.; *de Salomone*) ut -es populum meum, super quem regnas. Vvlg. I reg. 8, 5 constitue nobis regem, ut -et nos. *et saepe.* Ⓘ *vergit in vim regnandi* (*cf. p. 622, 33 sqq.*): Itala psalm. 2, 10 (Veron. *al.* = Vvlg.) reges . . ., qui -atis terram ([*cf. interpr. allegoricam* Avg. serm. 13, 1 '-are t.' est corpus domare]. Vvlg. sap. 1, 1 diligite iustitiam, qui -atis t.). Lact. epit. 40, 8 *Pilatus* tum legatus in Syriam -bat (*sec. inst. 4, 18, 4* Syriam regebat). Iord. Get. 73 rex illis et pontifex . . . habebatur et in summa iustitia populos -bat. Greg. Tvr. Franc. 5, 5 p. 201, 12 episcopus instituetur habens sub se . . . dioceses XV, quas primum quidem Gothi tenuerant, nunc vero Dalmatius . . . episcopus -at.

γ de deo Christiano (*respicitur iudicium ultimum*): Tert. apol. 18, 3 qui *deus* producto aevo isto -turus sit suos cultores in vitae aeternae retributionem, profanos in ignem *eqs.* 23, 13 Christum omnem . . . animam . . . -turum. adv. Prax. 2 p. 229, 11 vivos et mortuos (virg. vel. 1, 4 Itala II Tim. 4, 1 [cod. d = Vvlg.]. *et saepissime*). Itala act. 17, 31 (cod. e, *cf.* Vvlg.) orbem. Cypr. Fort. 13 cum sederit -turus. Comm. instr. 1, 23, 10 defunctos. Firm. err. 4, 3 tribunal -antis dei. *et pas-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sim. *in imag. -atur simul mundus*: COMM. apol. 1011 stellae cadunt caeli, -antur astra nobiscum ..., agitur dum saecli ruina.

b *usu liberiore de iudiciis sensuum, mentis (exempla selecta)*: *α -ant homines*: Ⓘ *aliquid*: PLAVT. Cas. 375 optimum ... istud esse iure -o. Epid. 707 factum hercle vero et recte factum -o (Mil. 1435 iure f. -o). CATO or. frg. 51 nemo ... esset, qui -ret meliorem esse Gellium quam Turium. TER. Hec. 549 tun prospicere aut -are, nostram in rem quod sit, potes? Eun. 29 id ita esse vos iam -are poteritis. Ad. 100 haec male -as. 960 mea quidem sententia -o Syrum fieri esse aequom liberum. RHET. Her. 4, 24, 33 leges ... veritus? at ne scriptas quidem -asti. CIC. inv. 1, 42 simile ... ex specie comparabili ... -atur. Tull. 5 sibi me non esse inimicum potuit priore actione Fabius -are. Verr. II 4, 98 haec *vasa* Scipio ille non intellegebat, tu ... intellegis et -as. 4, 127 Graeculus, qui haec subtiliter -at. div. 2, 91 Chaldaei ... oculorum fallacissimo sensu -ant ea *eqs.* (*cf.* CAES. Gall. 1, 12, 1 oculis *et infra l. 34*). HOR. epist. 2, 1, 68 si ... credit, ... et sapit et ... Iove -at aequo. 2, 2, 191 nec metuam, quid de me -et heres. *et saepe.* *part. praes. fere pro subst.*: VITR. 7 praef. 7 oportere ... -antes non furta, sed scripta *carmina* probare. SEN. epist. 102, 19 bene -asse -antis bonum est et eius, secundum quem -tum est. *al.* Ⓘⓘ *aliquem*: PLAVT. Stich. 205 eos omnes tametsi ... haud indignos -o, qui multum miseri sint *eqs.* TER. Haut. 381 te ... laudo et fortunatum -o. 880 (*Chremes ad uxorem*) illos *deos* ex tuo ingenio -as, ut nihil credas intellegere, nisi idem dictumst centiens. Ad. 564 abi, virum te -o (*forsitan sec. formulam tirocinii*). RHET. Her. 4, 16, 23 viri fortis est, qui de victoria contendant, eos hostes putare, qui victi sunt, eos homines -are. 4, 43, 55 qui non hunc hominem ... sapientissimum -et. *et saepe.*

β -ant res: Ⓘ *humanae*: RHET. Her. 2, 28, 45 quam rem (*sc. usum vocabulorum*) consuetudo optime potest -are (PLIN. nat. 10, 15). CIC. Catil. 1, 17 patria ... nihil te -at nisi de parricidio suo cogitare (*cf.* Phil. 10, 12 res publica). Phil. 11, 34 cum contra ac Deiotarus sensit victoria belli -arit. Brut. 34 aures ipsae, quid plenum, quid inane sit, -ant (QVINT. inst. 9, 4, 61 FAV. EVL. 27, 1 W. = p. 21, 19 H. AVG. doctr. christ. 4, 10, 24. *cf.* CIC. nat. deor. 2, 145 oculi. SEN. epist. 124, 5 tactus. PLIN. nat. 17, 39 odor. *adde p. 622, 25*). orat. 178 animus (parad. 43. *cf.* off. 1, 65 animi magnitudo). 183 sensus (fin. 2, 36 SEN. epist. 124, 2 BOETH. mus. 5, 2 p. 353, 14). part. 78 *virtus*. fin. 1, 30 natura. Tusc. 5, 83 *nos*, quorum oratio nihil ipsa -at, sed habetur..., ut ab aliis possit ... -ari (off. 1, 50 ratio et o., quae ... -ando conciliat inter se homines *eqs.*). Att. 15, 25 casus. CAEL. Cic. fam. 8, 14, 4 quas *discordias* ferrum et vis -bit. SEN. contr. 2, 3, 14 lex (TERT. anim. 37, 2. ITALA Ioh. 7, 51 [cod. aur. *al.* = VVLG.]). PHAEDR. 3, 10, 6 sententia. SEN. benef. 2, 28, 2 quam raro fortuna -at (epist. 14, 16 de eventu f. -at, cui de me sententiam non do). clem. 2, 7, 3 clementia liberum arbitrium habet, non sub formula, sed ex aequo et bono -at. epist. 45, 10 *vita*. PLIN. nat. 2, 160 est ... figura *terrae* prima, de qua consensus -at (14, 72 c. aevi). 6, 101 aetas. 7, 132 dies. *al.* Ⓘⓘ *naturales*: PLIN. nat. 17, 135 de pluribus *germinibus* locorum situs optime -bit, frigida enim ... verno conseri oportet *eqs.* IVV. 13, 226 *tonitru terremur*, non quasi fortuitus ..., sed iratus cadat in terras et -et (vindic- *var. l.*) ignis. *adde p. 621, 46.*

γ -ant animalia (*ironice dictum*): MIN. FEL. 22, 6 quanto verius de diis vestris animalia muta naturaliter -ant; mures ... non sentire eos sciunt *eqs.*

c *grammatica notabiliora*: *α quid -ando proferatur, indicatur per*: Ⓘ *obi. int. q. d.*: iudicium (-a) -are *in fig. etym., cui in scripturis sacris respondet gr. κρίμα (κρίματα) κρίνειν*: ENN. scaen. 70 (*v. p. 621, 39*). PAVL. FEST. p. 64 centumviralia i., quae centumviri -bant. GAIVS inst. 4, 104 *i. legitima* nisi in anno ... -ta fuerint. ITALA Is. 11, 4 (Iren. 3, 9, 3 = 3, 10 H.) -bit humili i. (VVLG. -bit in iustitia pauperes). Zach. 8, 16 (Tert. adv. Marc. 4, 29 p. 524, 6; *cf.* VVLG.) iustum i. (Ioh. 7, 24 [cod. a *al.* = VVLG.]. *adde p. 620, 82. cf.* VVLG. Dan. 13, 53 -a iniusta). apoc. 18, 20 (Primas. = VVLG.) -vit deus i. vestrum de illa *Babylon*. LVCIF. *p. 620, 82*.. VVLG. III reg. 3, 28 Ier. 21, 12. *al.* *alia subst.*: ITALA psalm. 9, 5 (cod. 304 *al.* = VVLG.) iustitiam ([aequitatem PSALT. Rom.]. apoc. 19, 11 [Apring.; VVLG. cum iustitia]. PSALT. Rom. 74, 3 [ITALA cod. 136 Cas. *et* VVLG. iustitias]). 81, 3 (*v. p. 622, 29*) iniquitatem. *pron., adi. neutr.*: *sing.*: RHET. Her. 2, 13, 19 aliud (CIC. Caecin. 68 de orat. 2, 30 QVINT. inst. 5, 9, 13. *al.*). 4, 52, 65 hoc (CIC. Tull. 27. *al.*). CIC. Verr. II 2, 66 falsum (leg. agr. 2, 40. *al. cf.* PRVD. cath. 4, 98 pravum). 2, 140 quid (Manil. 2). Cluent. 76 verum. QVINT. inst. 1, 6, 32 'rogat, boni consulas', id est 'bonum -es'. TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 524, 4 iustum (*affert* ITALAM Zach. 8, 16, *v. supra l. 61*). *al.* *plur.*: ITALA psalm. 57, 2 (cod. 136 Cas. *al.* = VVLG.) recta ([Psalt. Veron., Mediol. recte, Rom. iusta]. VVLG. prov. 17, 26). CLAVD. 21, 90 congrua. Ⓘⓘ *acc. dupl. (exempla selecta)*: *acc. (nom.) solus ponitur*: PLAVT. Stich. 205 (*v. supra l. 21*). TER. Haut. 381 (*v. supra l. 22*). Ad. 564 (*v. supra l. 24*). RHET. Her. 4, 16, 23 (*v. p. 618, 37*). CIC. Verr. II 3, 187 anulum... comitem pecuniae -amus. Att. 5, 8, 2 talem virum, qualem tu -as, cognoram. CAES. civ. 3, 85, 2 hanc sibi commodissimam belli rationem -vit. SEN. clem. 2, 7, 4 ignoscere est, quem -es puniendum non punire. *et saepe.* *accedunt particulae*: PLIN. nat. 7, 131 hoc ... non ut a vate dictum -ent (*cf.* AVG. anim. 1, 12, 15 sicut. CONC. Aurel. a. 541 p. 92, 10 velut [BENED. reg. 7, 49]). TERT. adv. Marc. 1, 23 p. 320, 27 bonum ratione desertum non pro malo -etur (OPTAT. 5, 5 p. 131, 45). monog. 15, 1 si secundas nuptias ... iuxta adulterium -amus (pudic. 4 p. 225, 29). CYPR. epist. 30, 5 tamquam (PS. ORIG. in Iob 1 p. 436^{B}). SCHOL. Cic. Bob. p. 174, 22 quasi. *al.* Ⓘⓘⓘ *acc. c. inf.* (*aliter p. 621, 76 sqq. inf. solus p. 621, 52 sqq.*): PLAVT. Cas. 375 optimum ... istud esse iure -o. *et passim.* *cf. nom. c. inf.* (*in constr. pass.*): RHET. Her. 1, 13, 23 (*v. p. 618, 36*). CIC. Cluent. 125 qui tabulas publicas ... corrupisse -tus sit. Sull. 73 dignitatis habuisse nimis magnam -tus est cupiditatem. Att. 1, 13, 6 nos bene emisse -ti sumus. COLVM. 11, 2, 11 materia ... -atur carie non infestari. *al.* Ⓘⓥ *enuntiata a coniunctione* quod *c. coni. pendentia* (*cf.* ut, ne *p. 622, 4 sqq.*): HERM. Pal. mand. 12, 3, 6 (= vulg.) -asti, q. non possint haec mandata ... custodiri (*gr. τοῦ μὴ δύνασθαι ... φυλαχθῆναι*). HEGES. 5, 40, 2 p. 383, 21. Ⓘⓥ *adv.*: *pro ipsa sententia iudicis positum*: VITR. 7, 5, 4 neque ... picturae probari debent, quae non sunt similes veritati, nec, si factae sunt eleganter ab arte, ideo de his statim debet recte (rectae *vel* -te *codd., cf. p. 619, 75*; recta *Rose*) -ari. *praedicative positum*: GREG. M. epist. 1, 48 p. 74, 19 quod *refugium* inoportune (-num *ed. pr.*) -vimus.

β de qua re -etur, indicatur per: Ⓘ *acc.*: LEX XII tab. 3, 1 (*v. p. 618, 24*). *et passim.* Ⓘⓘ *praepos.*: *in neutram partem*: de: CIC. inv. 2, 60. *et passim.* super: HIER. epist. 58, 10, 2 taceo de ceteris ..., s. quibus ... alii -bunt. COD. Iust. 8, 50, 4 pr. (*a. 290*). 7, 21, 7 (*a. 299?*). 4, 21, 17, 1. 4, 31, 8. *c. acc.*: GREG. TVR. Franc. 9, 30 p. 449, 17 LIB. iubil. 30, 5. *in bonam partem* (*cf. p. 622, 15 sqq.*): secundum: CIC. Q. Rosc. 2. 14 har. resp. 31 ALF. dig. 6, 1, 57 GAIVS inst. 4, 166^{1}. *al.* pro: PORPH. Hor. sat. 1, 2, 134 AVG. in psalm. 25 enarr. 13 l. 47 SVLP. SEV. chron. 2, 37, 3 VVLG. II reg. 18, 31. *al.* *in malam partem*: contra: CIC. Flacc. 11. 48 VAL. MAX. 7, 2, 4 QVINT. inst. 5, 2, 3. *al.* adversus: S.C. Iuvent. dig. 5, 3, 20, 6. ITALA deut. 1, 17 (Lucif. Athan. 1, 4 p. 71, 24). PALLAD. Maximin. c. Ambr. 113. *al.* *adde l. 36.* in *c. acc.* (*aliter p. 618, 73*): ITALA Is. 2, 4 (Cypr. testim. 1, 10) -bit deus in gentes (*gr. ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν*, VVLG. *om.* in). HIL. c. Const. 12 (*sec.* Matth. 7, 2) de his iudicio, quo in se -andum est, -et. EPIST. pontif. Conc.^{S} I 2 p. 107, 34 RVRIC. epist. 2, 15 p. 398, 8. INTERPR. Paul. sent. 5, 5, 6 adversus eum quasi in contumacem.

γ indicatur crimen per gen. (*acc. passim inde a* LEGE regia *p. 618, 12*): LIV. 26, 3, 9 (*v. l. 45*).

δ indicantur poenae (argutius etiam praemium p. 618, 79) per: Ⓘ *gen.* pecuniae (*cf.* accusare, damnare *sim.*): LIV. 6, 14, 3 centurionem ... -tum p. cum duci vidisset *eqs.* 23, 14, 3 qui ... p. (pecunia *P*) -ti in vinculis essent. 26, 3, 8 cum bis pecunia anquisisset *accusator*, tertio capitis se anquirere diceret, tribuni plebis ... collegae negarunt se in mora esse, quominus ... anquireret, quoad vel capitis vel p. -asset privato *accusator*; (9) tum Sempronius perduellionis (*cf. p. 618, 8*) se -are Cn. Fulvio dixit. GELL. 20, 1, 47 *in explicatione legis XII tab. 3, 3, v. p. 623, 16.* Ⓘⓘ *acc. (multam sim.; acc. pretii conferunt Hofmann-Szantyr 76): passive*: VAL. MAX. 4, 1, 8 cum ... Asiaticus -tae pecuniae satisdare non posset *eqs.* LEX Malac. (CIL II 1964) 5, 11 quae ... multae non erunt iniustae a decurionibus ... -tae *eqs.* GAIVS inst. 4, 21 (*v. p. 621, 22*). LEX Sal. Merov. 56, 1 si ..., quod ei a rachineburgiis -tum fuerit, adimplere distulerit *eqs.* *active*: GREG. TVR. Franc. 7, 47 p. 368, 4 (*antea*: inventum ... est a iudicibus, ut ... medietatem pretii, quod ei [*dat. comm.*] fuerat -tum, amitteret) quae -verant *iudices* ..., composuit. LEX Sal. Merov. 53, 5 de qua *culpa* LXII ... solidos posset *iudex* -are (*aliae recc.* culpabilis -etur). 73, 3 maior numerus ..., unde minus XLV solidos -are potuerit *iudex* (*alia rec.* u. m. XLV solidi non -entur). Ⓘⓘⓘ *abl.* (*instrum.; cf. falsam var. lect. l. 42*): TERT. apol. 4, 6 *Lycurgus mutatis legibus suis adeo doluit*, ut ... inedia de semetipso -arit. 14, 5 Aesculapium ... avaritiae merito ... fulmine -tum. anim. 37, 2 Mosei lex (*exod. 21, 22*) ... aborsus reum talionibus -at. praescr. 13 l. 16 profanos -andos igni perpetuo. VVLG. Ezech. 16, 38 -bo te iudiciis adulterarum (23, 45. *cf.* 23, 24 -bunt te iudiciis suis). 38, 22 -bo eum peste et sanguine *eqs.* TRACT. Pelag. 4 p. 91, 4 qui *Heli*... mortis supplicio -tus est. Ⓘⓥ *praepos.* (*sec. gr. vel hebr.*): in: *c. abl.*: ITALA Is. 66, 16 (Cypr. patient. 22) in igne ... domini -buntur et in gladio eius vulnerabuntur ([*Vulg.* diiudicabit]. *inde* COMM. instr. 2, 2, 9 in flamma ignis dominus -bit iniquos). Mich. 7, 2 (Ps. Cypr. exhort. paen. p. 23) in sanguine (*gr. εἰς αἵματα δικάζονται, Vulg.*, in s. insidiantur). *c. acc.*: TERT. apol. 18, 3 (*v. p. 618, 79*). per: COMM. apol. 995 *deus* cum coeperit ... mundum -are per ignem (*cf. instr. 2, 1, 48* iudicium dare p. i.).

ε acced. dat. (*cf. p. 621, 6; aliter p. 622, 15 sqq.*): ITALA psalm. 36, 33 (Veron. *al.* = VVLG.) non damnabit *deus* eum *peccatorem*, cum -bitur illi (*dat. sec. gr.*, illi *deest* HIER. psalt. sec. Hebr.; *cf.* AVG. in psalm. 36 serm. 3, 13 l. 36 sqq. habent aliqua exemplaria 'et cum -bit eum, -bitur illi'; 'illi' autem dictum est, cum iudicium fit de illo, possumus enim sic loqui, ut dicamus homini '-a mihi', id est audi causam meam). VOPISC. Tac. 15, 2 imperatorem Romanum ..., qui det iudices Parthis ..., qui Sarmatis omnibus -et *eqs.* OPTAT. 5, 5 p. 131, 5 baptisma Iohannis ... pro perfecto -tum est ab eo, cui nemo -at. LVCIF. Athan. 1, 21 p. 102, 28 quos *sacerdotes* populo dei inpellebat iustum -are iudicium. VVLG. lev. 19, 15 iuste -a proximo tuo (ITALA Monac. cum iustitia -bis proximum tibi). CONC.^{S} I 2 p. 76, 15 habens potestatem ... -are

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cuidam (*gr. I 1, 3 p. 16, 27 δικάσαι τινί*). II 2, 1 p. 46, 13 -arant Eutycheti (*dat. sec. gr.; altera rec. II 3, 1 p. 47, 18* Eutychi . . . iudices exstiterunt). CASSIOD. hist. 2, 2, 2 omnibus (*dat. sec. Sozom. 1, 17, 4*). NOVELL. Iust. 26, 1, 1. 30, 9 LEX Sal. 56, 3.

2 *c. variis coloribus notionis*: **a** *fere i. q. adiudicare, -ando addicere* (*cf. vol. I 702, 25 sqq.; accedit* quo *l. 12, dat. l. 11. 22. et al.* ad *l. 34*): *α -antur homines* (*subaudiuntur infra l. 27; -atur vita infra l. 28*): Ⓘ *creditoribus* (*cf.* LIV. 6, 34, 2 *pauperes* fama et corpore -ti atque addicti creditoribus satisfaciebant): PLAVT. Asin. 937 (*iocose*) -tum me uxor abducit domum (NON. p. 128, 23 *ad l.*: ⟨adiudicatum⟩ atque inductum [-dict- *trad.*]). Men. 97 ad Menaechmum hunc eo, quo (quoi *edd. vet., cf. Ussing ad l.*) iam diu sum -tus; ultro eo, ut me vinciat. CIC. Flacc. 45 is, quem -tum hic duxit Hermippus (*cf. 48* addictus Hermippo). de orat. 2, 255 ille, qui -tum duci videt, percontatur ita (*Novius Atell. 115*): 'quanti addictus?' *eqs.* LIV. 6, 15, 9 -tos addictosque. SEN. benef. 4, 12, 2 spondeo pro -to et ... libellum deicio creditoribus. GELL. 20, 1, 19 si unus ob pecuniam debitam -tus addictusque sit pluribus *eqs.* (20, 1, 48). 20, 1, 44 quibus erant -ti, addicebantur. PAPIN. dig. 16, 2, 16, 1 cum intra diem ad -ti (*cf. p. 623, 35*) exsecutionem datum -tus Titio agit cum eodem Titio, qui et ipse pridem illi -tus est *eqs. al.* *in formulis*: GAIVS inst. 3, 174 'quod ego tibi tot milibus sestertiorum -tus vel condemnatus sum *eqs.*' 4, 21 (*ubi explicat legem p. 618, 23 citatam*) qui agebat, sic dicebat: 'quod tu mihi -tus sive damnatus es sestertium x milia, quandoc non solvisti, ob eam rem ego tibi sestertium x milium -ti (*gen. neutr. p. p. p., ad constr. mixtam cf. vol. VII 1, 1613, 73*) manum inicio'. Ⓘⓘ *poenis* (*usu non forensi*): TERT. apol. 49, 3 in eiusmodi (*sc. rebus ineptis*) . . ., si utique, inrisui (-su *dett.*) -andum est, non gladiis *eqs.* scorp. 10 p. 166, 15 si vita vitiata est, ut despectui -ta ('adiudicata *fort.*' *Reifferscheid*) despectis compararetur *eqs.* Ps. PHILO antiq. 37, 3 quando -tus est protoplastus morti (mortis *ed. pr.*), spinas . . . adiudicata (-ta *ed. pr.*) est proferre terra (BARNAB. 10, 5, *ubi dat. ponitur sec. gr.*, mortui *trad.*).

β -atur res: EXPOS. mundi 34 p. 112, 18 musium *Alexandrinum* ad eos (*Aegyptios, qui sapientiores habebantur quam Graeci*; pertinere *add. rec. interpolata*) -tum est. GREG. TVR. *p. 620, 54.*

b *fere i. q. diiudicare (v. variationes versionum vol. V 1, 1156, 58. 1157, 11. 12) accedente praepos.* inter (*cf. l. c. 1156, 63; ceterum apponuntur* distinguere CIC. part. 78, disceptare CIC. off. 1, 50): ENN. scaen. 70 -vit inclitum iudicium i. deas tris aliquis, quo iudicio *eqs.* CIC. de orat. 1, 176 qua de re i. Marcellos et Claudios . . . centumviri -arunt. SEN. contr. 7, 7, 3 i. vos, patrem et filium. TAC. hist. 3, 70, 2 i. Vespasianum ac Vitellium proeliis legionum . . . -atur. ITALA iud. 11, 27 (Lugd.) dominus, qui -at hodie i. medium Istrahel et i. medium filiorum Ammon (VVLG. i. I. et i. filios A.). *al.* *in imag. ab ipso auctore excusata*: FIRM. math. 2, 10, 3 Crios . . . ideo a Graecis dictum est hoc signum, quod, cum ⟨in⟩ eo sol fuerit, i. diem et noctem quodammodo -at, quod crinein dicitur. *in sententia concisa*: ITALA I Cor. 6, 5 (*v. p. 622, 63*).

c *fere i. q. decernere, statuere, ut aliquid fiat* (PAVL. FEST. p. 41 'consulas' antiqui ponebant non tantum pro 'consilium petas' et 'perconteris' sed etiam pro '-es' et 'statuas'): *α c. inf.* (*cf. Hofmann-Szantyr 347*): Ⓘ *solo* (*v. etiam infra l. 73*): CAES. Cic. Att. 10, 8 B, 1 tum . . ., cum ab eorum *Pompeianorum* consiliis abesse -asti (*antea*: te nihil temere . . . facturum -aram). CIC. fam. 7, 33, 2 mihi . . . -tum est . . ., deponere illam iam personam *eqs.* VITR. 5 praef. 5 brevibus voluminibus -vi scribere (*sed ibid.* 3 paucis -vi scribendum. 6 praef. 5 faciundum. 6 permittendum. *sim. al.*). ITALA I Macc. 11, 33 (recc. LB) genti Iudaeorum . . . -vimus bene facere . . .: statuimus illis fines *eqs.* (*Vulg.* decrevimus). act. 3, 13 (cod. e, *cf.* h) cum -ret ille *Pilatus* dimittere *Iesum* (*gr. κρίναντος c. inf.*, VVLG. -ante illo dimitti, *g et p* cum -asset eum dimittendum). 15, 19 (cod. e) -o non inquietari his . . ., sed scribere ad eos, ut abstineant se *eqs.* (*inf. et dat. sec. gr.*, VVLG. non i. eos). I Cor. 2, 2 (Tert. pudic. 14 p. 247, 6. *al. necnon* Vulg. *codd. aliquot*) nec . . . -vi scire aliquid in vobis quam Iesum (me sc. *testatur* Priscill. tract. 1, 25 *et postea multi, quos afferunt Wordsworth-White ad l.*). HIER. tract. in psalm. I p. 37, 12 iustus non mutatur, quia semel -vit in iustitia permanere. VVLG. act. 25, 25 ad Augustum -vi mittere *Paulum* (*inf. sec. gr.*; mittendum *cod. s*, transmitti *g.*). AVG. in psalm. 36 serm. 1, 7 modo . . . -as sequi Christum, hoc proposuisti . . ., hoc est iudicium tuum (*ibid. iterum*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 187, 26 potui . . . dare consilium, sed . . . -vi tacere. CONC.^{S} II 5 p. 7, 30 pietatem . . . praeponere -vimus (*gr. II 1, 3 p. 128, 6 ἐγνώκαμεν c. inf.*). ORIG. in Matth. ser. 16 p. 30, 7 relinquere idololatriam. *praecedit acc. pron.*: VVLG. I Cor. 7, 37 qui . . . hoc -vit (statuit *Itala*) in corde suo, servare virginem suam *eqs.* (*gr. τοῦτο κέκρικεν.* hoc *om. R et* Ambr. exhort. virg. 7, 46 inst. virg. 1, 2). ⓘⓘ *accedit acc.* (*v. etiam l. 62. 67*): ITALA II Macc. 11, 25 (recc. LX = VVLG.) gentem quietam esse statuentes -amus (censeo *BM*, decrevimus . . . restituere *P*) templum restitui illis. Luc. 23, 24 (codd. aur.^{1} c d) -vit fieri petitionem (*gr. ἐπέκρινεν c. inf.*, adiud- *aur*^{2}. *al. et Vulg.*, diiud- *E Vulgatae*, decrevit *a*). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 124, 4 hos . . . deiecit . . . synodus de episcopatus gradu et -vimus (statuimus *W*) non solum illos episcopos non esse *eqs.* HIER. hom. Orig. in Luc. 6 p. 34, 11 quare deus, cum semel salvatorem -ret nasci ex virgine, non elegerit puellam *eqs.* (*gr. κρίνας . . . γεννῆσαι*). VVLG. act. 27, 1 -tum est (dicrevit *D*) eum navigare in Italiam et tradi Paulum *eqs.* (*gr. ἐκρίθη τοῦ ἀποπλεῖν ἡμᾶς, Itala cod. s* ut navigaremus *eqs.*). PASS. Paul. frg. 3 p. 113, 5 iussit omnes . . . exuri . . ., ipsum autem plecti -vit (*gr. semel ἐκέλευσεν*). *β* ne (*l. 5*), ut (*immisceri vid. inf. l. 12*): SPART. Hadr. 10, 8 de militum . . . aetatibus -bat, ne quis aut minor . . . aut maior . . . in castris . . . versaretur. HYG. astr. 2, 7 *Calliopen* -asse, uti dimidiam partem anni earum *Veneris et Proserpinae* unaquaeque possideret *Adonim.* COD. Theod. 13, 3, 11 nec . . . -emus, liberum ut sit cuique civitati *eqs.* CONC.^{S} II 3, 3 p. 47, 24 -o, ut, quae . . . facta sunt, infringantur (*gr. II 1, 3 p. 38, 32 δοκιμάζω . . . ἀνατραπῆναι*). GREG. TVR. Franc. 9, 19 p. 433, 21 -tum . . . est ei, ut convinceret *eqs.* (9, 33 p. 454, 15. 10, 8 p. 491, 3 -tum est Tetradiae, ut . . . ablata restitueret filiosque . . . habere [haberet *D 2*]). PASS. Theclae Bc 21 p. 54, 22 ut ureretur, -vit (adiud-, dampnavit, iussit *aliae vers.*).

d *fere i. q. commodam pro aliquo sententiam proferre, defensorem alicuius in iudicio exsistere* (*explicant usum* AVG. *l. 27 et* THEOD. MOPS. in psalm. 9, 20 ['-entur gentes in conspectu tuo'] -'entur' . . . pro 'confundentur' ponit . . .; cum autem non condemnationem, sed ultionem postolat, non dicit '-a illos' [psalm. 5, 11], sed '-a illis'; per omnes prope psalmos tali distinctione verbi huius solvit ambiguum, ut 'inimicos' dicat '-a', id est condemna, 'nobis' vero '-a', id est ultor adsiste. *cf. p. 620, 78 sqq. aliter p. 620, 73 sqq.*): ITALA gen. 30, 6 (Lugd. *al.* = VVLG.) -vit mihi (me Hier. quaest. hebr. in gen. p. 45, 14) deus . . . et dedit mihi filium, propter hoc vocavit nomen eius Dan (*i. iudicium*). deut. 33, 7 (Lugd.) manus ipsius *Iudae* -bunt ei *Israel* et adiutor . . . erit (*gr. διακρινοῦσιν αὐτῷ, Vulg.* pugnabunt pro eo). psalm. 9, 39 (= 9^{b}, 18; Veron. *al.* = VVLG.) -are pupillo et humili ([*cf.* AVG. *ad l.*: -at pupillum etiam qui condemnat, -at p., qui pro illo profert sententiam]. 81, 3 [Veron. *al.*] quousque -atis iniquitatem . . .? -ate p. et egeno [VVLG. *al.* egenum et pupillum], humilem et pauperem iustificate. Is. 1, 17 [Tert. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 22; *cf.* VVLG.]. Is. 11, 4 [Iren. 3, 9, 3 = 3, 10 H.] -bit h. iudicium [VVLG. -bit . . . pauperes]).

B *notione secundaria fere i. q. regere, movere sim.* (*nonnisi per negationem; usum p. 618, 69 sqq. illustratum cft. Bonnet, Lat. de Grég. 293*): GREG. TVR. Franc. 4, 9 p. 141, 6 valde infirmatus a cinctura deorsum se -are non poterat. glor. conf. 40 p. 773, 7 tamquam aeneus diriguit, ut nullum membrum possit ullatenus -are (movere *cod. 4, manu alt. additum quasi glossa in 1b*) aut vocem emittere (Mart. 2, 3 p. 610, 22 nec poterat quemquam -are membrorum. *cf. ibid.* p. 610, 28 dextra, quam per sex annos non -verat [moverat, levaverat *correctores*]. VITA Genov. [BHL 3335] 25 ut nequiverit cuiusquam -are [solvere, iuvari, se movere *var. ll.*] conpage(m) membrorum).

II *usu peculiari sacr. script. proprio* -ari (-are *l. 53, gerundium l. 67*) *i. q. lite contendere, iurgari, rixari sim., theod.* mit jemand rechten (*sec. gr. κρίνεσθαι vel sec. niphal verbi hebr. q. e.* šapăṭ, *etsi loco l. 60 citato resp.* rîb; *-antur fere homines, deus infra l. 52. 67. 75. 77*): **A** *in univ.*: ITALA gen. 26, 21 (Philo quaest. in gen. 43) *pastores* in (*i.* 'de') secundo *puteo* -antur (-atur *var. l.; gr. ἐκρίνοντο . . . περὶ ἐκείνου; aliae versiones* litigaverunt, altercabantur; *Vulg.* pro illo . . . rixati sunt [*cf. ibid. 26, 20* iurgium fuit]). Is. 43, 26 (Ps. Cypr. exhort. paen. p. 13. *al.*, *cf.* VVLG.) ego *deus* sum, qui deleo iniustitias tuas et non recordabor, tu autem recordare et -emur simul (*gr. κριθῶμεν* [*add. ἅμα in parte codd.*]. simul *deest ap. alios testes*; -emus Ps. Cypr. ad Novat. 18). I Cor. 6, 1 (cod. d *al.*, *cf.* VVLG.) audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, -ari apud iniustos et non apud sanctos? (*gr. κρίνεσθαι, Cypr. testim. 3, 44* disceptare). *adde l. 61.*

B *indicatur adversarius per*: ad: ITALA iud. 8, 1 (Lugd.) -bantur ad eum (*Gideon*) contendentes vehementer (*gr. A ἐκρίνοντο μετ' αὐτοῦ, B διελέξαντο πρὸς αὐτόν, Vulg.* iurgantes). cum: ITALA Is. 50, 8 (Hier. in Is.) quis est, qui -etur mecum, resistat mihi simul? (*gr. ὁ κρινόμενός μοι contextu turbato.* mecum *om.* Iren. 4, 33, 13 [= 4, 55, 4 H.]. *Vulg.* contradicit). I Cor. 6, 5 (cod. r, Aug. doctr. christ. 4, 100 G. op. monach. 29, 37 p. 587, 18) non est . . . sapiens, qui possit inter fratrem suum -are (*item* VVLG.; *gr. διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ*), sed frater c. fratre -atur (*gr. κρίνεται, Vulg. et Aug. loco altero in parte codd.* iudicio contendit) et hoc apud infideles. HIER. psalt. sec. Hebr. 143, 2 non venias ad -andum c. servo tuo (*Vulg.* non intres in iudicio). VVLG. Iob 13, 19 (18 si fuero -tus, scio, quod iustus inveniar) quis est, qui -etur mecum? veniat (*Hier. interpr. Iob* qui diiudicetur mecum). 16, 22 utinam sic -retur vir cum deo, quomodo -atur filius hominis cum collega suo (*Hier. interpr. Iob 21* diiudicetur vir cum domino sicut f. h. ad proximum suum. *cf.* AVG. in Iob p. 544, 12 'diiudicetur . . .': veniat dominus, ut c. eo vir -etur tamquam Iohannes cum Christo, in quorum diiudicatione intellegitur, quid distet *eqs.*). Ier. 25, 31 iudicium domino cum gentibus, -atur ipse c. omni carne; impios tradidi gladio, dicit dominus (*cf.* Hier. in Ier. 5, 31, 4 *qui post* carne *adicit* ut nullus iniudicatus abeat). Ezech. 20, 35 adducam vos in desertum populorum et -bor (disputabo *Italae codd. 175. 176*) vobiscum ibi facie ad faciem; sicut iudicio contendi adversus patres vestros in deserto . . ., sic -bo vos.

alia: ITALA Ier. 15, 10 (Hier. epist. 39, 2, 2, *cf.* in Ier. 3, 52, 1) me . . . virum, qui ⌊-er et discernar⌋ omni terrae (⌊ ⌋ diceret discrimen *var. l.; gr. διακζόμενον καὶ διακρινόμενον, Vulg.* virum rixae, virum discordiae in universa terra). VVLG. Iob 35, 14 -are (*imperat.*) coram eo *deo* et exspecta eum (HIER. interpr. Iob contra eum. *cf.* AVG. in Iob p. 586, 19

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-are ... eum, si potes collaudare eum ...; hoc enim visus est Iob dicere, cum ait [*9, 33*]: 'utinam esset nobis arbiter').

part. praes. **⁎iūdicāns,** -antis *m. pro subst. v. supra, ex. gr. p. 618, 54. 619, 17.*

adv. **iūdicanter.** *fere i. q. more iudicis*: Ps. Rvfin. in Os. 9, 7 p. 1007^{A} criminis magnitudinem concionator horrescens -r exclamat: '*eqs.*' in Ioel 2, 4, 11 p. 1044^{B} (*v. vol. VII 1, 1156, 24*). Iulian. in Iob 28, 1 p. 390 a 4 (Migne suppl. 1, 1643) *deus* quod liberaliter praestitit, eripit impiis -r.

p. p. p. **⁎iūdicātum,** -ī *n. pro subst. i. q. sententia prolata vel res iudicio disceptata* (*cf.* Rhet. Her. 2, 13, 19 -um est id, de quo sententia lata est aut decretum interpositum [*sim.* Cic. inv. 2, 68. 162]. Cic. inv. 1, 48 -um est res assensione aut auctoritate aut iudicio alicuius aut aliquorum conprobata; id tribus in generibus spectatur, religioso, communi, adprobato. Gloss. *κατάκριτον. ἐπίκρισις*): **1** *usu plus minus forensi*: Lex XII tab. 3, 3 ni -um facit ..., secum ducito (Cic. Flacc. 48 recuperatores contra istum ... iudicaverunt; cum -um non faceret *eqs.* Lex Vrson. [CIL I^{2} 594] 61, 5 Gaivs inst. 3, 180 Vlp. dig. 2, 12, 6. *al.*). Lex luci Lucer. (CIL I^{2} 401) 5 pro -od n(ummum) L (I *trad.*) manum iniect⟨i⟩o estod (Gaivs inst. 4, 24. *cf.* Lex Vrson. [CIL I^{2} 594] 61, 2 -i iure. Gaivs inst. 4, 21 -i [*v. p. 621, 25, ubi accedit gen. summam solvendam indicans, cf. l. 29*]). Cic. inv. 1, 83 ne, cum aliter sint multa -ta, solitarium aliquid aut rarum -um afferatur. Quinct. 29 postulat, ut procurator -um solvi satis daret (30. 44 Verr. II 2, 60 Gaivs dig. 3, 3, 46 pr. inst. 4, 25. 91 Vlp. dig. 3, 3, 40, 2. *al. inseritur in textum gr.* Cod. Iust. 2, 12, 27, 2 *τὴν* -um s. *cf. p. 611, 11*). Flacc. 49 decrevit, ut, si -um negaret, in duplum iret. 68 edictum probas, -um fateris. Cels. dig. 46, 3, 69 poterit is, cui condemnatus es, tecum agere -i *sc. actione* (Gaivs dig. 42, 1, 7 inst. 4, 25. Vlp. dig. 42, 1, 6, 1 -i decem agitur, his enim solis condemnatur [*cf. l. 22*]. *al. cf. vol. I 1397, 27 sqq. et* Iulian. dig. 42, 1, 61 in -i actione [Gaivs inst. 4, 9. *al.*]. Mod. dig. 46, 1, 41, 1 -i conveniri [Cod. Iust. 4, 31, 2. 5, 58, 1. *al.*]). Qvint. inst. 5, 13, 24 quod de exemplis, idem etiam de -is observandum. Gaivs inst. 3, 173 si ... quid ex causa -i debeatur (3, 180 Vlp. dig. 20, 4, 10. *al.*). Papin. dig. 16, 2, 16, 1 -i exsecutionem (*v. p. 621, 20 et vol. V 2, 1842, 13. cf.* Cod. Iust. 7, 62, 32, 2 [*a. 440*] officiis ... exsequentibus -a. 7, 53 tit. de e. rei -tae). Vlp. dig. 42, 1, 2 *iudex* non semper tempus -i servat. Itala Is. 10, 2 (Tert. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 20) vitantes iudicia mendicorum et dir'pientes -a pauperum (*i. pro pauperibus data, cf. p. 622, 15 sqq.; gr. κρίμα, Vulg. aliter*). Iul. Vict. rhet. 1 p. 374, 18 (*vertitur gr. τὸ κρινόμενον, cf.* iudicatio *p. 603, 59*). Ambr. fug. saec. 7, 44 suscepit ... mortem, ut impleretur sententia, satisfieret -o (*seq. gen. 3, 17 sqq.*). Avg. in psalm. 118 serm. 24, 3 l. 29 nostra -a contemnunt (*antea*: iudiciis nostris). Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 45^{D} documenta imperatorii -i super absolutione Caeciliani. Vincent. Ler. 33, 2 episcoporum -a ([indicta *var. l.*]. *cf.* Conc.^{S} II 3, 3 p. 20, 4 'etiam' nostrum est -um [decretum *versio antiqua, gr. II 1, 3 p. 16, 22 ἐπίκρισις*]. Epist. pontif. 937 Conc.^{S} IV 2 p. 142, 11 -um datum est a ... episcopis. *cf.* Facvnd. defens. 2, 3 p. 568^{A} totius ecclesiae -o). Cassiod. Ios. antiq. 14, 265 decreta *senatus et imperatorum Romanorum* ... et aliarum civitatum -a (*gr. ψηφίσματα*). Cod. Iust. 12, 59 (60), 5 (*a. 415*) quicumque apparitores ob culpam vel neglegentiam fuerint -o discincti *eqs.* **2** *usu vario*: Plin. nat. 17, 30 mutantur saepe -a ... et diu comperta. Gell. 14, 1, 2 *Favorinus de Chaldaeis disseruit* inlustri oratione; exercendi ... gratia ingenii an quod ita serio -oque existimaret, non habeo dicere. Tert. adv. Marc. 2, 12 p. 352, 4 totum hoc -o dispositum ... est (*seq.* iudicia ... creatoris). 4, 29 p. 522, 19 quasi non et hoc ipsum -o fiat. paenit. 5, 8 -o pronuntiasse eum meliorem *eqs.* Symm. epist. 1, 52 in suspicionem gratiae venire amantium -a. 1, 78 -um, a quo nemo dissentit. 1, 105 non stili mei ... meritum, sed ordinis *senatorii* -um. Ambr. paenit. 1, 12, 58 Christi -um (*sc. Luc. 12, 47 sq.*; iudicium *var. l.*).

c. acumine dictum iudicium -are *p. 619, 54*, iudicio -are *p. 620, 34. 63.*

deriv.: iudicabilis, iudicatio, iudicativus, iudicator (-trix), iudicatus.

compos.: ab-, ad-, con-, di-, prae-, subiudico; iniudicatus.

Oomes.

iūdilus *v.* iulis. **iuen-** *v.* iuven-.

iugābilis, -e. *a* iugare, *cf.* iugalis, coniugabilis. **1** *i. qui iugari potest*: Ps. Avg. quaest. test. I 106, 2 substantias ... factas esse significavit *Moyses*, quia, si hoc tacuisset, aeternae forte putarentur esse substantiae deo -es aestimatae. **2** *t. t. philos.* competentia (concordia *l. 83*) -is *i. per quam elementa iungi vel iuncta teneri possunt* (*cf. Plat. Tim. 32c τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη δι' ἀναλογίας ὁμολογῆσαν. Chalc. transl. 31C* congrua mensura partium. *comm. 19* analogiam sive competentiam. *v. et Mras, SBBerl. 1933, 243*): Macr. somn. 1, 6, 24 sicut in Timaeo ... adsertum est, non aliter ... permisceri terram ... et ignem potuisse et per tam -em c. foederari. 1, 6, 31 per omnia una et sibi conveniens -is c. cucurrit, elementorum diversitatem ... consocians (*cf. 28* continentiam sensus de Timaeo ... excerptam). 1, 6, 33. 1, 19, 21 (*ex Ptolemaei opere de harmonia*). 2, 2, 1. 2, 2, 18 *anima mundi* ex his numeris fuerat componenda, qui ... continent -em c., quia ... mundo ipsa erat -em praestatura concordiam. *cf.* iugalis *p. 625, 74. 633, 43.*

⁎iugālis, -e. *a* iugum, *cf.* coniugalis. *scribitur. hic illic* iog- (CE 1384, 1 [*prope Viennam, a. 562*]. Pap. Marini 122, 85. 92) *vel* iuc- (CIL III 14903^{1}, 2 IV 8986), *utrumque etiam in codicibus*; -gaesl-, -gall- Tab. Albertini 16, 5. 13. *formae vulgariores exstant nom.* -es (Pap. Tjäder 7, 31; *de* -i *ibid.* 4—5, 4, 6 *non constat*), *dat.* -e (CIL III 14904, 3), *abl.* -e (Iord. Get. 313 Rom. 309 CIL VI 9936, 3 *a. 537.* 33716, 2 *s. V.* Pap. Marini 122, 4 *et saepius*). Not. Tir. 56, 32 -is. *de notione et origine*: Serv. Aen. 4, 16 'vinclo ... -i' ... -i ... propter iugum, quod imponebatur matrimonio coniungendis, unde et Iuno -is dicitur (Serv. auct.: quidam '-i' accipiunt pro 'coniugali', per aphaeresin dictum). 7, 320 '-es' coniugales, matrimonio ... conceptos. Gloss. *δμόζυγος. γαμική.* -em: coniugem. *legitur in poesi (metri gratia pro* coniugalis *adhibitum) inde a* Catvllo, Verg., Ov., *in prosa praeter inscriptionem Pompeianam p. 625, 16 non ante* Cels. *p. 625, 61,* Cvrt. *p. 625, 40,* Apvl. *l. 39. p. 625, 30.* [*sard.* juvale '*iugum*', ju(v)ale '*iugum vitium*' *ut francog. mer.* joual, *vet.* jouau. *G.*]

1. iugo, -āvī, -ātum, -āre. *a* iugum. *inter verba activa coniug. I^{as} enumerat* CHAR. gramm. p. 473, 6 B. *de formis*: -arat VERG. Aen. 1, 345 (*inde* GLOSS.; -verat CHALC. comm. 146), -asti SIDON. epist. 9, 9, 12, *inf.* -arier MART. CAP. 1, 92 (vers.), *? imper. mediopass.* -ator AVSON. *p. 633, 12.* *de notione et origine*: NON. p. 47, 7 '-tum' coniunctum, a iugo dictum (*affert* CIC. *p. 633, 40*). CHAR. gramm. p. 473, 6 B. -o: *ζευγνύω σταθμόν*. GLOSS.L I Ansil. IV 119 -are: matrimonium iungere. GLOSS. -arat: coniunxerat. matrimonio iunxerat. *usum technicum primus testatur* VARRO rust., *ceterum exstat inde a* CATVLLO, CALVO, CARM. *p. 633, 39* (*Naevio adscriptum Laevio tribuit Scaliger*), CIC. [*confunditur in codd. maxime c.* coniugare, (con)iungere, ligare (*ex. gr. l. 78*).]

i. q. iugo ornare: **I** *in universum*: **A** *vites, malleolos sim. ita, ut iugis affigantur vel fulciantur, aut areas ita, ut talibus iugis instruantur* (*t. t. agr.*): VARRO rust. 1, 8, 1 (*bis*) vineae -tae (1, 8, 2. COLVM. 4, 20, 1 pedatam v. -tamque. 4, 26, 1 adminiculandae -andaeque. 11, 3, 58 arb. 4, 1. 2 PLIN. nat. 17, 186 AMBR. in Luc. 9, 29). COLVM. 4, 1, 5 -ta vineta. 4, 14, 1 *malleoli* prius quam germinent -entur. 4, 30, 2 (*bis*) vicenis *iugeribus vineae* -andis (*antea*: ligandae vineae). 5, 5, 11 in -tis vitibus (5, 5, 15. arb. 5, 2 si -ta⟨m⟩ eris facturus [*an* '*vineam*'*?*]. 5, 6. PLIN. nat. 17, 207 *opp.* arbusta vite). ANNIAN. carm. frg. 3 quando flagella -as, ita -a, vitis et ulmus uti simul eant (-bis *Iuba Prisc. gramm. III 421, 5* [*Ald.*, iuv- *trad.*]; ligas, ita liga *Mar. Victorin. gramm. VI 122, 16 et Serv. Aen. 4, 291 versum Septimio Sereno tribuentes*). *cf. p. 633, 40.* **B** *alia ita, ut formis iugorum similibus exornentur*: PAVL. NOL. carm. 19, 616 *littera* 'τ', qua ... cacumen habet, transverso vecte -atur. 19, 668 superciliis a fronte -antia vultum lumina. *huc fortasse* MART. CAP. 2, 120 (vers.) quid -tā lineā trigonus recurvet (*i.* '*ad iugi similitudinem formata*' *sc.*

[Lévêque-Quadlbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

accentu circumflexo, nisi 'ex duabus lineis iungendo effecta'; cf. iugum *p. 643, 42*).

II *accedit notio iungendi*: **A** *usu sollemni*: **1** *coniugio* (*fere poetice*): **a** *-antur singuli*: Catvll. 64, 21 Thetidi pater ... -andum Pelea sensit. Verg. Aen. 1, 345 cui pater intactam dederat primisque -arat ominibus (*cf.* Stat. Theb. 2, 204 primis ... hymenaeis ... Argian ... -ari). Hor. carm. saec. 18 decreta super -andis feminis. Sen. Herc. f. 852 virgines nondum thalamis -tae (Pavl. Nol. carm. 21, 400 Mart. Cap. 1, 32 [vers.]. *adde l. 20*). Tro. 362 quo -ari Thessalae cultu solent ... nurus. Stat. Theb. 3, 157 dextra ... in sorte (*cf.* Drac. Romul. 6, 82 felici sorte). silv. 5, 1, 46 te -tum ... fovebat *uxor*. Avson. 313, 2 p. 407 P. par pari -ator (-ato *var. l.*) coniunx. Prvd. c. Symm. 1, 264 praegnans nova nupta -atur (vocatur *var. l.*). Cypr. Gall. iud. 544 optatori[s] quaesita -atur. Mart. Cap. 1, 92 (vers.) *Mercurium* conubio rite -arier. Cassiod. Ios. antiq. 17, 1 quae fuerat Alexandro -ta (*gr. 11* συνῳκηκυῖαν). 17, 4 illam non -ret *i. non uxorem secum retineret* (*gr. 48* ἀπείπασθαι ... γαμετήν). *spiritualiter vel in imagine*: Ps. Tit. epist. l. 25 corpus ... legi divinae -tum. l. 31 te ... corpori Christi -ta⟨m⟩ esse (*cf.* Ven. Fort. carm. 6, 4, 14 thalamis domini sponsa -anda). l. 291 isti -ti (*i. mariti, ut vid.*). Sidon. epist. 9, 9, 12 mulierem pulchram ... tibi -sti; ... philosophiam scilicet.
b *-antur bini*: Calv. carm. frg. 6 cara -vit *Ceres* corpora conubiis. Stat. Theb. 5, 116 qua pace feras volucresque -ari mos. Nemes. cyn. 122 cura -andi *canes*. Pavl. Nol. carm. 25, 227 (*v. p. 624, 45*). Mart. Cap. 1, 1 (vers., *ad Hymenaeum*) elementa ligas vicibus mundumque maritas atque auram mentis corporibus socias, foedere complacito sub quo natura -atur, sexus concilians *eqs.* 1, 31 (vers.) -ta caelitum ... consortia. 3, 222 (vers.). 9, 914 (vers.). Drac. Romul. 7, 59 Fides Pietasque -ent (*trad.* iung-) *sponsos*.

2 *iugo ad vehendum apto*: Manil. 5, 350 *sub Centauro natus* mixtas ... -bit semine quadrupedes *i. mulas*. Treb. Gall. 8, 2 boves cornuis auro -tis (*i. aureis iugis iunctis, cf. Colum. 2, 2, 22* ut cornibus inligetur iugum *sc. in quibusdam provinciis; vix recte Salmasius* '*cornibus auratis*'). Arator act. 1, 673 qua *via* spado -tis Aethiopum pergebat equis. Isid. orig. 18, 35 primus Clisthenes ... tantum medios *equos* -vit. Miracc. Theclae 2 p. 171, 7 qui *boves* eo die -bantur ad vehicula.

B *usu liberiore* (*-antur bina vel plura*): **1** *vario*: Carm. Macr. Sat. 1, 18, 16 (*v. p. 632, 65*) sol ... habenas immittit propius -atque terrae (*i. currum terrae admovet*). Cic. Tusc. 3, 17 *virtutes* inter se nexae et -tae sunt. Colvm. 4, 17, 1 harundines pluribus operis -antur *a vitium cultoribus* (*cf. p. 626, 38 sqq.*). 12, 15, 1 pali ... perticis -antur (12, 39, 1). Apvl. Plat. 1, 8 p. 197 sicut ignis aëri cognatione coniungitur, ita umor adfinitati terrenae -atur (*antea*: apta et conexa. *cf. p. 623, 73 sqq. et* Chalc. transl. p. 36[E] medium *corporeum* ... adplicans mediae *animae* modulamine apto -bat *demiurgus* [*gr.* προσήρμοττεν, *Cic. Tim. 26* copulabat]. comm. 146 *mundi* animam corpusque. Boeth. cons. 5 carm. 3, 5 ut, quae carptim singula constent, eadem nolint mixta -ari). Ser. Samm. 137 nitrum cum melle -tum (*de medicinis miscendis, ut* 974 carica ... c. m. -etur. *cf.* 211 vina chelidoniae [712 hyoscyamum cerae]. 572 puleium ... et agreste -atur anethum: synthesis haec prodest). Anth. 484, 2 hos *quattuor ventos* circum gemini *venti* dextra laevaque -antur. Opt. Porf. carm. 14, 32 reparata -ans maesti divortia mundi orbes iunge pares, *imperator*. Serv. auct. Aen. 4, 374 sellas duas -tas. Cypr. Gall. gen. 372 Gomorra quibus *civitatibus* Sodomaque -antur (*i. adiacent*). iud. 505 ⟨adiuvat⟩ uxorem votis Manoea -tis *i. adiunctis* (iugalis *Mayor*). Mart. Cap. 9, 902 (vers.) rosis -bo lilia. **2** *in arte gramm. vel rhet.* (*arithmet. l. 71*): Cic. top. 38 quia -ta verba essent 'pluvia' et 'pluendo' (coniugata *Friedrich, cf. antea*: ex coniugatione, quam *συζυγίαν* vocant. *12* coniugata dicuntur, quae sunt ex verbis generis eiusdem. *aliter* Mart. Cap. 3, 289 [vers.] expleta ... syllabarum pagina est: -anda ... v. *i. adiungenda verborum expositio*). Qvint. inst. 5, 10, 94 ducuntur argumenta a ... similibus, dissimilibus ..., effectis, eventis, -tis (*P, om. B, del. Halm al.*, fugatis *A*), comparatione *eqs.* (*cf. 85* coniugatum *et* 6, 3, 66 differentibus, -tis, adiunctis, ... comparatione ... similis materia praebetur). Ter. Mavr. 136 *littera* '*y*' vocalibus ... -ta graecis (*cf.* 139 'u' ..., vocale sonantes sibi quae -ret omnes. 146 hanc '*u*' et ... 'i' simul -tas ... sumere vim ... consonantum. 245. 403. 406). 1459 duo pariter pedes -ti (1465 Mar. Victorin. gramm. VI 47, 5. 132, 10). Fav. Evl. 18, 4 W. (= p. 13, 13 H.) quatuordecim, septem, quatuor, duo, unus: et duodetriginta congregatio -ta componet. Fvlg. myth. 3, 9 p. 74, 17 *viva vox potest* ptongos -are. Mart. Cap. 2, 120 (vers.) -are rhythmicā ac dissipare mixta ... regulā. 2, 203 vocabula ... -tis alternatisque litteris inspirata. 2, 219 (vers.) -ta ... pagina (*i. adiuncta. cf. l. 62 et* 3, 222 [vers.] -bo ludum *i.* '*adiungam carmen*', *nisi* '*-andis verbis carmen componam*'). *v. etiam p. 632, 84*.

III *accedit notio subigendi*: Sidon. carm. 7, 591 quas tibi, *Roma*, saepe -bit *Avitus* inflictis gentes aquilis.

p. p. p. iugātus, -a, -um *pro adi. v. supra passim, pro subst. l. 21. 63*.

deriv.: iugabilis, iugamentum, iugatio, iugator.

compos.: ab-, ad-, con-, di(s)-, se-, sub-, transiugo; iniugatus.

? **2. iūgo** *v.* iugio. *Lévêque-Quadlbauer*.

iugōsus, -a, -um. *a* iugum *sec.* montosus. *i. q. iugis abundans, acclivis, montosus*: Ov. am. 1, 1, 9 quis probet in silvis Cererem regnare -is (epist. 4, 85). *B*.

iugulae, -ārum *et* **iugula,** -ae *f. cf.* iugum. *de orig. et notione*: Varro ling. 7, 50 apud Plautum 'neque -a *eqs.*'; -a signum, quod Accius appellat Oriona ...; huius signi caput dicitur ex tribus stellis, quas infra duae clarae, quas appellant umeros; inter quas quod videtur iugulum, -a dicta. Pavl. Fest. p. 104 -a stella Orion, quod amplior sit ceteris, quasi nux iuglandis. Isid. nat. 26, 8 Orion a gladio dictus est, unde etiam eum Latini -am vocant sidus ut videtur armatum et stellarum luce terribile (*cf.* orig. 3, 71, 11). Schol. Germ. Bas. p. 93, 20 *Orion* latine -a appellatur. Gloss.[L] II Philox. iv 38 -a: ἄστρον Ὡρίωνος ὡς Ἀττιός φησι (*i. Accius*; Ὁράτιος *trad., quod ad Hor. carm. 1, 28, 21 referri potest*). III Abol. iv 9 -a: sidus Orionis. Gloss. III 200, 35 zeuzelate (*i.* ζευγηλάται): -e.

caeli signum, quod Graeci Oriona appellant, Latini antiquis temporibus iugum duplex plaustri vel aratri interpretati sunt (*cf.* iugum *p. 640, 13 et v. Gundel, De stellarum appellatione et religione Romana 83 sqq. Lehmann-Nitsche, Philol. 81, 1926, 202 sqq.*): Plavt. Amph. 275 nec -ae (-a *Varro l. c.*) neque vesperugo neque vergiliae occidunt. Manil. 5, 175 nunc cancro vicina canam, cui parte sinistra consurgunt -ae (*cf. Boll, Sphaera 385 sq.*). Colvm. 11, 2, 76 Id. Oct. ... -ae exoriuntur vespere. Firm. math. 8, 9, 1 in I. parte cancri oriuntur -ae. Orient. carm. app. 4, 12 te *dominum* ... vergiliae, -a, vesperugo, lucifer ... invocant.

iūgulanda, iūgulāns *v.* iuglans.

iugulāris, -e. *a* iugulum. *i. q. ad iugulum pertinens*: Chiron 284 utemur sanguinis detractione de capite et -bus venis *eqs.* (2, 91 Veg. mulom. 2, 12, 2). *m. pro subst. i. q. clavicula*: Vindic. epit. alt. 34 p. 481, 20 ('de ossarum dispositione') qui est in torace -e(s) duo; caput humerorum, quod condrum iunguntur, quod clidion (*i.* κλειδίον) vocantur.

ˣiugulātio, -ōnis *f. a* iugulare. *i. q. caedes, occisio* (*gr. respondet* σφαγή): Bell. Hisp. 16, 4 -e oppidanorum facta (18, 9). 22, 6 -em magnam facit (Itala Is. 34, 6 [Tycon. in apoc. 9, 14 p. 299, 23; *Vulg.* interfectio]). Tert. anim. 25, 5 aeneum spiculum, quo -o ipsa (*i. infanticidium*) dirigitur caeco latrocinio. Itala Is. 53, 7 (Tert. resurr. 20 p. 52, 27. *al.*) *Christus* tamquam ovis ad -em adductus est (*Vulg.* occisionem). psalm. 43, 22 (Tert. scorp. 13 p. 175, 9. *al.*) deputati sumus ut pecora -is (*Vulg.* occisionis). Zach. 11, 4 (Rufin. Greg. Naz. orat. 1, 63, 2 p. 51, 15) pascite oves -is (*Vulg.* occisionis). Tycon. in apoc. 9, 14 p. 299, 18 (*ad Ier. 46, 10*) sacrificium ... -is et non laudis (Primas. in apoc. 9, 14 p. 860[B]). Rvfin. Orig. in Ios. 8, 2 p. 338, 2 hostiarum. Cael. Avr. acut. 1, 12, 102 phlebotomia ... a -e non differt (1, 15, 119. 2, 38, 219. *cf. p. 636, 25*). Pass. Perp. 21, 11 prosternitur *martyr* ... ad -em solito loco. Pass. Fabii (BHL 2818) p. 130, 3 interrupto ... -is elapsu. *al.* *translate*: Ps. Avg. serm. ed. Caillau 2 app. 1, 4 *femina* muscipulum est animae, latrocinium vitae, suavis mors et dulcis interitus, malum libens et sapida -o.

iugulātor, -ōris *m. a* iugulare. Gloss.[L] II Philox. iv 45 -es: σφάκται. Gloss. II 472, 45 φονεύς: homicida, -r, necator *eqs.* [*val.* junghetor. *R.*] *i. qui iugulat*: Hier. epist. 60, 15, 2 Iulianus, perditor animae suae et Christiani -r exercitus. Salv. eccl. 3, 94 *adulationes* gladii sunt -es tui (*95* ista sunt officia, quae te iugulant, ista sunt, quae in mortem trahunt).

f. **iugulātrīx,** -īcis. *i. q. interfectrix*: Drac. Orest. 590 -em patris (*cf. 201* interfectricem).

deriv.: iugulatorium.

Gloss. III 204, 42 sf[r]agidion (*i.* σφαγίδιον): **iugulātōrium** (*cf. 326, 13* σφαγίς: occisorium. *II 449, 10* cultrum). *a* iugulator.

ˣiugulo, -āvī, -ātum, -āre. *a* iugulum. *de orig.*: Char. gramm. p. 393, 14 B. -are ob iugulum *dictum est*. Dvb. Nom. gramm. V 581, 21 iugulum generis neutri ..., ab hoc dictum -are. *de script. et formis*: ηυγυλατυς *i.* -tus: Inscr. Kaufmann, Hdb. d. altchristl. Epigr. 216. *?* iugll-: *v. l. 81*. -lere: Ov. Ib. 321. *perf. formas breviores tantum legimus* -assem, -asset, -asse, *fere solas* -asti, -astis (-vistis *nonnisi in schemate* Gloss.[L] II Philox. iv 43), *ceterum* -arunt (Bell. Hisp. 22, 3) *et* -verunt (Liv. epit. Oxyrh. 8, 198 Vvlg. IV reg. 10, 14 Gloss. *l. c.* 44) *et* -vere (Vell. 2, 19, 1 Avr. Vict. Caes. 18, 2 epit. 12, 8), -arit (Cic. Phil. 7, 18 Mart. Cap. 5, 445. 453) *et* -verit (Cic. Phil. 3, 31 Ov. am. 3, 8, 21 Sen. contr. 9, 2, 6. *al.*, *cf.* -veritis Rhet. Her. 4, 39, 51, -veris Optat. 2, 21 p. 58, 12 Lvcif. non conv. 11 p. 24, 30), -aras (Ter. Eun. 417) *et* -verant (Oros. hist. 5, 21, 5). Not. Tir. 71, 66. Synon. Cic. p. 431, 11 interficit ... -at. Gloss. σφάζω. θύω. -at: necat, perimit. -are: punire. -vi: ἔκτεινα. *al.* *legitur inde a* Plavto, Ter., Rhet. Her., Cic., Lvcr.; *adamatur a* Cic. *in orationibus* (*maxime prioribus et* Phil.; *ceterum p. 635, 61. 73*). Bell. Hisp. (*11[ies]*, iugulatio *ter*), Vell., Val. Max., Apvl. *necnon* Ov., Cels., Mart. *al.*; *deest ex. gr.* Caes., Hor. carm. epod.; *in dactylis heroicis nonnisi* Verg. *p. 636, 1*. Lvcan. *p. 635, 39 et ap.* Prvd., Clavd., Drac. [*prov.* julhar, *val.* junghia, *utrumque notione strangulandi. G.*] **[***dub.*: CIL IX 1671 (*iuxta imaginem gladiatoris*) iuglla iuglla ('*videntur esse acclamationes coronae*' *Mommsen*).**]**

i. q. gladio sim. per iugulum acto occidere, mactare, trucidare (*distinguitur a* strangulare *p. 635, 3*, laqueo frangere *p. 635, 49. inter ge-*

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nera occidendi VLP. dig. 29, 5, 1, 17 occisorum appellatione eos contineri Labeo scribit, qui per vim aut caedem sunt interfecti, ut puta -tum strangulatum praecipitatum vel [ve *coni. Mommsen*] saxo vel fuste vel lapide percussum vel quo alio telo necatum. PAVL. sent. 3, 5, 2 occisus videtur non tantum qui per vim aut per caedem interfectus est, velut -tus aut praecipitatus, sed et is qui veneno necatus dicitur. *incisio iuguli exprimitur l. 16. 23. 37. 40. 42. 51 necnon p. 636, 33. 637, 7*): **I** *proprie et in imagine*: **A** *strictius de animantibus* (*fere hominibus, per prosopopoeiam infra l. 44; de bestiis l. 77. p. 636, 28*): **1** *usu primario*: **a** *variis modis*: *α -antur homines*: RHET. Her. 4, 39, 51 liberi ... parentum ... in sinu -antur (*cf.* SEN. benef. 7, 19, 8). CIC. S. Rosc. 13 accusant ii qui hunc ipsum -are ... cupierunt (*syn.* trucidetur). 32 patrem meum, cum proscriptus non esset, -astis, occisum in proscriptorum numerum rettulistis. 64 Planc. 71. Mil. 31 optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio ... quam -ari a vobis, quia se non -andum illi tradidisset. Phil. 3, 4. *al.* LVCR. 4, 1014 in somnis ... tollunt clamorem, quasi si -entur. BELL. Alex. 46, 5 BELL. Hisp. 15, 6. *al.* SALL. Catil. 16, 3 insontis sicuti sontis circumvenire -are. 51, 32. 34 NEP. Eum. 12, 4. HOR. sat. 1, 7, 35 (*34* tollere). epist. 1, 2, 32 ut -ent hominem, surgunt de nocte latrones. PROP. 2, 8, 4 ipsum me -a, lenior hostis ero. OV. am. 3, 8, 21 epist. 1, 21. 14, 11 me pater ... licet ... illo -et, quem non bene tradidit ensem ([*5* iugulo demittere ferrum]. met. 12, 484 medio -beris ense. *cf.* VAL. MAX. 2, 6, 7 gladius ..., quo noxii -antur [BOETH. cons. 1, 4, 36 W.]. AMM. 28, 1, 57 Maximinus ... damnatorio -tus est ferro et Simplicius ... truncatus. MARCELL. chron. II p. 99, 514, 3 cultro. SALV. gub. 5, 57 mucrone). met. 9, 151. *al.* LIV. 1, 58, 4. 24, 26, 12. 38, 24, 9 -ti praecisum caput. frg. 22 fugitivos ... ipsis imperavit ut interficerent; -tos de muro deiecerunt. SEN. contr. 9, 2, 6 quot praeter hunc -verit *praetor*, quot innoxios damnaverit, quot carcere incluserit. VELL. 2, 71, 3 Varus ... liberti ... manu ... -tus est (QVINT. decl. 379 p. 423, 22. LVCIF. Athan. 1, 8 p. 79, 19 m. militari -are credentes. DRAC. Orest. 738). *al.* VAL. MAX. 9, 11, 2 id egerat *Fimbria*, ut Scaevola in funere C. Marii -retur; quem postquam ex vulnere recreatum conperit *eqs.* (*cf. Cic. S. Rosc. 33* vulneraretur). *al.* CELS. 3, 23, 7 quidam -ti gladiatoris calido sanguine poto tali (*sc. comitiali*) morbo se liberarunt (*item* TERT. apol. 9, 10 *seq.* iugulo. *cf.* SCRIB. LARG. 13. 17). SEN. epist. 7, 5. 93, 12 CVRT. 3, 2, 18 ASCON. Mil. p. 33, 16. LVCAN. 7, 630 probet ..., quem -at, non esse patrem. FRONTIN. strat. 1, 9, 1 TAC. hist. 2, 64, 1. *al.* SVET. Galba 20, 2 (*antea*: optulisse ultro iugulum). *al.* FLOR. epit. 3, 21, 20 GRAN. LIC. p. 19, 1. APVL. met. 1, 14, 3 (*cf. 1, 13, 4* per iugulum ... gladium ... demergit). *al.* TERT. spect. 23 p. 24, 8. ITALA prov. 9, 2 (Tert. scorp. 7 p. 158, 28. *al.; de loco mire mutato cf. Bauer, BiblZ. N. F. 9, 1965, 85 sqq.*) sophia -vit filios suos (*gr. ἔσφαξεν τὰ ἑαυτῆς θύματα, Vulg.* immolavit victimas suas). Luc. 19, 27 (cod. a; *gr. κατασφάξατε, Vulg.* interficite). act. 5, 36 (cod. h; *gr. ἀνῃρέθη, Vulg.* occisus est). VOPISC. Aurelian. 31, 5 infantes occidimus, senes -vimus, rusticos interemimus. Ps. AVR. VICT. epit. 40, 5 Maximianus ... poenas dedit ... fractis laqueo cervicibus; Alexander a Constantini exercitu -atur. OPTAT. 2, 25 p. 62, 21 (*infra*: ire ... in iugulos). RVFIN. hist. 2, 20, 6 pontifex interficitur, post illum quam plurimi -antur (*gr. κατασφαγῆναι ... ἀναιρεῖσθαι*). DRAC. Romul. 5, 101 si -et miseros iniusta morte necando. *al.* *proverbialiter* (*cf. Otto, Sprichw. p. 154*): TER. Ad. 958 suo sibi gladio hunc -o. LVCIF. Athan. 1, 9 p. 80, 19 temet mucrone gladii tui -tum. PELAG. epist. ad Demetr. 25 p. 40^{B} adversarius ... nostro ... nos, ut dici solet, -at gladio (CAES. AREL. serm. 119, 3 p. 476, 18). AVG. nat. et grat. 54, 64 illi eum suo gladio -bunt. *in imagine vel comparatione*: CIC. Phil. 13, 40 ego lanista? et quidem non insipiens: deteriores enim -ari cupio, meliores vincere. Att. 1, 16, 2 *Hortensius* properavit rem deducere in iudicium, cum illum *Clodium* plumbeo gladio -tum iri tamen diceret. Ps. QVINT. decl. 12, 15 p. 232, 4 non tua culpa fames coepit, sed vulneratum -asti, titubantem stravisti, fumantem incendisti. LACT. inst. 3, 4, 9 tamquam Sparti ... invicem -ant *sapientes*. 6, 7, 8 *in cultu deorum diabolus* universos ... uno mucrone -at et praecipitat in mortem. HIL. c. Const. 8 p. 585^{B} *diabolus docuit* -are sine gladio. OPTAT. 2, 24 p. 61, 5 *linguis tamquam gladiis* -astis non membra, sed nomina (*cf.* 2, 25 p. 64, 22 linguae gladio -astis *episcopos*). PELAG. in I Cor. 15, 56 sagitta mortis peccatum, per quod animae -antur. PREVD. ham. 152 *homo* gladii ... aciem -andus adorat. SALV. eccl. 1, 34 vitia letali gladio animas et perenni occisione -antia. CE 1405, 4 patrios ... foedasti funere vultus, aeterno -as gladio corda matris. *β -antur bestiae*: CIC. Tusc. 5, 116 grunditum, cum -atur, suis. OV. met. 15, 467 haedum. IVV. 15, 12 fetum -are capellae. APVL. met. 6, 31, 5 *asinum* (8, 31, 4). ITALA Ezech. 34, 3 (Cypr. epist. 57, 4 *CR, cf.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 4, 1) quod crassum est -atis (interficitis *ceteri codd. Cypr.; gr. σφάζετε, Vulg.* occidebatis). AVG. serm. 178, 9, 10 lupus venit ad ovile ovium, ... quaerit -are, quaerit devorare. PALLAD. hist. mon. I 7 p. 277^{B} arietes quatuor electos atque -tos et fune connexos tenens (*gr. p. 59, 11 B. σφάξας*).
in imag.: LIV. 6, 17, 2 saginare plebem populares suos, ut -entur. TERT. anim. 33, 1 -andae quaeque *animae humanae* in occisoriis *generibus animalium* (*cf.* 33, 3 ut perinde -etur *anima homicidae*, quia et ipsa -verit). AVG. in euang. Ioh. 45, 11 l. 23 *haeretici tamquam oves* taedium patiuntur ad revocantem et non intellegunt -antem.

b *sacrificando*: VERG. Aen. 11, 199 in flammam -ant pecudes (*item* 12, 214 PRVD. c. Symm. 2, 1108). PHAEDR. 5, 4, 6 nisi qui nutritus illo *cibo* est, -tus foret *sc. verres*. MART. 3, 24, 14 dum -as hircum. IVV. 12, 127 -ta Mycenis *Iphigenia*. ITALA gen. 22, 10 (Rufin. Orig. in gen. 8, 8 p. 82, 30) extendit Abraham manum suam, ut acciperet gladium et -ret filium suum (*gr. σφάξαι, cod. 111 al.* occideret, *Vulg.* immolaret). lev. 4, 4 (Monac.) inponat manum suam super caput vituli et -et illum (*gr. σφάξει, Lugd.* occidet, *Vulg.* immolabit). DARES 43 Polyxenam (CLAVD. DON. Aen. 3, 320 p. 311, 12). VVLG. Is. 22, 13 occidere vitulos et -are arietes (RVFIN. Orig. in gen. 8, 9 p. 84, 22 et Isaac, qui non est -tus, et aries, qui -tus est). RVFIN. Adamant. 1, 9 p. 21, 9 per Moysen prohibet *deus* ... hominem -ari (*syn.* immolare). hist. 3, 28, 5 hostias carnales (*gr. σφαγαῖς*). BACHIAR. repar. laps. 21 p. 1059^{A} pecora (*syn.* immolatur). *in imag.*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 4, 3 per gratiarum actionem deo verbi nostri victimam -emus (7, 5, 1). AVG. serm. 26, 5, 5 p. 173 misit *deus* -andum ovem innoxiam *Christum* (*cf.* RVFIN. Orig. in gen. 4, 2 p. 52, 18 *et* CAES. AREL. serm. 83, 4 p. 327, 28 *in interpretatione allegorica vituli Luc. 15, 27*).
2 *usu secundario*: **a** *i. q. -tum describere*: HOR. sat. 1, 10, 36 Alpinus *poeta* -at dum Memnona (*ambigue dictum, cf.* PORPH.: sub ea specie quasi dicat 'dum describit, quem ad modum Memnon -etur', intellegi vult ab ipso potius -ari, dum male scripsit). **b** *i. q. fere sine dolo malo morte afficere: de medicis imperitis* (*c. exaggeratione dictum*): CELS. prooem. 43 (*de vivis incisis*) consequi medicum, ut hominem crudeliter -et (2, 10, 11 in ipso impetu eius *febris* sanguinem mittere, h. -are est). SCRIB. LARG. 84 quidam -antur genere quodam incitata eruptione sanguinis ab eiusmodi hominum imprudentia. *de quadrupedibus*: LEX Visig. 8, 4, 16 si -verit aliquem ... quadrupes. *ibid.* si filiam alicuius aut uxorem -verit (*antea*: si ... mortem ... intulerit). **c** *i. q. ad necem tradere*: MART. 3, 99, 4 cur ludere nobis non liceat, licuit si -are (*sc. gladiatores*) tibi? SCHOL. Iuv. 4, 110, 2 ('tenui iugulos aperire susurro') ⟨qui⟩ per leves suspiciones solitus sit homines -are (*1* ad necem tradere).
B *latius de rebus*: **1** *in serm. medicinali de morbis letalibus*: CELS. 3, 15, 6 quartana neminem -at. 3, 20, 1 *lethargus* celeriter -at. 4, 25, 1 *tenesmos* neque acutis neque longis morbis adnumerari debet, cum et facile tollatur neque umquam per se -et. 8, 14, 3.
2 *c. acumine dictum de stiria*: MART. 4, 18, 8 (*3* in iugulum pueri, qui roscida tecta subibat, decidit hiberno praegravis unda gelu) ubi non mors est, si -atis aquae? **3** *allegorice de circumcisione*: ARATOR act. 1, 775 (*ad 9, 33*) iure per hoc tempus (*sc. octo annos*) membris defecit ademptis antiqua sub lege iacens *Aeneas*; -antia quippe vulnera semper habent quorum fit saucius infans octavo veniente die.
II *hyperbolice et translate c. respectu perdendi*: **A** *generatim*: **1** *pereunt animantia*: **a** *varie*: PLAVT. Stich. 581 *amici* mi auctores fuere, ut egomet me hodie -rem fame. TER. Eun. 417 pulchre ... dictum et sapienter; papae -aras hominem; quid ille? :: mutus ilico (DON.: pulchre ... '-aras' ..., non 'occideras', quasi gladio, non verbo usus sit. SCHOL.: confudisti amaritudine verbi). CIC. Verr. II 2, 64 posteaquam tam multis eum factis decretisque -asset *Metellus*. PETRON. 18, 6 (vers.) contemni turpe est, legem donare superbum; ... qui non -at, victor abire solet. MART. 11, 29, 2 languida cum ... tractare virilia dextra coepisti, -or pollice ... tuo. HIER. adv. Rufin. 1, 32 p. 424^{D} nec ... pontificem ... rebelli cupimus mente -are (*antea*: decretum nostra sententia subvertentes). 2, 10 p. 432^{B} idcirco te trium ignorantiam confiteri, ne unum damnare cogaris, et Tertulliano et Lactantio ideo parcere, ne Origenem cum illis -es. CE 1400, 6 decepturus me -vit amor *filiorum* (*cf. p. 635, 72*). **b** *in re iudiciali* (*per imaginem p. 635, 59. 61; ambigua dedimus sub a; hic illic fort. pertinet ad poenam capitis, v. ex. gr. l. 67 et cf. p. 635, 29*): RHET. Her. 4, 39, 51 si de hoc, iudices, gravem sententiam tuleritis, uno iudicio simul multos -veritis (*cf.* CIC. Cluent. 68 Oppianicum iam perditum et duobus -tum praeiudiciis). CIC. Quinct. 44 sine summo scelere P. Quinctium ... -are non potes. 51 -are civem ne iure quidem quisquam bonus vult (*syn.* perdere). 95 funestum est a forti atque honesto viro -ari. S. Rosc. 29 quem ... non potuerunt occidere, eum -andum vobis tradiderunt. Verr. II 3, 126 his te litteris ... -tum esse non sentis? 5, 166 sua confessione ... -etur necesse est. Mil. 31 (*v. p. 635, 16*). PLIN. epist. 4, 9, 8 veniam ... peterem? -assem reum, quem ... deliquisse concederem. POTAM. epist. ad Athan. RevBén. 30, 1913 p. 280, 14 -ando perfidos, damnando periuros. LVCIF. Athan. 1, 7 p. 77, 11 ad Athanasium -andum (*cf.* 1, 9 p. 79, 21 ad dei sacerdotem -andum, ad eum interimendum *eqs.*). 2, 6 p. 158, 11 dicis ... '-ate absentes, mactate inauditos, interficite innocentes *eqs.*' (*cf. 1, 1 p. 66, 4* absentem damnare consacerdotem ... Athanasium. *ibid. l. 9 sq.* absentem inauditum et ... innocentem damnari). SIDON. epist. 1, 7, 10 milibus formularum iuris ... -batur. **c** *ap. Christianos de morte spirituali* (*cf. p. 635, 64 sqq.*): LACT. inst. 5, 19, 1 se ipsos -ant perditissimis daemonibus serviendo. OPTAT. 2, 21 p. 58, 3 consiliis vestris ... animi -ti sunt (*cf.* p. 58, 12 *et usum proprium* p. 58, 15). LVCIF. Athan. 1, 7 p. 78, 4 ultro -ate vestras animas (SERM. Caspari Anecd. p. 220, 5 statim, quando adulterium committitur, anima -atur et moritur). non conv. 11 p. 24, 30 quibus te -veris malis. non parc. 10 p. 230, 3. PACIAN. sim. carn. p. 114, 21 hac *sententia* se -ant imperiti, dum alios -are nitun-

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tur. Hier. adv. Rufin. 3, 7 p. 463A si ad me tantum epistolam scribis, ut me commoneas et emendatum velis, ne ceteris scandalum facias et aliis furentibus -entur alii *eqs.* (*cf. 3, 8* vulneraveras). Ps. Avg. serm. ed. Mai 4, 2 nescitis vos, infelices populi, hoc sermone -ari? Salv. eccl. 2, 73 facile est . . . quidquid in praesenti saeculo nocet: illud perniciosum est, quod in aeternitate -bit. 3, 95 (*v. p. 634, 53*). gub. 6, 70 qui *populus* inter suorum supplicia ridebat, qui -ari se in suorum iugulis non intellegebat, qui mori se in suorum mortibus non putabat.

2 *pereunt res*: Cic. Phil. 13, 38 (*verba Antonii*) 'Pompeianorum causa totiens -ta' . . .: si esset -ta, numquam exsurgeret; quod tibi tuisque contingat. Mart. 1, 18, 5 scelus est -are Falernum et dare Campano toxica . . . mero *sc. miscendo* (*8* amphora non meruit . . . mori). 1, 106, 9 licet . . . durum -es mero dolorem. 8, 50 (51), 26 curas. Decl. in Catil. 24 omnes vitae suae rationes ea sententia senatoria -tas. Lact. inst. 7, 5, 2 si sacramentum hominis omne cognossent *philosophi*, numquam disputationes eorum et omnem philosophiam de transverso Academia -asset. Clavd. Don. Aen. 4, 265 p. 389, 7 spem. Hier. epist. 60, 2, 3 ille te *mortem* vicit, ille -vit *Ionas* (75, 1, 2 domini sermone -atur). 143, 1, 2 heresis Caelestina -ta est (in Ier. 4, 1, 2). hom. Orig. in cant. 2, 11 p. 57, 4 interficit ipse *salvator* serpentes, contrarias fortitudines -at. Ps. Avg. serm. ed. Caillau 2 app. 37, 2 cum latus Christi lancea perforatur, . . . solis claritas -atur. Bachiar. repar. laps. 21 p. 1059B peccata -vit *salvator*. Salv. gub. 6, 34 ubi . . . fundamentum symboli evertitur, vita ipsa -atur. Ennod. carm. 2, 99, 2 aspicis Albinum titulos post busta dedisse, funera qui meritis vivacibus -at.

B *speciatim i. q. ὀβελίζειν*: Hier. epist. 106, 7, 2 *obelon* 'veru' possumus dicere, quo ostenditur -andum esse et confodiendum, quod in authenticis libris non invenitur. in Is. 8, 5/8 l. 66 in graecis codicibus veru -ante confossum est. 52, 1 l. 9 nomen Sion . . . additum est et idcirco -tum veru. praef. Vulg. pent. p. 64, 9 obelo, id est . . . veru, opus omne distinguens *Origenes*, dum . . . superflua quaeque -at et confodit. praef. Vulg. Dan. p. XXXVI L. veru anteposito . . . -ante. Isid. orig. 1, 21, 3 ut quasi sagitta -et supervacua atque falsa confodiat *obelus*.

deriv.: iugulatio, iugulator (-trix).

ˣiugulum, -ī *n. et* **ˣiugulus,** -ī *m.* [*nomen deverbativum q. d. esse videtur, sc.* *iuglo- (*cf.* figulus *ex* *fig-los, *olim* *dhigh-lo-s) *vel* *iug-elo- *'quod conectit, conexus'. Szemerényi.*] *de scriptura*: Prob. app. gramm. IV 197, 22 -us non iuglus. -gol- (-col-): Oribas. *de genere*: Dvb. Nom. gramm. V 581, 20 *v. p. 634, 62.* Arnob. nat. 1, 59 apud vos est positum . . . -um, ratione eadem -us. Schol. Hor. sat. 1, 3, 89 -us incerti generis est, nam et hic -us et hoc -um dicimus. *genera miscent* Gloss.; *ceterum formae generis neutri certae non exstant nisi* -um *ap.* Varronem *et* Cels., -a *ap.* Cic. (*l. 74 et p. 638, 83*), *masculini passim inde a* Sen. (*infra l. 80*), Lvcan., Plin. nat. (*p. 639, 20*), Stat. *de notione v. p. 638, 53 et 80. legitur inde a* Plavto (*p. 638, 33*), Acc. (*infra l. 56*), Cic., Varrone; *deest ex. gr.* Caes., *frequentatur a poetis.* [*it. mer.* (*Brutt.*) júgulu, *it. mer.* (*Salent.*) sciulu, *port.* jugo, *dalm. vet.* zoglo, *sard.* tuju *vel* zuju. *G.*] [*confunditur c.* vulgum Manil. 4, 128, ungulum Plin. nat. 11, 243 Physiogn. 5 p. 8, 12. 6 p. 10, 6.]

I *significatur ea corporis pars, quae supra summas costas ad collum pertinet, sc. maxime gula exterior* (*interior pars gutturis l. 58; quasi dimidiatum esset, dicitur* -um sinistrum *p. 638, 31 et* Apvl. met. 1, 13, 4, utrumque Tert. *p. 638, 18, adhibetur plur. l. 64 bis* [*in lusu verborum c.* iugum]. *l. 70 et p. 638, 54 cf. sub II*): **A** *generatim*: Acc. trag. 257 ab -o pectus glauco pampino obnexae obtegunt *Bacchae*. Lvcr. 3, 609 nec sibi . . . quisquam moriens sentire videtur . . . animam . . . prius ad -um et supera succedere fauces (*cf. p. 638, 16*). Varro ling. 7, 50 (*v. p. 634, 7*). Ov. met. 6, 409 qui locus est -i medius summique lacerti, defuit *in Pelope*. Sil. 12, 246 violata . . . cervix marmoreum in -um collo labente recumbit. Qvint. inst. 11, 3, 141 *toga* operiri . . . umerum cum toto -o non oportet (*cf.* Amm. 14, 6, 9 *lacernas* in collis insertas -is ipsis adnectunt). Prvd. perist. 3, 151 crinis . . . in -os fluxerat involitans umeris. Mirac. Steph. 2, 2, 4 posui . . . -os . . . sub iugo Christi. *ambigue ita, ut notio sub B illustrata accedat*: Hor. sat. 1, 3, 89 porrecto -o historias captivus ut audit. Plin. nat. 14, 141 *ebrii* mortifera eloquuntur redituraque per -um voces non continent. Mart. 4, 18, 3 (*v. p. 636, 38*).

B *speciatim c. respectu caedis*: **1** *proprie*: **a** *iugulantur homines* (*pl. pro sg. p. 638, 24.* Drac. Rom. 10, 239 [*loq. Iason*] -is . . . mucro minatur): Cic. Sest. 90 qui volneribus . . . monetur, ut aliquo praesidio caput et cervices et -um ac latera tutetur. Mil. 31 optabilius Miloni fuit dare -um P. Clodio (Sen. Ag. 43. *al. cf. p. 638, 38 et* Octavia 630 reddat). Att. 1, 16, 4 ut aperte -a sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. Verg. Aen. 10, 414 dextram . . . elatam in -um. 10, 905 -o . . . accipit ensem. 11, 750 repugnans sustinet a -o dextram (Stat. Theb. 2, 648 hastam). 12, 358 alto fulgentem *mucronem* tinguit -o. Hor. sat. 2, 3, 136 in matris -o ferrum tepefecit *Orestes*. Ov. epist. 8, 53 -o . . . Aegisthus aperto tecta cruentavit (met. 13, 693 Lvcan. 6, 555 Val. Fl. 3, 154. *al. cf.* Sen. dial. 3, 2, 2 servili manu regalem aperire -um. Ivv. *p. 636, 32*). 14, 5 -o demittere ferrum (met. 13, 436 Val. Max. 9, 9, 2). 14, 47 admovi -o . . ., admovi -o tela paterna tuo (Sen. epist. 4, 8 Cvrt. 6, 7, 12. Qvint. decl. 305 p. 197, 25 necem. Tac. ann. 11, 38, 1. Amm. 31, 16, 6 labra). met. 1, 227 -um mucrone resolvit (6, 643). 5, 78 ensis . . . -o Phorbantis adactus (Svet. Nero 49, 3. *cf.* Amm. 29, 1, 15 ad -um). 13, 458 -o vel pectore telum conde meo (Octavia 733. 752 Lvcan. 1, 376 Sil. 2, 259). 13, 459 -umque simul pectusque retexit (Lvcan. 4, 541 Prvd. perist. 10, 64. *cf.* Lvcan. 7, 644 teximus [Clavd. Don. Aen. 10, 795 p. 390, 24]. Petron. 101, 1 detecto). *al.* Liv. 1, 25, 12 gladium superne -o defigit (*cf.* Sil. 2, 640 fixus). 8, 7, 11. 22, 51, 7 nudantis cervicem -umque (Petron. 80, 4 Stat. Theb. 2, 123). 40, 9, 1 praebendum . . . ferro -um (Val. Max. 5, 3, 4. *al. cf.* Sen. epist. 30, 8 praestat [Lvcan. 5, 370 Hier. epist. 1, 3, 4]). Val. Max. 5, 4 ext. 6 impressum -o mucronem (Sen. Oed. 1037). 5, 9, 4 -um feriendum (Cvrt. 7, 2, 27 Stat. Theb. 2, 543). 6, 8, 5. Sen. Ag. 656 vidi senis in -o telum . . . vix exiguo sanguine tingui (*cf.* Tro. 50 ensis senili siccus e -o redit. Lvcan. 2, 129). 972 te -o iuvat mersisse ferrum (Herc. O. 991 epist. 70, 26). epist. 76, 33 si . . . gladios micantes videt et si scit sua nihil interesse, utrum anima per os an per -um exeat, beatum voca (*cf. p. 637, 58*). *al.* Lvcan. 3, 743 -um . . . senilem (senile *U, sed v. p. 637, 44*) confodiam (Tert. anim. 33, 5 -o utroque [*coniecerunt alii alia*] confossis. *cf.* Plin. nat. 11, 250 -o *perfosso* [Sil. 2, 644 Tac. ann. 3, 15, 3]. Stat. Theb. 10, 322 fodit [Mart. epigr. 7, 8]). 8, 11 nondum vile sui pretium scit *Pompeius* sanguinis esse seque . . . tantae mercedis habere credit adhuc -um, quantam pro Caesaris ipse avolsa cervice daret. 10, 387 -us . . . Caesaris haustus (Tac. hist. 1, 41, 3 gladio). 10, 394 ite feroces Caesaris in -um (10, 409. Optat. 2, 25 p. 63, 2 hostiles in -os *sc. in Saul*). *al.* Petron. 108, 11 saepius ego cultrum tonsorium super -um meum posui. Sil. 9, 519 ferentis hostili -o ferrum. *al.* Stat. Theb. 10, 813 ut -o consumpserit ensem. *et saepius.* **b** *iugulantur animalia*: Verg. georg. 4, 542 sacrum -is *boum* demitte cruorem (*sim. hostiarum*: Ov. Pont. 2, 9, 31 dabit . . . -um caper hostia Baccho. Sil. 13, 407 manantem -is . . . cruorem. Coripp. Ioh. 8, 312). Ov. met. 12, 572 -o *aquilae* est exacta sinistro *sagitta*. Scrib. Larg. 16 p. 11, 3 oportet . . . clavum . . . acutum demittere in -um testudinis.

2 *in imagine* (*proverbialiter l. 40*): Plavt. Merc. 613 demisisti gladium in -um. Cic. Catil. 3, 2 gladios in rem publicam destrictos retrusimus mucronesque eorum a -is vestris deiecimus. Pis. 5 tela . . . intenta -is civitatis de coniuratorum . . . manibus extorsi. Phil. 14, 25 Antoni . . . crudelitatem non solum a -is nostris, sed etiam a membris et visceribus avertit *Caesar*. Tusc. 2, 33 si nudus es, da -um (Ov. Ib. 106 da -um cultris, hostia dira, meis). Ov. trist. 1, 1, 44 ego perditus ensem haesurum -o iam puto iamque meo. Sen. dial. 9, 11, 5 (*loq. fortuna*) eo magis convulneraberis et confodieris, quia nescis praebere -um. Qvint. inst. 8, 6, 51 illa in agendis causis iam detrita 'pedem conferre' et '-um petere' et 'sanguinem mittere' (*cf.* Plin. epist. 1, 20, 14 dixit . . . Regulus . . .: 'tu omnia, quae sunt in causa, putas exsequenda; ego -um statim video, hunc premo'; . . . respondi posse fieri, ut genu esset aut talus, ubi ille -um putaret; [15] 'at ego', inquam, 'qui -um perspicere non possum, omnia pertempto *eqs.*' 3, 9, 21 debere me, si quam haberem in dicendo facultatem, in -um innocentis quasi telum aliquod intendere). Flor. epit. 2, 6, 32 cum . . . hostis *Hannibal* in -o *Romanorum* per Campaniam Apuliamque volitaret. Apvl. met. 5, 12, 4 mucrone destricto -um tuum nefariae tuae sorores petunt. Clavd. 26, 602 descendimus ense in -um Scythiae.

3 *metonymice*: **a** *praevalet notio q. e. caedes, iugulatio* (Gloss. *σφαγή. plur. pro sing. infra l. 63. 70*): Lvcan. 2, 317 (*loq. Cato*) hic dabit, hic pacem -us . . . gentibus Hesperiis. 3, 110 si templa sibi -umque senatus exiliumque petat *Caesar*. 5, 63 Magni -us. 7, 325 ignoti -um tamquam scelus inputet hostis. 7, 434 -o quaesita *libertas*. Stat. Theb. 3, 380 hunc ego Thebis . . . -um . . . debeo. Mart. 7, 37, 4 exprimeret quotiens . . . nasum, letalem -i iusserat esse notam *quaestor* (*1* mortiferum . . . signum). Prvd. c. Symm. 1, 386 Charon -is miserorum . . . accipit inferias. Clavd. 3, 83 alternis lusit -is *Megaera*. 18, 20 quo diras -o placabimus aras? (*sim. de sacrificiis*: Sedvl. carm. pasch. 1, 115 pro pueri -is aries mactatur ad aram [*cf.* op. pasch. 1, 5 stetit puer ad -um]. 5, 140 *dominus stetit* ut ad -um ductus mitissimus agnus [*cf.* op. pasch. 5, 11. *v.* iugulatio *p. 634, 37*]). 21, 97 Pallantis -um Turno moriente piavit Aeneas. carm. min. 22, 22 *deus laesus* insultet -o. Salv. gub. 6, 70 (*v. p. 637, 7*). Ennod. dict. 17, 2 p. 474, 5 si medica manu -um praestitisses (opusc. 1, 44 p. 273, 9). opusc. 4, 14 p. 386, 13 quod piorum -is divinitatis cessaret indignatio. Arator act. 1, 590 (*de martyrio Stephani*) gloria poena et cadere est ortus -isque parantibus aevum nascitur. **b** *praevalet notio q. e. sanguis*: Lvcan. 3, 135 haud . . . -o se polluet isto nostra . . . manus (Ivv. 8, 218 nec Electrae -o se polluit aut Spartani sanguine coniugii *Orestes*). 4, 806 has vestro de sanguine poenas ferre datis, luitis -o sic arma. Prvd. psych. 104 abolens baptismate labem hostilis -i. Clavd. 8, 76 domini respersus . . . -o. 10, 329 infecti -is civilibus enses. Merob. poet. 103 -is . . . madens hostilibus ensis.

II *significantur illa duo ossa, quibus scapulae cum osse pectoris iunguntur, sc. claviculae* (*propriae humani generis, v. p. 639, 20*; Char. gramm. p. 462, 6 B. -um *καταχλείς*. Gloss. *καταχλείς*. ab -is *ἀπὸ καταχλείδων*. *cf.* iugatio *p. 626, 42*): **A** *in re physiognomonica*: Cic. fat. 10 stupidum esse Socraten dixit *Zopyrus physiognomon* et bardum, quod -a concava non haberet; obstructas eas partes et obturatas esse dicebat. Physiogn. 5 p. 8, 12 (*indicia corporis masculini*)

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-is absolutis. 6 p. 10, 6 -i *feminae* cohaerentes atque constricti. 57 p. 78, 7 si -i conclusi sunt et compressi ad humeros et pectus, tarditatem sensuum . . . indicant . . .; -i qui longe ab humeris separati sunt et largum ac latum sinum faciunt, imbecillitatem animi declarant (93 p. 121, 10 coniunctis atque c.). **B** *in re medica*: SEN. contr. 10, 5, 6 *Philippi* -o fracto (CELS. 8, 8, 1A [8, 8, 1D dextro. *rem tractat ibidem passim*]. SPART. Hadr. 26, 3). CELS. 4, 15, 1 dolor . . . ad latus dextrum et ad -um umerumque partis eiusdem pervenit (5, 26, 10. 12 CAEL. AVR. acut. 2, 14, 91. 2, 19, 117. chron. 3, 4, 51 usque ad dexterum -um. CASS. FEL. 66 p. 159, 13. *cf.* PLIN. nat. 28, 122 -orum dolori *remedium*. ORIBAS. syn. 9, 7, 1 Aa p. 280 usque -um [*gr. μέχρι κλειδός, La* u. ad humerum]). 4, 15, 2 pectus atque umeri circaque -um utrumque extenuatur (*cf.* HIPPOCR. aer. 7 -os . . . extenuari [*gr. κληῖδας*]. PHILAGR. med. 3 p. 158, 12 -i . . . subtiliores fiunt. p. 158, 16 ut -i amittant nutrimentum). 8, 1, 16 quod *os* . . . sustinet -um. 8, 7, 5 sanescunt maxilla, malae, -um *eqs.* SORAN. p. 91, 11 si . . . in latus *descendens partus invenitur*, -is aut inter costas . . . infigi potest *ferramentum*. CASS. FEL. 33 p. 69, 7 -os et thoracem . . . embrocabis. ORIBAS. syn. 9, 43, 22 La p. 356 (*om. gr.*). **C** *in describendo corpore*: PLIN. nat. 11, 243 uni *homini* -i (-um R^s), umeri, ceteris armi. DRAC. laud. dei 3, 712 pectora circumstant crates -ique ligantur.

deriv.: iugularis, iugulo.

1. iugulus *v.* iugulum. *?* **2.** GLOSS. III 453, 30 **iugulus**: *χώνα. latere videtur* infundibulus (-um), *q. v.* (*vol. VII 1, 1502, 5*).

Teßmer.

ˣiugum, -ī *n.* (iugus, -ī *m. v. l. 37 sqq.*). [*i. q. ind.* yugám, *gr. ζυγόν, heth.* jugan, *got.* juk, *theod.* joch, *slavon.* igo; *cf. c.* iungo. *L.*] *fig. etym.* -o iungere *l. 64. p. 642, 64. 643, 29. al.* *de orig.*: VARRO ling. 5, 135 -um et iumentum ab iunctu. DIOM. gramm. I 422, 33 -um dictum est velut zugon (*i. ζυγόν*). *v. etiam p. 643, 49 sqq.* i *consonam testatur* TER. MAVR. 152. *scrib.* io-: CE 1369, 4 (*cf. Prinz, De o et u vocalibus 59*). ITIN. Theod. 28 *cod. G.* *compendia, signa*: I: GROM. p. 363, 18 I si in termino inveneris, viam significat aut collis riguram (*pro* rigorem, *i. rectam lineam*) ostendit, hoc est -um. *adde* I *in alphab. graeco exstantem* GROM. p. 326, 1 in scamnum iacet per -um in lanceolam. T: GROM. cod. Berol. Mommsen, Ges. Schr. VII 458. *masc.* (*sec. gr. ζυγός*): *nom. sg.* -us: ITALA I Macc. 13, 41 (rec. L *cod. G*^{1}; -u *G*^{2}, -um *cod. L ut* recc. XB *et* VVLG.; *gr. ζυγός*). INSCR. christ. Diehl 4689 (*v. p. 642, 19*). DIDASC. apost. 52, 26 ITIN. Theod. 28. IORD. Get. 54 (-um *var. l.*). GLOSS. III 407, 73 -us: *ζυγός* (*cf. ibid.* 173, 61 iugius). *firmatur relativis, adiectivis*: LIB. iubil. 38, 14 -o . . ., quem (BENED. reg. 58, 16, *ubi var. l.* quod). CAES. AREL. serm. 236, 5 p. 897, 27 -um . . . eum (illud *codd. recc.*). CE 141, 5 (*v. p. 642, 16*). *? nom. pl.* -i: GROM. p. 358, 12 (*contextu vix sano, fort. per errorem pro* -a *iuxta* agri). NOT. Tir. 112, 56. *producitur prima syll.* CYPR. GALL. lev. 258 (*ibid.* 252 *et* iud. 753 *mensuratur solito more*). *transit in serm. gr. ἰοῦγον.* *legitur inde a* PLAVTO (*p. 641, 28*), ENN., CATONE, PACVV., LVCIL. (*p. 641, 47*), ACC. (*p. 643, 65*), CIC. [*val.* jug, *dalm.* zauk, *it.* giogo, *pedem.* džuw, *sard. centr.* yußu, *raet. occ.* džuf, *or.* yọf, *francog.* joug, *francoprov.* dzu *etc.*, *prov.* žuk *etc.*, *cat.* jou, *hisp.* yugo, *port.* jugo. *G.*] [*confunditur c.* iugerum *p. 627, 72.*]

I *vi originaria i. q. ζυγόν, ζυγός* (*quae vox respondet, ubi infra nihil aliud adnotatur*): **A** *strictius significatur lignum, quod animalibus ad vehendum aptis imponitur* (*comprehenduntur terna l. 65, quaterna, sc. quadriga, cuius interiores tantum equi sub -o ibant, p. 640, 54; plur. poet. infra l. 68. 82. 83. al.*): **1** *proprie*: **a** *in univ.*: ENN. scaen. 190 (*contextu corrupto*) quadrupedum -o. CATO agr. 10, 2 (*inter res oleto necessarias*) plostra . . ., aratra . . ., -a cum loris ornata III, ornamenta bubus VI (*cf.* MORET. 121 sub -a . . . lorata). 11, 2 (*inter res vineae necessarias*) boves II, asinos plostrarios II, asinum molarium; . . . plostra II, aratra II, -um plostrarium I, -um vinarium (*vix sanum*; molarium *Gesner*, bovinarium *Schneider*) I, -um asinarium I. 135, 2 -a romanica optima erunt. PACVV. trag. 397 angues ingentes alites iuncti -o (COLVM. 6, 2, 10 si . . . non pigeat -um fabricare, quo tres iungantur . . ., ubi piger iuvencus medius inter duos veteranos iungitur. *cf.* CATVLL. 63, 76 iuncta -a resolvens Cybele leonibus). CATVLL. 63, 33 *Attis* veluti iuvenca vitans onus indomita -i (luci *trad.*). 63, 84 Cybebe religat . . . -a *leonum* manu. CIC. Tusc. 1, 113 *Cleobis et Biton* ad -um accesserunt (*cf.* CLAVD. carm. min. 17, 40 qui sua materno colla dedere -o). nat. deor. 2, 151 nos onera quibusdam bestiis, nos -a imponimus (*cf.* QVINT. inst. 11, 3, 55 iumenta onere et -o laborantia). 2, 159 cervices *boum* . . . natae ad -um. CAES. Gall. 4, 33, 3 per temonem percurrere et in -o insistere *consuerunt milites*. VARRO ling. 5, 135 sub -o medio cavum *eqs.* (*cf.* PAVL. FEST. p. 39 cohum: lorum, quo temo buris cum -o conligatur). VERG. catal. 10, 9 *Sabinus* dicit attodisse . . . comata colla, ne Cytorio (*i. buxino, cf. p. 644, 34*) -o premente dura vulnus ederet iuba. 10, 18 tot per orbitosa milia -um tulisse, laeva sive dextera strigare mula sive utrumque coeperat (*exemplum nondum satis explicatum ad usum p. 643, 25 sqq. illustratum refert Birt, ad exempla p. 640, 26 sqq. allata de Witt alii*). ecl. 2, 66 aratra -o referunt suspensa iuvenci (*cf.* OV. fast. 5, 497 versa -o referuntur aratra). 4, 41 tauris -a solvet arator. georg. 1, 173 formam accipit ulmus aratri . . ., caeditur et tilia . . . -o levis altaque fagus. 3, 57 -a detrectans *bos*. 3, 140 -a ducere plaustris. Aen. 3, 542 curru succedere . . . et frena -o concordia ferre. 7, 639 ad -a cogit equos. 12, 374 *auriga* trahitur pendetque -is. 12, 532 hunc lora et -a supter provolvere rotae. HOR. epod. 3, 11 ignota tauris . . . -a. carm. 3, 3, 14 tigres indocili -um collo trahentes. 3, 6, 42 ubi . . . -a demeret bubus fatigatis (OV. epist. 20, 86 [21, 88] cum . . . demere . . . Sol -a vellet equis. *al.*). TIB. 1, 3, 41 illo non validus subiit -a tempore taurus. 1, 10, 46 pax . . . duxit araturos sub -a curva boves ([panda *var. l.*]. *al. v. vol. IV 1550, 45 sq. cf.* OV. am. 1, 13, 16 panda [epist. 6, 10]. trist. 4, 6, 2 incurvo). PANEG. in Mess. 170 colla -o didicit submittere taurus. PROP. 2, 1, 76 (*ad Maecenatem*) esseda caelatis siste Britanna -is. 2, 3, 48 primo taurus detractat aratra, post venit assueto mollis ad arva -o. 3, 11, 9 Colchis flagrantes adamantina sub -a tauros egit. OV. ars 3, 810 cygnis descendere tempus, duxerunt collo qui -a nostra suo. *et passim, in poesi hic illic ita, ut totus currus subaudiri possit (ex. gr.* SIL. 1, 223 -a cornipedes . . . bellica raptant. *aliter infra l. 48 sqq.); aratrum dici vix recte coniecit Beaujeu* MIN. FEL. 29, 8 cum erigitur -um, crucis signum est.

b *in sideribus*: VARRO ling. 7, 75 Temo . . . continet -um et plaustrum. *de s. septentrionali*: SEN. Tro. 439 clarum . . . septem verterant stellae -um. MART. 6, 25, 2 horrida Parrhasio quem tenet ursa -o (*cf. 6, 58, 1* Parrhasios . . . triones). CARM. de mens. 3, 22 cum -a Centaurus celsa retorquet eques (*exemplum huc rettulit Housman in comm. ad Manil. 1, 611; Libram significari coniecerat Mommsen CIL I p. 411, cf. p. 643, 6 sqq.*). PRVD. cath. 5, 147 bosphoreum. *de iugula*: HIL. gen. 70 -a (*v. Gundel, De stellarum appellatione et religione Romana 86, 3*). SCHOL. Germ. Bas. p. 94, 5 (*loco vix sano*).

2 *metonymice*: **a** *i. q. par* (*accedit* geminus *infra l. 64. 73; comprehenditur quadriga infra l. 53 sq.; in constructione ad sensum facta seq. plur. verbi infra l. 77*): *α animalium -o iunctorum*: Ⓘ *boum, mulorum, asinorum*: CATO agr. 60 bubus cibaria annua in -a singula *eqs.* 62 quot -a boverum, mulorum, asinorum habebis, totidem plostra esse oportet (*item accedit* boum: VARRO rust. 1, 19, 1 [*sec. Saservam*]. *al. v. vol. II 2139, 33 sqq.*). CIC. Verr. II 3, 27 qui singulis -is arant (3, 120 PROP. 3, 5, 5). 3, 47 ager . . . ita relictus erat, ut non solum -orum (*V*, iugerum *rell.*), sed etiam dominorum multitudinem quaereremus. 3, 121 eos in agris minore instrumento, minus multis -is (locis *pars codd.*) remansisse. LEX Vrson. (CIL I^2 594) 98, 28 *decuriones ad munitionem* ne amplius . . . in iumenta plaustraria, -a sing(ula), operas ternas decernant. TIB. 2, 1, 7 solvite vincla -is: nunc ad praesepia debent . . . stare boves. 2, 3, 44 portatur validis mille columna -is. VITR. 6, 6, 2. COLVM. 2, 10, 35 ervi duodecim librae satisfaciunt uni -o. *al.* PLIN. nat. 18, 232. EPIST. procur. de salt. Bur. (CIL VIII 10570) 3, 9 ius . . . ampliandi partes agrarias aut operar(um) praebitionem -orumve. VOPISC. Prob. 15, 6 (*epist. Probi*) arantur Gallicana rura barbaris bubus et -a Germanica captiva praebent nostris colla cultoribus. *al.* *in proverbio* (*sec. Hom. ι 241 δύω καὶ εἴκοσ' ἄμαξαι*): LVCIL. 435 hunc -a mulorum protelo ducere centum non possunt. OV. met. 12, 432 quem vix -a bina moverent (fast. 1, 564 QVEROL. p. 43, 15 R.). Ⓘ *equorum* (*poetice, cf.* iugales): VERG. Aen. 5, 147 (*144* biiugo certamine) immissis aurigae undantia lora concussere -is pronique in verbera pendent (SERV. auct.: '-is' pro 'equis iugalibus'. *cf.* STAT. Theb. 6, 416 avidi prono -a pectore tangunt). 10, 594 nulla tuos currus fuga . . . equorum prodidit . . .: ipse rotis saliens -a deseris. SEN. Med. 34 (*loq. Medea*) committe habenas, genitor, et flagrantibus ignifera loris tribue moderari -a (*de quadriga Solis ut*: SEN. Herc. O. 781 VAL. FL. 3, 401. 5, 431 SIL. 15, 224 STAT. Theb. 5, 298 AVIEN. orb. terr. 766). VAL. FL. 5, 183 Pallas et alipedum Iuno -a sistit equorum. 6, 388 falcatos infert Ariasmenus axes saevaque diffundit *per campum* socium -a (*cf.* 6, 426 furentia). SIL. 16, 425 Durius misit . . . citatos verbere quadrupedes . . ., aequavit -a praecedentia. STAT. Theb. 6, 349 Getici pecus hic Diomedis, at ille Pisaei -a patris habet. 7, 780 te *Apollinem* . . . peritura sedentem ad -a . . . sensimus. 10, 318 stratus humo . . . subter -a fida rotasque . . . proflatu terrebat equos. *al.* Ⓘ *tigrium* (*transit huc* VERG. Aen. 6, 804 pampineis victor -a flectit habenis Liber agens . . . tigres): STAT. Theb. 7, 565 geminae . . . tigres, mite -um, belli quondam vastator Eoi currus. *?* CE 1908, 8 (*s. IV-V*) Caereris . . . -o Ba⟨cch⟩ique. Ⓘ *leonum*: MART. 8, 53 (55), 14 a Cybeles numquid venerat ille *leo* -o (-is *var. l.*)? Ⓥ *elephantorum*: MART. 8, 65, 10 gemini currus numerant elephanta frequentem, sufficit immensis aureus ipse *Domitianus* -is.

β variorum: PROP. 3, 24, 28 flebo ego discendens . . ., tu bene conveniens non sinis ire (esse *NV*^{2} *cett.*) -um. VAL. MAX. 5, 5, 3 (*de Tiberio et Druso*) fraternum -um Claudiae prius, nunc etiam Iuliae gentis . . . decus. SEN. Phaedr. 434 (*de binis Phaedrae filiis*) stirpis . . . geminae -um. PLIN. nat. 10, 16 non fere legionis umquam hiberna esse castra, ubi aquilarum non sit -um. MART. 4, 13, 8 pari semper sit Venus aequa -o *sc. maritorum*. APVL. met. 5, 14, 1 -um sororium consponsae factionis . . . scopulum petunt.

b *de mensura* (*usus fort. ortus in provincia Hispania*): *α agri* (*cf.* VARRO rust. 1, 10, 1 in Hispania ulteriore metiuntur -is . . ., apud nos . . . iugeris; -um vocant, quod iuncti boves uno die exarare possint [*ultima repetit* PLIN. nat. 18, 9]. *potius areas singulis boum -is colendas significari censet Kübler, Gesch. d. röm. Rechts 366 conferens* VARRONEM rust. 1, 19, 1 Saserna ad iugera CC arvi boum -a duo satis esse scribit): Ⓘ *sensu originario*: LEX Vrson. (CIL I^2 594) 82, 39 qui . . . iis rebus

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*sc. agris emptis*) fructus erit, quot se emisse dicat, is in -a sing(ula) inque annos sing(ulos) *solvat tot nummos* (*at cf. p. 640, 37; varium in eadem lege usum haud facile probamus*). Ⓘ *praevalente sensu recentiore de agro in tributorum calculatione pro mensura habito* (*cf.* iugatio): EPIST. impp. de Asia (Bruns, fontes[7] p. 271) I 11 tra⟨di⟩ centum -a ... mandavimus. 13 quod intra Asiam rei publicae -a esse videantur. 14. 16 defecta ac sterilia -a. COD. Theod. 7, 6, 3 (= Iust. 12, 39, 2) provinciae Thraciarum per viginti -a seu capita conferant vestem *eqs.* (*al. v. vol. III 407, 60 sqq. cf.* COD. Theod. 11, 12, 1 -orum capitationibus et professionibus). 10, 25, 1 procuratores ... exponant numerum -orum. 11, 22, 1 plerique censum fundorum (*delendum censet Mommsen*) suorum -orum ad alias civitates transferre curarunt. 13, 5, 14, 2 ex concessa -orum immunitate. 16, 2, 15 pr. -a, quae videntur ad ecclesiam pertinere (CASSIOD. var. 4, 20, 1 ecclesiae ... unum -um [*'i. iugerum' Traube in indice*] veterum principum pietate collatum ... usurpatione violenta retineri). *al.* NOVELL. Maior. 7, 16 binos per -um vel millenam solidos. *et saepius.*

β operae (syn.) a -o boum sive bubulco intra certum temporis spatium, unius diei ni fallimur coll. p. 640, 80, datae: COLVM. 2, 12, 5 (*recensentur operae in singulas frumenti sim. multitudines necessariae*) lini decem modii ... quattuor -is conseruntur, occantur tribus, runcantur una *opera*, velluntur tribus: summa fit undecim operarum; sesami sextarii sex tribus -is ... tolluntur, occantur operis quattuor *eqs.* (*ibid. sexies de eadem re dicitur* bubulcorum operas. *more solito* 11, 2, 47 ut per autumnum facile possint uno -o tritici obseri modii CL).

3 *in imagine et translate* (*plur. poet. l. 30. al.*): **a** *praevalente vi subigendi*: *α in amore* (*cf. p. 642, 8 sqq.*): PLAVT. Curc. 50 iamne ea *ancilla* fert -um? (CATVLL. 68, 118 *amor Laodamiam* ferre -um docuit. HOR. carm. 2, 5, 1 nondum subacta ferre -um valet *puella* cervice. OV. epist. 6, 97 ut tauros, ita te *Iasonem* -a ferre coegit *Medea*. SEN. Phaedr. 135. STAT. silv. 1, 2, 78 dominae ... potentis. 1, 2, 138 thalami ... -a ferre secundi. IVV. 6, 208 si tibi simplicitas uxoria ... est ..., summitte caput cervice parata ferre -um). HOR. sat. 2, 7, 92 quinque talenta poscit te mulier, ... eripe turpi colla -o. carm. 1, 33, 11 *Veneri* placet imparis formas atque animos sub -a aenea ... mittere (3, 9, 18). TIB. 1, 4, 16 paulatim sub -a colla dabit *puer*. PROP. 2, 5, 14 iniusto subtrahe colla -o (OV. rem. 90 trist. 5, 2, 40). 3, 11, 4 quod nequeam fracto rumpere vincla -o. OV. Pont. 3, 1, 68 cum ... ego deficiam nec possim ducere currum, fac tu *uxor* sustineas debile sola -um. SEN. Ag. 134 animum -o premit cupido turpis. Phaedr. 576 Veneris -um. STAT. silv. 1, 2, 165 numquamne virili summittere -o? (*cf.* LACT. opif. 12, 16 quo facilius ad patientiam -i maritalis feminae cogerentur). *al.* *β in variis condicionibus* (*hic illic immisceri videtur notio p. 642, 52 sqq. illustrata*): PACVV. trag. 376 (*contextu incerto*) me facti oppressit -o. TRAG. inc. 126 exsultantem te ... repriment validae legum habenae atque imperi insistent -o (VELL. 2, 38, 2 CVRT. 4, 5, 13 IVST. 30, 3, 9. *al.*). LVCIL. 1043 (*contextu incerto*) tune -o iungas me anne et succedere aratro ... subigas ...? CIC. Phil. 1, 6 cuius *urbis* a cervicibus -um servile deiecerant *Brutus Cassiusque* (SEN. dial. 4, 14, 4 COMM. instr. 2, 39, 16. *al. cf.* CIC. rep. 2, 46 servitutis [VAL. MAX. 8, 9 ext. 2 GAIVS epit. 1, 2, 1 TERT. adv. Marc. 5, 4 p. 582, 7. *al.*]. LIV. 3, 15, 9 ut ... servitiis grave -um demeret. STAT. silv. 3, 4, 33 -um ... servitii vulgare feres). 11, 6 bellum ... contra hoc -um impiorum nefarium. VERG. Aen. 10, 78 arva aliena -o premere atque avertere praedas (SEN. Herc. f. 267. OCTAVIA 250 orbis tyrannus, quem premit turpi -o. 839. *al.*). HOR. carm. 1, 35, 28 diffugiunt ... amici ferre -um pariter dolosi (2, 6, 2 Cantabrum indoctum -a ferre nostra. STAT. silv. 3, 3, 83 tu totiens mutata ducum -a rite tulisti. *al.*). PROP. 3, 6, 2 tibi sint dominae ... dempta -a. OV. epist. 9, 6 huic *Herculi* Iolen imposuisse -um (MANIL. 4, 550 terris. VAL. MAX. 2, 7, 9 libertati ... suae servili manu flagitiosum imponi -um. 6, 9, 2. SEN. epist. 80, 5 *mors* nobis -um imponit. *al.*). LIV. 1, 50, 4 si -um acceperint *Latini* (3, 9, 6. 3, 10, 13. 37, 36, 5 non solum frenis, sed etiam -o accepto. *al.* MANIL. 4, 40 SEN. epist. 69, 5. *et saepius. cf.* SIL. 7, 41 Veientum populi ... negabant acceptare -um). 4, 26, 10 datum ... sub -um tribuniciae potestati consulatum. 34, 13, 9 -um, quo se exuit *natio* (35, 17, 8. TAC. Agr. 31, 4 Brigantes ... exuere -um potuere. hist. 4, 17, 2. *cf.* SEN. epist. 51, 8 excutio [TAC. Agr. 15, 3 Germanias excussisse -um. PLIN. paneg. 11, 5. *al.*]). *al.* MANIL. 1, 917 femineum *sc. Cleopatrae* (VOPISC. Aurelian. 41, 9). *al.* SEN. Herc. f. 432 cur ... regi servit et patitur -um? (Tro. 910. CVRT. 3, 12, 25 fortunae ... praesentis. VAL. FL. 5, 489 SIL. 3, 138. *cf.* FLOR. epit. 2, 17, 8 gentes ... inpatientes -i). Tro. 747 famulare ... -um. *al.* CVRT. 6, 3, 6. 8, 7, 11. LVCAN. 1, 19 sub -a iam Seres ... isset (VEN. FORT. carm. 5, 14, 12 furti ex obiectu hanc *puellam venditam* ... ire -o *i. in servitutem*). 2, 280 adde Catonem sub -a Pompei. 2, 314 ad -a cur faciles populi? *al.* PLIN. nat. 8, 55. SIL. 3, 227 terris mutare -um. 11, 17 Ausonium laxare -um. *al.* STAT. Theb. 1, 19 bis ... -o Rhenum, bis adactum legibus Histrum. 1, 175. 2, 443 iam pectora vulgi adsuevere -o. MART. 6, 76, 5 grande -um. 10, 12, 6 urbano releves colla perusta -o. 12, 9, 2 placido (*cf.* RVT. NAM. 1, 80 pacifico). IVV. 13, 22 qui ... nec iactare -um vita didicere magistra. FRONTO p. 55, 22 v. d. H. (= p. 61 N.) omnium aures tuae voculae subserviunt sub -um subactae. APVL. met. 11, 15, 5 ministerii. 11, 30, 1 castimoniae. TERT. adv. Marc. 2, 11 p. 351, 8 cum cogeris iniustitiam de pessimis pronuntiare, eodem -o urgeris iustitiam de optimis censere. ITALA Dan. 8, 25 (Iren. 5, 25, 4 [3 H.]) -um torquis eius *regis improbi* dirigetur (*gr. Theodot.* ζυγὸς τοῦ χλοιοῦ αὐτοῦ κατευθυνεῖ, *Vulg. deest*). Matth. 11, 29 sq. (cod. a *al.* = VVLG.) tollite -um meum *Christi* super vos ...; -um enim meum suave est et onus meum leve. HIST. Apoll. rec. B 32 puellam sub -o mortis stare (*rec. A* hominem ... velle eam percutere). *et saepe.* *forsitan huc pertineat formula* intrare sub -um *p. 60, 80 sqq.*

b *praevalente vi coniungendi*: *α de coniugio* (*cf. p. 641, 27 sqq.; inepte* SERV. Aen. 4, 16 -um, quod inponebatur matrimonio coniungendis [*inde* ISID. orig. 9, 7, 9, *qui addit*: -o enim nubentes subici solent, propter futuram concordiam, ne separentur]): VAL. MAX. 2, 1, 6 *dea Viriplaca* in pari (in quo p. *L dett.*, in compari *Vahlen*) -o caritatis ipsa sui appellatione virorum maiestati debitum a feminis reddens honorem. TERT. uxor. 2, 8 l. 41 quale -um fidelium duorum unius spei, unius voti *eqs.* ZENO 1, 6, 8 tu *patientia* sanctissimo coniugali -o rudi cervice subeuntes ... componis (1, 15, 6. CE 141, 5 -um ... coniugalem pudicum ... marito exhibui in diem vitae meae. *cf.* VLP. dig. 35, 1, 10 pr. nuptiali -o [PALLAD. hist. mon. I 49]). INSCR. christ. Diehl 4689 (*a. 364*) -us bonus male fractus, coniux de⟨posita ...⟩ *eqs.* (*'nam -um malum bene frangitur' Diehl*). PAVL. NOL. carm. 21, 402 per ... -um carnis duplicata salus animarum. CYPR. GALL. iud. 753 *serva* dedita cessit dissocians commune -um. MACR. Sat. 1, 12, 11 priorem ... partem *Scorpii sideris*, cui *Ζυγὸς* apud Graecos nomen est, nos Libram vocamus, Venus accepit, quae velut -o concordi iungit matrimonia amicitiasque componit (*cf.* SACR. Greg. 200, 3 blando concordiae -o et insolubili pacis vinculo). EVSTATH. Basil. hex. 7, 5, 10 (*ad Eph. 5, 25*) naturae ... foedus et benedictionis -um sit vobis ... coniunctio. VEN. FORT. carm. 6, 1, 16 regia Caesareo proficit aula -o. *al.* *β de aliis coniunctionibus*: MANIL. 3, 447 vellera signi *Arietis* ... aequum luces cogentia et umbras ferre -um. VAL. MAX. 2, 9, 6 par (*sc. Claudium Neronem et Livium Salinatorem*) ... aequali -o virtutis honorumque societate iunctum (PAVL. NOL. carm. 21, 216 socius ae. -o. *cf.* VAL. MAX. 5, 2, 4 deposito aequalis imperii -o). STAT. silv. 5, 3, 160 tu par adsuetus Homero ferre -um senosque pedes aequare solutis versibus *eqs.* AVSON. 390, 4 p. 255 P. (*ad patrem*) bina dedit nostris qui *nepos* -a nominibus: ipse nepos te fecit avum, mihi filius idem, et tibi ego; hoc nato nos sumus ambo patres. 417, 1 p. 276 discutimus, Pauline, -um. AMBR. obit. Valent. 54 ne, quaeso, eum, domine, a fratre seiungas, ne -um hoc piae germanitatis patiaris abrumpi. PRVD. c. Symm. 2, 589 regna volens sociare deus subiungier uni imperio *homines* ... concordique -o retinacula mollia ferre constituit, quo corda hominum coniuncta teneret religionis amor. *al.* *in locutionibus rem communem agi significantibus*: SEN. epist. 109, 16 egregium opus pari -o ducet *sapiens cum sapiente* (PLIN. epist. 3, 9, 8). ITALA II Cor. 6, 14 (cod. d *al.* = VVLG.) nolite -um ducere cum infidelibus ([*gr.* ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις, *Cypr. testim. 3, 62. al.* coniungi]. HIER. epist. 105, 3, 2 qui *iuvenes Romani* ... audeant tecum *Augustino* congredi et in disputatione ... -um c. episcopo ducere). PELAG. in Gal. 5, 1 ('-o servitutis contineri') -um cum Iudaeis trahere, quod nec ipsi ferre potuerunt (PS. PRIMAS. in II Cor. p. 569[A] [*ad* 6, 14] -um ... simul pares trahunt).

B *latius de instrumentis varii usus*: **1** *in re militari de signo ignominiae, sub quod exercitus victus mittitur* (*describitur* LIV. 3, 28, 11 tribus hastis -um fit humi fixis duabus superque eas transversa una deligata. *item* PAVL. FEST. p. 104. 305): CIC. off. 3, 109 legionibus nostris sub -um missis (*al. v. vol. VIII 1184, 10 sqq.*). LIV. 9, 5, 8 -um hostile (AVSON. 348, 15 p. 166 P.). 9, 6, 3 *milites* traducti sub -um. QVINT. inst. 3, 8, 3 Caudinum. TAC. ann. 11, 24, 5 Samnitium -um subiimus. *al.* *cf. p. 641, 44.*

2 *in re rustica de ligno alligandis vitibus (ficis l. 75) apto* (*de ipsis vineis l. 63; ad rem cf. Daremb.-S. s. v. 918*): VARRO rust. 1, 8, 1 sunt multae species eius *vineae*, aliae enim sunt humiles ..., aliae sublimes, [ut] quae appellantur iugatae ..., cuius ⟨generis⟩ nomina duo, pedamenta et -a; quibus stat rectis vinea, dicuntur pedamenta, quae transversa iunguntur, -a, ab eo quoque vineae iugatae; (2) -orum genera fere quattuor, pertica, harundo, restes, vites (*cf.* COLVM. 4, 12, 1. 4, 16, 4. 4, 17, 1. 4, 24, 14 PLIN. nat. 17, 164 sqq.). 1, 8, 5 ea minus sumptuosa vinea, quae sine -o ministrat acratophoro vinum. MANIL. 5, 239 *sub sidere Cratere nascitur, qui* te, Bacche, tuas nubentem iunget ad ulmos disponetve -is. COLVM. 3, 2, 8 *species vitium* habilis arbori nec non -o (3, 2, 15. 17. 21. *al.* PLIN. nat. 14, 21). 3, 9, 2 in -o ..., in pergulis autem *eqs.* 4, 10, 2 *vitis* in -um imponenda (*vice versa* 11, 2, 95 -a vineis imponantur). 4, 13, 1 *vitis* in -um perducenda (4, 20, 5. *al. cf.* 4, 29, 17 eductus ad -um *surculus*). 4, 15, 2 *vitis* ad -um evocatur (4, 29, 11). 4, 21, 3 *palmae* -o superponantur (4, 24, 8. 4, 26, 4. 12, 15, 1 *ad expandendas ficos* factae ... cannae -is superponuntur). 4, 22, 1 poterit ... universa vinea sub -um mitti. 4, 22, 2 vitis ad statumen perducitur atque ita -o subicitur (4, 22, 4. 4, 26, 4). *al.* PLIN. nat. 16, 174 *salices* in proceritatem magnam emittunt -is vinearum perticas. 17, 169 quinto quoque palo singulae -o paginae includantur. 17, 174 saluberrima in -o harundo conexa fasciculis durat annis quinis. 17, 175 *palmes* in -um insilit. 17, 180 palmes duas ... gemmas habere sub -o debet ..., tunc per -um mergi alligarique, ut sustineatur -o. *al.* MART. 10, 93, 2 picta ... pampineis ... arva -is. *in explicationibus allegoricis* (*sec. Is. 5, 1 Luc. 20, 9*): ZENO 2, 27, 3 *homo ut surculus vitis* ad

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um pervenit, cum ... crucem suam portans ... sequitur Christum. AMBR. in Luc. 9, 29 vinea typus noster est, quod populus dei vitis aeternae radice fundatus ... nunc gemmanti flore pubescit, nunc circumfusa viriditate vestitur, nunc mite -um (*cf. p. 642, 4*) suscipit, cum maturioribus bracchiis quasi sarmentis fecundae vitis adoleverit.

3 *in libra*: **a** *de sidere*: CIC. div. 2, 98 Romam ..., in -o cum esset luna, natam esse dicebat *L. Tarutius Firmanus* (*Manil. 4, 773* Libra. *Lyd. mens. 1, 14* Σελήνης ζυγῷ). MANIL. 1, 611 -a Chelarum (*i. bracchia Scorpionis Libra dicta*). 4, 340 Libra ... Lanigerum sequitur, veris -a temperat ille. FIRM. math. 8, 4, 7 Librae partes hactenus dividuntur: ... in laeva parte -i ..., in dextra parte -i *eqs.* **b** *de ipso instrumento*: CARM. de pond. 142 lancibus aequatis ... impones libras, ... siste -um mediique a cardine centri intervalla nota *eqs.*

4 *in re nautica*: **a** *i. q. transtrum* (*cf.* GLOSS. II 322, 43 ζύγωμα πλοίου. 430, 34 σέλμα· τὸ ζυγὸν τὸ ἐν τῷ πλοίῳ, transtrum, -um. *vix huc pertinet p. 644, 21*): VERG. Aen. 6, 411 quae *animae* per -a longa sedebant (SERV.: -a graece dixit, ζυγὰ enim dicunt, quae transtra nominamus. *cf. eundem ad* 5, 136 transtra dicuntur et -a. *inde* ISID. orig. 19, 2, 5). VAL. FL. 4, 647 ipse *Iason* per arma volans et per -a summa carinae (*i. navis*) hortatur. *?* **b** *de trabe quadam, cui malus insidet* (*de antemna dictum esse vix recte censet Francken*): LVCAN. 2, 695 (*praeparatur fuga Pompei Italia decedentis*) dum -a curvantur mali dumque ardua pinus erigitur, pavidi classis siluere magistri, strictaque pendentes deducunt carbasa nautae *eqs.*

5 *alia*: **a** *ad onera portanda*: VARRO rust. 2, 2, 10 inter... bina loca (*sc. pastiones hibernas et aestivas*), ut -um continet sirpiculos, sic calles publicae distantes pastiones. *vix huc pertinet* VERG. catal. 10, 18 (*p. 639, 77*). **b** *in tela* (*ad rem v. Blümner, Technol. I² 141*): Ov. met. 6, 55 tela -o vincta (iuncta *var. l.*) est, stamen secernit harundo *eqs.* **c** *in ariete*: VITR. 10, 13, 2 Geras ... primum basim ... fecit supraque compegit arrectariis et -is varas et in his suspendit arietem. **d** *in stabulo*: COLVM. 6, 19, 2 duobus statuminibus imponitur firmum -um, ad quod iumenta capistrantur vel boum cornua religantur (*de eadem re* 6, 2, 3 transversi asseres in modum -orum). *?* **e** *de porta aediculae Larium Compitalium, cuius postes in terra figuntur*: PERS. 4, 28 *diebus Compitalium rusticus avarus* -um pertusa ad compita figit (*v. Holland, TAPhA. 68, 1937, 431; vulgo instrumentum sc. fractum suspendi et consecrari Laribus credunt sec.* SCHOL. in his -a fracta ab agricolis ponuntur veluti emeriti et elaborati operis indicium). **f** *de lateribus anguli* (*cf.* 1. iugo *p. 632, 84*): AVIEN. Arat. 530 (*describitur Deltoton sidus*) gemini suprema -i vicinia mordet. **g** *de trabe clibani fornicem sustinente, ut vid.* (*nota variationem sing. c. plur.*): GREG. TVR. vit. patr. 2, 4 p. 671, 22 sqq. -um ..., quod os fornacis validissime confirmabat, ... est effractum; ... paratum est -um, quod totam molem lapidum sustinet, cum ipso igne corruere; ... reparatis -is lapidibusque relatis in clibano opus coeptum ... peregit.

C *per similitudinem Graecis insolitam de montis vertice, dorso sim., cf. p. 639, 34 sqq. et* CHAR. gramm. p. 37, 3 B. (*inter neutra semper plur.*) -a ἀκρώρεια, -um enim ἵππου ζυγόν (*inde* DIOM. gramm. I 328, 7 summa montium *et* EXC. Bob. gramm. I 550, 5, *ubi additur* sed Vergilius [Aen. 6, 676] 'hoc superate -um' dixit). SYNON. Cic. p. 449, 3 vertices. -a. culmina *eqs.* ISID. orig. 14, 8, 20 -a ... montium ex eo appellata sunt, quod propinquitate sui iungantur. GLOSS. -a: ἀκρώρειαι. capita montium. *al. pressius distinguitur* dorsum *infra l. 72. de ipso transitus loco, unde descensus incipit, dicitur ex. gr.* LIV. 21, 35, 4 nono die in -um Alpium perventum est (*cf.* PETRON. 122, 152 -a). 38, 45, 3 ⟨in⟩ ipsis -is ad divortia aquarum. PLIN. nat. 4, 85 (*Scythia Taurica* vastis attollitur -is; triginta sunt eorum populi *eqs.*) -um ipsum Scythotauri tenent. *abl. loci* -o, -is *nudus occurrit in poesi* AETNA 341 Ov. met. 7, 102 fast. 2, 272. 3, 884. 5, 87. 154 PHAEDR. 3 prol. 17. 4, 7, 6 (in -o *Heinsius*). SEN. Herc. O. 1432 Med. 77. 384. 721 *et saepius; in prosa fort.* LIV. *l. 57, aliter in explicatione* PLIN. nat. 4, 79 in Germania -is montis Abnobae. 37, 23 in Europa Alpium -is.

1 *proprie*: **a** *in univ.*: ACC. trag. 506 quemcumque institeram grummum aut praecisum -um. SENT. Minuc. (CIL I² 584) 15 *linea termini fert* sursumvorsum -o recto monte Lemurino ...; inde susum -o recto Lemurino ...; inde sursum -o recto in montem Lemurinum summum (*ibid. saepius, cf. 22* recto rivo). CAES. Gall. 1, 21, 2 summum -um montis ascendere (*al. v. vol. VIII 1431, 49 sqq. cf.* Ov. ars 3, 574 montanis). 2, 24, 2 summo -o collis (*al. v. vol. III 1628, 57*). 6, 40, 3 ut in -o consistant (*ibid.* 6). 7, 36, 2 omnibus eius -i collibus occupatis (*cf.* BELL. Afr. 37, 4 in hoc -o colles sunt). 7, 44, 3 dorsum esse eius -i prope aequum (*ad rationem q. e. inter* d. *et* -um *v. vol. V 1, 2039, 80 sqq.*). civ. 1, 70, 4 uti ... -is (*abl. viae*) Octogesam perveniret. 2, 24, 3 derectum, eminens in mare, utraque ex parte praeruptum. *al.* HIRT. Gall. 8, 14, 4. 5. BELL. Afr. 41, 2 infimas -i radices. 65, 3 progressus ... per -um et ('*et per eum quidem*' *Wölfflin-Miodoński*) collem, per quem *eqs.* (*iuxta ponitur ut* SIL. 7, 274 MART. 6, 73, 4). 67, 3 per -um ... subsequi. *al.* BELL. Hisp. 9, 1 eodem -o tegebatur loci natura. 38, 6 circummunitiones -o derigunt (*abl. loci esse vix recte coni. Klotz*). VERG. ecl. 9, 8 qua se subducere colles incipiunt mollique -um demittere clivo. Aen. 2, 631 *ornus* -is avolsa (*626* summis ... in montibus). 3, 125 bacchatam ... -is Naxon (CVLEX 113 quae *Agaue* ... bacchata -is requievit in antro). *al.* HOR. carm. 2, 19, 18 separatis ... in -is. 3, 25, 8 in -is ex somnis stupet Euhias. ELEG. in Maecen. 1, 134 palmiferis balsama missa -is. PROP. 2, 34, 78 *Hesiodus docuit,* quo seges in campo, quo viret uva -o. 3, 11, 57 septem urbs alta -is (*item de collibus Romae*: STAT. silv. 2, 3, 21. 2, 7, 45. 4, 1, 7 septemgemino. RVT. NAM. 1, 198 septenis). 4, 4, 48 spinosi rorida terga -i. *al.* Ov. epist. 4, 42 per -a summa. 5, 138 in immensis, qua tumet Ida, -is. met. 2, 427 in quibus es venata -is. 4, 658 mons factus Atlas, ... -a sunt umerique manusque. 4, 733 Perseus ... conspexit scopulum ...; nixus eo rupisque tenens -a prima *eqs. al.* EPICED. Drusi 390. LIV. 2, 65, 6 summum clivi -um. 4, 32, 10 evasisse in -um propinquum. 5, 34, 7 per iuncta caelo -a *Alpium.* 22, 16, 5 petendique montes et -um Calliculae superandum (*al. v. vol. VIII 1430, 71 sq.*). 27, 17, 3 per continentia -a (*cf.* TAC. Germ. 43, 2 populi ... saltus et vertices montium [-umque] insederunt; dirimit ... Suebiam continuum montium -um). *al.* GERM. frg. 3, 2 supra -a. SEN. Phoen. 12 praerupta protendit -a ... Cithaeron. nat. 3, 27, 9 non ... radices nec media montium ..., sed -a ipsa. *al.* CVRT. 3, 4, 11 fauces -i. *al.* MELA 1, 27 iunctos ... perpetuo -o ... colles. *al.* LVCAN. 1, 680 nivosis. 6, 477 summisso vertice montes explicuere -um. *al.* PLIN. nat. 2, 115. *al.* VAL. FL. 1, 3 -a concita (*de Symplegadibus ut* 4, 658 [*672* saxa]. 4, 692 *Symplegades* saxa ... extremis ... increpuere corymbis *navis* parsque ... deprensa -is [*vix recte transtra intellegit Langen*]). *al.* SIL. 3, 437 cacumina montis intremuere -is (5, 613). *al.* STAT. Theb. 5, 152 -a celsa Minervae (*sc. ubi templum M. est, cf. 100* Pallados arces). *et saepe.*

b *c. nom. propr.*: **α** *ipsorum montium: per gen.*: SALL. hist. frg. 3, 89 in Pyrenaei -is (LIV. 21, 30, 7. 23, 45, 3 P. Alpiumque ... -a. *al. cf.* SEN. Phaedr. 69 -a Pyrenes [*al.*]. AVIEN. ora 472 Pyren⟨a⟩e -um). VERG. ecl. 10, 11 Parnasi ... -a (LIV. 42, 16, 1 -um. SEN. Ag. 721 -a. *al.*). *ibid.* Pindi (SEN. Herc. f. 980 -a. Phaedr. 614). Aen. 1, 498 -a Cynthi (4, 147). 2, 801 -is ... Idae. HOR. epod. 1, 11 Alpium -a (*al. v. vol. I 1717, 31 sqq.*). Ov. fast. 5, 87 -o ... Cyllenes (COLVM. 10, 266 -a). LIV. 22, 16, 5 -um Calliculae. 36, 18, 8 -o Callidromi. 37, 53, 25 Tauri -a (37, 56, 8 -a T. [38, 53, 3]. *al.*). 41, 18, 9 Ballistae et Leti -um. *al. per adi.*: CATVLL. 4, 11 Cytorio. VERG. georg. 2, 225 Vesaevo (*cf.* SIL. 12, 152 Vesuvina). PROP. 1, 13, 24 Oetaeis. Ov. epist. 16, 204 Idaeis (fast. 4, 264 Idaeo. SEN. Tro. 928. *al.*). fast. 3, 410 Ismariis. 3, 884 Aventino. 6, 218 Quirinali. 6, 794 Palatini (PANEG. 10, 2, 1). SEN. Phaedr. 190 Aetnaeis. *al.* **β** *terrae, urbis, gentis sim.: per gen.*: PROP. 4, 3, 47 Scythiae -a (Ov. trist. 1, 8, 40 S. Sarmaticisque -is). LIV. 7, 39, 8 -o Albae Longae. 22, 14, 12 -a Samni. 42, 16, 6 Isthmi -um. MANIL. 4, 761 Armeniae ... -is. SEN. nat. 4, 2, 17 Aethiopiae -is (MELA 1, 53. *cf.* PLIN. nat. 2, 238 Aethiopum -um). 4, 2, 19 Thraciae -a. PLIN. nat. 5, 103 Cibyratarum -is. *al. per adi.* (*v. et l. 39*): SALL. hist. frg. 3, 98 B 15 Eburinis. VERG. Aen. 8, 480 Etruscis (*cf.* MART. 1, 26, 6 Tuscis). PROP. 3, 9, 48 Phlegraeis. Ov. am. 1, 7, 52 Pariis. epist. 9, 100 Thessalicis (SEN. Herc. O. 1139. *cf.* PETRON. 89, 59 Thessali). ars 3, 646 Hispano. fast. 2, 272 Arcadiis. LIV. 21, 38, 6 Poenino (TAC. hist. 1, 61, 1 Poeninis). *al.* **γ** *heroum sim. (poetice): per gen.*: HOR. carm. 3, 29, 8 Telegoni -a. STAT. silv. 1, 3, 85 -a ... Circes. AVIEN. ora 158 Veneris -um (437. 443). *per adi.*: VERG. Aen. 7, 799 Circaeum (SIL. 8, 390 Circaea). PROP. 1, 12, 10 Prometheis. STAT. Theb. 12, 244 Penthei. CLAVD. 20, 300 Berecynthia.

2 *hyperbolice de saxis*: PLIN. nat. 36, 2 naves ... marmorum *transportandorum* causa fiunt, ac per fluctus ... portantur -a.

3 *in imagine et translate*: CIC. de orat. 3, 69 ut ex Appennino fluminum, sic ex communi sapientiae (*Non.*, -tium *codd. Cic.*) -o sunt doctrinarum facta divortia. VERG. georg. 3, 292 me Parnasi ... per ardua ... raptat amor; iuvat ire -is, qua nulla priorum Castaliam molli devertitur orbita clivo. PROP. 3, 9, 7 omnia non pariter rerum sunt omnibus apta, palma (flamma *trad., vario modo sanatur*) *gloriae* nec ex aequo ducitur una (ulla *trad.*) -o. 4, 10, 4 magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires: non iuvat e facili lecta corona -o. LACT. opif. 10, 4 nasus ... veluti aequali porrectus -o. 10, 21 scapulae velut mollibus -is a cervice demissae (*cf.* iugatio *p. 626, 42*).

II *vi secundaria i. q. consors* (*cf. notionem q. e. 'par' p. 640, 26 sqq.*): VLP. dig. 21, 1, 38, 9 (*e Pomponio*) *mulam,* si nata sit eo ingenio aut corpore, ut alterum -um non patiatur, sanam non esse (*vertitur in gr. Basil. μεθ' ἑτέρου ζευχθῆναι*). ANTH. 723, 2 luna -um solis. VEN. FORT. carm. 10, 14, 8 floreat ... rex ... cum genitis, populo, matre, sorore, -o (*i. coniuge, v. p. 642, 8 sqq.*).

deriv.: iugalis, iugarius, 1. iugo, iugosus. *cf.* iugis, iugula(e), 1. iugus.

compos.: duodecaiugum. *cf.* biiugus, decemiugis, deiugis *al.*, bigae, quadrigae. *Baer.*

iugumento, -āre. *a* iugumentum. *i. q. iungere*: VITR. 2, 1, 3 *prisci homines* struebant parietes, materia eos -antes. 2, 1, 4 alternis trabibus ex quattuor partibus angulos -antes et ita parietes arboribus statuentes *Colchi. e coni. l. 82.*

iug(u)mentum, -i *n.* *a* iungere, *cf.* iugamentum, iumentum. *nomen cuiusdam partis domus*: CATO agr. 14, 1 villam aedificandam si locabis ..., faber haec faciat oportet: ... limina, postes, -a, asseres *eqs.* 14, 4 fundamenta ... parietes ..., -a et antepagmenta *eqs.* VARRO frg. Char. gramm. p. 172, 8 B. (*e Romano*) later lutum iugmenta (-tatum *Wilmanns*). CIL VI 24710 iugmentum et paries insuper *eqs.*

deriv.: iugumento.

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. iugus, -a, -um. *a* iungere, *cf.* iugum, iugis. 1 vasa -a: CATO agr. 10, 2 v. olearia instructa -a quinque. 145, 1 si sex -is v. opus erit, facito. *cuncta, quae necessaria sunt, complectentia significari censet Usener, Kl. Schr. II 51 sq., par efficientia Keil ad l., et torcular et molam complectentia Hörle, Catos Hausbücher 177 sq.* 2 Iuno -a *i. q. pronuba* (*cf.* iugis, iugalis): PAVL. FEST. p. 104 (*v. p. 626, 11*).

2. iugus *v.* iugum *p. 639, 37.* **3. iūgus** *v.* iugerum *p. 627, 48.*

iūlis, -idos *f.*, *ἰουλίς.* [*langued.* jol (*?*). *cf. Wartburg V 63. G.*] *nomen piscis*: OV. hal. 105 insignis sargusque notis, insignis -is (*Birt,* ·I· alis *trad.*; et alis *Sannazaro. cf. Plin. nat. 32, 152* ab Ovidio posita animalia ... iulum [*B,* pulum *vel* palum *cett.*]). PLIN. nat. 32, 94 optimum *ius conficitur* e scorpionibus et -e *eqs.* (elide, duride *var. ll.*). 32, 149 -is (iulii *B,* sive *vel* sunt *dett.*). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 11 -is. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 22 pisces teneros, ut sunt scari, aselli, -es (-ae *ed. Drabkin*). ORIBAS. syn. 4, 1, 8 Aa p. 3 pisces aspratiles, quales sunt -os *eqs.* (La iudilus; *gen. sec. gr.*).

1. iūlus, -ī *m.*, *ἴουλος. i. q. lanugo arborum sim.*: PLIN. nat. 16, 120 ferunt et abellanae -os compactili callo, ad nihil utiles.

2. iūlus, *acc.* -on *m.*, *ἴουλος. nomen vermis*: PLIN. nat. 29, 136 (*de milipeda*) oniscon Graeci vocant, alii -on (tulion, tullon *sim. codd., corrigitur ex indice* 1, 29, 14 sqq. [= 1, 30, 8 sqq.] sive onisco sive -o). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 37 -us.

3. iūlus, -ī *m.*, *ἴουλος. v.* iulis *l. 11.*

ium *v.* 1. is *p. 457, 78.*

iūmentālis, -e. *a* 1. iumentum. *i. q. ad iumenta pertinens*: AMBR. hex. 5, 3, 9 ista (*sc. generationem mulorum*) procuras interpres adulterii -is et illud animal pretiosius putas, quod adulterinum quam quod verum (*sc. aut equinum aut asininum*) est.

iūmentārius, -a, -um. *a* 1. iumentum. *scribitur* Ium- CIL VI 9485, iugm- GLOSS.^{L} II Philox. IV 56 (*seq.* iugmenta). *abbreviatur saepius* iument(ariorum), iumentar(iorum). [*it. centr. et mer. vet.* giumentaro. *cf. Battisti-Alessio III 1820. G.*]

i. q. ad iumenta pertinens: **1** *pro adi.*: IAVOL. dig. 33, 7, 26, 1 molas (*opp.* manuarias). APVL. met. 9, 13, 1 de meo -o contubernio quid ... memorem? quales illi muli senes vel cantheri debiles! (*9, 11, 1* iumentorum *in pistrino laborantium*). CIL VI 31338^{a} (*a. 214*) mancipes et iunctores -i viarum *eqs.* (31369 *a. 226. suppletur ibid.* 31370). 9510 medicus -us (X 6493 '*litteris bonis aet. imp. incipientis*' *edd.*). PAVL. NOL. epist. 23, 12 p. 169, 25 (*affert psalm. 48, 13, v. p. 647, 81*) dignus est opere -o (*inde* CAES. AREL. serm. 120, 3 p. 480, 12).

2 *pro subst.*: **a** *masc. de agasone*: CIL V 4211 gen(io) coll(egii) ⟨i⟩umentarior(um) (4294. 5872. VI 9485 c. -orum, qui est in cisiaris Tiburtinis Herculis. XI 4749. 6136). GLOSS.^{L} II Philox. IV 56 -us: *κτηνίτης.* GLOSS. II 309, 8 *ἐπικτηνίτης*: -us, agaso. 322, 36 *ζυγιατής*: -us. 356, 5 *κτηνοτρόφος*: -us. 585, 1 -us: iumentorum pastor. **b** *neutr. de statione*: GLOSS. II 356, 4 *κτηνοστάσιον*: -um. 584, 54 -um: iumentorum statio.

cf. superiumentarius.

iūmentīvus, -a, -um. *a* 1. iumentum, *cf.* armentivus. *i. q. ad iumenta pertinens*: ITALA exod. 34, 20 (Lugd.) primitivum -i *animalis* (*gr. ὑποζυγίου, Aug. loc. hept. 2, 140* subiugalis, *Vulg.* asini. *an falso pro* iumenti *scriptum?*). *B.*

1. *iūmentum, -ī *n.* *a* iungere, *cf.* armentum; *v. Walde-Hofmann I 729. de orig.*: VARRO ling. 5, 135 iugum et -um ab iunctu (*a iungendo ut*: GELL. *p. 646, 15.* NON. p. 54, 25 -um a iungendo veteres dictum putant g littera in eo nomine adtrita. GLOSS. V 650, 55 -um a iungendo, alii a iuvando. *cf. p. 646, 80*). COLVM. 6 praef. 3 nec ... ulla regio est ..., quae non ... armentorum adiuvatorio colatur, unde etiam -a⌊ et armenta⌋ (*om. unus cod. rec. et ed. pr.*) nomen a re (nominare *fere AŠ,* nomina a re *Lundström*) traxere, quod nostrum laborem vel onera subvectando vel arando iuvarent (*a iuvando ut*: LACT. inst. 2, 10, 1 quae *animalia* ... magnarum sunt virium, ut in excolenda terra iuvarent; unde sunt dicta -a. HIER. adv. Iovin. 2, 5 in Is. 1, 3 l. 16 AVG. quaest. hept. 5, 38 ISID. orig. 12, 1, 4. 7. 16, 18, 4. *cf. p. 646, 65. 647, 32. 57 et* 2. iumentum). *de scriptura*: iouxm- INSCR. for. Rom. (CIL I^{2} 1) 10 (*contextu incerto; v. praeter alios Stroux, Philol. 86, 1931, 484*). iugm- GLOSS.^{L} II Philox. IV 57 (*antecedit* iugmentari ⟨u⟩s). *?*-mint- ITALA apoc. 18, 13 (cod. g). *de formis: nom. sg.* -us: ITALA psalm. 72, 23 (Veron., *ceterum v. p. 648, 4*) ut -us factus sum. *aliter* CHIRON 387 eum -um, qui. 470 illum -um (*acc.; antea nom.* quod -um). *al.* *? fem. sg.* -a: LEX Sal. Merov. 38, 10 -am alienam (*unus cod.*). *?*-ibus: EXPOS. mundi 67 (66) *apogr. Jureti* (*post* fructibus). *abbreviari videtur* iumen(ta) CIL VI 9486. NOT. Tir. 112, 41. *legitur inde ab* INSCR. for. Rom. (*v. l. 65*), LEGE XII tab.; *in poesi* PLAVT. Amph. 327 sq. Epid. 209 LVCIL. 243 AFRAN. com. 223 LVCR. 5, 1331 HOR. epist. 1, 18, 46 PHAEDR. 4, 5, 24 app. 8, 4 CALP. ecl. 1, 41 IVV. *septies.* IVVENC. 3, 628 CYPR. GALL. exod. 299 iud. 756 ALC. AVIT. carm. 3, 401 DRAC. laud. dei 1, 272. 356 Romul. 1, 6. *omnino deest in poesi heroica* (*cf. Axelson, Unpoet. Wörter 59*). [*notione q. e. animal ad portandum aptum, mulus: it.* giumento; *sard. centr.* yuméntu (*?*); *raet. occ.* giumaint; *norm. vet.* jument, *loth. vet., burg. vet.* gemant; *prov. vet.* jumen; *vasc. vet.* jumentz '*pecus*'; *cat.* jument; *port.* jumento, *dial.* (*Beira*) gimento, (*interamn.*) engemento. *notione q. e. equa: francog.* jument (*f.*), *dial. pic., norm., pict., biturig., borbon., burg., camp., loth., comit.; francoprov.; lemov. cf. M.-L. 4613. Battisti-Alessio III 1820 sq. Wagner I 711. Wartburg V 63 sq. Machado II 1270. G.*]

[*vix recte trad.*: ORIBAS. syn. 9, 22, 5 La p. 317 femus (*i.* fimus) bovum -orum (*desideratur* armentivorum, *cf. Aa* bovis armentivi, *gr. βοὸς* [*om. A*] *ἀγελαίας*).]

I *strictius significantur animalia tam ad trahendum quam ad res hominesve portandos apta, maxime generis equini, sc. equi, asini, muli* (GLOSS. *ἀχθοφόρον κτῆνος. νωτοφόρον. ὑποζύγιον.* -a: *ζεύγματα*): **A** *generatim*: **1** *proprie*: **a** *doctrinae et exempla notionem artius definientia*: **α** *de usu*: GELL. 20, 1, 26 (*ad* LEGEM XII tab. *infra l. 57*) an tu ... putas ... -um ... dici pecus aliquod unicum tergo vehens? ac propterea minus fuisse humanum existumas aegrotum ... -o inpositum in ius rapi? ... (28) -um ... non id solum significat, quod nunc dicitur; sed vectabulum etiam, quod a iunctis pecoribus trahebatur, veteres nostri -um a iungendo dixerunt (*30* plaustrum). *de notione vehiculi a -is tracti ceterum parum constat; potius distinguitur* plaustrum *sim. infra l. 71. 74. al. maxime tergo vehentia significari etiam* AVG. *p. 647, 58 confirmat, trahentia ne tum quidem exclusa fuisse idem infra l. 82 praeter alios testatur.*

β de animalibus sive comprehensis sive exclusis (*cf. p. 647, 58*): Ⓘ *opp.* pecora, armenta *sim.*: CATO agr. 5, 7 pecori et -is (HIRT. Gall. 8, 41, 6. VARRO rust. 1, 47, 1 pecus ... et omne -um. LIV. 21, 32, 7 CELS. 1 prooem. 65. PHAEDR. 4, 5, 24 pecora ..., boves, -a. *al.*). SISENNA hist. 76 -a, pecuda. COLVM. 2, 14, 4 (*de stercore pecudum*) optimum existimatur, quod asinus facit ...; post haec ... ovillum et ab hoc caprinum est, mox ceterorum -orum armentorumque (PLIN. nat. 18, 263. 31, 88 pecudes a.que et -a. *adde infra l. 45. 52*). Ⓘⓘ *equi: adnumerantur*: LVCR. 5, 1331 (*1329* equitum). CAES. Gall. 4, 2, 2 (*3* equestribus proeliis). 7, 12, 4 (*3* equos). civ. 3, 49, 2 equos ..., reliqua vero -a (*pro parte ut*: VARRO rust. 1, 31, 5 equi et -a cetera. LIV. 7, 37, 6. 21, 38, 5. 27, 43, 10). BELL. Afr. 18, 4. 24, 4. 72, 4 NEP. Eum. 5, 4. 6 VITR. 6, 6, 4 COLVM. 6, 30, 6. 8. 9. PLIN. nat. 18, 92 (*cf. Hom. E 195 ἵπποι*). *al.* GELL. 6, 15, 1 (*ex Labeone*) furti damnatum esse, qui -um aliorsum duxerat quam quo utendum acceperat *eqs.* (*cf. Val. Max. 8, 2, 4 Gaius inst. 3, 196. al.*). APVL. met. 3, 27, 5. *al., cf. p. 647, 44. 648, 2.* *distinguuntur*: SEN. dial. 10, 18, 4 aptiora portandis oneribus tarda -a sunt quam nobiles equi. CVRT. 9, 10, 12. 9, 10, 22 equorum -orum⟨que⟩ iugalium. PLIN. nat. 34, 162. TAC. hist. 4, 60, 1 -is equisque et ceteris animalibus. ann. 2, 23, 4 GREG. TVR. Franc. 7, 22 p. 340, 19. *cf.* FRONTIN. strat. 2, 4, 6 (*opp.* equitatus). Ⓘⓘⓘ *boves: adnumerantur*: CIC. Tusc. 1, 113 cum ... curru vehi ius esset ... morarenturque -a (*cf. Herodot. 1, 31, 2 βόες*). div. 2, 77 -a ... diiungere (*cf. Serv. auct. Aen. 3, 537* disiunctis bobus). GARG. MART. cur. boum *saepe.* ISID. orig. 12, 1, 7. *distinguuntur* (*cf.* POMPON. dig. 50, 16, 89 pr. boves magis armentorum quam -orum generis appellantur. *sim.*: VLP. dig. 21, 1, 38, 6. PAVL. sent. 3, 6, 74 [= MARCIAN. dig. 32, 65, 5]): LEX Iul. munic. (CIL I^{2} 593) 67 plostra ... bubus -eisve iuncta. VITR. 10, 1, 5 bubus -isque omnibus. PHAEDR. 4, 5, 24. COLVM. 1, 6, 6 bos aut -um. 6, 19, 1 (*inde* VEG. mulom. 4, 25, 1). *al.* PLIN. nat. 11, 116. *al.* IVV. 14, 147. *et saepius.* Ⓘⓥ *alia*: LIV. 21, 37, 3 non -a solum, sed elephanti etiam (21, 56, 6. 21, 58, 11 AMM. 25, 3, 11). CVRT. 5, 6, 9 -a et camelos (8, 4, 19 -a et camelorum II milia ... pecoraque et armenta. PLIN. nat. 8, 67 *cameli* -orum ministeriis dorso funguntur. AMM. 25, 8, 6 mactatis camelis -isque aliis. AVG. *p. 647, 58*). *muli vel asini intelleguntur* PHAEDR. app. 8, 4 COLVM. *l. 26 et passim per totam latinitatem.*

b *exempla varia*: INSCR. for. Rom. (CIL I^{2} 1) 10 (*v. p. 645, 65*). LEX XII tab. 1, 3 si morbus aevitasve vitium escit, ⌊qui in ius vocabit,⌋ -um dato; si nolet, arceram ne sternito (*cf.* GELL. *ad loc., v. l. 11*; ⌊ ⌋ *verba interpretis esse censet Schoell*). 7, 7 *in via immunita* qua volet, -o ageto (*inde* CIC. Caecin. 54 agere -um. *cf.* LIV. 1, 48, 6 -a agebat [VAL. MAX. 9, 11, 1 SEN. clem. 1, 16, 5 CVRT. 5, 12, 20. *al.*]). PLAVT. Epid. 209 *milites* arma referunt et -a ducunt (PAVL. dig. 8, 3, 7 pr. [*infra*: et plostrum ducere et -a agere]. *cf. l. 34 et* HIRT. Gall. 8, 35, 2 agmen -orum ... ducit. CVRT. 6, 6, 15 -a iussit abduci). CATO agr. 4 si aedificabis, operis, -is, materie adiuvabunt *vicini.* 5, 5 uti -a pabulum habeant. LVCIL. 243 cui neque -um est nec servus nec comes ullus. AFRAN. com. 223 in -um exilit. CIC. Att. 12, 32, 2 -o certe Athenis nihil opus est *filio*; quibus autem in via utatur, domi sunt plura, quam opus erat. POMP. Cic. Att. 8, 12 a, 4 ea *arma* si Brundisium -is deportaritis *eqs.* BRVT. Cic. fam. 11, 13, 1 sequi confestim Antonium ... non potui: eram sine equitibus, sine -is. CAES. Gall. 1, 3, 1 -orum et carrorum. civ. 1, 81, 7 sarcinaria (*cf.* VARRO rust. 2, 10, 5 dossuaria [CHIRON 652]. LIV. 41, 4, 3 oneraria. AMM. 15, 5, 3 sarcinalium [29, 4, 5. 29, 5, 55]). *al.* HIRT. Gall. 8, 10, 4. BELL. Afr. 9, 1 plostra -aque (LIV. 4, 41, 8 p. -aque alia. 25, 14, 11 VITA Caes. Arel. 1, 38. *cf. l. 47. 63 et* LEX Vrson. [CIL I^{2} 594] 98, 28 -a plaustraria). *al.* Alex. 2, 5 Hisp. 11, 1. SALL. Iug. 45, 2 ne miles ⟨hastatus aut⟩ gregarius ... servom aut -um haberet. 75, 3 -a sarcinis levari. 75, 6 -a onerat (91, 2 HOR. epist. 1, 18, 46). hist. frg. 4, 20. VARRO ling. 5, 139 de his, quae -a ducunt: tragula ..., sirpea ..., vehiculum *eqs.* rust. 1, 52, 1 *grana excutiuntur* -is iunctis ac tribulo (NEP. Timol. 4, 2 FEST. p. 104 PLIN. nat. 18, 296. *al. cf. l. 47 et* AVG. in psalm. 132, 12 l. 9 in iunctura inquietum -um ... non trahit *eqs.*). *al.* NEP. Eum. 9, 6. LIV. 9, 14, 11 homines -aque. 9, 15, 5 arma, sarcinas, -a *eqs.* 25, 13, 6 vehiculorum -orumque. *al.* VITR. 2, 9, 12

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Graeci ex carpino iuga -is comparant (10, 1, 5. 10, 3, 8. SEN. clem. 1, 16, 5 tardiora . . . -a, quae . . . nimia saevitia coguntur iugum detrahere. PLIN. nat. 25, 72. *al.*). VAL. MAX. 2, 7, 2. *al.* SEN. nat. 4, 13, 9 -a portandae aquae deservientia. *al.* CVRT. 3, 13, 16 -orum dorso onera portantium. *al.* COLVM. 1, 3, 4 si conductis -is iter facias. *al.* PETRON. 76, 8 venalicia coemo -a. CALP. ecl. 1, 41 non . . . praedator . . . laxis abiget -a capistris. PLIN. nat. 7, 82 *centurio solitus* carpenta . . . retinere, obnixus contra nitentibus -is. *al.* FRONTIN. strat. 3, 2, 8 -a saccis frumentariis . . . onusta. *al.* IVV. 4, 5 quid refert . . ., quantis -a fatiget porticibus . . .? (*cf.* 7, 180). *al.* TAC. ann. 1, 70, 3. *al.* SVET. Cal. 39, 1 pistrinensibus. Nero 5, 1 puerum citatis -is . . . obtrivit. *al.* FRONTO p. 58, 22 v. d. H. (= p. 64 N.) ungulam -o subluere. GRAN. LIC. p. 6, 2 corpus . . . cum Antiochiam portaretur, exterritis . . . -is *eqs. et passim.* *distinguuntur sexus*: PAVL. FEST. p. 366 -is maribus feminas vel mares feminis admovere. *in nomine officii aulici*: CIL VI 7987 L. Caninius . . supra -a (9486 INSCR. Année épigr. 1948 p. 30 n. 69. *cf.* CIL VIII 12640 s. -is). 8863 disp(ensatoris) a -(is) (37546. *cf.* 8864 Epaphroditi . . . a -is).

2 ***in proverbio***: PLAVT. Amph. 327 illic homo (*Sosia*) a me *Mercurio* sibi malam rem arcessit -o suo. :: non equidem ullum habeo -um (*cf. Otto, Sprichw. n. 759*).

3 ***in comparationibus, imaginibus, allegoriis***: **a** *in malam partem*: SEN. epist. 47, 5 ne tamquam hominibus quidem, sed tamquam -is abutimur *servis*. CVRT. 4, 2, 20 *milites* dorso sicut -a onera gestare. PETRON. 117, 12 (*loq. Corax mercennarius*) -um me putatis esse aut lapidariam navem? hominis operas locavi, non caballi. QVINT. inst. 11, 3, 55 sunt, qui crebro anhelitu . . . imitentur -a onere et iugo laborantia. HIL. in Matth. 18, 2 (*ad 18, 6*) molae opus labor est caecitatis: nam clausis -orum oculis aguntur in gyrum; et sub asini quidem nomine frequenter gentes cognominatas reperimus. **b** *in bonam partem*: RVFIN. Orig. in iud. 6, 5 p. 502, 24 (*ad* 5, 10 ascendistis super -a, *gr.* ὑποζυγίων) corpus hoc meum -um est; ad adiumentum enim animae et ad ministerium datum est; . . . cum -um hoc, id est corpus meum, sub iugo venerit verbi dei *eqs.* (AVG. serm. 55, 4, 4 *equus incipit* esse -um, hoc est a. infirmitatis tuae [*vice versa* 184, 1, 1 in hoc tanto a., tanquam in i. suae -o]. serm. coll. Morin 1930 p. 687, 20. *cf.* civ. 20, 21 p. 460, 15 D. [*ad Is. 66, 20* in equis et in quadrigis . . . et in mulis et in carrucis] quae -a et vehicula bene intelleguntur adiutoria esse divina). AVG. in epist. Ioh. 7, 2 esto humilis, porta dominum tuum; esto -um sessoris tui. serm. 190, 3, 3 in praesepi iacet *Iesus infans* fidelium cibaria -orum; praedictum enim fuerat per prophetam (*Is. 1, 3*): 'agnovit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui' (292, 8. *cf.* serm. dub. 365, 4 piorum -orum esca).

B *speciatim de equa* (*v. Schramm, Sprachl. z. Lex Sal. 46 sqq. Rohlfs, SBMünch. 1954, 74 sqq. B. Fischer al., Der Stuttgarter Bilderpsalter II 108. 113*): LEX Sal. Merov. 38, 7 (*var. l.*). 38, 12 si quis admissarium alienum . . . spadaverit, . . . pro quisque -o triante (*i.* trientem) I conponat. LEX Visig. 8, 4, 5 tit. si -i partus excutiatur (*in lege ipsa*: eque pregnantis). *v. etiam p. 645, 71. dub. an huc* LEX Sal. Merov. 9, 2 si quis . . . animalem, caballum aut -um . . . punxerit (10, 1. 38 [*tit.* de furtis caballorum vel equarum], 11. 13. 47, 1 c. vel bovem vel -um).

II *latius comprehenduntur alia animalia* (GLOSS. κτῆνος [*in graecis respondere solet*]. GLOSS.^{L} II Abav. IV 11 -a: pecora vel animalia. *cf.* AVG. quaest. hept. 3, 2 ea . . ., quae a Graecis κτήνη appellantur, plerique nostrorum -a interpretati sunt: quod nomen in latina consuetudine eorum animalium est, quorum laboribus adiuvamur maxime in portandis oneribus, sicuti sunt equi, asini, muli, cameli et si quid huiusmodi; quae vero Graeci κτήνη vocant, tam late intelleguntur, ut omnia aut prope omnia pecora isto nomine concludantur. SALON. in eccles. p. 1001^{A} [*ad 3, 21*] -orum, id est pecorum cunctorumque brutorum animalium): **A** *quadrupedia aut omnia aut domestica, mitia* (*opp.* ferae *l. 76*): **1** *proprie*: ITALA gen. 1, 28 (Rufin. Orig. in gen. 1, 16) dominamini piscium maris et volatilium caeli et -orum et omnium, quae sunt super terram *eqs.* (*Aug. gen. ad litt. 3, 19. al.* pecorum, *Ambr. Noe 24, 86* bestias; *Vulg. postea* animantibus). 7, 2 (Ambr. Noe 12, 39; *Hil. in psalm. 140, 7* pecoribus, *Vulg. ut supra*). 47, 16 sq. (Lugd.) dixit . . . eis Ioseph: 'adducite -a vestra et dabo vobis panes pro -is vestris . . .'; adduxerunt autem -a ad Ioseph et dedit eis Ioseph panem pro equis et pro ovibus et pro bubus et pro asinis et pavit eos panibus pro omnibus pecoribus (*Aug. quaest. hept. 1, 160 et Vulg.* pecora). deut. 14, 4 (*ibid.*) haec erint -a, quae manducabitis: vitulum . . . agnum *eqs.* (*Vulg.* animal). prov. 30, 30 (Aug. c. Faust. 12, 42) catulus leonis fortior -is (*Vulg.* fortissimus bestiarum). *al.* HIPPOCR. aer. 12 p. 29, 23 que . . . innutriuntur -a. DRAC. Romul. 1, 6 tunc (*sc. Orpheo canente*) feras reliquit ira, tunc pavor -a: tunc lenta tigris, cervus audax, mitis ursus adfuit, non lupum timebat agna, non leonem caprea, non lepus iam praeda . . . molosso. laud. dei 1, 272 *creato mundo* intactis senuissent floribus herbae, ni pascenda daret tellus -a per agros. **2** *in comparationibus, imaginibus, allegoriis*: ITALA psalm. 48, 13 (Sangerm. *al.* = VVLG.) homo . . . comparatus est -is insipientibus (insensatis *Veron.*, inrationalibus *Tert. anim. 32, 8. al.*) et similis factus est illis (*hinc pendent ecclesiastici passim, e. g.* Ps. AVG. serm. ed. Mai 2, 2 quia Pharisaei in hominibus dei pietatem sapere nesciebant, ad -a mittuntur, ut caperent ab i. sensum. FAVST. REI. grat. 1, 7 hominem . . . brutis animantibus et -is i. . . . conparandum. *equum intellegit Ambr. in psalm. 48, 20, 2 sec. Ier. 5, 8*). 72, 23 (cod. 304 *al.* = VVLG.) ad nihilum redactus sum et nescivi, ut -um factus sum apud te (*gr. 72, 22* κτηνώδης. *hinc* EVCHER. form. 4 p. 27, 1 -um: intellectu et eloquio carens). I Cor. 15, 39 (Tert. resurr. 52 p. 108, 18. *al.*) alia caro hominis, alia -i (id est ethnici *explicat* TERT. *allato* psalm. 48, 13; *Vulg.* pecorum). II Petr. 2, 12 (Hier. adv. Iovin. 1, 39 p. 267^{A}) isti *impii* . . . quasi irrationabilia -a in ventrem et libidinem proni sunt ([*gr.* ζῷα, *Vulg.* pecora]. HIER. epist. 147, 2, 1 cum hominibus, qui non sunt ut tu i. -a). HIER. c. Ioh. 19 nos Pelusionitas et -a et animales homines dicitis. RVFIN. Orig. in num. 26, 7 p. 254, 16 (*ad* 32, 1 erat illis in -is infinita substantia) carnales, qui -is et pecudibus, id est crassis et stolidis sensibus, abundant. AVG. in psalm. 106, 13 l. 57 (*ad* 106, 38 -a eorum non sunt deminuta) -a et pecora dicuntur, in ecclesia simpliciter ambulantia, sed utilia; non multum docta, sed fide plena (*sim.* PROSP. *et* CASSIOD. in psalm. 146, 9). CASSIOD. Didym. in I Petr. 3, 15 p. 31, 27 quidam sicut -a vivunt arbitrantes actibus solis incumbi.

B *marina*: GLOSS. Loewe, Prodr. 73 billa (*i.* belua): -um marinum (*cf. vol. II 1861, 75 sqq.*).

deriv.: iumentalis, iumentarius, iumentivus. *cf.* iugamentum, iugumentum.

2. iūmentum, -ī *n.* *a* iuvare, *cf. Löfstedt, Verm. Stud. 123 et p. 645, 58 sqq.* *i. q. adiumentum*: EVSEB. EMES. serm. 6, 26 (*affertur prov. 18, 19* frater fratrem adiuvans) currens ad -um fratris (ad adiumentum *Buytaert*). THEOD. MOPS. in I Tim. 4, 8 pietatis agon . . . nobis magnum praebet -um (adiumentum *C corr.*, iuvamentum *excerpta Rabani. cf. paulo infra*: plurimum iuvamen). *Detrich-B.*

? CHIRON 859 **iumpisca** p(ondere) libra. *obscurum*; iris pistae *Heraeus in exemplari suo, cf. p. 380, 5 sqq.* *B.*

iuncētum, -ī *n.* *a* iuncus. GLOSS. V 366, 25 (*anglosax.*) [*it.* giuncheto; *sard. centr.* yunkétu, yunkédu, ǧunkéđu; *wall.* djonkeû; *cat.* (*Bal. mai.*) ẓonkət. *cf. Battisti-Alessio III 1821. Wagner I 712. Wartburg V 65. G.*] *i. q. locus iuncis consitus*: VARRO rust. 1, 8, 3 (*de vineis*) primum genus *iugorum* . . . quaerit salicta, secundum harundineta, tertium -a *eqs.* *v. etiam l. 72.*

iunceus, -a, -um. *a* iuncus. GLOSS.^{L} II Abav. IV 13 -um: ⟨p⟩lectile. *cf. infra l. 54 sqq.* [*cat.* junça, jonça; *hisp. vet.* yunǧa, junça, *hisp.* juncia; *port.* junça. *cf. M.-L. 4615. Corominas II 1076. Machado II 1271. G.*]

1 *i. q. iuncis confectus*: PLAVT. Stich. 636 (639) mihi iam intus potione -a (vincea *BD*) onerabo gulam (*iocose i. 'reste -a me suspendam'*). COPA 17 caseoli, quos -a fiscina siccat. PRIAP. 86 (Verg. 3), 2 villulam . . . palustrem tectam vimine -o cari⟨ci⟩sque maniplis. OV. fast. 4, 870 tecta . . . composita -a vincla (*sc. calathus, ut vid.; cf. p. 652, 44*) rosa. COLVM. 12, 6, 1 sportam. 12, 17, 2 fiscellis. 12, 19, 4 cola (12, 38, 7). 12, 32 tomice. 12, 53, 1 reticulum. PLIN. nat. 11, 78 fuso. 21, 84 crate. HIER. vita Hilar. 10 super nudam humum stratumque -um . . . cubitavit (CONSVLT. Zacch. 3, 3 p. 102, 9). AVG. c. Cresc. 3, 48, 53 amictu -o dehonestatus. CASSIOD. var. 11, 40, 8 scarus . . . cum -um carcerem (*i. nassam marinam, cf. Plin. nat. 21, 114*) coeperit introire.

2 *i. q. iunci similis*: **a** *de hominibus*: TER. Eun. 316 tam etsi bonast natura *virgo*, reddunt *matres* curatura -am (*A*, -as *cett.*; *cf.* DON.: tenues et pallidas. EVGRAPH.: reddunt virgines iunco similes, quod herbae genus est . . . in longitudinem . . . porrectum *eqs.* GLOSS.: macras, graciles. tenues). AVSON. 393, 46 p. 246 P. (*Theoni*) plana . . . -us alvo *es.* PRVD. perist. 3, 132 carnifices . . . -a pectora *Eulaliae* dilacerant. *translate*: VEN. FORT. epist. (carm. 10, 2) 9 -a pubertate, rosea modestate, festiva arte sui sexus ornata *puella mortem obiit.*

b *de herbis*: PLIN. nat. 25, 85 *Cantabrica* nascitur ubique caule -o. 26, 133 *equisaetum* scandente ⟨m⟩ eas *arbores* dependere comis -is multis. Ps. SOL. add. p. 219, 21 *Orchades insulae* -is herbis inhorrescunt.

c *de columnis*: CASSIOD. var. 7, 15, 3 columnarum -am proceritatem.

iuncinālis (*herba*), -is *f.* *a* iuncus. Ps. DIOSC. Vind. 3, 153 p. 160, 14 ὀνοβρυχίς . . . οἱ δὲ ἰουγκινάλεμ (ἰοκιν- *var. l., om. A*). *cf. Plin. nat. 24, 155* nascitur circa fontes.

iuncinus, -a, -um. *a* iuncus, *v. Stolz-Leumann 222.* *i. q. iuncis confectus*: PLIN. nat. 15, 30 *oleum* rhodinum e rosis, -um e iunco.

n. pro subst. fere i. q. iuncetum (*f.* iuncīna *vix recte intellegit André, Lexique des termes de botan. 173 coll. it. dial.* giunchina): GROM. p. 8, 8 J. (= p. 328, 28 L., *cf.* p. 325, 8) *casa* aquam bibam significat, sub se -a (-am, iuncceta *var. ll.*).

iuncōsus, -a, -um. *a* iuncus. [*it.* giuncoso; *hisp., port.* juncoso. *cf. Battisti-Alessio III 1821. Corominas II 1076. Machado II 1271. G.*] **1** *i. q. iuncis consitus*: OV. met. 7, 231 -a . . . litora Boebes. PLIN. nat. 18, 46 -us ager verti pala debet. **2** *i. q. iunci similis*: DIOSC. 4, 143 p. 65, 9 *radix ellebori est* -a (*gr. 4, 148* σχοινώδης). 4, 170 p. 85, 13 *apium* hastas habet . . . -as (*gr. 4, 175* χλωνία . . . σχοινώδη). *Heine.*

iūnctē *v. p. 662, 17.*

iūnctim *adv.* *a* iungere, *cf.* iuxtim. [*falso trad.*: CIC. Att. 5, 10, 5 (tu velim *Boot*).] *fere i. q. pariter, simul, cohaerenter sim.* (*vi temporali p. 649, 2. 4*): OV. met. 11, 749 -m (*M*, circum *N*) . . . volantes *Ceycem et Alcyonen in aves mutatos* (*cf.* APVL. met. 2, 32, 2

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

proximamus. Avg. doctr. christ. 2, 20, 31 ambulantibus [*syn.* pariter a.]). Svet. Tib. 9, 3 magistratūs ... paene -m percucurrit (*opp.* interposito ... tempore. *cf.* Claud. 14 consulatus ... quattuor gessit; ex quibus duos primos -m, sequentes per intervallum). Gell. 12, 8, 2 fors fuit, ut apud eandem mensam duo illi -m locarentur (Avson. 350, 6 p. 207, 35 P. *in centone* duos *versus* -m locare ineptum est et tres una serie merae nugae. Symm. epist. 1, 20, 1 aedes ... gemella facie -m locarunt. Amm. 20, 3, 4 ipse *sol* et lunaris globus ... -m locati [*seq.* iuncturis]). 13, 25, 6 (*4* quaero, an M. Tullius *leg. agr. 2, 59* ... inlepida geminatione iunxerit 'manubias' et 'praedam', si duo haec verba idem significant *eqs.*) duo haec simul -m posita dixit (*cf.* Serv. auct. Aen. 9, 219 totum -m [-tum *F*] legendum est. Cassiod. in psalm. 113, 5 epanodos, id est repetitio rerum, quae -m dictae sunt [*antea*: superius]). 14, 6, 3 Telemachus cubans -m (-tum *codd.*) sibi cubantem Pisistratum *excitavit*. Anth. 3, 8 ut ludos currusque simul variumque ferarum certamen -m Roma teneret ovans. Paneg. 11, 11, 4 pariter sunt; quam -m (*cod. Bertin.*, -ti *M*) sedent, quam concorditer conloquuntur *eqs.* Vopisc. Tac. 16, 6 in illis varia, in hoc omnia praecipua -m (*Helm propter clausulam*, tunc *codd.*, -ta *Baehrens*) fuere. Schol. Hor. gloss. *Γ* sat. 2, 6, 2 'iugis *aquae fons*': -m fluentis. Fav. Evl. 25, 4 W. (p. 18, 25 H.) per tonos, qui epogdoa ratione consertim -mque miscentur, efficitur consonae iugitatis continua modulatio (*cf.* Diom. gramm. I 491, 27 [= Svet. frg. p. 11, 14] in choris ... -m [-ti *M*] omnes loqui debent *eqs.*). Prvd. apoth. 798 *deus* utroque hominem meditans de figmine -m (-tum *pars codd.*) aedificare. Cypr. Gall. gen. 373 (*ad 10, 19*) Adama et Sebona, quis -m Lasa cohaeret. num. 14 (*ad 1, 46*) haec sexcenta simul conplerunt et tria -m milia, quingentos pariter si iungere cures quinquies et denos. Macr. exc. gramm. V 635, 17 modi singuli declinantur aut separatim, uno quoque sonum proprium exprimente, aut -m, binis eandem possidentibus vocem ..., separatim indicativus, imperativus, subiunctivus, -m optativus et infinitus (*cf.* 643, 36). Explan. in Don. gramm. IV 532, 12 acuta *prosodia* ... est ... brevis adeo, ut non longius quam per unam syllabam ... protrahatur, cum gravis ... -m quamvis in multis syllabis residat. Cassiod. gramm. VII 165, 5 (*e Papiriano*) verbum ... 'uo' terminatum sive -m (*i.* 'vo') sive solute.

Ⓘ *indicatur, qua re*: Ⓐ *abl.* (*dat. l. 50; non constat de gen.* CE 1571, 4 quos aetas -xerat olim, nunc mortis -ti iacent [*versibus rudibus*; morte iacent -ti, quos ... olim *rest. Bücheler*]): PLAVT. Capt. 113 iis *captivis* indito catenas singularias; istas maiores, quibus sunt -ti, demito. TRAG. inc. 80 Helenam Paris innuptis -xit nuptiis (CIC. Scaur. 9 LIV. 1, 46, 9. 4, 9, 5. 24, 24, 6. VAL. MAX. 9, 1, 9 inter se. APVL. met. 5, 20, 6. *cf.* coniugiis *l. 2ô et* VERG. Aen. 1, 73 [= 4, 126] conubio [OV. met. 6, 428 CVRT. 8, 4, 25. *al., v. vol. IV 815, 46 sqq.*]. LIV. 29, 29, 12 matrimonio [*v. vol. VIII 477, 80 sqq.*]). CIC. Verr. II 5, 167 societate -ti (LIV. 7, 29, 3 amicitiaque. 26, 49, 8 fide ac s. 28, 32, 5. *cf. p. 658, 30. 660, 36*). Catil. 1, 33 scelere parricidioque. Tusc. 5, 5 (*ad philosophiam*) tu eos *homines* inter se ... domiciliis, ... coniugiis, ... litterarum et vocum communione -xisti (*cf.* off. 1, 156 communitate). div. 2, 143 quidam cum in somniis complexu Venerio -retur (*cf.* LVCAN. 4, 209 amplexibus [APVL. met. 5, 29, 3 HIER. epist. 22, 1, 2. *adde p. 658, 13*]). VERG. Aen. 7, 264 -i hospitio properat sociusque vocari *Aeneas* (*v. vol. VI 3, 3039, 37; cf. p. 658, 10. 661, 43*). PROP. 4, 11, 35 cubili (VAL. FL. 4, 464. *cf.* OCTAVIA 571 toris [LVCAN. 2, 329. *adde l. 38. p. 658, 43*]). OV. epist. 18, 125 cur animis -ti secernimur undis? (LIV. 6, 6, 18 DOCTR. apost. 3, 9. *cf.* Ps. APVL. Ascl. 5 mente). met. 4, 74 ut sineres toto nos corpore -i (FIRMIL. Cypr. epist. 75, 3 p. 812, 4 nihil prodest aliquos proximos et -tos sibi esse corporibus, si animo et mente dissideant. *cf. p. 660, 5*). 7, 49 te face sollemni -et sibi *Iason* (SEN. Herc. f. 346 thalamisque. Herc. O. 404. OCTAVIA 142 *filiam fratris* sibi toris nefandis flebili -xit f. *cf.* 694 taeda iugali). 7, 403 *Aegeus Medeam* thalami ... foedere -it (15, 460 aut fratrum aut aliquo -torum f. nobis. trist. 1, 8, 27 LIV. 7, 31, 2. *al. cf. p. 658, 10. 30*). 9, 498 sanguine (fast. 2, 788 VAL. MAX. 2, 7, 4. VAL. FL. 1, 524 -tas sibi s. terras. *al.*). trist. 1, 8, 30 convictu causisque valentibus ... et ... -tus amore tibi (Pont. 1, 7, 31 CLAVD. 11, 41. *cf. p. 662, 12 et* QVINT. decl. 306 p. 199, 26 venere). Pont. 4, 3, 12 amicitia (LIV. *l. 24.* MANIL. 5, 709. VAL. MAX. 4, 2 tit. aut necessitudine. 4, 2, 3 et adfinitate. *al.*). LIV. 5, 3, 5 necessitudinibus (SVET. Aug. 17. 48. 62, 1. *al. cf.* LIV. 23, 41, 2 cognatione [*v. vol. III 1477, 22 sqq.*]. 42, 29, 4 adfinitate [LAMPR. Alex. 5, 3. *al. v. et l. 46*]. GAIVS epit. 1, 7, 1 propinquitate). *al.* *succedit dat.*: CE 491, 3 me ... -xi dolori. Ⓑ *praepos.*: per; LVCR. 5, 848 -i p. Veneris res. PROP. 3, 17, 5 p. te *Bacchum* -untur, p. te solvuntur amantes. STAT. Theb. 1, 474 p. (post *var. l.*) vulnera -tis esse fidem. *al.* ab: OV. met. 2, 368 *Cygnus* tibi materno ... a (in *h*) sanguine -tus (SIL. 4, 720). Pont. 2, 5, 7 modico tibi -tus ab usu (*cf. p. 662, 8*). in: *c. abl.*: PROP. 2, 15, 27 -tae in amore columbae. OV. epist. 13, 117 lecto mecum bene -tus in uno. TERT. *l. 62.* CIL XVI 135 (*a. 208*) in matrimonio (*v. vol. VIII 479, 51 sqq.*). CYPR. Fort. 11 p. 341, 17 in consortio ... gloriae (BENED. reg. 25, 2 nec in colloquio). epist. 67, 9 p. 743, 16 in culpa (AVG. serm. 114, 4 -xit se in c., ut -retur in venia). AMM. 21, 10, 8 in consulatu. *al.* *c. acc.* (*cf. l. 10. p. 658, 11*): GRATT. 267 *canes* in venerem -am. GAIVS epit. 1, 4, 6 in matrimonium. TERT. monog. 9, 6 matrimonium est, cum deus -it duos in unam carnem aut -tos deprehendens in eadem carne coniunctionem signavit. LVCIF. non conv. 6 p. 14, 22 in amicitias. ad (*cf. p. 658, 10*): APVL. Plat. 2, 11 qui potest sponte se ad eorum consortium -ere (CYPR. laps. 9 p. 243, 17 criminum). IVST. 24, 7, 2 ad praedae societatem (AMM. 16, 8, 5 audiendi). AMM. 23, 3, 5 ad parilem potestatem.

Ⓘ *indicatur, quid -at* (*res iungens est pro subi.*): CATVLL. 66, 79 optato quas -xit lumine taeda (CLAVD. 3, 84 taedae Oedipoden matri, natae -xere Thyesten). CIC. ac. 2, 139 virtus ... hominem -it deo. HOR. epod. 16, 30 novā ... monstra -xerit libidine mirus amor (OV. epist. 20, 226. met. 4, 156 quos certus a., quos hora novissima -xit. 7, 698. 10, 29 CE 1381, 12 *a. 552*). OV. am. 3, 2, 19 *in circo* cogit nos linea -i (ars 1, 141). epist. 16, 319 te mihi meque tibi communia gaudia -ant. met. 1, 353 coniunx ..., quam commune mihi genus et patruelis origo, deinde torus -xit, nunc ipsa pericula -unt (*cf.* CVRT. 9, 4, 15 periculi societas). 11, 706 in ... sepulcro si non urna, tamen -et nos littera. LIV. 22, 51, 6 quem cuique fors aut pugna -xerat aut fuga (VAL. FL. 6, 265). 23, 9, 2 quaecumque iura liberos -unt parentibus. SEN. contr. 2, 1, 38 *consilium* duos senes -it. SEN. Herc. O. 505 -it hominem spina deficiens equo (*sc. in Centauris*). Oed. 54 iuvenes ... senibus -it et gnatis patres funesta pestis. benef. 2, 21, 2 *amicitia* similes -it. dial. 5, 16, 2 eos, qui separatim gemunt, communis metus -xit (*cf. p. 658, 31*). epist. 78, 28 veniet aliquod tempus, quod nos iterum -at ac misceat. STAT. silv. 5, 1, 44 vos collato pectore mixtos -xit inabrupta concordia ... catena. PLIN. epist. 10, 26, 1 Rosianum Geminum ... artissimo vinculo mecum tua in me beneficia -xerunt. *al.*

Ⓘ *indicatur, quid -atur*: Ⓐ *corpus vel partes eius*: LVCR. 4, 1193 *mulier* conplexa viri corpus cum corpore -it (*alia ad amorem spectantia v. vol. IV 1004, 32 sqq.; cf.* VERG. Aen. 8, 485 mortua ... c. vivis. OV. met. 4, 374 mixta duorum c. -untur. CAPITOL. Opil. 12, 10. CIL III 14237 tumulis duo c. -xi). VERG. Aen. 1, 408 dextrae -ere dextram (*v. vol. V 1, 927, 32 sqq. 928, 35 sqq.; explicatur*: VERG. Aen. 3, 83 hospitio [11, 165 VAL. FL. 3, 18]. 8, 169 foedere [VAL. FL. 6, 12 ad foedera. STAT. Theb. 6, 290 in foedera]). HOR. ars 2 humano capiti cervicem ... equinam (OV. met. 12, 299 qua -ta est umero c. LIV. 27, 49, 1 ipsa in compage, qua -itur capiti c. PETRON. 86, 7 amplexu). OV. am. 1, 4, 44 (*ad puellam*) nec femori committe femur nec crure cohaere nec ... cum pede -e pedem (met. 9, 44). epist. 3, 107 per ... tuum nostrumque caput, quae -ximus una (PLIN. nat. 11, 135 circa articulum, qua c. -itur). 19, 62 pectora (met. 2, 604 cum pectore. trist. 1, 3, 66 fide. EPIST. Sapph. 191 tecum [VAL. FL. 3, 309 conferre genas, ... -ere t. p. et ... miscere amplexibus artus]. PETRON. 123, 229 coniugibus. SIL. 9, 149). ars 1, 140 lateri ... latus (fast. 5, 20 BOETH. cons. 3 carm. 12, 10. *cf. p. 659, 37. 661, 56*). 2, 254 manus (*v. vol. VIII 361, 37 sqq., ubi addas* met. 9, 314 SEN. Thy. 558 dial. 9, 11, 7 nat. 2, 16 VAL. FL. 1, 636 QVINT. inst. 11, 3, 116. *al.*). met. 6, 408 membra (fast. 2, 592 HOMER. 336). 9, 299 digitis inter se pectine -tis (fast. 5, 433 medio cum pollice. QVINT. inst. 9, 3, 101 pollici proximus digitus ... unguem pollicis summo suo -ens). *al.* LVCAN. 1, 111 pignora -ti sanguinis (7, 179 STAT. Theb. 2, 437 CYPR. GALL. gen. 405). *al.* Ⓑ *sensus, animus sim.*: LVCR. 2, 904 sensus -itur omnis visceribus *eqs.* (CLAVD. 17, 161). OV. Pont. 2, 5, 59 ingeniis ... -tis (LIV. 1, 46, 5 matrimonio). LIV. 1, 19, 4 cum omnium circa finitimorum societate ac foederibus -xisset animos (2, 1, 11. 2, 39, 7 timor ... inter se -bat a. MANIL. 2, 609 SEN. Phaedr. 1183 OCTAVIA 537. *al.*). MANIL. 2, 679 (683) mentes (CYPR. epist. 60, 1 p. 691, 12). *al.* Ⓒ *varia* (*passim* -tus, *hic illic fere i. q. communis*): CIC. Att. 11, 21, 3 quorum utilitati meam -xi (SEN. epist. 66, 10 -ta est privata et publica u.). HOR. carm. saec. 28 bona iam peractis -ite fata (OV. fast. 3, 863 SEN. Phaedr. 1184 LVCAN. 8, 361 VAL. FL. 5, 59 SIL. 13, 298). PROP. 3, 9, 33 Caesaris ... famae vestigia -ta tenebis (STAT. silv. 1, 2, 196. *cf.* LIV. 44, 26, 3 cursum. VAL. FL. 3, 8 gressus [CLAVD. rapt. Pros. 2, 10 comites gressum -xere sorores]. 7, 375 -to ... passu. MART. 3, 91, 2 iter). 4, 5, 46 si cantica iactat *amator*, i comes et voces ebria -e tuas (HIER. epist. 28, 2, 2 -ta voce). OV. am. 1, 3, 26 -ta ... semper erunt nomina nostra tuis (LIV. 23, 22, 5. *cf.* OV. fast. 3, 511 mihi -ta toro mihi -ta vocabula sumes). met. 5, 73 -tae solacia mortis (PETRON. 114, 11 SIL. 9, 409. 17, 471. *cf. p. 655, 78 et* AVSON. 241, 4 p. 80 P. Hectoris et patriae simul est commune sepulchrum, amborum quoniam -ta ruina fuit). fast. 4, 602 semel -ti rumpere vincla tori *i. matrimonii* (STAT. silv. 1, 2, 182. CLAVD. 10, 122. *cf.* CYPR. epist. 13, 5 p. 508, 1 cubilia [CLAVD. carm. min. 25, 32]). trist. 2, 413 -xit Aristides Milesia crimina secum (4, 1, 26 LIV. 42, 14, 6 QVINT. inst. 4, 4, 5 decl. 265 p. 84, 2). *al.* LIV. 4, 45, 3 consilia (SEN. Ag. 309). 9, 19, 13 foederibus ... -ta res Punica Romanae. SEN. contr. 9, 4, 6 causam suam cum fratre. VAL. FL. 5, 515 -ere dona (*V*, dextram *C*), ... sociare domos. STAT. silv. 1, 2, 257 tecum similes -taeque camenae, Stella, mihi. Ach. 1, 321 curas. PLIN. epist. 8, 14, 15 quemadmodum posset -i sententia duorum tam diversa censentium (TERT. resurr. 1 p. 25, 14 PRVD. c. Symm. 1, 571). *al.*

Ⓥ *forma* '-tus *aliquid*': OV. trist. 4, 7, 15 (*de Centauris*) quadrupedes ... hominis cum pectore pectora -tos. SIL. 6, 450 *Regulus* -tus vestigia Poenis.

β sine determinationibus: Ⓘ *de matrimonio, amore, coitu*: Acc. trag. 474 quem mihi -ent? VERG. ecl. 8, 27 -entur iam grypes equis (SERV. auct.: utrum idem iugum subibunt, ut dicuntur iumenta, an coitu -entur? *cf.* HOR. carm. 1, 33, 8 prius Apulis -entur capreae lupis. ANTH. 390, 19 -atur vili cum vulpe leaena *eqs. al.*). Aen. 4, 28 ille meos, primus qui me sibi -xit, amores abstulit (*vir sibi feminam -it ut*: OV. met. 13, 752 VAL. FL. 5, 384 TAC. Agr. 6, 1 FLOR. epit. 1, 26, 2. *al.*). 4, 192 cui se ... viro dignetur -ere Dido (7, 268 OV. ars 1, 682. *al.*). LYDIA 35 et mas quicumque est, illi sua femina -ta (QVINT. decl. 368 p. 403, 26 mares feminis -untur. TERT. adv. Marc. 4, 34 p. 533, 22 marem et feminam -xit. *cf.* APVL. mund. 20). OV. am. 1, 13, 6 lateri nunc *nocte exeunte* bene -ta meost *puella* (*cf. l. 20*). epist. 8, 36 cum tibi nubebam ...; si -ar Pyrrho *eqs.* 20, 215 nube precor ..., cui te bona numina -unt. ars 1, 453 primo sine munere -i (*absolute ut*: VAL. FL. 2, 324 INTERPR. cod. Theod. 3, 5, 12. 9, 8, 1 CASSIOD. in psalm. 115, 16 l. 107. *active* OV. met. 14, 675 si te bene -ere ... voles. TREB. Gall. 11, 7 cum fratrum filios -ret [CIL XI 2538 nepotes -csit]). met. 10, 82 multas ... ardor habebat -ere se vati *Orpheo*. 14, 762 amanti -ere, nymphe. *al.* LIV. 1, 42, 1. 1, 46, 7 cum impari -i. SEN. contr. exc. 7, 6 tit. demens, qui servo filiam -xit (*infra*: manumisso. SVET. Vesp. 11 se). PETRON. 127, 9 v. 2 se concesso -xit amori Iuppiter. SIL. 15, 60. STAT. silv. 1, 2, 189 Phrygio ... -ta marito (*cf.* APVL. met. 7, 11, 5 quem tibi parentes -xerunt). MART. epigr. 5, 1. 6, 21, 1 IVV. 6, 448 TAC. ann. 12, 6, 2 ARGVM. Plaut. Rud. 6. GELL. 4, 3, 3 'paelicem' ... appellatam ..., quae -ta consuetaque esset cum eo, in cuius manu mancipioque alia

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

matrimonii causa foret. TERT. adv. Val. 30 p. 206, 16 qui . . . non amaverit feminam nec se ei -xerit (coniungatur *Iren. 1, 6, 4 = 1, 1, 12 H. cf.* AVG. serm. 51, 15, 25 ad hoc unum -bantur feminis, ad hoc feminis miscebantur, ut filios procrearent). *al.* uxori (*vario colore*): ITALA Matth. 19, 5 (Orig. in Matth. 14, 16 p. 319, 26) relinquet homo patrem et matrem et -etur u. suae (*gr. προσκολληθήσεται, aliae verss.* ad- *vel* coniungetur, *Vulg.* adhaerebit). I Cor. 7, 27 (Tert. pudic. 16 p. 255, 1) -tus es u. (*gr. δέδεσαι, Tert. monog. 11, 12 al.* vinctus, *Vulg.* alligatus es). Ps. AMBR. serm. 25, 6 nullus . . . u. suae -atur ante octavam paschae. Ⓑ *in re militari* (*hostiliter l. 26*): VERG. Aen. 2, 267 agmina conscia -unt (*v. vol. I 1346, 23 sq., ubi addas* LIV. 39, 31, 1 priusquam se -ere atque instruere possent). 8, 476 tibi ego ingentis populos opulentaque regnis -ere castra paro (*v. vol. III 555, 22 sqq.*). 10, 154 Tarchon -it opes (VAL. FL. 6, 143). LIV. 1, 2, 3 socia arma Rutulis -xit (*v. vol. II 597, 20 sqq., adde* LIV. 10, 45, 6). 7, 7, 3 novus veteri exercitus -itur (25, 37, 4 cum Ti. Fonteio. 25, 37, 18 tres e. ac tres duces. *al.* VELL. 2, 80, 1. 2, 113, 1. *et saepius*). 21, 35, 1 -tae copiae (*v. vol. IV 908, 54 sq.*). 22, 45, 7. 27, 5, 12 *ut Hasdrubal* quam maximo exercitu . . . in Italiam transgressus -ret se Hannibali (*cf.* 28, 1, 4 Hanno . . . novo cum exercitu ex Africa transgressus Magonique -tus. *sim.* 29, 5, 5. 9. *al.*). 28, 5, 1 classe -ta (32, 16, 10. VELL. 2, 106, 3 classis . . . exercitui Caesarique se -xit). VELL. 2, 65, 1 cum Bruto . . . vires (TAC. hist. 2, 54, 1). CVRT. 4, 13, 26 Clitus, cui -xit Philotae turmas. TAC. hist. 2, 30, 1 *milites Valentis* Caecinae -untur. 2, 66, 3. 3, 14. 4, 75, 2. VEG. mil. 3, 18 p. 103, 20 clamor . . . prius non debet attolli, quam acies utraque se -xerit. 3, 20 p. 107, 14 dextram alam tuam sinistrae alae illius *hostis* -e (p. 109, 22). *al.* Ⓒ *usu vario* (*passim* -tus, *hic illic fere i. q. vicinus*): CIC. S. Rosc. 136 perditi civis erat non se ad eos -ere, quibus *eqs.* (*cf.* QVINT. inst. 12, 1, 16 quominus optimis se partibus . . . -ret). Att. 4, 15, 7 cum eo *Memmio* Domitium consules -xerunt *sc. candidatum tribunicium* (*cf.* TAC. hist. 1, 77, 2 -itur Verginio Pompeius Vopiscus *in consulatu*). VERG. Aen. 11, 129 (*ad Aeneam*) te . . . Latino -emus regi (*cf.* OV. fast. 2, 480 Romanis . . . Cures. LIV. 32, 19, 2 Aristaenus, qui Romanis gentem -i volebat. *al.*). HOR. carm. 1, 4, 6 -tae . . . Nymphis Gratiae. 3, 19, 17 Gratia nudis -ta sororibus. epist. 1, 5, 26 ut coeat par -aturque pari. OV. met. 2, 449 nec ut ante solebat *Callisto* -ta deae *Dianae* lateri (OCTAVIA 703 *Nero* l. -tus atque haerens *Poppaeae*. CALP. ecl. 7, 40 l. . . . forte sinistro. SIL. 15, 359 CYPR. epist. 50 p. 614, 3 IVST. 30, 2, 5. *cf. p. 658, 20. 661, 56*). 2, 701 -ta suo pariter dabitur tibi femina tauro (*cf.* CALP. ecl. 6, 4 haedos -ta matre dedit). 6, 244 sicut erant -ti *iuvenes luctantes*, traiecit utrumque sagitta. 13, 201 Priamum Priamoque Antenora -tum. Pont. 2, 5, 43 tu comes antiquus *Germanici*, tu primis -tus ab annis. 2, 8, 4 Caesaribus Livia -ta suis *in nummis*. 3, 2, 10 cum feriant unum, non unum fulmina terrent -taque percusso turba pavere solet. LIV. 10, 25, 14 sive -ti unum premant, sive diversi gerant bellum *populi*. MANIL. 2, 665 neque Taurus habet comitem nec -itur ulli . . . Leo. PAVL. FEST. p. 18 aptus is, qui convenienter alicui -tus est. VAL. MAX. 2, 3, 3 *pedites* veloci saltu -ere se equitantibus . . . instituit *Navius*. 4, 6, 3 *mortuum* amici . . . corpori coniugis -xerunt (*cf.* MART. 1, 93, 1 Fabricio -tus fido requiescit Aquinus). SEN. dial. 11 (12), 19, 3 *sorori* te . . . -e, illius . . . amplexibus adliga. Ps. SEN. epist. Paul. 12 si mihi . . . vir tantus . . . non dico fueris -tus (vinctus *var. l.*), sed necessario mixtus. LVCAN. 1, 118 generos soceris mediae -xere Sabinae. VAL. FL. 2, 561 noster ades -tisque venis (*i. cognatis*). *et saepe.*

2 *c. colore speciali*: a *continuandi, iterandi* (*vix huc pertinet locus conclamatus* LIV. 21, 5, 3 [*sunt qui conferant p. 654, 82*]): MANIL. 3, 373 (*365* erit una dies per senos undique menses) per totidem menses -et nox una tenebras (LVCAN. 4, 105 rerum discrimina miscet deformis caeli facies -taeque t.). CELS. 3, 5, 3 si quamvis non accessiones, febres tamen -untur (3, 16, 1 si duae f. paene -untur). STAT. Theb. 10, 55 condiderant iam vota diem, nox addita curas -it. silv. 1, 5, 10 -e . . . cyathos et ne numerare labora. 2, 4, 20 qui . . . refert -ens iterata vocabula perdix. 4, 6, 17 -tā . . . Tirynthia *nox* lunā. PLIN. epist. 4, 9, 10 ne me corporis vires iterato labore desererent, quem difficilius est repetere quam -ere. ITALA psalm. 49, 19 (cod. 136 Cas.) os tuum abundat in malitia et lingua tua -bat malitias (*gr. περιέπλεκεν δολιότητα, Vulg.* concinnabat dolos). I Macc. 9, 13 (rec. L) -tum est proelium a mane usque in vesperam (*gr. ἐγένετο δ πόλεμος συνημμένος, Vulg.* commissum est). b *approximandi, adducendi*: CELS. 7, 2, 4 ultima expectanda maturitas *abscessus* est, quae cutem extenuet eique pus -at, quo propius reperiatur. VAL. FL. 2, 491 Neptunus muros *Troiae* cum -ret astris (*cf. p. 655, 20 et* SIL. 3, 624 [*Iuppiter de Domitiano*] -et nostro templorum culmina caelo [STAT. Theb. 6, 721 *loco fortasse ex 10, 852 interpolato*]). VVLG. psalm. 140, 6 -ti petrae iudices (*Psalt. Rom.* continuati petrae, *Veron.* = *Hier. psalt. sec. Hebr.* iuxta petram, *gr. ἐχόμενα* [*sic*] *πέτρας*). RVT. NAM. 2, 25 qua . . . est -ti maris *Tyrrheni Hadriatique* angustissima tellus (*cf. p. 655, 1 et 40*). ALC. AVIT. carm. 2, 216 *Eva pomum* naribus . . . labiisque . . . -it. *fortasse huc pertinet locus haud satis perspicuus* CYPR. GALL. lev. 214 quin et vela simul nequaquam -ere fas est *homines impuros* (*sc. sibi pro 'se -ere velis'? cf. Vulg. lev. 21, 23* ut intra velum non ingrediatur nec accedat ad altare). *reflexive*: STAT. Theb. 10, 529 iam se peditum -xere catervae moenibus. PEREGR. Aeth. 6, 3 de inter montes exivimus et -ximus nos denuo ad mare rubrum. VEG. mulom. 2, 5, 2 (*cf.* CHIRON 261) *iumentum* ex eo latere se parietibus -it (VVLG. num. 22, 25 asina -xit se parieti [*Aug. quaest. hept. 4, 50* compressit se ad parietem, *cf. Lugd.*]. *cf. p. 661, 47*). CYPR. GALL. deut. 49 Iordanis ad undas venimus et tellus sese iam proxima -it ab summo transscripta deo. iud. 176 admotus toto se corpore -it (*ad 3, 20, ubi gr. ἐγγὺς αὐτοῦ, Lugd.* prope illum). VITAE patr. 5, 16, 19 -e te huc ad me (*3, 74 et 7, 3, 2* accede, *gr. Nau 1912 p. 295 n. 339 ἔγγισόν μοι*). c *possessorem faciendi*: MART. 10, 75, 11 (*iocose*) sportula nos -xit quadrantibus arida centum. IVVENC. 2, 226 proles *dei* credentes . . . vitae -tura perenni (*Vulg. Ioh. 3, 16* ut omnis . . . habeat vitam aeternam). d *comparandi*: HIER. in Ier. 1, 78, 1 curruum . . . strepitus tempestati . . . conparatur et equorum velocitas aquilis -itur (*Vulg. Ier. 4, 13* velociores aquilis equi illius). ENNOD. carm. 1, 9, 127 res non parva . . . triplicatis -ta talentis. 2, 85, 5 (*ad episcopum*) agricolis -tus coluisti germina vitae. opusc. 3, 18 p. 335, 20 mores illius cum aetatis inmaturitate -bant. 6, 17 p. 408, 9 gemma, potestas quid sunt ad nostrum *rhetorum* -ta supercilium? e *iniungendi*: GREG. TVR. Franc. 4, 34 p. 167, 5 durum esse servitium . . . nec . . . tanta possit implere, quanta ei -bantur (iniung- *Ruinart, Bonnet 678*). f -itur, quod *fere i. q. accedit, quod* (*cf. p. 656, 66*): ENNOD. epist. 2, 25, 1 p. 67, 10 -itur, q. . . . obviam . . . manus exhibere non potui. 6, 2, 1 p. 149, 12 -itur, q. ei notitia . . . accessit. 7, 3, 2 p. 174, 6 opusc. 1, 4 p. 262, 10.

3 *locutiones concisae* (*pro obi. est id, cuius partes -untur; cf. p. 654, 34 sqq.*): a *-untur fluvii sim. ponte* (*cf. p. 654, 75. 79 et 661, 30*): CIC. fin. 2, 112 Xerxes cum . . . Hellesponto -to . . . mari ambulavisset (*cf.* FLOR. epit. 3, 5, 25 Bosporon. PANEG. 6, 13, 4 Hellesponti angustias). LIV. 21, 45, 1 Romani ponte Ticinum -unt (*fluvium ut* CVRT. 3, 7, 1. 5. 4, 9, 9. 12. *cf.* LIV. 21, 46, 2 *ratibus* [21, 47, 6 rate]. AMM. 29, 4, 2 navibus. RVT. NAM. 1, 489 gelu). CVRT. 5, 1, 29 pons lapideus flumini inpositus -it urbem (FLOR. epit. 1, 8, 4 ut u. . . . ponte -ret). *inde*: STAT. Ach. 2, 138 saltu . . . -ere fossas. b *-untur varia*: HOR. carm. 1, 25, 1 parcius -tas quatiunt fenestras (*cf.* IVV. 9, 105 claude fenestras . . ., -e ostia). LIV. 9, 19, 8 Romana acies . . . ex pluribus partibus constans facilis partienti . . ., facilis -enti (CVRT. 8, 14, 21 *opp.* dividere. *cf.* STAT. Theb. 6, 273 ordine -to). VAL. MAX. 2, 9, 6 par . . . aequali iugo virtutis honorumque societate -tum (8, 8, 1 inter se. 9, 2 ext. 2. *cf. p. 659, 36*). SEN. benef. 7, 1, 5 quare . . . porticus . . . ultima in angustius coeant et columnarum novissime intervalla -antur (nat. 1, 3, 9. *cf. p. 654, 58*). nat. 1, 8, 5 quare ille circulus (*sc. soli lunaeque circumdatus*) -itur, in arcu *pluvio* numquam? (HYG. astr. 4, 6 p. 104, 30 Cepheus . . . pectore suo circulum -it). SCRIB. LARG. 206 p. 83, 31 *emplastrum* parotidas . . . suppuratas -it (*cf.* p. 84, 1 omnem partem divisam et fibulis artatam. 208 sinus veteres et fistulas [209 sinum]. 212 vulnera [PLIN. nat. 24, 117 STAT. Theb. 10, 733]). STAT. silv. 2, 6, 11 cui *famulo* maior stemmate -to (*i. quam quae maiorum serie non interrupta probatur*) libertas ex mente fuit. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 97, 21 ne unam scissuram -entes plures alias faciamus (*gr. I 1, 7 p. 150, 19 συνάψαντες*). *audacius*: HIER. epist. 127, 8, 2 *absentia* iugibus sibi litteris -batur. c *per oxymoron -itur ipsa separatio*: TERT. monog. 9, 3 proinde . . . -turus separationem atque si separasset coniunctionem.

II *fere i. q. copulando efficere* (*iuxta acc. obiecti affecti l. 64. 76*): A *ipsam copulam, qua animantes -untur* (*cf. p. 657, 15 sqq.*): PLAVT. Cist. 26 ut amicitiam colunt atque ut eam -tam bene habent inter se (*v. vol. I 1895, 53 sqq.*). CATVLL. 62, 29 conubia ([*antea*: pepigerunt]. STAT. Theb. 11, 192 silv. 3, 3, 109. VVLG. gen. 34, 9 vicissim. CLAVD. 22, 355. *cf.* PAVL. FEST. p. 104 matrimonia [*v. vol. VIII 477, 21 sqq. cf.* GLOSS. IV 414, 25 -it matrimonium: copulat]. VAL. MAX. 2, 6, 15 coniugia. QVINT. decl. 280 p. 145, 2 nuptias [*syn.* copulasti. 376 p. 417, 28 SERV. auct. Aen. 4, 127]. *sim. al.*). 78, 3 amores (TIB. 1, 1, 69 Ov. trist. 2, 536 CE 345. *cf.* TIB. 1, 9, 76 venerem [3, 19 Ov. ars 2, 679 rem. 408 Ib. 351]). CIC. Lael. 20 ut omnis caritas aut inter duos aut inter paucos -retur. VERG. Aen. 4, 112 foedera (*v. vol. VI 1, 1007, 10 sqq.; adde* STAT. Theb. 5, 138 faces alias melioraque f.). OV. am. 2, 5, 23 oscula (2, 5, 60. *al.* MANIL. 5, 393 PETRON. 67, 11 VAL. FL. 4, 701 STAT. Theb. 12, 708. *al.*). ars 2, 482 cum quo sua gaudia -at, invenit in media femina piscis aqua (AVSON. 13, 7 p. 325 P. da . . . amplexus oblitaque g. -e. *cf.* Ov. ars 2, 623 -ta voluptas). LIV. 1, 1, 6 Latinum pacem cum Aenea, deinde adfinitatem -xisse tradunt (27, 9, 6. 30, 30, 22. *al.*). 1, 45, 2 hospitia (1, 49, 8. 2, 22, 7). 23, 33, 6 societatem (24, 6, 3. 33, 2, 6. *al.*). 33, 40, 3 ut . . . adfinitas -atur (VAL. MAX. 4, 4, 9 TAC. Germ. 22, 2. *adde l. 69*). MANIL. 2, 382 *astra* secum -unt commercia mundi (4, 170. 296. STAT. Theb. 2, 512 linguae [AVSON. Mos. 294]. PAVL. NOL. carm. 10, 55 homines inter et deum). SEN. Med. 869 ira amorque causam -xere. Phoen. 464 complexus (*cf.* VAL. FL. 1, 163 amplexus fraternaque pectora [STAT. Theb. 12, 385 Ps. QVINT. decl. 10, 5]). Thy. 482 fidem foedusque (STAT. Theb. 12, 378 BOETH. cons. 4 carm. 6, 22). SIL. 13, 734 colloquium. QVINT. decl. 291 p. 161, 11 adulterium. *al.* *inde pressius* -tus *fere i. q. artus* (*cf. p. 662, 14*): IVST. 1, 10, 13 cognatio Dario -ta cum pristinis regibus fuit. AVSON. 289, 11 p. 147 P. nec -ta premit vicinia Romae *Mediolanum* (VAL. CEM. hom. 6, 5 quid inter viros ac mulieres nimium familiaris ac secretus sermo faciat, quid -ta v., quid iocis mixta colloquia). B *verba sim.* (*cf. p. 656, 5 sqq.*): CIC. orat. 159 in verbis -tis quam scite 'insipientem'

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non 'insapientem' *eqs.* (186 facta aut -ta [part. 53]. top. 37. *cf.* GELL. 10, 5, 1 [*e Nigidio*] 'avarus' non simplex vocabulum, sed -tum copulatumque esse). Att. 4, 15, 1 ex me et ex te -tus Dionysius 'M. Pomponius'. VERG. Aen. 3, 451 carmina (EPIST. Sapph. 13. GLOSS.^{L} II Abav. IN 152 -it c.: pangit. *cf.* BVC. Eins. 1, 24 citharae modulis primordia -ere mundi. MANIL. 3, 35 pedibus ... -ere certis *ea, quae nosse nimis est*). QVINT. inst. 1, 5, 68 -untur ... ex duobus Latinis integris ut 'superfui', 'subterfugi'. 8, 6, 33 dure ... -ere 'arquitenentem' (*Haupt*, -tollentem *codd.*) et dividere 'septentriones' videmur. 9, 3, 53 utrumque horum (*sc. πολυσύνδετον et ἀσύνδετον*) acervatio est aut -ta aut dissoluta. GELL. 11, 16, 6 respondi ... non videri mihi significari eam rem (*i. πολυπραγμοσύνην*) posse uno nomine et idcirco -ta oratione, quid vellet ... id verbum, pararam dicere (BOETH. herm. pr. 1, 3 p. 59, 16 quae *nomen et verbum* sola possunt -ere orationem). ANTH. 480, 2 pariambus erit gemina breve -tus. MART. CAP. 3, 265 una quaeque syllaba utrum ex una an gemina an neutra parte -atur. **C** *res varias*: CIC. inv. 1, 17 placet considerare, utrum causa sit simplex an -ta; et si -ta erit, utrum sit ex pluribus quaestionibus -ta an ex aliqua comparatione (*cf.* 1, 18 GRILL. rhet. p. 79, 21 M.). 2, 157 ex horum (*sc. honesti et utilis*) partibus -tum *genus* (*cf.* 2, 158 -ta ... et duplici genere. 2, 159 *opp.* simplex). rep. 1, 69 in hac -ta moderateque permixta constitutione. fin. 5, 21 -tae ... et duplices expositiones summi boni (*opp.* simplices ... sententiae). ac. 1, 40 *Zeno* (*frg. 55. 61 A*) -tos *sensus* esse censuit e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ... nos visum appellemus licet ...; sed ... adsensionem adiungit animorum. Tusc. 1, 43 -tis ex anima tenui et ex ardore solis temperato ignibus. Tim. 27 *animus* ex eadem -tus alteraque natura, adiuncta materia (*gr. συγκραθεῖσα*). div. 2, 33 uno consensu -ta *natura rerum*. SALL. Catil. 55, 4 camera lapideis fornicibus -ta. VERG. ecl. 3, 26 fistula cera -ta (*inde* CE 250, 3 *a. 156. cf. p. 654, 71*). SEN. Med. 585 *Hister* -tos vetat esse pontes (dial. 10, 18, 5 navibus. PLIN. nat. 34, 150 *catenā*. FRONTIN. [?] strat. 4, 2, 1 TAC. hist. 3, 6, 2 ann. 1, 49, 4. 13, 7, 1. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 134 ab eo *templo* civitati -batur [*gr. συνάπτουσαν*]. *al. cf. p. 654, 75. 660, 27*). CVRT. 4, 3, 9 velut quodam nexu continens opus -xerant (QVINT. inst. 12, 9, 17 commissuris ... ut in o. male -to hiantibus). 7, 8, 7 rates -tae sunt ([*syn.* effectae]. SIL. 5, 553. *cf.* CVRT. 8, 10, 3 naves. *aliter p. 654, 65*). PLIN. nat. 11, 177 cervix e multis ... articulorum nodis -itur. *al.*

CAPVT ALTERVM: ***intransitive.***

i. q. '*se -ere*' *vel* '*-i*': **I** *usu vario*: VERG. Aen. 9, 359 (361) Remulo ... quae mittit dona, hospitio cum -ret absens, Caedicus (SERV. auct.: aut 'cum se illi -ret' aut 'cum -retur'. *cf. p. 657, 30*). AMM. 31, 11, 2 popularibus -ere festinant (-ere se *Günther, Clark*). CHIRON 504 his *equis*, qui in curribus -unt (*opp.* singularibus). VITAE patr. 5, 11, 14 non intellexit, donec -ret parieti (*gr. Cot. p. 471C προσήγγισε, cf. p. 660, 1; 'falso Salonius 151' Hofmann in schedis*). CORIPP. Ioh. 1, 221 lintea laxa cadunt nulloque tumentia flatu arboribus -xere suis. **II** *in re militari*: VERG. Aen. 10, 240 ne castris -ant *Etrusci et Arcades* (SERV.: aut 'se' subaudis aut '-ant' pro '-antur'). VELL. 2, 110. 2 legiones ... cum Caesare -turae erant (se -turae *Kraus, Stegmann*). GREG. TVR. Franc. 7, 28 p. 346, 14 qui de his ad exercitum prius -cxerant (*antea*: secuti ... sunt eum *exercitum* de Toronicis multi). 7, 32 p. 352, 17 cum in unius campi planitiae -cxerimus. CORIPP. 6, 690 adversus quis forte petit: per pectus ... transfixus funditur hasta; qui lateri -unt, iaculis ... dant animas (*cf. p. 658, 20. 659, 37*). 6, 692 Nasamon ductoris -ere signis cessat. **III** *in re amatoria* (*parum constat de* DRAC. *locis, quos affert Roßberg, ALL 4, 1887, 45 sq.*): PLIN. nat. 7, 57 inter se steriles, ubi cum aliis -xere, gignunt (*διαζευχθεῖσαι Aristot. hist. anim. 7, 6*; se *add. Rhenanus, Mayhoff, sed cf.* ORIBAS. syn. 9, 40 [71] add. Aa p. 344 tertia ... die quando -cxerit, ... mox concipiet). GREG. TVR. vit. patr. 20, 1 p. 741, 19 voluntatem paternam respuis nec -ere (-i *cod. unus*) vis conubio.

abundanter se -i: GREG. M. epist. 14, 16 p. 435, 23 ut etiam monachis ibidem degentibus mulieribus se -i sine metu sit licitum (*cf. Hofmann-Szantyr 295*).

partic. **iungēns,** (-entis) *fere pro adi. p. 654, 55.*

p. p. p. **iūnctus,** -a, -um *pro adi. vel subst.*:

1 *posit. v. passim sub verbo; ad colores speciales cf. maxime p. 655, 7. 77. 82. 658, 33. 659, 27. 660, 79; subst.* -ti *vel* -ta *de iugalibus p. 654, 31,* -ti *de cognatis p. 659, 54.*

subst. **iūnctum,** (-ī) *n.* [*francog. vet. et med.* joint; *prov. vet.* jun, jonhc, *prov.* jhoun, jhouin 'iugum'. *cf. Wartburg V 71. G.*] GLOSS. III 470, 19 -um: *ζυγόν* (*ζυγέν Bücheler*). *cf. p. 654, 31. 35.*

2 *compar.* **-ior:** **a** *de rebus*: CIC. fat. 36 causa fuit propior et cum exitu -ior. Ov. Pont. 1, 4, 31 -ior Haemonia est Ponto quam Roma Sinistro (sit Histro *codd.*). 4, 5, 10 non est Augusto -ior ulla *domus* foro. VOPISC. Car. 10 *Numeriani* -ior patri ... videtur historia. ANIAN. Chrysost. hom. 2, 3 ob ipsius ... temporis spatia -iora (*Migne gr. 57, 27 ἀπὸ ... τοῦ χρόνου*). **b** *de hominibus*: Ov. met. 9, 549 (*v. p. 662, 6*). trist. 3, 6 (7), 4 nec te mihi carior alter nec tibi me ... -ior ... fuit. GELL. 7 (6), 13, 1 qui erant philosopho Tauro -iores. AMM. 20, 5, 10 -ioribus proximis (21, 14, 2). 25, 3, 21. PAVL. NOL. epist. 1, 5 frater et amicus -ior tibi dextera tua et carior lumine. CYPR. GALL. lev. 123 non amita affectu nec sit matertera foedo -ior.

3 *superl.* **-issimus,** -a, -um (*pro subst. l. 14*): Ov. met. 5, 60 Lycabas, -us illi (*Indo cuidam*) et comes et veri non dissimulator amoris. 9, 549 (*Byblis ad fratrem*) non hoc inimica precatur, sed quae, cum tibi sit -a, iunctior esse expetit et vinclo tecum propiore ligari. 10, 70 pectora (FRONTO p. 222, 22 v. d. H. = p. 234 N. ore carissimo et p. -o). trist. 3, 6 (7), 19 tu ..., o nobis usu -e (mit- *M*^{1}) longo (*sim. c. abl.*: AMM. 17, 12, 12 *gentibus* locorum confiniis et feritate -is. 28, 3, 6 cum paucis arta ei societate -is. 30, 7, 4 Valentem ... ⟨ut⟩ germanitate ita concordia sibi -um. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 119 inter se mutuo amore -i [*testatur Niese*, coni- *ed.; gr. φιλάλληλοι ... τῶν ἄλλων πλέον*]). TAC. hist. 4, 52, 1 quorum *principum* prosperis et alii fruantur, adversa ad -os pertineant. AMM. 15, 5, 4 amicos -os (16, 12, 60. 28, 1, 27). 21, 5, 6 mentium societate -a. PAVL. NOL. epist. 11, 5 p. 63, 18 in caritate Christi -a ... amicitia.

adv. **iūnctē.** *fere i. q. cohaerenter, iunctim*: GELL. 6 (7), 10, 1 ut haec 'ususcapio' dicitur copulato vocabulo 'a' littera in eo tractim pronuntiata, ita 'pignoriscapio' -e [sunt] et producte dicebatur.

deriv.: iunctim, iunctio, iunctivus, iunctor, iunctorium, iunctura, iunctus (-ūs), iung(u)la.

compos.: ab-, ad-, con-, de-, di(s)-, in-, inter-, se-, sub-, super-, transiungo.

iungula, (-ōrum) *n. pl.* *a* iungere, *cf.* iugum *necnon* vinculum. [*lomb.* dżongola, *lomb. alp.* ğongola, *aemil.* dzonkla; *raet. occ.* ğunkla, *centr.* žontla; *francoprov.* juncle; *langued.* xunxo. *cf. M.-L. 4621. Wartburg V 72. G.*] GLOSS.^{L} II Philox. IV 74 -gla (vincla iugalia *coni. Goetz coll. Verg. Aen. 4, 59*): *ἡνίαι ζευκτικαί*. Corp. p. 188 n. 185 (*anglosax.*) -gula.

? **iungus,** -eris *n.* '*ζεῦγος, iugum*' *statuit Lindsay* PLAVT. Men. 913 ellebori -e (*v. p. 627, 74 et Jones ad l.*). *v. Kamptz.*

? **iuniculus** *v. vol. VI 1, 1594, 24.*

? **iunifera** Ps. APVL. herb. 34 l. 20 (*inter nomina centauriae maioris*) *obscurum. desideratur* un-, *vox et ipsa dubia, cf. Ps. Diosc. Vind. 3, 6 p. 10, 14 οὐνίφερα* (*οὐερν- Wellmann*). *an* uvifera*?*

iūnior *v. s.* iuvenis. *?* **iūnipereus** *v. p. 663, 26.*

***iūniperus,** -ī *f. orig. inc., v. Walde-Hofmann I 731. de derivatione*: SERV. auct. ecl. 7, 53 Verrius Flaccus -um iuvenem pirum dicit (*cf. l. 46. p. 663, 35*); vere autem -us est quasi aculeis praedita, bacas ad piperis speciem gerens. ISID. orig. 17, 7, 35 -us graece dicta, sive quod ab amplo in angustum finit, sive quod conceptum diu teneat ignem (*cf. p. 663, 29*) ...; *πῦρ* enim apud Graecos ignis dicitur. *de scriptura*: zin- *sim.* (*cf.* zingiber): DIOSC. 1, 22 p. 16, 12 M. tinep- (*M*, zinip- *B; gr. θυίας*). 1, 84^{2} p. 46, 7 zinip- (*cf.* Ps. DIOSC. Vind. 1, 75 p. 74, 20 *ζουνιπέρουμ*). APIC. exc. 9 zynip-. *?* iin- *l. 48*, gin- GLOSS. III 535, 21 (*bis*), gen- *ibid.* 607, 9. -pir- *passim in codd., cf. l. 38 et* PROB. app. gramm. IV 199, 8 iunipirus non iuniperus (iunepirus n. iinipirus *cod., ut vid.; v. Heraeus, ALL 11, 1900, 328 adn.*). *masc.* ITALA *p. 663, 5, neutr.* -um MARCELL. *p. 663, 16*. GLOSS. *legitur inde a* CATONE, VARRONE, VERG. [*formae romanicae omnes descendunt a* jin- *sim. (v. l. 48): val.* jneapăn; *it. vet.* ginebro, *it.* ginepro, *tusc.* ginebro, zinebre, *lig. vet.* zeneivro, *pedem.* geneiver, zneivar, *langob. alp.* dzenivru, dzanſbru, *venet.* (*trident.*) ženéyvar; *sard. centr.* ğiníperu, kinſberu *etc.*, niberu, nibaru *etc.*, *sept.* níb(b)aru, nſbanu, *mer.* tsinnſbiri, sinnſbiri *etc.; raet. occ.* dzanäyvar, yünáivar, *centr.* žnévər; *francog. vet. et med.* geneivre, genoivre, genevre, *francog.* genièvre, *dial. wall., pic., norm., occ. biturig., burg., loth., comit.; francoprov. vet.* genevro, *francoprov.* dzenâ'ivro *etc.; prov. vet.* genebre, jenyoure, *prov.* (*delph., alvern., langued., aquitan., lemov.*) ginebre *etc.; vasc.* gimbre *etc.; cat.* ginebre, -a; *hisp.* enebro, *arag.* šinebro, šinſbro, *dial.* (*Salamanca*) joembre, juimbre, (*Alava*) jinebro, hinieblo *etc.; port.* jimbro, zimbro; [> *basc.* ipuru.] *cf. M.-L. 4624. Battisti-Alessio III 1809. Wagner I 580. Wartburg V 74 sqq. Corominas II 271 sq. Machado I 1087. G.*]

nomen arborum: **1** *i. q.* *ἄρκευθος, ἀρκευθίς* (GLOSS., *cf.* HIER. epist. 78, 17, 3 quamquam plerique 'arceuthon' apud Graecos aliud genus arboris significare contendant. *distinguuntur duo genera l. 74*): **a** *de ipsa arbore*: CATO agr. 123 vinum ... sic facito: de -o materiem semipedem crassam concidito minutim (*cf. p. 663, 9*). VERG. ecl. 7, 53 stant et -i et castaneae hirsutae. 10, 76 -i gravis umbra (VVLG. III reg. 19, 5). VITR. 2, 9, 13 cedrus et -us easdem habent virtutes et utilitates *eqs.* (PLIN. nat. 13, 52 -is similem habet Phoenice cedrum minorem. 16, 198. 24, 54 sq. -us vel ante cetera omnia excalfacit, extenuat, cedro alias similis; et huius duo genera, altera minor *eqs.* [*describuntur medicinae variae, etiam e semine et bacis factae*]. *cf. vol. III 735, 74*). COLVM. 6, 3, 7 *frondis genus spinosum* ut -us respuitur a pecore propter aculeos (*cf. l. 39 et* PLIN. nat. 8, 99 *anguis* spinis -i se scabit. 16, 90 -is spina pro folio est). 7, 9, 6 pomiferis ... silvestribus, ut sunt ... -us *eqs.* SCRIB. LARG. 109 -i grana (*inde* MARCELL. med. 20, 16 bacas [*v. vol. II 1658, 7 sqq.*]). PLIN. nat. 12, 26 quae *arbores* piper gignunt, -is nostris similes ...; semina a -o distant ... siliquis. 12, 67 *murram* similem -o, scabriorem tantum ..., folio rotundiore, sed sapore -i. 13, 67 ulmo ... ac -o *cummis inutilis est*. 28, 214 -i ligno (ITALA III reg. 6, 31 [cod. 91, *cf.* Hier. in Os. 14, 5 sqq. p. 945^{A}] fecit ostia *templi*

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de lignis -i [*gr. ξύλων ἀρκευθίνων, Vulg.* de lignis olivarum]). *saepius.* VVLG. Iob 30, 4 radix -orum erat cibus eorum (herbarum *Hier. interpr. Iob, Aug. in Iob p. 573, 5*). *al.* *per comparationem vel allegoriam*: ITALA Os. 14, 9 (cod. 176, *cf.* HIER. *ad l.* p. 943[B]) ego *deus* sicut -us spissus (vel spissa *add. man. alt.*, condensa *Hier.; gr. ἄρκευθος, Vulg. aliter. cf.* HIER. *l. c.* p. 945[A] Christus hanc habet naturam, ut semper floreat ...; haec -us ... dat fruges et non solum requiem *eqs.*)

b *de fronde, bacis* (*huc transit p. 662, 73*): CATO agr. 122 vinum concinnare ...:cap⟨ar⟩idam vel -um contundito (*cf. p. 662,69*). SCRIB. LARG. 126 -i idem *pondus* (*inde* MARCELL. med. 22, 17). 186 bene faciunt -i tritae (*plur. de bacis ut*: PLIN. nat. 24, 27 *sphagnos* hydropicos inanit cum vino et -is tritus ac potus. MARCELL. med. 20, 28 ex bacis myrtae ... aut .. ex -is [*tuetur Niedermann, Recueil 193*]). PLIN. nat. 23, 52 modum excesserat medicorum in his *vinis fictis* ostentatio, veluti ... e -o *vinum utile esse praecipientium.* MARCELL. med. 20, 88 -i Hispani *uncias tot* ..., ita ut -um abintus purgetur sublato semine et sic teratur. 28, 34. 35. 29, 11. APIC. 8, 353 ius: ... api semen, -um, thymum *eqs.* exc. 9 (*inter pimenta*). **c** *de ligno* (GLOSS. IV 530, 52 -us: genus ligni. *cf. p. 662, 83*): VARRO rust. 1, 8, 4 unum *pedamentorum genus* robustum, quod optimum solet adferri in vineam e querco ac -o et vocatur ridica (*cf.* COLVM. 4, 26, 1 PLIN. nat. 17, 174). VITR. 7, 3, 1 catenae ex ea materia comparentur, cui nec caries nec vetustas nec umor possit nocere, id est e buxo, -o *eqs.* (*inde* CET. FAV. 21 PALLAD. 1, 13, 1. *cf.* PLIN. nat. 16, 212). PLIN. nat. 16, 186 cedrus et larix et -us rubent. 16, 216 -i trabibus. 16, 218. SIC. FLACC. grom. p. 102, 19 palos pro terminis observant, alii iliceos, alii oleagineos, alii vero -os (*edd. vet.* iunipereos, *an recte*?). ITALA psalm. 119, 4 (Hier. epist. 78, 17, 3 = psalt. sec. Hebr.) sagittae ... cum carbonibus -orum (*Vulg.* desolatoriis *sec. gr.; pergit Hier. l. c. 4* ferunt ... lignum hoc ignem multo tempore conservare *eqs.*). CORIPP. Ioh. 2, 152 lancea ... -um ferro validam suffigit acuto. Iust. 4, 46 in tenues tabulas abies ... secatur, -i tiliaeque *eqs.*

2 *i. q.* ζίζυφος: PELAGON. 320 -i nigri *uncias* IIII (*Hippiatr. gr. I p. 406, 15* ζιζύφου *μέλανος*).

3 *i. q.* θυία: DIOSC. *p. 662, 43.*

4 *i. q.* ἀχράς (*cf. p. 662, 38*): GLOSS. II 254, 32 ἀχράς: -um.

? deriv.: iunipereus.

iūnis, iūnix *v.* iuven-.

iūrābilis, -e. *a* iurare. *i. per quod iurari oportet*: CASSIOD. Ios. antiq. 18,258 debere ... istos *Iudaeos* simulacris honorare Caesarem nomenque eius habere -e (*gr. ὅρκιον αὐτοῦ τὸ ὄνομα ποιεῖσθαι*).

iūrāculum, -ī *n.* *a* iurare *sec.* oraculum. *i. q. ius iurandum*: PHILO quaest. in gen. 4, 180 p. 222 R. (*ad 26, 3, v. l. 66*) dei verba iuramentorum fortiora ...; existimamus ... -a hominum fortiora esse verborum (*infra*: oracula).

***iūrāmentum,** -ī *n.* *a* iurare *sec.* sacramentum, *cf. l. 55. p. 664, 10.* NOT. Tir. 30, 25[a] -um. *vox teste* DON. *l. 54 vulgaris et a* SEN. clem. 2, 1, 3 *arcenda legitur inde a* TERT., *?* VLP., *?* PAVLO, ITALA, *frequenter ap. eccl.; deest poetis.* [*it.* giuramento; *sard. centr. et mer.* ğuraméntu; *francog.* jurement, *dial. wall., loth., burg.; francoprov.; prov. vet.* juramen, *prov.* juramen *etc.; vasc., cat.* jurament; *hisp. port.* juramento. *cf. Battisti-Alessio III 1823. Wagner I 713. Wartburg V 80. Corominas II 1079. Machado II 1273. G.*]

i. q. ius iurandum (*cf.* DON. Ter. Andr. 728, 2 'iurandum' pro 'ius iurandum' aut, ut vulgo dicitur, '-um'. ISID. diff. 1, 338 iura divina sunt; ideoque et -um dicitur, id est sacramentum in deo. GLOSS. *ὅρκος. ὁρκωμόσιον. usurpatur saepe variandi causa iuxta* ius iurandum; *gr. respondet ὅρκος, ubi nihil adnotatur*): **1** *solum ponitur*: TERT. apol. 32, 3 (*2* iuramus ... per salutem *Caesarum*) salvum volumus esse, quod deus voluit, et pro magno id -o habemus. VLP. dig. 12, 2, 34, 5 (*interpol.?*) de qualitate -i. PAVL. dig. 22, 3, 25, 3 (*interpol.?*) iudex -i fidem secutus. ITALA gen. 24, 41 (Aug. quaest. hept. 1, 65) innocens eris a -o meo (*gr. ἀρᾶς ... ὁρκισμοῦ, Vulg.* maledictione. *pergit* AVG. *l. c.* vel 'iuratione mea'; graeci habent 'a maledicto meo'; *ὅρκος* enim dicitur iuratio, *ἀρά* maledictum ...; proinde oritur quaestio, quomodo illa iuratio maledictum possit intellegi, nisi quia maledictus est, qui contra iurationem fecerit). 26, 3 (Aug. civ. 16, 36 p. 182, 7 D. *al.*, *cf.* VVLG.) statuam -um meum, quod iuravi *eqs.* ([iurationem *Tycon. reg. 3 p. 23, 9*, ius iurandum *Aug. (?) un. eccl. 6, 12. al.*]. deut. 7, 8 [Lugd. = VVLG.]. I Macc. 7, 18 *v. p. 664, 18.* Iac. 5, 12 [cod. ff = VVLG.]. Ps. PHILO antiq. 62, 11. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 263 nova -a iuravit *Socrates*). num. 5, 21 (Lugd.) adiurabit sacerdus mulierem *moecham* in -is maledictionis eius et dicet ...: 'det dominus te in maledictionem et exsecrationem *eqs.*' (cf. AVG. quaest. hept. 4, 11 graecus habet *ἐνόρκιον*, quo verbo videtur significari '-um per exsecrationem'. *aliter Vulg.*). II Macc. 4, 34 (recc. XM) cum -o ([c. iuratione *rec. B*, c. iure iurando *rec. P Vulg.*]. 7, 24 [rec. X *al.*; c. iure iurando *rec. L, pro quo* c. i. -o *restituit de Bruyne*; -o *tantum* VVLG.]. 14, 32 [rec. L = VVLG.]. Matth. 14, 7[f] [cod. a *al.* = VVLG.]. 26, 72 [*ibid.*]. HIER. epist. 84, 4, 2 CONC.[S] I 4 p. 69, 28 GREG. M. dial. 1, 2 p. 22, 14 M.). 15, 10 (rec. L *al.* = VVLG.) -orum praevaricationem (iurationis *rec. B*, iuris iurandi *rec. P*). psalm. 104, 9 (Veron. *al.* = VVLG.) *deus* memor fuit ... testamenti ..., quod disposuit ad Abraham, et -i sui ipsi Isaac (*cf.* VVLG. I par. 16, 16 cum I.). Matth. 5, 33 (cod. a *al.* = VVLG.) non periurabis, reddes autem domino -a tua (ius iurandum tuum *k*). *al.* AMM. 21, 5, 7 -o ... concordiam spondete. 24, 1, 8 promissis ... et -is. 26, 7, 16 religionibus firmis -a constricta. Ps. AMBR. serm. 17, 1 maledictionibus et conviciis et -is. HIER. adv. Rufin. 1, 17 se litteras non didicisse iurabit, quod nos illi et absque -o perfacile credimus. in Ier. 1, 69, 2 ius iurandum ... nequaquam erit -um, sed periurium. VVLG. num. 32, 11 sub -o pollicitus sum (deut. 1, 35. *al.* MARCELL. auct. chron. II p. 107, 545, 1 Totila ... Asculum s. -o ingressus est). *al.* RVFIN. Clement. 3, 63, 6 -um perseverantiae. AVG. in psalm. 118 serm. 23, 2 (*ad 106* iuravi et statui) -um, quod statuit per sacramentum (*seq.* iuratione. *cf.* GILD. Brit. 28 chron. III p. 41, 29 sacramentum -i, quo se devinxit *eqs.* [*seq.* iure ... iurando]). COD. Iust. 2, 55, 4, 1 -um praestitit (*antea*: sacramentis praestitis. 2, 58, 1 pr. 3, 1, 14, 4). 4, 1, 12, 1 illatum. 6, 43, 2 pr. sive -um posuerit. *al.*

2 *iunctura* ius -um (-i) *sec.* ius iurandum *facta*: ITALA Ezech. 17, 19 (Weing.) i. -um meum, quod despexit, et testamentum meum ... et dabo illut in caput eius *eqs.* (*gr. ὅρκωμοσίαν*, VVLG. -um). I Macc. 6, 62 (rec. L cod. L, *cf.* VVLG. *var. l.*) inrupit i. -um, quod iuravit (i. -i *eiusdem rec.* cod. X *et* VVLG., i. iurandum *eiusdem rec.* cod. G; constituta pacis *rec. B, gr. ὁρκισμόν*). 7, 18 (rec. L cod. L) transgressi sunt ... constitutum et i. -um, quod iuraverunt (i. -i *eiusdem rec.* cod. X, -um G; i. iurandum *rec. B Vulg., gr. ὅρκον*). *cf. p. 663, 76.*

iūrārius, (-a, -um). *a* iurare (ius iurandum). *Iuppiter* -us *i. ὅρκιος*: CIL I[2] 990 Iovi -o ('*recte declinatur ab iure iurando, ut a ture turarius, vulnerarius a vulnere, a munere munerarius' Lommatzsch*). INSCR. Dessāu 3037 I(ovi) o(ptimo) m(aximo) iur(ario).

iūrāticus *v.* iuridicus.

***iūrātio,** -ōnis *f.* *a* iurare. NOT. Tir. 30, 28[a] -is. *inde a* TERT., ITALA (*falsa var. l.* CIC. off. 3, 44); *in poesi* CYPR. GALL. *ter.*

i. q. actio iurandi, ius iurandum (*cf.* CASSIOD. in psalm. 131, 3 -is, id est promissionis. ISID. diff. 1, 202 exsecratio, ut puta 'si malum non patior', -o 'si bonum mihi evenit.' GLOSS. *ὅρκος. ὁρκωμοσία* [*respondere solent infra*]): TERT. idol. 21 p. 54, 26 cum te alius per deos suos obligat -e vel aliqua testificatione. ITALA lev. 5, 1 (Lugd., Wirc. *al.*) si ... anima ... audierit vocem -is (*gr. ὁρκισμοῦ, Vulg.* iurantis). Zach. 8, 17 (Iren. 4, 17, 3 = 4, 29, 4 H.) -em falsam (*Vulg.* iuramentum mendax). Hebr. 6, 17 (cod. r; *Vulg.* ius iurandum). 7, 21 (cod. r *al.*) cum -em (*Vulg.* c. iure iurando). *al.* (*cf. s.* iuramentum). OPTAT. 2, 22 solet deus ... in -e ... nominari. CHAR. gramm. p. 258, 2 B. (*ex Romano*) 'edio fidio' ..., quae -o propria virorum est *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 6, 455 p. 567, 3 quoniam nesciebat, quod genus iuris iurandi apud inferos haberetur, posuit generalem -em. VVLG. Sirach 23, 9 -i non adsuescat os tuum. AVG. civ. 1, 15 p. 25, 25 D. Regulum ... -e constrictum. in euang. Ioh. 35, 3 'sic vivant lumina mea': usitata -o est. 41, 3 quodammodo, si dici fas est, -o eius *dei* est 'amen *eqs.*' (*cf.* serm. 46, 9, 19 'vivo ego' ... tamquam -o est dei, testificatio vitae suae). *al.* MACR. Sat. 1, 6, 30 verba -is concipit: nullam esse in villa sua scropham ...; ea facetissima -o *eqs.* OROS. hist. 2, 5, 7 sacramentum -is, quo se Romani devoverant. *et saepius.*

iūrātīvus, -a, -um. *a* iurare. *i. q. ad iurandum pertinens* (*t. t. gramm.*): PRISC. gramm. III 85, 22 -a *adverbia* (*inter* confirmativa *et* optativa): 'edepol, ecastor, mediusfidius'; 'per' quoque praepositio potest etiam pro adverbio accipi iurandi ...; 'sic' quoque ... -um est.

iūrātor, -ōris *m.* *a* iurare. *transit in gr. ἰουράτωρ, cf. Meinersmann, Lat. W. i. gr. Pap. 19.* [*francog. vet.* jureour; *hisp. vet., port.* jurador. *cf. Wartburg V 80 sq. Corominas II 1079. G.*] [*dub.*: CATO inc. libr. frg. 10 (*loco mutilo et obscuro*). TAB. cens. Varro ling. 6, 86 (*cf. Madvig, Advers. crit. II 171*; curatores *trad.*). SEN. apocol. 1, 2 quis unquam ab historico -es exegit? (iurato res *Mommsen*, i. rationes *mavult Heinze, Herm. 61, 1926, 50 sqq. usu vocis fusius tractato*).]

i. qui iurat (GLOSS. II 383, 38 *ὁμότης, ὁ ὀμνύς*: -r, iuratus):

1 *usu prisco de apparitoribus censorum* (*ignoti officii; eos, qui cives ius iurandum adegerunt, intellegit Mommsen, Staatsr. II[3] 362, 2, dub. an recte; cautius Bücheler, Kl. Schr. I 447*): PLAVT. Poen. 58 (*in imag.*) nunc rationes ceteras accipite; nam argumentum hoc hic censebitur: locus argumentost suom sibi proscaenium, vos *spectatores* -es estis; quaeso, operam date. Trin. 872 quid, adulescens, quaeris? ... :: heus senex, census cum ⟨sum⟩, -i recte rationem dedi. LIV. 39, 44, 2 (*ad a. 184*) in censibus ... accipiendis ... aspera in omnes ordines censura fuit; ornamenta ... in censum referre -es iussi (viatores *et* iussit *var. l.*; iuratos iussit *I. F. Gronov.*, curatores iussi *Heusinger*). **2** *usu posteriore de variis hominibus iurantibus*: SYMM. or. 7, 2 *iuvenis in senatum recipiendus* dum -bus abundat ..., adhibuit petitorem *eqs.* (*inde suppletur* 7, 1). AVG. civ. 1, 24 p. 39, 27 D. deorum ... non ... fallaces cultores, sed veracissimi etiam -es. MACR. Sat. 5, 19, 21 (*de deis Palicis*) invocato loci numine testatum faciebat esse -r de quo iuraret (*verba vix sana esse vidit Ziegler, RE XVIII 3, 113, 30*); ... si ... subesset iuri iurando mala conscientia, mox in lacu amittebat vitam falsus -r. SEDVL. op. pasch. 2, 17 p. 228, 7 alter ... mendacis testimonii fit -r. LEX Sal. Merov. 14, 2 si ... Romanus ... Salicum expoliaverit et certa ⟨probatio⟩ non fuerit, per XXV se -es exsolvat (*sic saepius ibid.; locos congessit Eckhardt in indice s. v.*).

cf. iuratorius.

iūrātōrius, -a, -um. *a* iurare, *cf.* iurator. [*sard. centr. et mer.* ğuratóriu; *cat.* juratori. *cf. Wagner I 713. G.*] -a cautio *i. iurando confirmata*: COD. Iust. 12, 19, 12 pr. (*a. 527*) ut ... -ae cautioni com-

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mittatur *memorialis*. INST. Iust. 4, 11, 2 quod in iudicio permaneat usque ad terminum litis, . . . committitur suae promissioni cum iure iurando, quam -am c. vocant. NOVELL. Iust. 22, 44, 2 (*gr. διωμοσίαν*). 112, 2 pr. (*gr. ἐνώμοτον . . . ὁμολογίαν*). GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A *ἰουρατορία χαντιόν. ἐξωμοσία. per ellipsin*: GLOSS.^{L} II Philox. IV 113 -a: *ἐξωμοσία*. 114 -is: *ἐξωμοσίαις*.

iūrātus, -a, -um *v. s.* iuro *p. 677, 25.* *B.*

? **iurctum** (bustum *Lindsay*): *τύμβος* GLOSS.^{L} II Philox. IV 112.

[iuream PLAVT. Persa 97 *corruptum.*] **iūred-, iūret-** *v.* iurid-.

iūrgātio, -ōnis *f. a* iurgare, *cf.* obiurgatio. PAVL. FEST. p. 7 'altercatio' -o. p. 103 '-o' iuris actio.

iūrgātor, -ōris *m. a* iurgare, *cf.* obiurgator. *i. qui iurgat, litigat*: PETR. CHRYS. serm. 162 p. 627^{C} Christus ad litigatoris arbitrium arbiter esse non poterat, qui totius iudicii summa est et potestas; at illi -r quare non opposuit: 'quomodo . . .?' EDICT. Theodor. 43 nullus ad potentem Romanum . . . proprias quolibet titulo transferat actiones; quod si fecerit, iacturam litis -r incurrat (*seq.* iurgantes, litigantibus).

f. **iūrgātrīx,** -īcis. *fere i. q. iurgans, iurgiosa*: HIER. epist. 117, 4, 2 illa *mater* difficilis, sed iste *sponsus* facilis, illa -x, iste placabilis. in Matth. 19, 10 p. 135^{B} si temulenta fuerit *uxor*, si iracunda, . . ., si -x, si maledica (*inde* ISID. eccl. off. 2, 20, 12).

cf. iurgatorius.

? **iūrgātōrius,** -a, -um. *a* iurgare, *cf.* iurgator. *i. q. ad iurgandum pertinens*: AMM. 27, 1, 5 *Charietto* cedentes obiectu corporis et vocis -o sonu audentius retinet (obiurgatorio *N, cf. vol. IX 2, 71, 12*).

iūrgātrīx *v. l. 18.*

iūrgiālis contentiosus in lite GLOSS.^{L} I Ansil. IV 189. *a* iurgium.

? **iūrgio** *v. p. 667, 81.*

iūrgiōsus, -a, -um. *a* iurgium. GLOSS. II 590, 8 probrosus: -us. *i. q. ad iurgium promptus, litigiosus* (*m. pro subst. l. 36*): FRONTO p. 67, 8 v. d. H. (p. 74 N.) accipe aliud *amoris mei argumentum*, rixatorium iam hoc et -um (IVL. VICT. rhet. 26 p. 446, 22 sermonum argumenta . . . semper honesta sint, at non inepta neque -a [*sic Reuter in schedis nostris*, inepte n. -e *trad.*]). GELL. 1, 17, 1 Xanthippe . . . morosa admodum fuisse fertur et -a (*item de hominibus*: APVL. apol. 16 non sum -us. SIDON. epist. 5, 13, 4 lites -orum). 19, 9, 7 facundia rabida -aque *Iuliani rhetoris*. FIRM. math. 4 prooem. 1 caninae, ut ita dicam, contentionis -a certamina. SCHOL. Cic. Bob. p. 85, 5 decertationem. p. 111, 24 certatio.

? adv. **iūrgiōsē** *v. l. 34.*

***iūrgium,** -ī *n. a* iurgare. *de orig.*: ISID. orig. 18, 15, 4 -um dictum quasi 'iuris garrium', eo quod hi qui causam dicunt iure disceptent. *c. apice* iú- CIL IV 7698^{C}. *de script. et formis*: iuria (*cf. Ihm, ALL 9, 1896, 245; confunduntur maxime* in -a *c.* iniuria [*cf. p. 666, 3. 41. 667, 20*], per -a *c.* periuria [*cf. p. 667, 33*]): CIL VIII 21084 (*tabula lusoria*) sepone iuria et veni ludamus. *in codicibus* BVC. Eins. 1, 2 TAC. hist. 4, 69, 3 *et var. l.* STAT. Theb. 1, 444. 12, 329 Ps. DAMAS. epigr. 81, 2. *al. vix huc pertinet* CIL VI 17072 (*v. p. 669, 45*). iurig- *metri causa* PLAVT. Persa 797 *restituit F. Skutsch, Kl. Schr. 148 sq.* *gen. sg.* -gi *metro probatur* PLAVT. Men. 771, *abl. pl.* -gis *lapide* CIL V 7066. NOT. Tir. 31, 100. 94, 61^{a}. *de notione* (*cf. infra l. 69*): CIC. *et* NON. *p. 667, 84 sqq.* SYNON. Cic. p. 431, 27 -a. lites. maledicta *eqs.* p. 433, 19 lis. rixa. -um. certamen *eqs.* (*cf.* p. 444, 19). SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 404 (*v. infra l. 76*) -um proprie dicitur iusta contio (*v. Mountford ad l.; antea* litigio). GLOSS. *δίκη, ἁψιμαχία, ἀμφισβήτησις, ποσπηλακισμός, ἀντιλογία. μάχη (ἢ διὰ λόγων). φιλονεικία. ψυχομαχία. ὕβρις. διαδικασία.* vadimonium, lis. contentio, rixa. litigium. GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. I 33 -o: incursatione (-cus-*?*). *legitur inde a* PLAVTO, TER., TITIN., AFRAN., CIC., *in poesi dactyl. nonnisi forma* -a. [*dub.*: PROP. 2, 6, 32 (turpia *Herwerden*).]

i. q. altercatio levior (*opp.* altercatio *p. 666, 54; plus valet quam* odium *p. 666, 20 minus quam* pugna *sim.*, rixa, lis *p. 666, 8. 23 sqq. 667, 4; accedit* inter *l. 81. al.*, cum *l. 83. al.*, adversus [-sum] *p. 666 30. al.*, contra *p. 666, 17. 667, 62*, ad *p. 667, 71 gen. obi. p. 666, 80*): I *vi primaria significatur vel intellegitur altercatio animantium maxime verbis facta*: A *generatim*: 1 *vario usu* (*afferuntur exempla usque ad* PHAEDR. *omnia, inde selecta; nonnulla ad 2 vergere haud negaverimus*): PLAVT. Men. 127 -o . . . uxorem abegi ab ianua (VARRO ling. 7, 93 *ad l.*: id est litibus). 771 nisi aut quid commissi aut -i est ⟨iusta⟩ causa. Merc. 162 quid fers . . .? :: vim, metum, cruciatum, curam -umque atque inopiam (*cf. p. 666, 36 et* Persa 797 -um hinc auferas, si sapias. TER. Hec. 513 porto hoc -um ad uxorem). 557 ***uxor me*** -o enicabit, si intro rediero. TER. Phorm. 778. Eun. 626 illa . .. 'minime gentium . . .'; miles tendere: inde ad -um (CIC. ac. frg. 20 [Aug. c. acad. 3, 7, 16 *ubi multa a sermone Tulliano abhorrere constat*] *sym.* rixam). Ad. 404 adortust -o fratrem apud forum de psaltria (SCHOL. *v. l. 54*). TITIN. com. 147 pestis, senia et -a. AFRAN. com. 101 -o et benevolentia terrent . . . viros *mulieres*. CIC. Brut. 246 ut non cum adversario solum, sed etiam . . . cum iudice ipso . . . -o saepe contenderet *Pontidius*. Tusc. 4, 52 quid Achille . . . foedius, quid Agamemnone in -o? 4, 77 exsistit etiam inter fratres tale -um: '*eqs.*' (*infra*: alternis . . . versibus intorquentur inter fratres gravissimae contumeliae). Cato 8 in -o respondisse. PLANC. Cic. fam. 10, 11, 1 -a cum obtrectatoribus propter me. LVCR. 3, 480 *vi vini* clamor, singultus, -a gliscunt (AVSON. 421, 5 p. 379 P.). SALL. Catil. 9, 2 -a, discordias, simultates cum hostibus exercebant. Iug. 27, 1 PROP. 3, 6, 18. 3, 8, 19 non est certa fides, quam non in -a (*N*, iniuria *cett.*) vertas (*Vahlen pro* -tat, -sat. *cf.* ANTH. 76, 2 ad cumulum fidei -a conflat amor). OV. am. 1, 13, 47. 2, 2, 35 tecum . . . -a nectat (2, 9, 45 [quaerat *nonnulli*]. PETRON. 18, 6 v. 3 [flectit *pars codd.*]). ars 1, 591 -a . . . vino stimulata. 3, 374 -a . . . et rixae. met. 2, 424 trist. 5, 11, 1 LIV. 3, 51, 11. 4, 30, 2 -a et seditiones. 4, 50, 2 cum inde clamor et -um oreretur (29, 9, 3 -um inde et clamor, pugna postremo orta. QVINT. decl. 296 p. 171, 17 TAC. ann. 4, 3, 2. 13, 9, 2. *al.*). 29, 9, 4 probra in eum . . . iactata in -is referentes. 32, 22, 3. SEN. contr. 7, 5 (*thema*) cum frequenter essent -a novercae et privigno (*exc.* saepe iurgarent). VAL. MAX. 2, 1, 6. 4, 1, 12 ubi illa tot in curia -a? ubi tot . . . altercationes? 9, 1, 3 PHAEDR. 1, 1, 4. SEN. dial. 5, 34, 1 *levia*, quae pueros in rixam et -um concitant (*cf.* PLIN. nat. 32, 52 *veneno* amorem concitari et -a [FIRM. *v. l. 42.* VVLG. prov. 28, 25. SALON. in prov. p. 979^{A} -a et lites]). 5, 34, 3 pugnas et -a excitant (PALLAD. hist. mon. I 22 p. 304^{A} contra . . . rusticos . . . -a excitare [*gr. p. 106, 9 B. μάχην*]). nat. 4, 13, 1 cum luxuria litigare, . . . sine effectu -um est. PLIN. nat. 2, 17 adulteria inter ipsos *deos* fingi, mox -a et odia (*cf.* QVINT. decl. 338 p. 333, 12 odia . . ., nec haec occulta . . ., sed -a). STAT. Theb. 9, 61 *inter Tydea et Polynicen* primae bona -a noctis alternaeque manus et . . . ira brevis. QVINT. inst. 5, 10, 71 habent . . . omnia initium, incrementum, summam, ut -um, ⟨rixa,⟩ deinde caedes (*suppl. Radermacher, cf.* 5, 10, 72. IVV. 5, 26 -a proludunt; sed mox et pocula torques *eqs.* 15, 51 -a prima sonare incipiunt . . ., haec tuba rixae; dein . . . saevit nuda manus. TAC. hist. 1, 64, 2 -a primum, mox rixa . . ., prope in proelium exarsere. 2, 88, 3. AVSON. 462, 3 p. 401 P. -um . . . conseritur, quod ex verbis processit ad manus. *sim. v. etiam l. 8. 54. 76*). IVV. 6, 268 semper habet lites alternaque -a lectus (CLAVD. 15, 295 victi victoresque dabant). TAC. ann. 13, 1, 3 *Narcissi* -is adversus Agrippinam. PLIN. epist. 8, 5, 1 vixit cum hac *uxore* . . . sine -o, sine offensa (CIL V 7066 s. litibus et -is, IX 1530 s. iurg. s. querella. XII 4466. XIII 2074, 10 s. ullo -o). SVET. Tib. 11, 3 moto inter antisophistas graviore -o. AVSON. 364, 11 p. 92 P. hinc (*sc.* '*est*' *et* '*non*') furiosi -a sunt circi (CLAVD. 20, 357 ad solitos coepere iocos et -a c. tendere). AVIAN. fab. 13, 8 timor expulsum *taurum* -a ferre vetat (*i. iurgare ut* CYPR. GALL. iud. 293 ne . . . contraria ferret -a. *cf. p. 665, 70*). *al.* *per pleonasmum*: FIRM. math. 3, 6, 11 cum uxoribus . . . contentiosa -orum conflictatione iurgare (*cf. p. 667, 30*). 5, 3, 11 dissensionis -o (*cf.* 6, 16, 6 popularis indignationis. 6, 31, 24 malignae simultatis. 6, 32, 31 -a [*Skutsch,* iniurias *sim. trad.*] simultatum [7, 10, 1]. 6, 33, 8 contentionum. 7, 10, 2 inimicitiarum -a concitantur). AMM. 28, 4, 29 videre licet per fora et conpita . . . circulos multos collectos in se controversis -is ferri, aliis aliud . . . defendentibus. 2 *pressius c. respectu increpandi, maledicendi sim. fere i. q. obiurgatio, opprobrium* (*exempla certiora; ambigua v. sub 1, ubi distinguitur vox* probrum *l. 10*): CIC. Cael. 30 omnia sunt alia non crimina, sed maledicta, -i petulantis magis quam publicae quaestionis; 'adulter inpudicus sequester' convicium est, non accusatio (PHAEDR. 3, 11, 2 eunuchus litigabat cum quodam improbo, qui super obscaena dicta et p. -um damnum insectatus est amissi corporis. TAC. hist. 3, 32, 2 tertiadecimanos . . . p. -is inluserant). Lael. 78 ex quibus *inimicitiis* -a, maledicta, contumeliae gignuntur. SALL. Catil. 31, 5 dissimulandi causa aut sui expurgandi, sicut -o lacessitus foret, in senatum venit (LIV. 38, 33, 6 primo lacessere -is, deinde altercatione orta . . . impetum . . . fecerunt [*sim. in gradatione supra l. 22 sqq.*]. TAC. ann. 14, 49, 1 optimum quemque -o lacessens et respondenti reticens. RVT. LVP. 2, 7 p. 16, 23 PORPH. Hor. sat. 1, 7 praef.). VERG. ecl. 5, 11 aut Alconis . . . laudes aut -a Codri. Aen. 10, 95 (*Iuno ad Venerem*) inrita -a iactas. 11, 406 se pavidum contra mea -a fingit (iactat *Quint. inst. 9, 3, 14*). LVGD. 5, 13 nec nos insanae meditantes -a mentis impia in adversos solvimus ora deos. PROP. 1, 3, 18 expertae metuens -a saevitiae. RVT. LVP. 1, 21 p. 12, 20 initium sermonis cum -o sumpsit (*cf.* VVLG. gen. 31, 36 Iacob cum -o ait [*Itala Lugd.* litigabat ad Laban dicens]). OV. rem. 35 modo blanditias rigido modo -a posti dicat. met. 3, 261 *Iuno* linguam ad -a solvit *eqs.* LIV. 3, 40, 2 oratio fuit precibus quam -o similior (LACT. ira 7, 7 cum irascuntur, edunt sonum -o similem *animalia*). 38, 9, 2 clamore et -o excepti *legati*, quam diu rem traherent *eqs.* 42, 22, 5 cum laceratus -is multorum esset *M. Popilius*, senatus consultum factum est. VELL. 2, 32, 2 certatum inter imperatores -is, cum Pompeius Lucullo infamiam pecuniae, Lucullus Pompeio . . . cupiditatem obiceret imperii. SEN. Med. 107 concesso, iuvenes, ludite -o (*i. iocis Fescenninis*), hinc illinc . . . mittite carmina. VAL. FL. 3, 638 ingenti Telamon iam fluctuat ira cum fremitu, saevisque ⌊serens fera⌋ (*Ald.*, ferens *V et addito* fera *S*, furens in *C*) -a dictis insequitur magnoque implorat numina questu. HOMER. 537 magni genitoris -a suffert *Mars vulneratus* (*cf. E 888 sqq.*). SVET. Galba 5, 1 *Agrippina* correpta -o atque etiam manu pulsata. FRONTO p. 48, 18 v. d. H. (p. 53 N.) per -um an per *πολιτίαν Socrates adulescentes affari solebat*? exprobrando acriter . . . an leniter arguendo? p. 112, 6 (p. 117). p. 220, 25 (p. 232) fata -o compello. IVST. 10, 2, 5 acerbatus iuvenis in -a primo patris erupit, mox . . . insidias parat. VVLG. exod. 17, 7 (*Itala Monac.* maledictionem). AVSON. 322, 15 p. 262 P. *magister* aspera contractae minitetur -a frontis. CLAVD. 21, 361 laetae passurum -a plebis (28, 61 alternos cum plebe iocos dilectaque passus -a). 22, 25. CONSVLT. Zacch. 3, 7

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 109, 13 gentilium minae ac profanorum superba . . . -a. AVIAN. *p. 668, 82.*

B *speciatim:* **1** *t. t. iur. de controversia apud iudicem vel arbitrum habita (cf. infra l. 54; distinguitur* lis *p. 668, 2 sqq., iuxta ponitur l. 7. al. et pro syn. l. 12. 18. 20; c. gen. explic.* ISID. orig. 18, 15, 3 actionem causae, quod est -um litis): CIC. leg. 2, 19 feriis -a amovento (*in eadem re*: 2, 29 feriarum . . . dierum ratio . . . requietem litium habet et -orum. div. 1, 102. OV. fast. 1, 74 *primo incipientis anni die* lite vacent aures, . . . absint -a. LIV. 5, 13, 7 *lectisterniis* [38, 51, 8]. PORPH. Hor. carm. 3, 14, 11. COD. Theod. 2, 8, 1 pr. indignissimum videbatur diem solis . . . altercantibus -is et noxiis partium contentionibus occupari [2, 8, 18 pr.; *antea* litium]). HOR. epist. 2, 1, 38 (*in imagine*) excludat -a finis (*cf.* 2, 2, 171 qua populus adsita certis limitibus vicina refugit -a. COD. Theod. 2, 26, 4 pr. [= Iust. 3, 39, 5] finalis -i [2, 26, 5; *Iust. 3, 39, 6* quaestione]. 2, 26, 4, 2 omne huiusmodi -um solo praecipimus iure discingi). MANIL. 3, 115 expensa sua solventem -a fronte (*cf.* 5, 416 alto qui -a pectore tollat. AMM. 18, 1, 2 dirimens [ENNOD. opusc. 3, 22 p. 336, 13; *antea* lite]. CE 325, 3 [*s. IV*] discinxit -a iudex [*cf. l. 15*]. 3, 150 sive foro per litem -a temptet. VELL. 2, 118, 1 *Germani* simulantes fictas litium series et nunc provocantes alter alterum in -a *eqs.* (iniuria *codd., Bolaffi*). SEN. Herc. f. 173 fori -a vendens (*cf.* PS. AVR. VICT. epit. 10, 5 venumdata). amic. p. 27 familiare -um non iudicem, sed arbitrum quaerit. LAVS Pis. 86 si quando iudice fesso turbida prolatis tacuerunt -a rebus. STAT. silv. 3, 5, 87 foro rabies aut strictae in -a leges (*cf.* 4, 4, 39 non miscent -a leges). QVINT. inst. 10, 3, 30. decl. 328 p. 288, 19 cotidianis -is forum strepere, assiduas lites videmus. TAC. dial. 34, 2 ut altercationes . . . exciperet *iuvenis* et -is interesset. APVL. flor. 22 p. 101 litium . . . et -orum inter propinquos disceptator atque arbiter (PS. AVR. VICT. epit. 12, 5). PAPIN. dig. 10, 2, 57 licet arbiter sententiam -o perempto non dixerit. FIRM. math. 6, 33, 6 causas . . . et -o⟨rum⟩ contentiosa certamina. AMM. 14, 9, 1 forensibus (COD. Theod. 1, 29, 5 pr.). 25, 4, 15 aequata fisci -a cum privatis. *al.* PRVD. praef. 14. AVG. c. acad. 3, 10, 23 (*in imagine*) totum patrimonium . . . per -a (periuria *H*) dissipavit. SVLP. SEV. chron. 2, 51, 5. epist. app. 6, 3 navicularia -a commovere. COD. Theod. 2, 1, 2 pr. definitum est provinciarum rectores in civilibus causis litigia terminare, etsi militantes exceperint -a vel moverint. 2, 1, 2, 1 -a civilium quaestionum (*cf.* 9, 12, 2 pr. civili -o). 10, 10, 32, 1 privato -o aequis conflictibus decertatur. *et passim.*

in matrimonio (*cf.* PS. HIL. libell. 19 p. 91, 4 cum . . . quos legitimae copulaverunt nuptiae, leve -um separet. INTERPR. cod. Theod. 3, 16, 1 pro levi, ut solet, -o repudiare *mulierem*): PAPIN. dig. 23, 3, 31 quod si non divortium, sed -um fuit, dos eiusdem matrimonii manebit (frivusculum *Vlp. dig. 24, 1, 32, 12*). 23, 4, 27 reversa post -um . . . mulier. **2** *de certamine:* BVC. Eins. 1, 2 te, formose Mida, iam dudum nostra requirunt -a (*Hagen*, iuria *cod.*), da vacuam pueris certantibus aurem. AVIAN. fab. 4, 2 immitis Boreas placidusque . . . Phoebus -a cum magno conseruere Iove, quis prior inceptum peragat. 14, 5. 15, 4 magna . . . de facili -a lite trahunt *grus et pavo* (19, 2 horrentes dumos abies pulcherrima risit, cum facerent formae -a [iuria *P*] m. suae). 24, 3 certamen longa protractum lite gerebant venator . . . atque leo; hi cum perpetuum cuperent in -a finem *eqs.* **3** *de disputatione vel quaestione doctorum (minus technice p. 665, 75. 666, 33)*: AMM. 17, 7, 9 sempiterna . . . lucubrationibus longis nondum exhausta physicorum -a. HIER. epist. 29, 1, 2 quotienscumque de verbis Hebraicis -um est, ego arbiter et litis sequester exposcar. IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 6, 34 obicio tibi et quaero: unus ex trinitate est, qui crucifixus est, an alius aliquis extra trinitatem? et si quidem unus, solutum est -um (*p. 73, 6* contentio). COD. Iust. 3, 28, 35, 1 sancimus . . . vetere -o exploso huiusmodi pacto filium minime gravari secundum Papiniani responsum *eqs.* (7, 4, 14 pr.). 3, 33, 13 pr. auctorum -um decidentes compendioso responso omnem huiusmodi dubitationem resecamus (*cf.* 6, 2, 22, 4^{b} auctores . . . iuris . . . contra se -um exercuerunt). 6, 29, 4 pr. -um antiquis interpretatoribus legum exortum est, an *eqs.* 6, 37, 24, 2 VIRG. gramm. epist. 2 p. 121, 17. **4** *proverbialiter:* AVG. c. acad. 3. 4. 9 hoc est . . . Tuscum illud -um, quod dici solet, cum quaestioni intemtatae non eius solutio, sed alterius obiectio videtur mederi (*affert Verg. ecl. 3, 104 sqq.*).

II *vi secundaria iurgant res (aliter de arboribus animatis supra l. 49)*: EVSEB. EMES. serm. 21, 7 sed forte quidam -um aquarum adversum ignem videt, quia ab aquis (*Bulhart*, ignis *trad.*) extinguitur ignis. 26, 29 iurgentur omnia, ut coronemur; in omnibus sit -um ad pulchritudinem *eqs.* COD. Iust. 4, 18, 2, 1^{a} legum -um.

deriv.: iurgialis, iurgiosus.

***iūrgo** (iūrigo), -āvī, -ātum, -āre *et* **iūrgor,** -ātus sum, -ārī. [*prius* iūrigo; *quia* iūs agere (*cf.* lītigo *iuxta* lītem ago) *notioni verbali vix convenit, fort. ex* iūs *****agāre '*declarare, instanter persequi*' (*ad stirpem* *****ag- *cf.* aio *ex* *****ag-yo) *formatum sicut* ūsūrpāre *ex* ūsū *****rapāre *sim. Szemerényi.*] *de etym.*: VARRO ling. 7, 93 licet videre -are esse ab iure dictum, cum quis iure litigaret. EVTYCH. gramm. V 476, 13 -o, -as ab eo quod est iure urgeo traductum. *de formis*: iurig-: PLAVT. Merc. 119 (*B metro sano*, iurg- *CD*). COMM. apol. 441 (*?*, iurgiat *trad.*). *gen. partic.* -antum: CYPR. GALL. num. 255. *de generibus verbi*: PRISC. gramm. II 396, 17 protulerunt antiqui . . . '-o' et '-or'. *de notione et differentiis*: CIC. rep. 4, 8 (Non. p. 431, 2 'iurgium' et 'lis') 'si -ant' (LEX XII tab. 7, 5^{a}, *sed v. Mitteis, Röm. Privatrecht 31, 7*) inquit: benevolorum concertatio, non lis inimicorum, iurgium dicitur, . . . -are igitur lex putat inter se vicinos, non litigare (*cf. Non. p. 430, 26* iurgium et lis hanc habent distantiam: iurgium levior res est, siquidem inter benevolos aut propinquos dissensio vel concertatio iurgium dicitur; inter inimicos dissensio lis appellatur). DOSITH. gramm. VII 431, 13 -or ἀψιμαχῶ (GLOSS. -o). SYNON. Cic. p. 416, 27 altercatur. litigat. -at. verba facit *eqs.* p. 429, 15 -atur. litigatur *eqs.* GLOSS. -o: μάχομαι. διαδικάζομαι. βλασφημῶ. -at: litigat, rixat. pugnat. *legitur inde a ?*LEGE XII tab. *p. 667, 84*, PLAVTO, TER., VARRONE, HOR. (sat., epist.), *deinde in poesi raro.*

i. q. increpare, exprobrare, conviciari sim. (c. colore improbandi vel reprehendendi l. 84. p. 669, 27 sqq.; de rebus discrepantibus ap. EVSEB. EMES. *l. 67 p. 669, 12. 19 et al.*): **I** *verbum activum (comprehenduntur formae ambiguae)*: **A** *intransitive (pass. impers. l. 37. 63, cf. p. 669, 15; c. obi. int. l. 21. 60)*: **1** *absolute*: **a** *generatim*: PLAVT. Merc. 119 et currendum et pugnandum et autem -andum est in via. TER. Ad. 80 ut solet, -bit *Demea* (*cf.* SVLP. APOLL. perioch. Ter. Ad. 10 Demea -are, graviter ferre). VARRO Men. 359 -are coepit dicens: '*eqs.*' LIV. 8, 33, 23 haec simul -ans, querens . . . agebat. 10, 35, 11 haec -anti increpantique. 22, 29, 2 -andi suscensendique. 39, 11, 2. CVRT. 8, 1, 40 -antes monentesque. 9, 9, 17 -antium ira perveniebat etiam ad manus (CYPR. GALL. num. 255). PLIN. nat. 17, 6 (*3* graviter increpuit). QVINT. inst. 10, 7, 13 -antibus . . . mulierculis. SVET. Nero 5, 1 equiti R. liberius -anti. VOPISC. Aurelian. 4, 3 (*seq.* increparet). IVL. RVF. rhet. 21 p. 44, 8 fit haec figura (*sc.* ἐπιτίμησις), cum -amus et coarguimus. AMM. 14, 1, 10 adversando -andoque. 27, 3, 14 omni contentione laterum -are. CARM. c. pag. 22 Iuppiter . . . nescit finire querellas *Veneris et Martis* -antesque deos stimulat Bellona flagello. *al.* **b** *t. t. iur. (ad rem cf.* iurgium *p. 667, 3 sqq.; plura v. sub 2 et l. 84 p. 669, 7.*): LEX *p. 667, 84.* PLIN. epist. 6, 5, 7 et Celsus Nepoti ex libello respondit et Celso Nepos ex pugillaribus; tanta loquacitas amicorum, ut homines -turi id ipsum invicem scierint, tamquam convenisset. APVL. apol. 15 maiorem curam . . . suscipiendam rhetori -anti an philosopho obiurganti (*postea*: litiganti an . . . docenti). QVEROL. p. 17, 23 R. (*iocose*) nolo iura haec silvestria. :: pete igitur aliquid mitius . . ., si -are non potes. PS. AVG. quaest. test. I 127, 35 in ieiunio caedi et -ari non licet (*pass. impers.; ad rem cf. Is. 58, 4*). COD. Theod. 1, 16, 6 pr. ut -turus conveniendi eos *praesides* . . . facultatem impetrare non possit. 1, 22, 2 (1, 24, 2 pr. = Iust. 3, 14, 1 pr.) experiantur -andi fortunam. 2, 1, 6 iacturam litis incurrant, qui non ante in proprio foro -verint (*cf.* CASSIOD. var. 4, 40, 3 in competenti foro. 8, 24, 4 ad saecularia fora -turus occurrat). 4, 23 (22), 2, 2 (= Iust. 8, 4, 6, 1) -andi copia et fructus. 4, 23 (22), 3, 2 quod -turi apud examinis fidem sperare non possent (iurgatori *N; seq.* litigari). 9, 1, 14 pari . . . poenae condicione -are (-ari *aliquot codd.*). NOVELL. Valent. 13, 12 ex appellatione. COD. Iust. 2, 12, 25 (*a. 392*) si quis . . . iudiciis sese -turus ingesserit. 8, 4, 6 pr. (*a. 382*) negotio, de quo -are coeperant. -ans (*maxime plur.*) *fere i. q. litigator* (*cf.* -turus *l. 39*): IVST. 16, 5, 14 *Chion et Leonides* more -antium ad tyrannum veluti ad regem in arcem contendunt. AMM. 22, 10, 2 in disceptando . . . erat intempestivus *Iulianus*, quid quisque -antium coleret . . . interrogans. COD. Theod. 1, 16, 7 pr. qui -antibus acta restituunt (*antea*: litigatoribus). 2, 5, 1 (2) pr. (= Iust. 3, 40, 1) respondendi -antibus licentia. 2, 6, 4 pr. si quis -antium ante litis terminum ultimum diem obierit. 4, 18 (17), 2 sententia, quae -antibus prosit (*cf.* COD. Iust. 6, 1, 6, 1 *a. 332*). 9, 19, 4 pr. damus copiam -antibus (*Iust. 9, 22, 23 pr.* litigantibus. *cf.* SIDON. epist. 2, 7, 1). 11, 30, 11, 1 ad privilegium -antis (*syn.* litigantis). *al.*

2 *cum determinatione*: **a** *praepos. vel dat.*: TER. Andr. 389 quid -bit tecum *pater*? (838 c. Davo . . . -antem ancillam. LIV. 25, 3, 18. FIRM. *p. 666, 38.* IVST. 9, 7, 3). IVST. 21, 5, 7 apud aediles adversus lenones -are (EVSEB. EMES. serm. 18, 3 *dictis* est commune vitium: quod -atur a. resurrectionem. *cf.* 2, 44 adversum eum). AMM. 18, 5, 1 contra potentes (HIER. in Is. 27, 8 l. 8 *Israel* -bat c. apostolos et exprobrabat doctoribus suis). 28, 5, 11 finium . . . causa Alamannis saepe -bant *Burgundii* (*c. dat. ut* EVSEB. EMES. serm. 24, 36 neque terra -ans naturae alacritate -vit. *inde emendaverimus* 20, 34 adversa et -ans natura⟨e⟩ *sc. terra. cf. p. 669, 27 sqq.*). HIER. adv. Iovin. 1, 48 p. 390, 27 B. *uxores* cum crebro inter se -rent ([-rentur *ed. Vallarsiana*]. EDICT. Theodor. 143 *Iudaeos* i. se -antes). **b** *enunt.*: HOR. epist. 2, 2, 22 ne mea saevus -res ad te quod epistula nulla rediret. EVSEB. EMES. serm. 19, 31 debuisset unusquisque . . . -are, quia 'nec vidimus eum'.

B *transitive (fere passive)*: **1** *aliquem*: HOR. sat. 2, 2, 100 iure . . . Trausius istis -atur verbis. EPIGR. Bob. 47, 8 repugnanti *uxori* dedam me, ut denique victus -er (iurgio *cod.*) ob hoc solum, iurgia quod fugiam (*gr.* ὅττιπερ οὐ μάχομαι, τοῦδ' ἕνεκεν μάχεται). LVCIF. non parc. 6 p. 220, 1 Odiam regem -tum a sacerdotibus domini. COMM. apol. 441 dominus indignatus -at illos. EVSEB. EMES. serm. 19, 22 *Moyses* -tus a deo est (*antea*: obiurgatus). *seq.* quod, *ut denuntietur malum futurum*: AVIAN. fab. 1, 1 rustica deflentem parvum -⟨g⟩averat olim, ni taceat, . . . q. foret esca lupo (*em. Froehner secutus Cabeliavium, cf. 14* iurgia nutricis cum mihi verba darent. *Babr. 1, 16, 1* ἠπείλησε νηπίῳ). **2** *aliquid (addubitando; aliter supra l. 16)*: CONC.^{S} II 2, 2 p. 19, 10 opus . . . factum est . . ., ut ea quae -antur. ab

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eis qui altercari poterant, uni consilio deciderentur (*cf. II 3, 3 p. 5, 6* ea quae in lite erant, *gr. II 1, 3 p. 6, 36 τὰ ἀμφισβητούμενα*).

II *deponens* (*testantur grammatici p. 667, 83. 668, 6; adamant* Vvlg. [*act. deest, ambigue* -antes iud. 8, 1] *et* Evseb. Emes. [*act. rarius*]; *aliter p. 668, 37, e coni. p. 668, 69*): **A** *intransitive* (*c. obi. int. l. 11 bis. 21. 24*): **1** *absolute*: Pavl. Fest. p. 23 'agere' ... significat -ari, ut dicimus: 'agit cum eo furti'. Vvlg. gen. 49, 23 exasperaverunt eum et -ti sunt invideruntque illi (*Itala Lugd. al.* maledicebant, *Isid. in gen. 31, 54* obiurgati). thren. 4, 15 -ti ... sunt et commoti dixerunt *eqs.* Evseb. Emes. serm. 13, 33 -antur gentes barbarae, sed consentit -antibus ecclesia. 13, 35 ut plura -emini. 14, 18 nos quid -amur? (*postea*: rixamus). 23, 7 -antur concupiscentiae (27, 22 turpi meatu). 26, 14 videbantur ... -ari viscera et religiositas; sed haec apud nos -ari possunt. *al.* **2** *cum determinatione*: Calp. ecl. 3, 35 nec tam nobis ego Phyllida reddi exopto quam cum (*G*, quod *cett.*) Mopso -etur ([*vix pass. impers.*; iung- *dett. pauci*, q. ne M. iungatur *Heinsius, sed cf.* iurgia *23. 36*]. Ambr. in psalm. 118 serm. 19, 19, 4 -ari [-are *OR*] c. corpore, decertare c. variis cupiditatibus. Vvlg. lev. 24, 10. Evseb. Emes. serm. 5, 15 nec libido -atur c. sanctis. Pallad. hist. mon. I 41 [*gr. p. 145, 11 B. διεμάχετο*]). Vvlg. exod. 17, 2 *populus* -tus contra Mosen ait: '...'; quibus respondit Moses: 'quid -amini c. me ...?' ([*Itala Aug. loc. hept. 2, 89* maledicebat ... maledicitis]. num. 20, 13 [*Itala Lugd. al.* maledixerunt]. iud. 11, 25). iud. 21, 22 adversum vos queri ... atque -ari (Evseb. Emes. serm. 2, 15 *syn.* litigat. 14, 19 quid -ari *oportet*? adversus Iudaeos, ut non interimant Christum *eqs.*). Evseb. Emes. serm. 2, 3 *haereticus* non ... ob pudicitiam se continet, sed contendens opifici -atur (*infra*: -antes creaturae *sc. improbando. c. dat. ut*: 2, 16 unigenito [*ibid.* reprehendit, spernit]. 18, 3 -atur ... voluntas decreto resurrectionis [*antea*: suam voluntatem d. r. opponunt]. *v. et l. 31*). 2, 40 ad ea, quae recte dicuntur (3, 27 ad deum [19, 14]. 4, 20 ad haec [*seq.* tibi *eqs.*]. 13, 32 *syn.* resistimus. 18, 5 *syn.* certare. 18, 6 de coloribus -ari ad caecos. *al.*). 3, 27 si ... quis -tus fuerit de his, quae scripta sunt, non ad hominem litigat (*v. l. 32*). 7, 2 Saul -batur pro filio Ionathan, ut ipse potius regnaret post se. 14, 25 litigamus, quia est Christus; ... -amur, quia est.

B *transitive* (*fortasse ἀπὸ κοινοῦ l. 8; sed aliter l. 11*): Evseb. Emes. serm. 5, 13 -atur anima admonitiones (*an* ad mon- *?*) corporeas. 13, 35 bonum noli -ari, sed potius doce.

part. praes. **iūrgāns**, -antis *pro adi. p. 668, 66, pro subst. p. 668, 22. 48 sqq.*

deriv.: iurgatio, iurgator (-trix), iurgatorius (*?*), iurgium.

compos.: ab-, obiurgare (-ari).

1. iūria *v.* iurgium *p. 665, 43,*

2. iūria *v.* iniuria *vol. VII 1, 1667, 79. cf.* CIL VI 17072 ne quis pos(t) me -am faciat, *ubi* '*praestabit explicare* ⟨in⟩iuriam *quam* iur⟨g⟩ia m(ihi)' *edd. adnotant.* *Baer.*

iūridicālis *v.* -cialis.

iūridicātus, -ūs *m.* *a* iuridicus, *cf.* iudicatus, iurisdicatus. *i. q. status vel officium iuridici*: CIL XI 377, 11 (*Arimini s. II; non iam exstat*) C. Cornelio ... iurid(ico) per Flamin(iam) et Vmbri(am) ... vicani vicorum VII et co⟨ll⟩eg(ium) fabr(um), cent(onariorum), dendr(ophorum) urb(anorum) *statuam posuerunt*, -us (iudicatus *Pighius sibi legere videbatur, vix recte*) eius ob eximiam moderationem et in ste- rilitate annonae laboriosam erga ipsos fidem *eqs.* (*sic distinxit Hüttl, Antoninus Pius II 152 ceterum praeferens* urb(is); -us eius *ad nomina praecedentia pertinere censuit Maué, Progr. Realgymn. Frankfurt a. M. 1886, 51*). *B.*

***iūridiciālis**, -e. *a* iuridicus *sec. gr. δικαιολογικός formatum; cf.* Mar. Victorin. rhet. 1, 11 p. 190, 15 '-is' (Cic. inv. 1, 14 *v. l. 73*) a iure. *scrib.* iure dic- Gloss. II 571, 19, -cal- *saepe in codd.* Gloss.^{L} II Philox. IV 120 *δικαιολογικός, αἰτιολογικός.* *inde a* Rhet. Her., Cic. [*variat in codd. c.* iudicialis: Mart. Cap. 5, 454 Grill. rhet. p. 55, 22 M. *al.* Cassiod. inst. 2, 4. 5. *cf. l. 72.*]

i. q. ad iudicium vel iudicem pertinens: **1** *usu rhetorico in doctrina Hermagorae q. e. de statu significatur constitutio quaedam* (*cf.* Cic. top. 92 tertia *quaestio*, quamvis molestum nomen hoc sit, -is vocetur. Qvint. inst. 3, 6, 33 -is *status* est, qui Graece dicitur *δικαιολογικός* [Ivl. Vict. rhet. 3, 4 p. 379, 2 dicaeologica, id est -is]): Rhet. Her. 1, 11, 18 constitutiones ... tres sunt: coniecturalis, legitima, -is. 1, 14, 24 -is constitutio est, cum factum convenit, sed iure an iniuria factum sit, quaeritur; eius constitutionis partes duae sunt, quarum una absoluta, altera adsumptiva nominatur (*cf.* 2, 10, 15. 2, 12, 17 sq. 2, 13, 19 sq. Cic. inv. 1, 15. *al.*). Cic. inv. 1, 12 (*ibid. de eadem re quater* iudicialis. *cf. l. 61*). 1, 14 -is est, in qua aequi et recti natura et praemii aut poenae ratio quaeritur (*eadem fere* 2, 69 = 2, 109); negotialis, in qua *eqs. al.* Qvint. inst. 3, 6, 57 -em, in qua fere eadem *ut in negotiali*, sed certis ... personis quaerantur 'an ille iuste hoc fecerit vel bene'. *saepius ibidem et apud rhetores minores.* **2** *usu latiore*: Apvl. Plat. 2, 9 altera *providentia* ... legalis est, -is altera (*sec. Plat. Gorg. 464b δικαιοσύνη*); ... -is illa medicinae par[s] est *eqs. ibid.* sophistice imitata -em statum dat opinionem stultis, quasi iustitiae studeat *eqs.*

3 *m. pro subst.*: Gloss. II 571, 19 causidicus: -is, iudex.

iūridicīna, -ae *f.* *a* iuridicus, *cf.* causidicina. *i. q. iuris dictio*: Tert. pall. 3, 8 *Cato* -ae suae in tempore humerum exertus. *cf. ibid. 3, 7* vestificina.

iūridicium, -ī *n.* *a* iuridicus *fictum veriloquii gratia.* *i. q. iuris dictio*: Cassiod. var. 11, 9, 3 iudicium quasi -um cognoscite vocitatum.

iūridico, -ere. *a* iuridicus. *i. q. ius dicere*: Inscr. Année épigr. 1952 p. 55 n. 173, 11 (*s. IV*) praesidi provin(ciae) Trip(olitanae) ..., quod ordines universosque provinciales -endo ... cumulaverit.

***iūridicus**, -a, -um. *a* 1. ius *et* dicere; *cf.* Isid. orig. 10, 124 (*in parte codd.*) quia legum iura dicit. *scribitur* Iu- CIL XI 376, iúrId (I *et* d *ligatis*) CIL XII 3172, 3 (*c. apice etiam* 3167, 5), -red- *hic illic in codd.; vulgariter* -rat- *l. 11*, -ret *-l. 10.* *abbreviatur in inscr.* iur *vel* iurid *saepe.* Not. Tir. 30, 28 iureticus. Gloss. *δικαιολόγος. δικολόγος. δικαιοδότης.* veridicus (*cf. l. 16*). Gloss. V 601, 52 iuraticus scholasticus, legisperitus (635, 36 iuredicus scolasticus). *legitur inde a* Sen. *trag.*, Plin. nat., Inscr. *s. I med.*, Apvl., Dig.; *afferimus exempla e scriptoribus omnia, ex inscr. selecta.* *transit in gr. ἰουρίδικος* (*cf.* -o *in textu gr.* Cod. Iust. 1, 4, 30 pr. *et τοῦ* iuridícu Theophil. inst. Iust. 1, 20, 5). [*variat in codd. saepe c.* veridicus (*cf. l. 11*). *suppletur loco lacunoso* Sort. Sangall. 66, 2 p. 47 D.]

i. q. ad iurisdictionem vel ius pertinens: **1** *strictius*: **a** *de hominibus* (*mythicis l. 20; adhibetur fere pro subst.*): *α generatim* (*de iudicibus, iurisconsultis*): Sen. Herc. f. 581 flentes Eurydicen -i sedent. Firm. math. 3, 3, 6 *Iuppiter* maximos facit viros -os vel legum latores ... et iuris peritos. 3, 10, 1 -os et qui provinciis aut civitatibus iura restituant. Consvlt. 7, 3 secundum sententiam Pauli -i (*cf.* 7, 7 -i auctoris sententiis). Drac. mens. 1 purpura -is sacros largitur honores. Cassiod. var. 1, 13, 2 qui ... nostro lateri -us quaestor adhaesit. 6, 2, 4 patriciatus culmen ..., quod quidam -orum a patribus dictum esse voluerunt. 10, 6, 5 -orum ... iudicium.

β speciatim de magistratu quodam aevi imperatorii (*ad rem v. Rosenberg, RE X 1147 sqq.; cf. circumscriptiones CIL IX 1571* praefecto iuris d(icundi) Hispaniae *eqs. XI 6011* cum mitteretur a Ti. Caes. Aug. in Aegypt. ad iur(is) dict(ionem). *addas l. 49*): Ⓘ *in titulis*: -us Alexandreae et Aegypti (A. ad Aegyptum, -us Aegypti. *cf. infra l. 49*): Inscr. JRS 2, 1912, 99 (*aet. Neron.*). *cetera exempla praebet Rosenberg l. c. 1154.* legatus -us (*cf. Premerstein, RE XII 1149*): CIL II 2415. 3738 (*a. 280*) prov. Hisp. Tarraconens. 4113 (*idem vir appellatur* -us *tantum* IX 1572. *cf.* VI 1509 leg. iurid. prov. Britanniae, iurid. per Flamin. et Vmbriam). XIV 3995 leg. Aug. iuridi ⟨co Astur.⟩ et Callaec. *alia*: S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 43 (*in Italia ut* 50). CIL II 2634 per Flaminiam et Vmbriam et Picenum (III 6154 *a. 222/35.* XI 376 de infinito [*cf. vol. VII 1, 1430, 72*]. *v. et l. 37*). III 2864 provinc(iae) Brittaniae (9960). 10336 (*a. 136/7*)-o pr(o) pr(aetore) utriusque Pannoniae. 10471 per Apul(iam), Cal(abriam), Luc(aniam), Brut(tios) (10472. 10473. *al.*). V 1874 -o per Italiam regionis Transpadanae primo (4332. 4341. *al.*). VI 32412 (*a. 209?*) Asturciae et Callaeciae. *et saepius.* Ⓘ *ap. scriptores*: Apvl. met. 1, 6, 2 liberis tuis tutores -i provincialis decreto dati. Scaev. dig. 40, 5, 41, 5 -us, quanti singuli *servi fidei commissi* essent redimendi, aestimavit. Dig. 1, 20 tit. de officio -i. Vlp. dig. 1, 20, 1 adoptare quis apud -um potest, quia data est ei legis actio. 1, 20, 2 -o, qui Alexandriae agit, datio tutoris constitutione divi Marci concessa est (*cf.* Cod. Iust. 1, 57, 1 tit. de officio -i Alexandriae). frg. Vat. 232 in his regionibus ...., quae sunt sub -is (241 in ea r., quam -us administrat). Capitol. Aur. 11, 6 datis -is Italiae consuluit ad id exemplum, quo Hadrianus consulares viros reddere iura praeceperat. Pass. Quirin. 4 apud -um Maximum (*sed 2 audit* praeses).

b *de rebus*: Plin. nat. 3, 7 (*inde* Mart. Cap. 6, 630) -i conventus ei (*Baeticae*) quattuor *eqs.* Avg. epist. 134, 4 illi impio ferro fuderunt sanguinem Christianum, tu ab eorum sanguine etiam -um gladium cohibe propter Christum (c. Parm. 1, 8, 13 -o g. martyres feriuntur). Cod. Theod. 2, 8, 19 pr. (= Iust. 3, 12, 6 [7] pr.) omnes dies iubemus esse -os (*opp.* feriarum dies). 4, 19 (18), 2 (= Iust. 7, 51, 3) -a pronuntiatione (*in eadem re 4, 17 [16], 1* iudiciali sententia). 11, 29, 1 -a sententia (Gloss. *νόμιμος, δικαία*). Interpr. cod. Theod. 3, 13, 4 ('dictio vel stipulatio') stipulatio promittentis et verba -a. Ven. Fort. carm. 7, 10, 9 -o ... pollens torrente relatu. Mart. 1, 31 cote ex -a ... quae prius addidici *eqs.* Isid. orig. 1, 23 tit. de notis -is (*infra*: iuris notas).

2 *laxius, sc. vi dicendi evanida, fere i. q. legitimus, civilis sim.*: Fvlg. aet. mund. p. 158, 23 *patri Salomonis erant* nulla legitima tori coniugia, nulla -a sponsalia. Cassiod. var. 3, 17, 3 (*ad provinciales Galliarum*) exuite barbariem, abicite mentium crudelitatem ...; recipite paulatim -os (verid- *var. l.*) mores. 7, 10, 2 teneat scaenicos ... vel umbratilis ordo iudicii ...; dignum fuit ergo moderatorem suscipere, qui se nesciunt -a conversatione tractare (*antea*: rectae conversationis).

deriv.: iuridicatus, iuridicialis, iuridicina, iuridicium, iuridico.

iūrigo *v.* iurgo. *Hermans.*

iūriscōnsultus *v. s.* consulo *vol. IV 585, 71 sqq.*

iūrisdicātus, -ūs *m.* *a* 1. ius *et* dicere, *cf.* iudicatus, iuridicatus. *i. q. iuris dictio*: Inscr. Afr. Cagnat-M.-Ch. 281, 12 (*s. II*) cum -u Pannoniae superioris (*ibid. 15* iuridico).

iūrisdictio *v. s.* 1. ius *p. 700, 50 sqq.*

iūrisonus, -a, -um. *a* 1. ius *et* sonare. *fere i. q. iuridicus*: Anth. 649, 25 -ae famosa stipendia linguae. *B.*

***iūro**, -āvī, -ātum, -āre. *a* 1. ius. *de orig.*: Cassiod. in psalm. 14, 4 l. 119 quasi iure orare, id est iuste loqui (118, 106. 131, 2).

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scrib.: ? ioves- *pro* iur- INSCR. Dueni (CIL I² 4), *fort. conferas* iovestod (*pro* iusto). iour-: LEX Bant. (CIL I² 582) 16. 17. 19. 21 LEX repetund. (CIL I² 583) 18. 21 (*restituitur*). 23. Iur-: LEX Malac. (CIL II 1964) 2, 14. 3, 49. 5, 55. iúrató: LEX de flam. Narbon. (CIL XII 6038) 7. *per soloecismum primam syll. corripit* COMM. (*v. l. 20*), *si vera est lectio. formae perf. stirpis brev. frequentius occurrunt quam longiores. exempla computavimus usque ad* SVET.: *inf.* -asse *tantum dicitur*, -asti *decies* (-visti *semel*), -arunt *septies* (-verunt *bis*, -vere *bis*, -asse(n)t *18ies* (-vissent *bis tantum*); *contra* -vera(n)t *13ies*, -arant *semel. coni.* -assit: LEX colleg. aq. (CIL VI 10298) 19 (*ibid. 20. 23* iudicassit. 18 ni -verit [iniuraverit *trad.*]). NOT. Tir. 30, 20 -at. *legitur inde ab ?*INSCR. Dueni (*v. l. 1*), PLAVTO, CATONE, TER. [*it.* giurare; *sard. vet.* iurare, *sard. centr.* yurare, ğurare, dzurare, *mer.* ğurai; *raet. occ.* engirar, andžira, dźürer, *or.* dzurá; *francog.* jurer, *dial. wall., pic., burg., loth., comit.; francoprov.; prov., delph. vet.* jurar, *prov.* jura *etc.; vasc.* yurá, jurá; *cat., hisp., port.* jurar. *cf. M.-L. 4630. Battisti-Alessio III 1823. Wagner I 713. Wartburg V 80 sqq. Corominas II 1078 sq. Machado II 1272. G.*]

[*confunditur c.* orare Ov. epist. 8, 117 (*cf. p. 677, 12 sqq.*). *vix recte trad.*: COMM. instr. 1, 21, 2 -antes (iuvantes *Rigaltius*, curantes *mavult Dombart*). PHOEBAD. c. Arian. 2 l. 8 D. nomen ... substantiae idcirco penitus -atur (eiuratur *Pithou*, vitatur *Beza*), ut scindatur a patre filius. AVIAN. fab. 1, 1 (*v. p. 668, 81*).]

i. q. ὀμνύναι (*quae vox respondet, ubi nihil aliud adnotatur; vergit in colorem coniurandi p. 673, 35. 676, 27. 678, 2. 3. 4. 12, cf.* GLOSS. IV 531, 20 -ta conspirata):

CAPVT PRIVS: *c. mera vi* ***affirmandi***: I *absolute*: A *vario usu* (*specimina paucissima*): PLAVT. Bacch. 898 ita me Iuppiter, Iuno ... dique omnes ament, ut *eqs.* :: ut -at! servat me ille suis periuriis. Cist. 302 ad matrem eius devenias domum, expurges, -es, ores blande per precem eamque exores, ne tibi suscenseat. Pers. 490 abi, ne -a, satis credo. Rud. 1347 dic, ut te in quaestu tuo Venus eradicet, caput atque aetatem tuam; tecum hoc habeto tamen, ubi -veris. CATO agr. 144, 4 si quis adversum ea *praecepta* fecerit, si dominus aut custos volent, -ent omnes socii; (5) si non ita -verint *eqs.* LEX agr. (CIL I² 585) 42 fraude sua nei -ato neive *eqs.* CIC. Flacc. 90 ergo is, cui (qui *trad.*), si aram tenens -ret, crederet nemo, per epistulam quod volet, iniuratus probabit? (*cf.* Balb. 12 cum quidam ..., ut mos Graecorum est, -andi causa ad aras accederet *eqs.* PAVL. FEST. p. 115 intrantes singuli ad aram ... -verant. *v. etiam p. 675, 72*). CATVLL. 64, 143 nulla viro -anti femina credat. TIB. 3, 18, 18 -vi stulte. LIV. 31, 50, 8 si aedilis qui pro se -ret ... daret ...; (9) datus qui -ret pro fratre L. Valerius Flaccus. CVRT. 7, 8, 29 -ando gratiam Scythas sancire ne credideris: colendo fidem -ant. QVINT. inst. 9, 2, 98 -are, nisi ubi necesse est, gravi viro parum convenit. PLIN. paneg. 64, 3 *consul* sedens stanti *imperatori* praeiit ius -andum, et ille -vit, expressit explanavitque verba, quibus caput suum, domum suam, si scienter fefellisset, deorum irae consecraret. *al.* B *argute dicta*: CIC. carm. frg. 35 B. (off. 3, 108) -vi lingua, mentem iniuratam gero (*Eur. Hipp. 612 ἡ γλῶσσ' ὀμώμοκε. cf. infra l. 62 et* Ov. epist. 20 [21], 135 [*Cydippe*:] quid tibi nunc prodest -andi formula iuris linguaque praesentem testificata deam? quae -at, mens est: nil coniuravimus illa; ... consilium prudensque animi sententia -at ...; non ego -vi: legi -antia verba). SERM. Corp. Vind. 21 p. 336, 24 *Stephanus martyr* nec manu nec solis labiis, sed sanguine subscripsit et morte -vit. C *inf. perf. pro subst.*: FAVST. REI. epist. 3 p. 173, 2 dei ira iustitia est, dei furor severitatis vigor est, dei -asse definisse est, dei paenituisse sententia ... mutata.

II *indicatur, quid -etur*: A *acc.* (*nom. in constr. pass.*): 1 *simplex*: a *obi. ext.*: *α usu originario obi. est res*: Ⓘ *neutr. pron. vel adi.* (*cf. p. 672, 42 sqq.*): PLAVT. Rud. 1334 per Venerem hanc -andum est tibi. :: quid -em? :: quod iubebo. 1355 meus arbitratust, lingua quod -et mea (CIC. off. 3, 107 q. ... ita -tum est, ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est. Ov. fast. 3, 485 ubi pacta fides? ubi, quae -are solebas? *al.*). CIC. Planc. 52 de qua *petitione*, ne aliquid -res, destitisti. off. 3, 112 -vit hoc (LIV. 2, 46, 5 h. -astis ..., milites, fugientes vos in castra redituros? *al. cf. p. 675, 59. 62*). Att. 7, 2, 8 qui eadem (*sc. quae ante manumissionem se -turum promiserat*) liber non -ret *eqs.* (CAES. civ. 1, 76, 3 milites idem -ant. *al.*). TIB. 1, 4, 24 vetuit pater ipse valere, -asset cupide quidquid ineptus amor (PROP. 2, 28, 8 q. -runt *puellae*, ventus et unda rapit. *al.*). Ov. epist. 19, 1 nihil hic iterum -bis amanti. 20, 225 forsitan et facies, -em ut contraria rursus. LIV. 10, 38, 11 (10 -are cogebant diro quodam carmine in execrationem capitis ... conposito) id primo quidam abnuentes -turos se obtruncati ... sunt. *al.* Ⓘⓘ *subst.*: LEX Iul. munic. (CIL I² 593) 113 *in senatu nemo sit qui* bonam copiam -vit -verit ([*dub. contextu et interpr., cf. e. g. Kaser, Altröm. Ius 248, 64*]. VARRO ling. 7, 105 b. c. -runt, ne essent nexi [*deam dici censet Kent coll. Ov. met. 9, 88*]. *cf. vol. IV 901, 23 sqq.*). CIC. Att. 1, 1, 1 *Aquilius* denegavit et -vit (cur- *pars codd.*) morbum (12, 13, 2). MANIL. 1, 908 ducibus -ta cruentis (*sc. Bruto et Cassio*) arma Philippeos implerunt agmine campos (*'bellum iure, -ando susceptum' Wageningen*). LVCAN. 8, 219 foedera ... mihi per Latium -ta Tonantem, per vestros astricta magos (SIL. 1, 9 -tum ... Iovi foedus conventaque patrum ... fregere duces. 12, 302 -ta ... f. Poeno corrupere. *cf. p. 676, 63 et* 2, 274 pacta [4, 789. 6, 696]). CALP. ecl. 6, 5 catulum dedit ille leaenae -vitque genus. SIL. 1, 118 Romanos ... ferro ignique sequar ...; hanc mentem -o nostri per numina Martis (*cf. p. 678, 3*). 1, 186 hinc fama in populos -ti didita belli (1, 649 -ta in bella ruenti *Hannibali*. 2, 352 [*v. p. 673, 42*]. 2, 428. 3, 83 cineri -et patrio Laurentia bella. 4, 734. 11, 145. STAT. Ach. 1, 455 *Aulide* ingens -atur bellum. SVLP. SEV. dial. 2, 8, 3 adversum me ... -ta bella. *cf.* SIL. 11, 24 -vit ... sua proelia Marti). STAT. Theb. 4, 397 alium tibi, Bacche, furorem -vi. Ach. 1, 957 *Deidamiam* Achilles solatur -atque fidem -taque fletu spondet (HIL. ad Const. 2, 4, 1 post confessam et -tam in baptismo f. PAVL. NOL. carm. 27, 433 quos *martyres* -ta fides pietatis in arma vocavit. NOVELL. Theod. 22, 2, 3 [= COD. Iust. 10, 35, 2, 3] cautionibus -ta fide prolatis). FLOR. epit. 2, 6, 2 ultionem puer Hannibal ad aram patri -verat (*cf. p. 676, 65*). ITALA gen. 50, 24 (Lugd., Ottob., *item* VVLG.) in terram, quam -vit deus patribus nostris ([*gr.* ἦν ὤμοσεν]. exod. 23, 20 [Aug. c. Faust. 16, 19; *gr.* ἦν ἡτοίμασά σοι, *Vulg.* paravi]. *al. cf. p. 673, 38. 674, 69. 74. 78 et* CYPR. GALL. iud. 109 t., vatibus -ta sacratis quae fuit). deut. 4, 31 (Lugd.) nec obliviscitur *deus* testamentum ..., quod -vit eis ([*gr.* τὴν διαθήκην ..., ἣν ὤμοσεν αὐτοῖς. VVLG. pacti, in quo -vit]. 8, 18 [Lugd.; *gr. ut supra*, VVLG. super quo]). 7, 12 (Lugd. = VVLG.) *deus servabit* misericordiam, quam -vit patribus ([*gr.* τὸ ἔλεος, καθὰ ὤμοσε]. psalm. 88, 50 [Veron. *al.* = HIER. psalt. sec. Hebr.; *gr.* ἃ ὤμοσας, VVLG. sicut -asti. *inde* AVG. civ. 17, 12 p. 233, 2 D. celsitudinem, quam -asti David]). AVSON. 416, 4 p. 282 P. -tis velut alta silentia sacris devotus teneas *i. sacris, quae te non revelaturum esse -visti* (*aliter infra l. 35*). CYPR. GALL. Ios. 62 -tis dicite verbis, ut ... sit salus in vestris composta ... dextris (*ad Ios. 2, 12, v. p. 674, 16*). INSCR. Année épigr. 1950 p. 15 n. 30 (*a. 437*) Gallias, quas dudum ⟨o⟩b -tas bello pace victorias Romano imperio reddidit *Aetius*. PASS. Petr. Paul. long. 7 quia complesset deus promissa sua, quae -vit ad Abraham (*gr.* ἃς ὤμοσεν Ἀ. τῷ πατρὶ ἡμῶν). LEX Sal. Merov. 73, 8 testimonium. calumniam *sc. vitandam* (*in serm. forensi, cf. p. 674, 64. 76*): CAEL. Cic. fam. 8, 8, 3. *al.* (*v. vol. III 186, 46 sqq.*). Ⓜ *n. pl.* -ta *pro subst.*: CIC. part. 6 scripta, pacta, promissa, -ta, quaesita. STAT. *l. 9*. PRVD. psych. 400 -ta ... sacra resolvit *Voluptas* (*aliter l. 25*).

β usu novato obi. est is, in quem -atur (*cf. p. 676, 81*): CLAVD. 8, 448 orantes ... Franci procubuere solo; -atur Honorius absens imploratque tuum supplex Alamannia nomen.

b *obi. int.*: *α fig. etym.*: ius: i. -andum: *v. p. 702, 26 sqq.* (i. -andum -are *p. 704, 13 sqq., cf.* i. -ando *p. 677, 8*). *dub. lapide fracto* CIL VI 34006 i. dicito ... i. -anto. iurationem: *v. p. 663, 67.* iuramentum (iusiuramentum): *v. p. 663, 67.* *β alia* (*subst. vel adi., cf. p. 671, 60 sqq.*): CIC. off. 3, 108 non ... falsum -are periurare est, sed quod ex animi tui sententia -ris ..., id non facere periurium est (*v. vol. VI 1, 198, 44 sqq. et p. 677, 5*). Ov. am. 3, 3, 45 verum (AVG. civ. 1, 15 p. 26, 8 D. *opp.* periuro. epist. 157, 40 melius ... nec v. -atur, quam ... in periurium saepe caditur. *al. cf.* ITALA psalm. 131, 11 [Veron. *al.* = VVLG.] -vit dominus David veritatem [*gr.* ὤμοσεν ... ἀλήθειαν]. *v. etiam p. 677, 3*). LVCAN. 4, 228 hostes ... meos sceleri -ta nefando sacramenta tenent (PETRON. 117, 5 in verba Eumolpi sacramentum [*del. Fraenkel, Müller*] -vimus. SIL. 10, 447 dictata ... -ant s. deis. *cf. p. 676, 68*). AVG. serm. 4, 14, 14 si mendacium -bant, volunt adhuc peierare (180, 3, 3. 180, 7, 8 VEREC. in cant. 2, 26. *cf. p. 675, 22 et* GLOSS. IV 419, 27). LEX Sal. Merov. 73, 2 debet sibi sextus videredum (*theod.* widereid) -are (73, 3. *cf. p. 677, 10*).

2 *duplex* (*cf. p. 673, 12 sqq.; dub. an huc pertineat locus mancus* COM. pall. inc. 17): SEN. nat. 4 praef. 8 'te', inquit *Demetrius*, 'longiorem Fido Annaeo -bo *eqs.*' LVCAN. 5, 396 laetae -antur aves bubone sinistro. PS. QVINT. decl. 3, 18 p. 56, 16 abdicandus et -andus (abiurandus *Lehnert vix recte, cf. l. 31*) est non tuus sanguis.

B *inf.*: 1 *acc. c. inf.*: a *oratione plena* (*deficiente pron. refl. l. 76, v. etiam p. 675, 61*): *α praes.*: PLAVT. Amph. *v. p. 677, 42*. CIC. Pis. 6 cum is mihi tantum modo, ut -em, permitteret, ... -vi rem publicam ... esse salvam; mihi populus Romanus ... aeternitatem ... donavit, cum meum ius -andum tale atque tantum -tus ipse ... approbavit (*inde fere suppletur* rep. 1, 7). rep. 3, 15 Athenienses -are ... solebant omnem suam esse terram *eqs.* ac. 2, 123 ita se rem habere. *al.* Q. CIC. pet. 8 vocem ... audivimus -antis *Antonii* se ... non posse. CIRIS 235 dic ..., quod ... -bas nihil esse mihi. HOR. sat. 2, 6, 57 me scire nihil. epist. 1, 18, 93 quamvis nocturnos -es te formidare tepores. *et saepe.* *de rebus futuris* (*cf. p. 678, 20*): CASSIOD. hist. 3, 2, 9 -vit ... suam ulterius non se mutare sententiam (*Sozom. 2, 9, 8 μὴ μεταθήσεσθαι*). Ios. antiq. 6, 82 -vit ... se ... permittere (*gr.* περιόψεσθαι). 6, 299 domum se ... exterminare (*gr.* ἀφανίσειν). 16, 344 pecunias se praebere (*gr.* παρέξειν). *β fut.*: PLAVT. Cist. 98 ille conceptis -vit verbis apud matrem meam, me uxorem ducturum esse (*sc. se*). Mil. 1411 (*v. p. 673, 13*). CIC. Verr. II 1, 123 non, oportere se id -are facturos esse (Att. 14, 21, 2). NEP. Dion 8, 5 Callicratem ... -are cogunt nihil ab illo periculi fore Dioni (Hann. 2, 4 numquam me in amicitia cum Romanis f. Ov. epist. 10, 73. 19, 216 ars 1, 425 met. 3, 638 Pont. 4, 5, 39 CVRT. 6, 11, 18. *cf.* VAL. MAX. 6, 5, 2 -verunt in squalore se esse ... futuros). CVRT. 7, 1, 29 in tua verba ... -vimus eosdem nos inimicos amicosque habituros esse, quos tu haberes. PETRON. 21, 3 uterque nostrum religiosissimis -vit verbis inter duos *nos* periturum esse ... secre-

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum. *al.* γ *perf.*: Cato agr. 144, 2 qui oleam legerint, omnes -anto ad dominum ... sese oleam non subripuisse *eqs.* (*item* 145, 2). Lex repetund. (CIL I² 583) 18 -ato ... sese eos *viros* ... legis(s)e. Cic. dom. 80 cur non -et se Gadibus fuisse ...? prov. 18 -vit ... se in gratiam non redisse. Tusc. 4, 50 ne Torquatum quidem ... iratum existimo Gallo torquem detraxisse ...; de Africano ... vel -are possum non illum iracundia ... inflammatum fuisse *eqs.* Att. 2, 12, 1 Gnaeum ... narrasse. Verg. Aen. 6, 351 (*v. p. 675, 60*). Tib. 2, 5, 104 se -bit mente fuisse mala. Prop. 4, 7, 51 (*v. p. 675, 63*). Ov. epist. 3, 110. *al.* Sen. contr. 7, 1, 6 Val. Max. 2, 10 ext. 2. *al.* Sen. apocol. 1, 3 benef. 3, 27, 2 Petron. 40, 1. *et saepe.*

b *oratione concisa* (*sc. deficiente 'esse'; c. pron. praepar. p. 671, 66; deficit pron. refl. l. 16 sqq.*): α *fut.*: Plavt. Mil. 1414 (1411 -a te non nociturum esse homini) -o ... me nociturum nemini. Pseud. 352 -vistin te illam nulli venditurum ...? Truc. 767 me non facturum. Ter. Hec. 60 -bat ... Bacchidi ... numquam illa viva (se *inseruit A*) ducturum uxorem (*deficiente pron. reflexivo ut* Tib. 2, 6, 13 -vi ... rediturum. Ov. met. 11, 451 Liv. 24, 18, 5. 43, 16, 15 Val. Max. 5, 4, 3 Mart. 11, 73, 1 Tac. ann. 2, 71, 5 Tert. carn. 21 l. 43). Ad. 332 qui sine hac -bat se unum numquam victurum diem. 473. Cic. Verr. II 1, 123 ut heredes -rent se curaturos ut *eqs.* off. 1, 39. 3, 112 Att. 4, 15, 7 Lent. Cic. fam. 12, 5, 2 Caes. Gall. 6, 12, 4 civ. 1, 76, 2. 3, 10, 9. 3, 13, 3. 3, 87, 6 Nep. Ages. 2, 4 Eum. 10, 2 Ciris 245 Prop. 2, 20, 15 Ov. am. 2, 16, 43. *al.* Liv. 1, 59, 1. 2, 45, 13. *al.* Vell. 2, 31, 1. *et saepius.* β *perf.*: Hor. epist. 2, 1, 244 Boeotum in crasso -res aere natum *Alexandrum* (Mart. 10, 39, 1 consule te Bruto quod -as, Lesbia, natam, mentiris). Prop. 4, 2, 26 -bis nostra gramina secta manu. Ov. rem. 783 numquam tactam Briseida -at. met. 1, 190 -o ... cuncta prius temptata. 1, 769 tibi -o ... hoc te ... sole satum. Petron. 133, 2 nullam vim factam. Svet. Nero 33, 5. γ *gerund.*: Ser. Samm. 911 quidam ... miranda ferunt, veniente calore -antes ludum Veneris ... petendum.

2 *inf. solus* (*aliter p. 672, 76*): a *praes. de rebus futuris* (*cf. p. 678, 12. 22. 23; dub. an recte restituatur* Sen. contr. 2, 2, 3): Plavt. Poen. 361 liberare -visti me haud semel, sed centiens. Cato ad fil. frg. 1 *Graeci* -runt inter se barbaros necare omnes medicina. Verg. Aen. 4, 426 non ego cum Danais Troianam excindere gentem Aulide -vi. Calp. ecl. 6, 57 hunc *equum* dare, si vincar, silvestria numina -o (Itala deut. 1, 8 [Lugd.] quam *terram* -vi patribus ... d. [*gr. δοῦναι*, Vvlg. *p. 674, 77*]. 11, 9 [Lugd., Aug. loc. hept. 5, 30; *gr. ut supra, Vulg.* quam sub iuramento pollicitus est]. 11, 21 [Lugd.; *gr. ut supra,* Vvlg. ut daret]. Ios. 5, 6 [Lugd., Aug. quaest. hept. 6, 6; *gr. ut supra, Vulg. aliter*]). Sil. 2, 352 bella et lituos ac flammis urere gentem -bat Phrygiam. Itala act. 2, 30 (cod. g *al., cf.* Vvlg.) iure -ando -vit illi deus, de fructu ventris eius (*David sec. psalm. 88, 4*) sedere supra thronum eius (*gr. ὄρκῳ ὤμοσεν ... καθίσαι*). Vvlg. I reg. 12, 22 -vit dominus facere vos sibi populum. Hebr. 3, 18 (*sec. psalm. 94, 11, v. infra l. 81*) quibus ... -vit non introire in requiem ipsius (*gr. μὴ εἰσελεύσεσθαι,* Itala codd. d e non introituros, Lucif. non conv. 10 non intraturos, Mutian. Chrysost. hom. 6, 2 p. 279/80 quia non intrarent). Clavd. 26, 81 numen -verat Histri non nisi calcatis loricam ponere rostris. Avian. fab. 11, 8 -bat solitam longius ire viam. Cassiod. Ios. antiq. 6, 305 cum iam -assem domum ... hac nocte disperdere (*gr. ἀπολέσαι*). 15, 355 cum -asset nullatenus eos relinquere (*gr. ὡς ἐγκαταλείψει*). Cod. Iust. 2, 55, 4, 2 ea ... adimplere -verunt. b *perf.* (*cf. p. 675, 60*): Ter. Andr. 728 (*loq. Davus, qui sua manu verbenas infanti substernere non vult*) quia, si forte opus sit ad erum -andum (*teste* Don. *ad l.*, ius -andum *codd.*, -to *Bentley, alii alia*) mihi non adposisse *infantem*, ut liquido possim.

3 *nom. c. inf.* (*per graecismum*): Prop. 3, 6, 40 -bo bis sex integer esse dies.

